BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
12 C
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13-e 4

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE ABSOLVTIONE
FORENSI

Iuramenti Promiſſorij, ſiue Obſeruationis

THEORIAM ET PRAXIM ILLIVS
abſolutiſsimam continens.

In quo & de virtute Iuramenti multa vtilia noue ad mentem vtriuſque Iuris ediſſeruntur.

IVDICIBVS ECCLESIASTICIS, ET SECVLARIBVS,
& omnibus in vtrolibet Foro verſantibus; necnon Confeſſarijs,
& Animarum curam gerentibus apprime vtilis.

Auctore
ANTONIO CORNEO
PRESBYTERO ET DOCTORE
VRBINATE.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ROMAE, Ex Typographia Aloiſij Zannetti. M.D.C.VI.

SVPERIORVM PERMISSV,
Et cum Priuilegio Summi Pontificis.

Digitized by Google

PAVLO V. P. O. M.
D. N. SANCTISSIMO.

ANTONIVS CORNEVS
Perpetuam in iſta eius pietate, & gubernandi vigilantia perſeuerantiam, & proſperitatem.

DVM Vicarium Epiſcoporum agerèm, eaſubijt aliquando mentem cogitatio, vt quid in eo munere ad forenſem praxim exequendo ſeu frequentius eſſet, ſeu ſerius, ſeu item accurate, ſiue etiam oſcitanter actum obſeruarem. Inter hæc autem de pluribus mihi ad huiuſmodi praxim ſpectantibus cogitanti præcipua iuramenti ſeſe obtulit abſolutio: ea videlicet, quam in iudiciali foro petunt contrahentes, vt à Iuramenti Promiſſorij, quo ſe ligarunt, nexu, ſubindeque a promiſſorum obſeruantia liberentur. Eam ergo cum meditari accuratius cœpiſſem, rem quidem eſſe animaduerti in praxi frequentiſsimam, vtpote quando noſtra hac tempeſtate, ſcilicet hominum decreſcente fide, ac puritate, eorundem creſcente viciſsim diffidentia, ac infidelitate, vſque adeo increbuit iurandi mos, & conſuetudo, vt in cuiuſque leuiſsimæ rei ſponſione iuriſiurandi fides, religioq. exigatur, interponaturq. vt à malo iuramentum eſſe (quod proprio ore ipſa veritas affirmauit) nunc vt cum maxime verum eſſe intelligamus. Vnde poſtmodum factum eſt, vt hanc à Iuramento abſolutionem petendi practica (quod prædixi) euaſerit frequentiſsima. Eandem inſuper admodum ſeriam eſſe arbitratus ſum. Siquidem rem periculi, ac timoris mali euentus plenam per eam petunt homines, nempe vt alteri per iura-

mentum pollicitam fidem, & Deo ſimul exhibitam, debitãq. religionem, ac reuerentiam derelinquant: vt proinde iuſta cum admiratione recogitare cœperim, cur ea nec petatur, nec detur conſultiſsime: cùm imo verò in vniuerſa Curiarum Eccleſiaſticarum practica nihil ferè quod facilius obtineatur inuenias. Quapropter his præmonitus mihimetipſi conſilium capere decreui, nempe vt diligentiſsime inueſtigarem quonam pacto abſolutio ipſa rite, recteq. danda foret. Et cum ex Doctoribus cum antiquis, tum recentioribus, atque item ex ſacris Canonibus multa è re in materia collegiſſem, quatenus inter forenſes occupationes tempus aucupari licuit, ea ne ex memoria, quæ labilis eſt, exciderent, in ſcriptis redegi. Poſthæc, quia charitas omnia ſuſtinet, incidit conſilium ea vt in lucem proferrem, ne, ſi quomodo alijs quoque profutura forent; eaque interim ego tecto latere paterer, defoſsi in terra talenti merito redarguerer. Quod autem Sanctitati Veſtræ, Beatiſsime Pater, opus iſtud meum dicarem, ne morem ſcilicet in editione librorum vſurpatum deſererem, optima ratione ſuadebar. Noui ſiquidem te in omni vita tua adeo litterarum virtutumq. amore deſiderioq. flagraſſe, vt quemcunq. vel tantiſper earundem ſectatorem multa humanitate & gratia fueris complexus. Quod te virtutum omnium poſſeſſorem oſtendit, Seneca teſtante, multis virtutibus abundare eum, qui alienas amat. Præcipue vero ea me ratio ſuadebat, quod huiuſmodi opus pro ſui materia viſum eſt donum Beatitudinis Veſtræ pietati, iuſtitiæ, ac religioni condecens, & correſpondens. Namque iamiam ad ſublime Petri ſolium, pro huius certe ſeculi felicitate, Spiritus ſancti gratia impulſuq. euocatus, illuſtribus argumẽtis in iſta tua gubernandi charitatis plena vigilantia, huic noſtro ſeculo permaxime neceſſaria, declaraſti nihil tibi antiquius, nihil gratius, nihil magis cordi eſſe, quam vt inter homines fides, ſynceritas, atque iuſtitia tutæ, inuiolabileſq. ſeruentur; perfidia,

fidia, fraus, atque iniquitas propellantur: ſuper hæc autem Deum; vt pie ſancteq. colant, & venerentur, ſanctumq. & terribile Nomen eius debito proſequantur honore, ac reuerentia. Quæ ſicuti (vt te non præterit) iuriſiurandi recte ſancteq. adhibiti præſtamus obſeruatione: ita è contra illius tranſgreſsione fidem exuimus; Dei honori, reuerentiæque detrahimus, atque Diuinam eius Maieſtatem minuimus, iniuriaq. afficimus. Hæc ſane quidem ego in hoc meo, quem Sanctitati Veſtræ offero; dicoq. de Abſolutione Iuramenti Tractatu, pro debilibus ingenij mei viribus iuramento promiſſa firmantes admonere ſategi. Enixus quoque ſum, non nihil vt Eccleſiæ Ius panderem; atque tuerer, illæſumque ſeruarem. Quod tibi etiam; atque etiam gratum fore, tum multis alijs argumentis certi facti ſumus, tum vel ex eo præſertim; quod quanta te cura teneat Eccleſiæ vniuerſalis optime adminiſtrandæ, ipſiuſq. ſtatum & iura illibata conſeruandi teſtatiſsimum feciſti, dum nuper tui Pontificatus initio ſapientiſsimo inito conſilio; pijſsimoq. excogitato remedio, præſidium opemq. in hac re ab omnipotenti Deo, vniuerſalis Eccleſiæ deprecatione adhibita, poſtulaſti: quippe ea de cauſa promulgato Iubilæo, indictiſq. per Catholicum orbem ſupplicationibus, cunctos Chriſtifideles, qui ſanctiſsimis tuis votis precibus ad Deum fuſis ſuffragium attuliſſent, præmijs ſpiritualibus, & cœleſtibus, theſauros nempe Eccleſiæ copioſe aperiendo, decorare, ditareq. dignatus fuiſti. Exile quidem donum, & fortaſſe non ſine temeritate oblatum cenſeri poſſe cognoſco, & profiteor; ſi Auctoris & operis humilitati, & obſcuritati Beatitudinis tuæ comparentur gloria, & Maieſtas: non tantum hę, quæ communes ſunt omnibus Summi iſtius Pontificatus apicem tenentibus, ſed etiam quibus Sanctitatem Veſtram illuſtrant eiuſdem anteacta ab ineunte ætate vita immaculata, caſtiſsimi mores, & exoptata iſta tua publicæ vtilitatis, & ſalutis cura, ac ſollicitudo. Veruntamen

horum nihil me ab incepto deterruit; quando eius Tu locum tenes, qui humilia reſpicit, ſeque humilem eſſe profeſſus eſt. Quamobrem, etſi nō donum oblatum, animum certe meum cum proximis, tum Eccleſiæ Dei pro accepto talento conſulendi tibi gratum, & acceptum fore ratus ſum. Igitur, Beatiſsime Pater, eiuſdē clementiſsimi Saluatoris cuius vices geris in terra, exemplum ſecutus, qui pauperculæ Viduæ duorum oblationis minutorum nedum lubentem, & gratum ſe præbuit inſpectorem; verum etiam aduerſus iudaicum ſupercilium protectorem & laudatorem: munuſculum hoc, quod e pauperi mea literaria penu in Eccleſiæ Gazophylacio ea qua poſſum humilitate & deuotione offero, adeo lubenti oculo reſpicere dignare, vt & opus ipſum ſub Tuæ Maieſtatis vmbra in lucem prodire, meque ad ſanctam benedictionem & Pedum oſcula benigne receptum omnes agnoſcant. Deus Omnipotens Sanctitatem Veſtram diutiſsime ſeruet incolumem pro Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ſalute, & felicitate. Romæ 13. Kal. Februarij 1606.

A D

Digitized by Google

PAVLVS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

CVM, ſicut accepimus, dilectus filius Antonius Corneus Vrbinaten. quoddam opus nuncupatum Tractatus de Abſolutione Forenſi iuramenti promiſſorij typis cudere intendat, vereaturque ne poſtquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, hoc ipſum opus typis cudi facere curent in ipſius Antonij præiudicium, Nos dicti Antonij indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiatur, prouidere, ipſumq. ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Antonio, vt Decennio proximo à primæua dicti operis (dummodo antea à Magiſtro Sacri Palatij approbatum ſit) impreſſione computando durante, ne quis tàm in Vrbe quàm in vniuerſo Statu noſtro Eccleſiaſtico immediatè, vel mediatè nobis ſubiecto opus ſupradictum ſine ſpeciali dicti Antonij, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, aut ab eo, & eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs ſine huiuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vniuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Antonio, ſeu illius hæredibus, & ſucceſſoribus, aut ab eo, vel eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus Accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicandis, & eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto durante Decennio opus prædictũ, aut quamlibet illius partem, tàm in magno, quam in paruo folio, etiam prætextu declarationum, ſiuè additionum tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere quoquo modo audeant, vel præſumant. Mandantes dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarũ, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidẽ

Antonio

Digitized by Google

Antonio, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eodem Antonio, ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam in ipſo opere impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die viij. Martij MDCVI. Pontificatus noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

Digitized by Google

INDEX QVAESTIONVM ET CASVVM huius Tractatus.

QVAESTIONES PRIMAE PARTIS.

I. *QVID ſit Abſolutio, iuramenti promiſſorij & an realiter inuicem differant Abſolutio ſimplex, & Præparatoria, ſeu ad effectum agendi, &c. pag.* 17
II. *De Abſolutione Præparatoria, ſeu ad effectū, &c. an ſoluat vinculum iuramenti, & de eius natura, & effectu.* 30
III. *De Diſpenſatione, an ſit remedium contra iuramentum aliud ab Abſolutione.* 32
IV. *De Remiſſione partis, an tollat iuramentum, & quomodo ſe habeat circa illud.* 33
V. *De Reſtitutione in integrum an, & quomodo contra iuramentum concedatur.* 37
VI. *Abſolutio an fieri poſſit, locumue habeat in iuramento. pagina* 44

QVAESTIONES SECVNDAE PARTIS.

I. *A Quo dari poſſit Abſolutio à Iuramento Promiſſorio. pag.* 49
II. *De Facultate Papæ: & quando neceſſaria ſit Abſolutio, ſiue relaxatio Papalis à iuramento.* 51
III. *Epiſcopis an competat facultas abſoluendi à iuramento. pagina* 62
IV. *Prælatis Epiſcopis inferioribus an competat facultas abſoluendi à iuramento.* 69
V. *Vicario generali Epiſcopi vtrū competat facultas abſoluendi à iuramento ex demandata ſibi generali iuriſdictione. pag.* 74
VI. *Capitulo, Epiſcopali ſede vacante, an facultas competat abſoluendi à iuramento.* 75
VII. *Iudici laico an aliqua facultas competat circa iuramentum.* 76

Quis

VIII. Quis ſit Iudex competens in danda abſolutione an Ordinarius rei, vel actoris. 98
IX. De Poteſtate parentum, & maritorum circa iuramenta filiorum, & vxorum. 105
X. Vtrum abſoluere quis poſſit ſemetipſum à iuramento. 107

QVAESTIONES TERTIAE PARTIS.

I. Quotupliciter diſpenſari contingat in iuramentis. pag. 110
II. Vtrum neceſſario requiratur cauſa in Abſolutione à iuramẽto promiſſorio & prius quid in Abſolutione ſimplici. 116
III. In Abſolutione præparatoria, ſeu ad effectum agendi, vel excipiendi vtrum requiratur cauſa, & quæ cauſæ cognitio. 121
IV. Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, ſiue mauis excipiendi, an obtineri poſſit poſt terminum, & periurium incurſum 128
V. De Moratorijs, vtrũ concedi poſſint & debeat in debito iurato In qua fuſe diſſeritur quatenus ius ciuile potuerit, ac voluerit diſponere circa iuramentum. 148
VI. In impetratione abſolutionis an mentio fieri debeat de omnibus iuramentis. 219
VII. Abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi an æqualem vim habeat in minoribus, atque in maioribus. 237
VIII. Vtrum abſolutio ad effectum excipiendi peræque, ac ad effectum agendi concedatur. pag. 239
IX. Abſolutio à iuramento ſeu ad effectum agendi, ſeu ad effectum excipiendi, an detur in obligationibus contractis ad formam Cameræ Apoſtolicæ. 244
X. Abſolutio ad effectum agendi an ſufficiat ad reſciſſionem contractus poſtea obtinendã, vel alia plena abſolutio ſit petenda. 249
XI. Probationes factæ pro obtinenda abſolutione præparatoriâ an fidem faciant in alio iudicio reſciſſionis contractus. pag. 257
XII. Vtrum Iudex Eccleſiaſticus competens ſit inter laicos in iudicio negocij principalis, ex quo fuit iudex inter eos in iudicio abſolutionis iuramenti præparatoriæ ad illud conceſſæ. 263
XIII. Vtrum Iudex Eccleſiaſticus, qui ratione iuramenti cognitionem habuit inter Laicos in cauſa principali, exequutionem quoque de per ſe facere valeat inter eos. 278
XIV. Abſolutio obtenta à Iuramento præſtito ad validandum contractum an trahat ſecum reſciſſionem contractus. In qua agitur fuſe de inbibitione Iudicis Eccleſiaſtici. Et annectitur alia quæſtio de contra-

ctu de iure nullo, an iuramento validetur. 293
XV. Abſolutio à iuramento an obtineri poſſit per procuratorem. pag. 324
XVI. Citatio Partis vtrum neceſſaria ſit pro abſolutione obtinenda. 339
XVII. Abſolutio data ſine citatione in caſu vbi citatio fieri debebat, nunquid valeat, & teneat. 374
XVIII. Qualiter petenda ſit abſolutio à iuramento. An vna ſimul cumulari poſſit petitio eius quod principaliter intenditur. 376
XIX. Vtrum certa forma obſeruanda ſit in abſolutione à iuramento danda, qua omiſſa vitietur abſolutio. 389
XX. Abſolutio an tempore feriarum peti poſſit. 388
XXI. Abſolutio iuramenti an ſit remedium Ordinarium, vel Subſidiarium. 403
XXII. Vtrum exceptionis ope tueri ſe valeat contra iuramẽtum Debitor conuentus, qui abſolutionem obtinere non potuit in tempore. 407
XXIII. Vtrum iudicium ſine abſolutione à iurante intẽtatum, vel cum abſolutione nulliter habita, ſit validum. 414
XXIV. Vtrum per abſolutionem à Papa poſt incurſum periurium obtentam à iuramento & reatu periurij ad effectum agendi, & excipiendi, ſublata eſſe cenſeatur aduerſa Parti exceptio periurij, & ius ſibi uigore, l. ſi quis maior, C. de tranſ. aduerſus ipſum contrauenientem quæſitum. 430
XXV. Appellatio an locum habeat in Abſolutione à Iuramento. pag. 436

CASVS QVARTAE PARTIS.

INitio regulæ quædam præmittuntur, quando abſolutio danda ſit, vel nõ, & quando non eſt neceſſaria. 447
I. Caſus primus. De ſimulatione adhibita in iuramento, ſeu contractu: an ſit iuſta cauſa ob quam danda ſit abſolutio à iuramento, vel ea non ſit neceſſaria. 448
II. Si iurauit quis abſolutionem non petere. 451
III. De Metu. In quo agitur de Metu iuſto, vano, & reuerentiali. & inſeritur Quæſtio de Metu illato à Tertio. 459
IV. De Vi. 485
V. De Dolo ex propoſito. 486
VI. De Iudicij defectu, deque iuramento temerario. In quo agitur de temeritate ex audacia: Ex calore iracundiæ: Ex imprudentia. 488
VII. De minori ætate. 497
VIII. De Læſione, ſeu Dolo ex re ipſa. 505
IX. De Hærede, vel Succeſſore, vtrum ei neceſſaria ſit abſolutio propter iuramentum defuncti. 512
Si

X. Si non competit actio, vel exceptio. 520
XI. Si corruit contractus. 521
XII. De Nullitate contractus ex legis prohibitione. 523
XIII. De Pœnitentia ex natura contractus permiſſa. 537
XIV. Si Teſtatorem pæniteat prioris Voluntatis. 542
XV. De implemento ex altera parte non ſequuto. 559
XVI. De Compenſatione. 561
XVII. De Remiſſione Partis vtrum ſuppleat pro abſolutione. pag. 569
XVIII. Si in diebus feſtis iuratum eſt, an opus ſit abſolutione. pag. 571
XIX. Vbi periculum eſt in mora. pag. 575
XX. Vbi iuramentum obuiat bonis moribus, an opus ſit abſolutione. Et ſubditur de poteſtate iudicis laici circa obſeruantiam iuramenti. 575

Imprimatur ſi placet R.P.M.S.P.
B. Gypſius Viceſgerens.

Imprimatur.
Fr. Paulus de Francis de Neap. Magiſter, & ſocius Reuerendiſsimi P.M. Sacri Palatij Apoſtolici.

DE

Digitized by Google

ANTONII CORNEI PRESBYTERI VRBINATIS I. V. D.

Tractatus.

DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI Promiſſorij, ſiue Obſeruationis.

PRAEFATIO.

DA MIHI INTELLECTVM, ET SCRVtabor legem tuam Domine.

ABSOLVTIO iudicialis, ſiue Forenſis Iuramenti Promiſſorij, quod & Obſeruationis vocant, materia eſt frequẽs valde in Iudicijs, & ex Antiquis à nemine recollecta, & bene digeſta; Vnde Felinus in c. 1. infra allegandus de iureiur. in vltimis verbis commendando à ſe dicta in hac materia, habeas, inquit, domeſtica ea quæ dixi, quotidiana enim ſunt, & hactenus non reducta. Amplius materia eſt ſeria, nimirum cum in ea de animarum ſalute, deque Dei religione, ac pietate tractetur. Et cum hæc materia potiſſimum ad eccleſiaſticos Iudices pertineat, vt ex infradicendis apparebit; ideo ego Antonius

Corneus de Vrbino Sacerdos, Legumq. ac Decretorum Doctor minimus, quia in præſentiarum Iudex ſum eccleſiaſticus, quatenus inter Forenſes occupationes tempus aucupari fas fuit, vtilem hanc Forenſem materiam vndique ſparſam colligere, & de ea Tractatum conflare decreui, non quidem ad vanam gloriam, vt admonet Innoc. in principio Proemij ſuorum Commentariorum ſuper Decretal. ſed vt plene, & clare habeatur materia hæc quotidiana abſolutionis obtinendæ, ſeu denegandæ, quæ in varijs locis ingerit difficultatem maxime iuuenibus, & librorum copiam non habentibus, (vtor verbis Abb. Panor. in diſputatione ſua incipiente ſtante ſtatuto, infra alleganda, in vltimis verbis) ad meam præcipuè eruditionem, ad vtilitatem Forenſis Praxis, & vt Dei maximi gloriæ, & honori animarumq. ſaluti pro meo munere per me, quatenus humana ſinit fragilitas, ſit conſultum. Ager quidem fertilis, cultura tenuis erit: neque certè minimum quiddam de alienis laboribus mihi arrogabo: aliena fideliter referam: ſi quid boni de meo erit, quod non niſi minimum erit, Dei tamen erit à quo bona cuncta procedunt. De hac materia ex Modernis, quos viderim, erudite diſſeruit D. Io. Baptiſta Marcheſanus vtriuſque Signaturæ Referendarius in ſuo Tractatu Commiſſionum, in prima Parte, in prima Commiſſ. ſuper relaxatione Iuramenti, vbi multa bona & vtilia recollegit, quantum ſcilicet ſatis ſibi ad rem ſuam eſſe viſum fuit. Reperi etiam D. Antonium Gagliardum Iureconſultum Caietanum, nonnullis huius materiæ articulis practicabilibus ſelectis, confeciſſe paruum elegans opuſculum, quod de Abſolutione Iuramenti inſcripſit, & quatuor paragrafis abſoluit, quod poſt Opus hoc meum fere completũ ad manus habui, neque tamen prætermittere volui, quin reuidendo ſcripta mea, eadem ſui nominis ſuæque auctoritatis allegatione in locis opportunis, & per eum tactis exornarem. Lector boni conſule, Deumque pro me ora, cuius Sanctæ Eccleſiæ correctioni omnia per me dicenda ſuppono: & ita proteſtor.

PRAE-

PRAELVDIA IN TRACTATVM DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI PROMISSORII.

PRAELVDIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ in vniuerſum duplex, ſcilicet Aſſertorium, & Promiſſorium ſecundum veram & perfectam diuiſionẽ, & quid ſit vnumquodq. & nu. 2. 3. & 5.*

4 *Diuiſio, vt bona ſit, & ſufficiẽs qualis aſſignari debeat.*

6 *Iuramenta iudicialia tam ſub Aſſertorio, quam ſub Promiſſorio Iuramento continentur: & quæ ea ſint. & num. 8. & 10.*

7 *Iuramenta Extraiudicialia ſimiliter tam ſub Aſſertorio, quam ſub Promiſſorio Iuramento continentur: & quæ illa ſint. & nu. 8. 9.*

9 *Iuramentum Confirmatorium ſpecies eſt Promiſſorij.*

11 *Iuramentum Aſſertorium ſe habet tam ad Iuramenta Iudicialia, quam ad Extraiudicialia: & ſimiliter Promiſſorium. & nu. 12.*

13 *Iuramẽtum Confirmatorium non diuiditur per ſpecies, ſed in Indiuidua, quia eſt vltima ſpecies.*

PRIMI Præludij loco cum primis admoneo, quod Iuramentum multifariam à multis diuiſum reperitur. Multi enim conati ſunt Iuramenti diuiſionem conſtituere, ſecando illud in ſpecies multas, vt fecit Petrus de Boatte. in ſuo Apparatu notularum Rolãd. in rub. de Sacramento à Minori præſtan. in prin. Et Practica Papien. in forma Iuram. præſtan. Gloſ. prima, & tertia. Et Maran. in ſuo ſpeculo, ſeu Praxi, parte ſexta principali, in nono actu Iudicior. Et Azo in rub. de reb. creditis, & iureiur. Et Abb. in c. fin. in prin. de iureiuran. & alij alibi.

Sed prædictorum diuiſionibus omiſſis, bonam, plenã, & perfectam diuiſionem Iuramenti tradidiſſe

didiſſe ſummæ auctoritatis Doctores Goffred. in rub. de iureiuran. & poſt eum ſpecul. in tit. de Iuramenti delatio. num. 1. lib. 2. & Hoſtien. in ſumma d. tit. de iureiuran. §. quot ſunt ſpecies. Et ex Theologis Dominicũ Soto in tract. de iuſti. & iu. lib. 8. quæſt. 1. art. 1. ver. ſecunda concluſio, ex
1 S. Thoma 2. 2. q. 89. † Diuidentes Iuramentum in duas ſpecies, videlicet Aſſertorium, & Promiſſo-
2 rium † definientes Aſſertorium Iuramentum eſſe quod fit de præterito vel præſenti, in quo ſcilicet aſſeritur aliquid eſſe vel fuiſſe, ſiue non eſſe vel non fuiſſe, nã & negatiuum, ſiue negatorium ſub hoc comprehenditur, vt not. Dom. Sot. dicto loco ver. ſecundo ad dignoſcendas.

Promiſſorium quod concipitur ſuper futuro in quo promittitur dandum vel faciendum, vel non
3 dandum ſeu non faciendum. † Nã in vniuerſum Iuramentum quodcumq. adhibetur ad aſſerendum præſentia, vel præterita: aut ad confirmandum id, quod in futurũ promittitur, vt probe explicat Soto in d. loco. Merito melior alijs eſt hęc diuiſio cum fiat iuxta ſubſtantiã Iuramẽti, ſeu per eius
4 eſſentialia † prout diuiſio, vt bona ſit fieri debet, non autem iuxta ea, quæ ei accidunt, vt docet Ariſt. 1. de part. animal. cap. 3.
5 † Et eſt plena & perfecta, quia ſub vtroque ipſius membro iuramenta cuncta comprehenduntur, & ad illa duo membra Iuramen-
6 ta vniuerſa apte reducũtur. † Nã ſub Aſſertorio omnia ferè Iudicialia Iuramenta continentur, nẽpe Iuramentum ſuppletorium, quod & neceſſarium, ac etiam litis deciſorium vocant, de quo in l. admonendi, ff. de iureiur. & in c. fin. in prima linea: extra eo. & in l. 2. cum alijs illius tit. C. de reb. cred. & Spec. d. tit. de iuram. dela. Item Iur. Iudiciale, quod ſcilicet retinet nomen generis, de quo in d. c. fin. in 2. parte illius principij: & Inſti. de act. §. item ſi quis, & in l. manifeſtæ ff. de iureiur. Item Iur. calumniæ de quo toto tit. C. de iureiur. propter Calum. dam. & extra eod. tit. Item Iur. veritatis. Item Purgationis: vt tot. tit. de purg. Cano. Item Iur. in litem: vt ff. & C. de in litem iur. Item Iuramẽtum affectionis: & ſi quæ ſunt alia: de quibus Berta. in 3. p. ſui aurei report. & qui ea ponũt in ſuis diuiſionibus. Nã patet talia iuramẽta ad effectum declarandi & aſſerendi eſſe quid
vel non eſſe præſtari. † Et ſimili- 7
ter extraiudicialia iuramenta, quibus homines paſſim, & nimis paſſim quicquid volunt iureiurando pro fide habenda aſſeuerant: Et ita hoc primum prædictæ diſtinctionis membrum conſtituit Hoſtien. in ſumma in tit. de aſſertorio iuramẽto in 1. §. & per tot. tit. in quo prędicta iuramẽta collocat, & in tit. præcedenti de iureiur. in §. 3. quot ſunt ſpecies. in
prin. † Sub Promiſſorio compre- 8
henduntur tam iudicialia, quam extraiudicialia iuramenta, quibus aliquid fieri vel non fieri, dari vel non dari promittitur in iudicio ſcilicet, ſiue extra. Exemplum iudicialis in iudicio ſiſti iuramento, vt in rub. in 2. par. & in l. fin. ff. qui ſatiſd. coga. & in auth. generaliter: §. aut ſi. C. de Epiſ. & cle-

& cleri. Extraiudicialia ſunt plu-
ra, vt Iur.fidelitatis : de quo in
feudis , tit.de noua form. fidelit.
Itē Iuramenta quæ homines præ-
ſtāt inter ſe ſuper negocijs inter
ſe initis pro obſeruantia ipſo-
rum : ideoque,& Iuramentum ,
quod vocant Confirmatorium
ſub ipſo Genere Promiſſorij con-
tinetur,& Promiſſorium eſt & di-
ci debet : nec enim differunt vt
ſpecies diuerſæ, ſed Confirmato-
9 riū † ſpecies eſt Promiſſorij,& de
eo Promiſſorium prædicatur , vt
animal de homine:nam ſi eſt Con
firmatorium,eſt Promiſſorium,
ſed non è contra. Et hanc diſtin-
ctionem approbarunt, et ſequuti
ſunt Reuerendiſſimi Patres in Ca
techiſmo , in ſecundo præcepto ,
non aſſumes nomen Dei,&c.in 3.
Carta. verſ. Duo autem ſunt : et
eam amplectitur Nau. in Manua.
cap.12. nu.3. expreſſè eam ſequi-
tur,& approbat Hoſt. d.tit.de iu-
reiur.in all.§.3.quot ſunt ſpecies,
in princ.

Ex quibus apparet, nec rite ,
nec congrue diſtingui Iuramentū
ſecundum aliquos in iudiciale ,
& extraiudiciale , vti in partes ,
10 ſeu ſpecies diuerſas † cum repe-
riatur Iuramētum vnum, & idem
ſpecie eſſe & iudiciale, & extraiu
diciale ſecundum ea quę dixi,prę
terquam quod diuidere Iuramen
tum in iudiciale,& extraiudicia-
le , clarum eſt non eſſe bonam
diuiſionem cum non fiat per eſſen
tialia , ſeu iuxta ſubſtantiam iu-
ramenti,vt quamlibet bonam di-
uiſionem fieri debere diximus ,
ſed per accidētia,iudiciale enim,
vel extraiudiciale nihil indicant
de ſubſtantia iuramenti , ſed lo-
cum , vel modum .

Et minus congrue, minuſq. ſuf-
ficienter Aſſertorium Iuramentū
tamquam ſpeciē diuerſam à iudi-
ciali , poni & ſublocari ſub iura-
mento extraiudiciali, † cum imo 11
Aſſertorium Iuramentū poſſit eſſe
& iudiciale , & extraiudiciale ,
cum illud in iudicio , & extra ad-
hibeatur : † & ſimiliter Promiſ- 12
ſorium,vt exemplis præmiſſis de-
claratum eſt .

Et ex his etiam apparet ineptā
eſſe illam diuiſionem , ſecundum
quam veluti per ſpecies diuerſas
ponunt aliud eſſe Iuramentum
Promiſſorium,aliud Iuramentum
Confirmatorium . Et magis ine-
ptam , & ſuperuacaneam eam di-
uiſionem , quam ſimiliter veluti
per ſpecies conantur conſtituere
de eodē met Confirmatorio po-
nētes,quoddam Confirmatorium
contractus , quoddam Confirma-
torium diſtractus , ideſt refuta-
tionum Iuramento factarum :
† quia iſtud iuramentum eſt ſpe- 13
cies ſpecialiſſima quæ in ſpecies
diuidi non poteſt , ſed ſolum in
indiuidua ſecūdum Logicos: nam
& ſi varijs actibus apponitur non
differt ſpecie , ſed ad eundem finē
& effectum,ſcilicet ad confirman-
dum actum,ſiue concluſiue , ſiue
excluſiue ſemper apponitur, ideſt
ad obſeruantiam eius quod geri-
tur ſiue contrahendo, ſiue diſtra-
hendo . Eſt ergo vltima ſpecies
quæ de ipſis particularibus acti-
bus veluti de indiuiduis prædica-
tur . Et ſub Promiſſorio , vt ſpe-
cies ſub genere ſuo continetur,vt
paulo ſuperius dictum eſt : nam
ſiue promittat quis quid de no-
uo , ſiue confirmet,ſeu repromit-
tat id

tat id quod iam promiſſum erat, verum eſt quod promittit, & Promiſſorium eſt, & dici poteſt iuramentum. Vnde merito Goffred. Spec. & Domin. Sot. in locis iam citatis hoc Iuramentum Confirmatorium non diſtingunt à Promiſſorio: neque de eo mentionē faciunt. Quin imo an ſit dare ſpecificā differentiā inter prædicta omnia iuramenta, non immerito in dubium verti poſſet; Id quod examinat, & diſputat Dom. Sot. d. art. 1. col. fin. quem ſi lubet, & ſi ſcire aues quomodo differant inuicem, adire poteris.

PRAELVDIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Iurare quid ſit: & quid Iuramentum.*

2 *Iuramentum qualiter diffiniatur.*

3 *Iuramenti Etymologia.*

4 *Iuramentum ex ſua natura bonum, quia eſt actus latriæ, & quare: & peccatum Hæreſis eſt contrarium tenere: & num. 5.*

6 *Iuramentum à malo eſſe, quomodo intelligitur, remiſſiuè.*

7 *Iuramentum non eſt prohibitum: & qualiter intelligendæ ſint auctoritates, quæ illud prohibere videntur.*

8 *Iuramentum habet virtutem obligandi in tantū, vt actionem & exceptionem præſtet, de Iure Canonico: & nu. 9.*

10 *Iuris Canonici finis & ſcopus qui ſit.*

11 *Iuramentum etiam apud Gentiles, in magna fuit obſeruantia.*

12 *Iuramentum Promiſſorium ſeu de futuro, an ſit modus iuducendi obligationem de iure ciuili, ita vt actionem pariat. & nu. 32. & in fine quæſtionis.*

13 *Lex ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſor. expenditur.*

14 *Obligatio principalis ſi corruit, acceſſoria quoque corruit.*

15 *Lex vna recipit ex alia intellectum, & declarationem.*

16 *Intellectus noſter à iure informari debet.*

17 *Intellectus diuinatiuus reijcitur in iure.*

18 *Ingenuus non obligatur Iuramento ad præſtationem operarum: & quare.*

19 *Iuramentum obligat præciſe ad factum.*

20 *Libertas res eſt inæſtimabilis.*

21 *Libertatis fauore multa introducta ſunt à iure ciuili.*

22 *Libertatis datio dicitur actus pius.*

23 *Libertatis gratia à iure quoque canonico conceſſa ſunt quædam, alioqui eo iure prohibita.*

24 *Lex ciuilis ſtatuere poteſt circa iuramentum, ne illud ad illicita trahatur.*

25 *Lex inuigilat, vt tollat impedimenta libertatis.*

26 *Iura-*

Digitized by Google

26 *Iuramentum contra bonos mores nullo iure eſt obligatorium.*

27 *Libertus iuramento obligatur ad præſtationem operarum: & quare.*

28 *Res de facili reuertitur ad ſuã naturam.*

29 *Iuramentum Promiſſorium, ideſt de futuro parit obligationem naturalem de iure ciuili ſecundum com.*

30 *Denũciatio Euangelica intentari poteſt vigore obligationis naturalis.*

31 *Obligatio naturalis ex iuramẽto inducta efficax eſſet ad agendum etiam de iure ciuili vbi iuramentũ naturali obligationi adiectum eſſet.*

SECVNDO Præludo ſiue admoneo quod Gloſ. in ſumm.22. q.2. docet quid ſit iurare: quid Iuramentum: quæ Cauſa inſtitutionis, Iuramenti: & quæ ſit forma iuran-
1 di, ſeu Iuramenti. † Et iurare, inquit, eſt aliquid Deo teſte dicere. Iuramentum eſt vox ipſius iuran-
2 tis, vel actus ipſe: † Et ſic ſecundum eam dici poteſt Iuramẽtum eſſe Dictionem, ſeu Aſſertionem de aliqua re Deo Teſte factam. Et de multiplici diffinitione Iuramenti, vide per Abb. in rub. de iureiur.

Adde aliam Baldi in repetitione. l. ſecundæ in vndecima carta: verſiculo: Ego de primo. ff. de iureiuran. quam refert Felinus in rub. extra eodem tit.

Secundum Dominicũ Soto Iuramentum eſt dictio per diuinam Atteſtationem confirmata, ita definit in tract. de iuſtit. & iur. lib.8. q.1. art.1. verſ. hinc ergo: quam ipſe comprobat, & declarat. Aliam ponit Nauar. in Man. cap.12.num.1. verſ. ſecundo præſupponimus, quæ parum differunt & in idẽ recidunt omnes. † Quod 3
attinet ad Etymologiam dicitur Iuramentum ob id quod ſit quaſi pro iure introductum: quod enim iuratur, pro lege habendum eſt, & veluti ius ipſum ſancte ſeruandũ: quam etymologiam latius declarat idem Sot. d. artic. 1. in prima carta, verſ. At quantum ad Etymolog.

† Infertur ex ipſius Iuramenti 4
Etymologia, & Definitione, Iuramentum eſſe actum ſuapte natura bonum. Et eſt actus latriæ ſiue religionis, quo diuinum honorem illi per quem iuratur exhibemus: allegatur enim tamquam infallibilis teſtis, & prima veritas, quæ eſt Deus. cap. à nobis, il 2. de ſent. excomm. ita Nauar. d. loco, num.2. de qua re late Sot. d.q.1. art.4. per tot. Ideo lamentabatur Deus de filijs Iſrael per Hier. filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui nõ ſunt Dij. Hierem.5.

Ex quo & ex prædictis circa Etymologiam, et Definitionem
Iuramenti infertur † quod peccat mortaliter qui credit actum 5
Iurandi eſſe ſuapte natura malum et numquam licitum: Imo non ſolum mortaliter peccat, ſed eſt Hæreticus, ſi pertinaciter in hac opinione perſiſtit; quia facit contra diuinam paginam Deuter. 6. et c. et ſi Chriſtus, de iureiur. ita Na-

ita Nauar. d.loco num. 4. Prout in hac hæreſia fuerunt quidam vocati Valdenſes: et hodie ſunt Anabaptiſtæ, et ante eos Pelagiani, vt refert Cornel. Ianſen. in Concordia Euangel. cap. 4. in 2. par. Gloſ. Ego autem dico vobis. col. 1. De qua re late Dom. Sot. d. q. 1. art. 2. Et habetur 22. q. 1. per tot. Et quæ conditiones habere debeat, vt ſit licitum Iuramentum dicam infra ex eodem Sot. qui de hac re agit d. q. 1. art. 3. latius artic. 7. et Ianſen. in ſupradicto loco, col. 3.

6 † Quod autẽ dicitur Iuramentũ à malo eſſe, vt in Euang. Matt. 5. et Luc. 6. quomodo ſit intelligendum, ne aduerſetur prædictis, explicatur 22. q. 1. in Gloſ. in verſ.
7 à malo, † clarè Soto in d. art. 2. col. mihi 6. verſ. Secunda item ratio. Et ſimiliter omnes aliæ auctoritates, quę videntur prohibere Iuramentum, qualiter accipiendæ ſint, habetur in d. cap. et ſi Chriſtus, in tex. et per Doctores: Et per Sot. d. artic. 2. et per Ianſ. in Concord. Euang. cap. 40. in ſecunda par. Gloſ. iterum audiſtis, cum alijs ſequen. vbi plene per eos: non enim de Iuramento plene hic quærimus: ſed aliqua delibamus pro illius aliquali cognitione: quia ad abſolutionem properamus.

8 † Infertur ex prædictis Iuramentum vim virtutemq. obligandi habere: nam circa eius etymologiam dictum eſt, illud pro iure introductum eſſe, et pro lege habendum eſſe, ac veluti ius ſancte ſeruandum fore.

Quæ illatio, ſiue cõcluſio apud Theologos, et Canoniſtas tranſit ſine difficultate: Concluſio .n. eſt in Iure Canonico firmata, quod iuramentũ qualitercunq. præſtetur, ſi licitũ eſt, & ſine ſalutis interitu ſeruari poteſt omnino eſt ſeruandum. cap. debitores. cap. cum contingat, de iureiur. cap. licet mul. eod. in 6. cap. quamuis de pact. eod. lib. 6. cum ſimilibus, et dicetur infra alibi, et conſulit Paul. de Caſtro ampliando, vt per eum, conſ 305. notandũ eſt, in 2.
par. † Et obligat efficaciter adeo 9
vt actionem, et exceptionẽ præſtet. cap. 1. & d. cap. debitores, vbi id notant Abb. Felin. & omnes, de iureiur. et Bar. in l. ſi quis pro eo, mox allegan. num 4. ff. de fideiuſſ. et non eſt qui diſſentiat, tam ex Canoniſtis, quam ex Legiſtis. Et quid mirum de Iure Canonico?
† quod Deum verum, vnum, et tri 10
num colit, et veneratur, et cuius finis, et ſcopus eſt dirigere homines in Deum remouendo ea quæ auertunt nos à Deo, vt interim æternæ ſalutis diſpendium afferri non patiatur, vt patet ex diffinitione ipſius Iuris Canonici, de qua Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 1. de Iure Canon. in princ. vbi not. Et in tract. de Comparatio. Iuriſ. D. Ioan Pauli Lancell. earundem Inſtitutionum Auctoris, in tertia
carta, verſ. Pontificij vero: † cum 11
et apud Gentes, quæ Deũm verũ non nouerunt, iuſiurandum in magna fuerit obſeruantia et veneratione, vt dixerit Cic. libro officiorum tertio, nullum vinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerũt, de qua re plura dicenda ſunt inf. p. 3 q. 5. in declaratione legis non
dubium. C. de legi. † Verumta- 12
men

men de iure ciuili apud Legum
profeſſores res in quæſtione ver-
ſatur propter opinionem Bartoli
in d.l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſ.
vbi firmat hanc concluſionem,
quod iuramentum non eſt modus
inducendæ obligationis in homi-
ne libero,quam elicit ex ea lege:
& ex hac Bartoli concluſione, at-
que opinione quæſtio pro negati-
ua parte definitionem accepiſſe
videtur, quia omnes fere Bartoli
opinioni ſe ſubſcribunt.Cæterum
quoniam ex his quæ circa etymo
logiam iuramenti, de illius vir-
tute & efficacia dictum eſt, & ex
relata Ciceronis auctoritate,Bar
toli ſententia non vndequaque
firma videtur,liceat(petita venia
pro tanti viri reuerentia) contra
eius opinionem pro Iuramēti di-
gnitate, ac veneratione aliqua-
liter inſiſtere;præſertim circa in-
tellectum d. l. ſi quis pro eo. ex
qua potiſſimum à Bartolo, vt ſu-
pra intellecta, quæſtio prædicta
ortum,& finem pro negatiua con
tra iuramenti virtutem, vt dixi,
ſortita eſſe videtur. Concluſio
quam Bart. elicit ex d. l. ponitur
ab ipſo,& intelligitur in Iuramen
to Promiſſorio ſimplici,quod per
ſe principaliter debet obligare,
nulla alia præcedente,vel ſequen-
te cauſa, vel contractu, vt & in-
fra commemorabitur: & hoc iu-
ramentum (inquit) non eſt mo-
dus inducendi obligationem in
libero homine, ſeu in ingenuo,
ſed in liberto ſic, vt ibi per eum
in ſummario, & in primo notab.
intelligens Bartolus, quod ille
qui ibi putabatur libertus, qui
ſcilicet operas ſe præſtaturū iu-
rauit, pro quo fideiuſſor acceſſit,
eſſet ingenuus. † Sed tu cogita, 13
quia forte d. l. ſi quis pro eo non
intendit, quod ille qui putabatur
Libertus, pro quo fideiuſſor ac-
ceſſit,eſſet homo,liber ſed ſeruus;
& ideo nimirum ſi fideiuſſor non
tenetur, vt dicitur in ea lege,
nempe quia non tenetur ipſe ſer-
uus principalis: † ex quo enim 14
obligatio principalis non tenet,
neque acceſſoria, vt dicit ibi Gl.
in verb. non tenebitur,in prin. &
Bart. ibi in 2. notab. Porro ideo
ſeruus promittendo operas,iura-
mento non obligatur, quia deficit
cauſa: nam libertatis cauſa ope-
ræ imponuntur, & ob hāc cauſam
iurat. l. fin. ff. de libe. ca. & l. vt
iuſiurandi in prin. ff. de oper.lib.
& l. 1. C. eod. quæ cauſa cum in
ſeruo deficiat, merito non tene-
tur ex defectu cauſæ. l.fin. cum
ibi not. ff. qui ſat. cog. ita ſentit
Gloſ.in d.l. ſi quis pro eo,in ver.
tenebitur, in primis verbis,dum
allegat d.l.fin. ff.de liber. cau. Et
ideo verum eſt, eum non aliter
quam liberum obligari, vt dici-
tur ibi in d. l. fin. ideſt non aliter
quam libertum effectum, & liber-
tatem nactum: nam,vt dicitur in
d. l. vt iuriſiurandi,libertum eſſe
oportet qui iurat, qui ſi libertus
non eſt, fideiuſſor pro eo non te-
netur ratione prædicta. Non er-
go eſt neceſſario intelligendum
in d.l.ſi quis pro eo,eſſe ingenuū,
is qui putabatur libertus, & qui
non obligatur iuramento, nec fi-
deiuſſor qui interceſſit pro illo;
imo ex dictis legibus quæ ſtatuūt
ſeruum iuramento promittendo
operas non obligari ad illas poſt-
modum exhibendas,iuncta etiam
l.ſeruum teſtamento,quæ hoc idē

clare determinat: ff.de manumiſſ.
teſt.ſatis probatur d.l. ſi quis pro
eo intelligendam eſſe ſecundum
illas,videlicet,vt ſentiat quod il-
le q. putabatur libertus,eſſet ſer-
15 uus: † quia vna lex per aliam re-
cipit intellectum & declarationẽ,
vt vult Bart.in l.in ambiguo,ver.
item hęc lex ff.de reb.dub.Iacob.
de ſancto Geor. in l. diem functo
col.2. verſ. ſecundo habemus. ff.
de offic. aſſeſ.Alex. in l.gallus. ff.
de lib.& poſt. Bal. in l.aduerſus.
C.de Furt. Bart. in l.2.ff. de offic.
præſid. Et de ingenuo nullibi id
16 tale cauetur. † Et intellectus ho-
minis debet informari à iure, vt
dicit Deci. in c. prudentiam,in
17 primis verbis, de offic. deleg. †
Diuinatiui autem intellectus in
iure noſtro reijciuntur. tex. in
c. vt noſtrum. §. porro cum: vt
eccleſ. bene. ſine dimi.notat De-
ci.in c.ſuggeſtum, nu.4.de appel.
Non celabo tamen Gloſellam in-
tellectum Bartoli retinentem in
d.l. vt iuriſiurandi,in prin.vbi ad
verbum libertum, ſupplet, non
ingenuũ, & allegat d.l.ſi quis pro
eo: approbat quoque tamen in-
tellectum à me allatum,dum ad-
dit,nec ſeruum.Attamen propter
intellectum Gloſ. & Bar.qui nul-
la lege coadiuuatur,ego non mu-
to ſententiam, nec recedo ab in-
tellectu ſupra relato, qui legibus
prædictis fulcitur, & ſuadetur,
quem & nunc prodere auſus ſum,
quia reperi auctoritatem firmã
qua illum tueri valeam, nempe
D.Abb.Panor. in repetit.cap.per
tuas,num.28. de arbit.vbi decla-
rando illam legem ſi quis pro eo,
dicit ſe intelligere, quod ideo il-
le, qui iurauit ſed præſtaturum
operas, cum non eſſet Libertus,
non obligatur, nec fideiuſſor pro
eo,videlicet ratione ſui erroris,
quia credebat ſe liberum eſſe, cũ
non eſſet liber: & ſic aperte ſen-
tit Abb. quod ille qui putabatur
libertus,erat ſeruus.Et certe hic
intellectus plus conuenit, et ſua-
detur à maiori veriſimilitudine:
plus enim eſt veriſimilis, et plus
quadrat materiæ obligationis,et
perſonis de quibus lex loquitur;
nam cum loquatur de præſtatio-
ne operarum, et item de liberto,
quod ſcilicet reputabatur liber-
tus ille qui iurauit,plus conuenit
intelligere hoc de ſeruo, quam
de ingenuo; nam plus eſt veriſi-
mile quod fuerit ſeruus qui ta-
lem promiſſionem operarum fa-
ciebat, et item quod ſeruus æſti-
metur à ſe ipſo, & ab alio eſſe li-
bertus, vt contigit in illa lege,
quã is qui eſt ingenuus: id quod
aperte ſuadent illæ leges ſuperius
inductæ ad probandum hunc in-
tellectum, videlicet l. fin. ff. de
liber. cau. l.iuriſiurandi, in prin.
ff.de oper.lib. et l.1. C. eod. et l.
ſeruum teſt. ff.de manumiſſ.teſta.
quæ ponunt talem promiſſionem
factam à ſeruo ad hoc, vt oſten-
dãt eam non valere, ſcilicet pro-
pter errorem ipſius ſerui exiſti-
mantis ſe eſſe libertum:et ſic con
gruentius eſt iuxta eas intelli-
gere legem ipſam, ſi quis pro eo,
vt prædixi. Et ſi inſtares quod
imo ex illis legibus magis ſuade-
tur prædictus intellectus Bart.
quod l.ſi quis pro eo,intelligatur
de ingenuo, et non de ſeruo, ex
quo iam de ſeruo in illis legibus
erat declaratum, vt non debeat
fieri ſuperflua repetitio, quam
in iure

Digitized by Google

in iure reſpuendā fore vuult Imp. in l. 2. poſt med. ver. ſi quid autem C. de vet. iure enucle. Reſpondeo cum eodem Imperat. quod ſimilitudinis repetitio quandoq. non inutilis eſt, ſed neceſſaria pro diſpoſitione titulorum, & cognatione materiarum, vt ibi per eū. Et hunc intellectum, ac proinde quod ex illa. l. ſi quis pro eo, nullatenus probetur concluſio Bartoli, & ſequacium, quod ſcilicet de iure ciuili non oriatur obligatio ex iuramento, oſtendit Abb. vlterius bona ratione; ſi enim inquit voluiſſet ibi iuriſconſultus dare regulam generalem, vt ex iuramento nō oriatur obligatio, ad quid ſe adſtrinxiſſet ad eum, qui cum libertus non eſſet, iurauit ſe præſtaturum? &c. quaſi dicat, in tradendo regulam generalem non arctaſſet ſe ad caſum iſtū ſpecialem præſtationis operarū. Adde quod locus quoque parum fuiſſet congruus huiuſcemodi regulæ; parum enim congrue ſituata fuiſſet ſub eo titulo. Ergo d. lex ſi quis pro eo, parum opitulabitur opinioni Bartoli, & legiſtarum, dum tenent aſſeruntq. Ingenuum iuramēto non obligari, per d. l. ſi quis pro eo: & ideo cū hæc Concluſio ſuo fundamento remaneat deſtituta (ſolū enim in illa lege fundamentum iecit, vt teſtis eſt Abb. in præalleg. repeti. c. per tuas, num. 27. in fi.) facile erit illam euertere, & contrariam Concluſionem conſtituere: Videlicet quod iuramentum promiſſorium etiam iure ciuili inſpecto, virtutē habeat obligandi, & actionem pariat etiam reſpectu liberi ſeu ingenui hominis. Et hanc Concluſionem ego putabam ſuſtineri poſſe ſaluando etiam prædictum intellectum Bart. ad d. l. Si quis pro eo, videlicet vt illa intelligatur de ingenuo; nam non ideo magis verum erit, etiam ſtante hoc Bart. intellectu, elici ex ea lege iuramētum promiſſorium ſimpliciter, ſeu generaliter non inducere obligationem in ingenuo, quia nec dicitur hoc in illa lege, nec alibi id habetur: Quare ſaluo etiā d. intellectu Bartoli quoad hoc, ego intelligo, quod ſi ibi ingenuus iureiurando non adſtringitur, id ſpeciale eſt in caſu illius legis, ſcilicet in præſtatione operarum: † nam ad talem præſta- 18
tionem non poteſt liber homo, ſcilicet ingenuus, adſtringere ſe iuramento, ſed libertus ſic bene poteſt, vt de ipſo liberto cauetur, in l. vt iuriſiurandi, præallegat. in prin. ff. de oper. liber. prout hanc ſpecialitatē videtur ſentire Gloſ. in l. operarum, in ſecunda Gloſ. in fi. ff. eod. tit. Et ratio ſpecialitatis, ac item differentiæ in Ingenuo, quare non obligetur, conſiderari poteſt multifariam, nempe ex parte ipſius, dignitas, & nobilitas humanę creaturæ, & fauor libertatis; ex parte rei præſtandę, odium ſeruitutis quam ſapere videtur promiſſio preſtationis operarum, veluti ſubiectio poteſtati alterius, ſeu quaſi in ſeruitutem redactio: ex parte iuramenti, eius maieſtas, virtus & efficacia ad obligandum: † magna enim eſt 19
vis iuramenti, quia facit teneri præciſe ad factum, vt notat Deci. in cap. 1. num. 129. de iudic. late Abb. in d. repet. c. per tuas num. 33. copioſe pariter, ac ner-

Digitized by Google

noſe Felin. in c. ad noſtram, il primo: de iureiur. vt contra bonos mores naturales, vtpote abſonũ à naturali æquitate, & ratione viſum ſit legumlatori tam forti vinculo adſtringi ingenuum hominem ad præſtationem rei eius perſonam tangentis, & ceu ſeruituti eum ſubijcientis, ſeu ad minus eius libertatem minuentis, atque onerantis: bene facit l. 2 & l. interdum, la prima: verſ. ſed ſi liberta. & l. labeo ait: ff. de
20 oper. liber. † quippe ineſtimabilis res eſt libertas. l. 2. §. 3. ff. ad
21 legem rodi. de iact. † & alia quã plura in iure ciuili libertatis fauore introducta ſunt, vt notat. inſtit. de lega. §. ante hæredis: &
22 de noxal. act. §. 1. † Et eius datio dicitur actus pius, vt not. Inſti.
23 de liber. §. multis, † & de iure quoque canonico eius fauore permittitur id quod alioqui regulariter eodem iure prohibitum eſt; nam pro redemptione captiuorum diſtrahi permittuntur ſupellectilia ſacra Eccleſiarum, ac uaſa ſacra earum, vt in c. apoſtolicos, 12. q. 2. ideo impium & illicitum viſum eſt legumlatoribus eam iuramento minui, vel impediri; nolueruntq. propterea virtutem iuramenti ad talia extendi,
24 † cum poſſit ſtatuere lex ciuilis, ne iuramentum trahatur ad illicita, vt dixit Bal. in l. nec patronis. C. de oper. lib. & ad alia dicenda inf. par. 3. q. 5. poſt medium, verſ. Aut cauſa legis ten-
25 dit. † Inuigilat enim lex, vt impedimenta libertatis tollantur: Inſtit. de lege fus. can. tol. cũ ibi no-
26 tat. † Et iuramentum contra bonos mores nullo iure eſt obligatorium: vt in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.

† At in liberto eſt ratio item è 27
contra ſpecialis, quare obligetur, nempe naturalis æquitas, & ratio qua ad antidora obligatur obingens libertatis acceptæ beneficium: quam rationem expreſſe ſentit Abb. in c. cum veniſſet, col. pen. num. 26. verſ. nam ibi libertus, de inſtit. & in allegata repetit. cap. per tuas, num. 10. verſ. ſed nullam aliam. Et addi poteſt in
eo † quod res de facili reuertitur 28
ad ſuam naturam. ſpecul. de legat. §. 6. ad fin. aliam quoque aſſignat Bal. relatus à Iaſ. in l. iuſiurandum: ff. de iureiur. videlicet in recompenſationem libertatis, quæ eſt eadem cum prima quam premiſi. Quamobrem quouis modo intelligatur d. l. ſi quis pro eo, non videtur bene probare illam opinionem Bartoli, & ſequaciũ, quod iuramentum non ſit modus inducendæ obligationis in ingenuo, pro quo ſemper ſolet allegari. Quocirca cum parum firmum ſit fundamentum quo ea opinio nititur, firmior remanebit contraria opinio, quod etiam iure ciuili inſpecto, iuramentum Promiſſorium, quod obligationis introductorium vocant, producat obligationem in libero homine, eamq. efficacẽ de iure ad agẽdum quantumcunq. non præceſſerit, vel ſubſequatur aliud pactum, vel contractus. Quę concluſio vltra iam dicta, eiuſdem Bartoli armis ſatis vindicatur, dum ipſe tribuit iuramento ipſi promiſſorio, ſeu vt vocat, obligationis introductorio hanc ſuam vim, et virtutem producendi obligationem efficaefficaefficaefficaefficaefficaefficaefficaeffica-

efficacem in liberto quoad operas per d. l. ſi quis pro eo. Nam cur non idem in ingenuo in quacumq. alia materia licita, in qua ſcilicet non eſt quid vetet ingenuum iuramento obligari? Bartolus enim nõ aſſignat ſpecialem rationem, quam nec certe aſſignari poſſe reor, cur magis operari habeat iuramentũ in liberto quo ad operas, quam in ingenuo quoad alia: facit reg. vulgata, quod eadem res nõ debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes, vbi Bart. ff. de vſucap. Gloſ. in l. in quartam, verſ. coherede, & ibi Alex. ſuper ea. ff. ad leg. Falcid. & ea quæ dicuntur infra par. 2. q. 3. nu. 3. circa finem, quod idem eſt vinculum iuramenti reſpectu vnius atque alterius, nec minuitur, vel augetur ex conditione perſonarũ, cum non ſit perſonarũ acceptio apud Deum. Nam deducere hoc ex eo quod d. l. ſi quis pro eo, definit non teneri fideiuſſorem pro eo, qui libertus non eſſet, et operas ſe præſtaturum iuraſſet, videtur nimis incõgrua, et coacta deductio, cum facillima, et genuina ſe offerat ad illã l. reſponſio abſque eo, quod extorqueatur ab ea huiuſmodi dogma, quod iuram. non ſit modus inducendæ obligationis in libero homine; quod repugnat virtuti iuram. quæ de iure quoque ciuili inuiolata conſeruari cernitur ex multis locis, & præſertim, quia eo quoque iure proprium titulũ iuriiurando tributum eſſe in ff. & C. videmus: & ex his quæ fuſe adducuntur inf. par. 3. q. 5. ſuper declaratione. l. non dub. C. de legib. Quod ergo in ea l. fideiuſſoria obligatio non tenet, id eſt eo quia deficit principalis: quod eſt ſecundum ordinariã regulam iuris, vt not. ibi Gloſ. 1.

Cur autẽ principalis ipſa obligatio non teneat, ſi dicimus eo quia iuramentũ non poteſt inducere obligationem efficacem in Ingenuo, vim atque iniuriã tum iuramento, tum ipſi legi adhibemus: diuinamus, & mendicamus quin etiam extorquemus reſponſionem, quæ alioqui patentiſſima eſt, ea nempe, quia in eo iuramento: eſto quod ab ingenuo, vt Bartolo placet, pręſtitum ſit, adeſt error, & conſequenter deficit conſenſus, qui eſt ſpiritus & vita iuramenti; merito non inducit obligationem in eo qui iurauit, quicunque fuerit is qui iurauit. Iuramentum enim ex falſa cauſa, ac ſubinde ex defectu conſenſus, non eſt obligatorium. l. fin. ff. qui ſat. cog. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. quod ſentit Gloſ. 1. præall. in d. l. ſi quis pro eo. in prin. Gloſ. & dicam inf. par. 3. q. 5. in declaratione legis fin. C. de nonnume. pecu. & alibi. Verumtamen vt præſentis articuli amplior, & reſolutior cognitio, ac definitio habeatur, operæprecium eſt ſcire, quod hęc diſputatio à Doctoribus duabus concluſionibus terminatur: † Prima eſt, quæ habet 29
iuramentum de iure ciuili producit obligationem naturalem tantum inefficacem ad agendum, quia ſcilicet nõ pręſtat actionem: Et ſi ad hanc concluſionem referre volumus diſputationem, nullam hæc concluſio patietur contradictionem, quoniam huiuſmodi concluſionem, quod etiam iure ci-

re ciuili inſpecto, ex iuramento extraiudiciali obligationis, vt vocat, introductorio oriatur obligatio naturalis quantumcumque non præceſſerit alia obligatio, vel pactum, vel alia cauſa: quæ tamen inſufficiens eſt eo iure ad agendũ cum non pariat actionem: tenent omnes; & Legiſtæ communiter id tenent in Auth. decernit ius. C. de arbitr. teſte Abb. Pan. in ſæpe alleg. repetit. c. per tuas num. 23. eod. tit. de arbitr. quicquid voluerit Bart. etiam circa hanc cõcluſionem, in d.l. ſi quis pro eo: nam idemmet Bart. hanc communem concluſionem tenuit in extrauag. ad reprimendum. verſ. denunciationem, num. 10. verſic. vel de ea naturali, vbi dicit dictũ iuramentũ etiam in ingenuo producere obligationem naturalem, quæ originem habet ex conſenſu
30 prout ex pacto nudo † quam valere dicit ad agendum per viam denunciationis Euangelicæ; & illum quoque refert Abb. vbi ſu-
31 pra. † Et ſi ante dictum iuramentum præceſſiſſet naturalis obligatio ex aliqua cauſa, orietur ex ipſo iuramento obligatio efficax ad producendam actionem etiam ipſo iure ciuili inſpecto; id quod in confeſſo eſt apud ipſos Legiſtas, vt tradit Abb. per exempla id comprobans & demonſtrans, in illa repetit. cap. per tuas, nu. 10. notab. 6. & num. 19. & 30. cum ſeq.

32 † Altera eſt Concluſio, vt dictum iuramentum de iure ciuili producat obligationem, & actionem: & hæc concluſio maiorem patitur contradictionem, nam ex ipſis Legiſtis ſequuti ſunt eam Vltramontani in l. 1. C. de oper. lib. quos refert Iaſ. cum aliquibus bonis eorum fundamentis, in l. iuſiurandum quod ex conuentione, num. 7. ff. de iureiur. qui tamen eos non ſequitur inquiens communẽ eſſe ſententiam Citramontanorum negatiuam, quam ipſe ſequitur, & veram eſſe dicit, videlicet, quod ex d. Iuramento Promiſſorio in futurum (vt ipſe dicit) de iure ciuili nulla oriatur obligatio, & actio, ex alijs ibi per eum citatis. Sed tamen primam opinionem affirmatiuam Vltramontanorum fuſe, ac neruoſe longa diſputatione adhibita cõprobat, & ſequitur Seraſi. in ſuo Tractat. de Priuil. Iuram. Priuil. xix. per tot. quam ego veriorem æſtimo per ſupradicta, & per alia quæ deducuntur infra par. 3. q. 5. in declarat. l. non dubium. C. de legi. circa vim, & auctoritatem iuramenti etiam penes ius ciuile, non obſtante d.l. non dubium & multis alijs, quibus vera affertur declaratio in tota illa q. 5. Adde in hoc articulo ſi plura videre cupis, citationes congeſtas à Rom. in conſ. 437. num. 5. verſ. quoad ſecundum.

PRAE-

PRAELVDIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Promiſſorium à iure canonico accepit vim, & virtutem producendi obligationem efficacem ad agẽdum, & excipiendum: intellige quatuor concurrentibus: & quæ ſint: nu. 3. 4. 5. 6.*

2 *Statuere in materia iuramenti ad Eccleſiam pertinet.*

7 *Iuramentũ ſuſtinet actus nullos de iure ciuili, quia attenditur ius canonicum, & non curatur de iure ciuili, quoad hoc: amplia vt nu. 8. & 9.*

10 *Iuris ciuilis diſpoſitio circa iuramentum non eſt attendenda vbi aduerſatur diſpoſitioni iuris canonici.*

11 *Iuramentum quoad eius exequutionem poteſt eſſe de foro laicali.*

12 *Leges ciuiles inutiliter in materia iuramenti allegantur.*

13 *Iuramenti ad exequutionem, atque obſeruantiam quibus quotue modis agatur, remiſſiue.*

TERTIO admoneo ſeu præludo, quod quamuis de iure ciuili articulus prę dictus paſſus fit cõtrouerſiam, ſuperueniente poſtmodum iure canonico ceſſauit omnis ambiguitas, & diſceptatio terminationem indubiam recepit: † quia iure canonico definitum eſt, iuramentum prædictum obligare efficaciter, & ex eo agi poſſe, vt tradunt conſentiuntque Doctores omnes ſupra citati: & Abb. & Felin. in c. 1. de iureiur. & hoc ius canonicum etiã in foro ſeculari † eſt obſeruandum, vt in c. licet mulieres de iureiuran. in 6. & dicam alibi. Namque diſponere, & ſtatuere circa materiam iuramenti ad Eccleſiam, & Canonum conditores pertinet, vt in c. venerabilem de elect. Et ideo ius canonicum circa materiam propriã plenius, & expreſſius quam ius ciuile diſpoſuit, & plenam vim ſuamque virtutem iuramento palàm tribuit, & generaliter ſtatuit iuramentum eſſe ſeruandum, quod cum tribus illis comitibus, ſcilicet veritate, iudicio, iuſtitiaq. præſtatur: vt in c. & iurabũt 22. q. 1. de quibus infra ſingulatim agetur: & proinde quatuor copulatiue concurrentibus, † Primo, quod ſeruari poſſit iuramentum ſine diſpendio ſalutis æternæ. c. ſi vero: c. verum: & c. cum contingat, de iureiur. c. 2. in fin. de pact. in 6. & plenius infra ſuo loco oportuniori declarabitur. † Secundo quod non ſit contra publicam vtilitatem principaliter, vt in c. ſi diligenti: de foro compet. non ſecundario l. 1. ff. ſol. mat. iuncto d. c. cum contingat. † Tertio quod

(margin: 1, 2, 3, 4, 5)

quod non tendat in præiudicium tertij directe, & principaliter d. c. cum contingat, & d. c. 2. in fin.
6 de pact. in 6. cum ſua Gl. † Quarto quod non ſit contra bonos mores, vt in reg. non eſt obligatorium, vbi late not. de reg. iur. in 6. intellige bonos mores naturales, non ciuiles, vt declarat Abb. in d. c. ſi vero, num. 6. in fin. de iureiur. Dictis concurrentibus, de quibus etiam infra ſuis locis cõmodius pertractabitur, iuram. de iure canonico ſeruatur generaliter, & obligationem efficacem, & actionem producit, vt prædixi &
7 alibi infra dicetur. † Atque inſuper ſuſtinet actus quibus apponitur quantumcumq. darenus eos
8 inualidos eſſe de iure ciuili, † adeo quod de iure canonico non eſſet curandum an contractus eſſet nullus de iure communi an de iure ſpeciali; & an ſit contra legem, vel præter legem, vt probatur in d. c. cum contingat, vbi Doctores præſertim Abb. & in c. quemadmodum, de iureiur. & in c. licet mulieres. eo. in 6. & per Io. And. in c. fin. de foro compe. in 6. & pleniſſime Abb. in diſput. ſtante ſtatuto Ciuit. Senen. Et eſt communis opinio Canoniſtarum, vt teſtatur Soccin. qui prædicta pie, & eleganter tradit in cõſ. 77. col. 7. lib. 1. ex Paul. de Caſtr. in Auth. Sacramenta. C. ſi aduer. vendi.
9 † Amplia, ſiue verba legis directa ſint in perſonam contrahẽtis, quia ſcilicet ius prohibeat perſonam contrahere, ſiue ſimpliciter annullet actum ſine ſolemnitate à lege requiſita geſtum, nã vtroque caſu actus ſuſtinetur iuramento, reiecta huiuſmodi prędicta diſtinctione Bart. in l. ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſ. quam ridiculam vocant Canoniſtæ in c. cum contingat prælleg. vbi præſertim Abb. Et communis opin. eſt contra Bart. teſte eodem Soccin. d. conſ. 77. col. 9. in prin. Et Alex. in addi. ad Bar. in d. l. ſi quis pro eo.

Et adde quod circa prędicta, & generaliter in materia iuramẽti quicquid iure canonico cautum eſt, vtpote de ſua peculiari materia diſponẽte, ſeruari debet; 10
† & ſi quid ſecus iure ciuili diſpoſitum reperiretur, haud quaque attendendum eſſet; quia ius ciu. in hoc falcem mitteret in meſſem 11
alienam † cum iuramentum non ſit de foro laicali, niſi circa exequutionem ſcilicet, vt illud mandare poſſit exequutioni, vt in c. fin. de foro compet. in 6. & ibi Doct. & probatur in c. licet mu- 12
lieres de iureiur. eod. lib. 6. † & ſic inutiliter iura ciuilia, ſeu leges alioqui allegarentur: vt pie pariter, & notabiliter tradit Soc. in præall. conſ. 77. & Paul. de Caſt. conſ. 196. in prin. lib. 2. in vltimo impreſſ. Ego tamen eius ſum opinionis, vt vix reperiri poſſe cenſeam, vt ius ciuile impediat veterq. obſeruãtiam iuramenti, vbi licite, & honeſte illud obſeruari poteſt, & quod in hoc diſcrepet à iure canonico: id quod fusè demonſtrabitur infra in par. 3. q. 5. & ibi declarautur omnes leges, quæ id ſuadere videntur. 13

† Porro de pluribus medijs ſiue modis quibus agitur ad obſeruantiam iuramenti, videas Panorm. in ſæpe alleg. repetit. cap. per tuas. num. 18. de arbit. Non

pono

pono hic, quia non de iuramenti nexu, & obligatione, ſed de eius diſſolutione, ideſt Abſolutione quærimus.

PRAELVDIVM IV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, vt ſit obligatorium, debet habere tres comites, ſcilicet veritatem, iudicium, iuſtitiam: & de ratione, num.8. & 9.*

2 *Iuramentum ſine ſuis comitibus non habet rationem iuramenti, ſed periurij.*

3 *Iuramẽtum ex defectu vnius tantum ex dictis ſuis comitibus redditur inualidum: tem pera, vt nu.4.remiſſiue.*

5 *Veritatem ineſſe debere in iuramento qualiter intelligendum ſit: Item qualiter iudicium,& iuſtitiam:nu.6.& 7.*

10 *Iuſtitia an, & quomodo ineſſe dicatur iuramento aſſertorio.*

11 *Iuramentum ſine tribus Comitibus redditur falſum tribus reſpectibus, ſeu ſecundum tres falſitatis gradus iuxta defectum ſingulorum illorũ Comitum: & qualiter iuxta vnumquemlibet eorum id contingat: num.12.14.15.& 16. vbi ſpeciatim de Promiſſorio.*

13 *Iuramenti finis eſt veritas.*

17 *Obligatio in Iuramento Promiſſorio ex ipſomet naſcitur, & eſt eius effectus.*

18 *Actus agentium non operantur præter intentionem.*

19 *Non entis nullæ ſunt partes, vel qualitates.*

20 *Iuramentum Promiſſorium duplici reſpectu veritatem continere debet, ſcilicet quo ad intentionem adimplendi cũ iuratur, & in ipſa poſtmodum exequutione.*

21 *Iuramentum Promiſſorium dicitur falſum ex defectu comitis veritatis.*

22 *Periurium mortale ſemper incurritur ex Iuramento Promiſſorio emiſſo ſine intentione adimplendi, qualiſcumque & quantacumque ſit res iurata.*

23 *Iuramentum Aſſertorium falſum, ſemper eſt peccatum mortale.*

24 *Iuramentum Promiſſorium, ſi non adimpletur, non ſemper inducit periurium, & mortale peccatum.*

25 *Iurans ſe facturum homicidiũ, vel aliud illicitum, non eſt periurus non adimplendo, ſed peccauit iurando.*

26 *Iuramentum, quod impeditiuũ eſt alicuius boni ſupererogationis, puta ſe non ingreſſurum Religionem, non tenetur iurans ſeruare, nec fit periurus contraueniendo, imo peccauit iurando.*

27 *Iuramentum Promiſſorium, vbi detegitur in malum euẽtum, ſeu exitum redundare te-*

re, non tenetur iurans adimplere, & ex hoc non fit periurus, nec peccat.

28 *Iurans quid de ſe bonum, ſed tamen impeditiuum maioris boni, non fit periurus, nec peccat contraueniendo ex cauſa illius maioris boni.*

29 *Iurans ſe adimpleturum in genere voluntatem alterius, an peccet ſic iurando, remiſſiue.*

30 *Periurium euitatur ob id, quod in iuramento ſubintelligebatur ex conſueto more iurantium.*

31 *Periurium euitatur ob auctoritatem ſuperioris relaxationem impendentis.*

32 *Iuramentum promiſſorium in iudiciali foro præſumitur præſtitum cum intentione adimplendi, ac ſubinde obligatorium eſſe, nec creditur iuranti contrarium aſſerenti.*

33 *Iuramentum promiſſorium ex defectu iudicij redditur inualidum.*

34 *Iuramentum promiſſorium ex defectu iudicij dicitur temerarium.*

35 *Iuſtitia proprius intimuſque iuramenti promiſſorij Comes dicitur.*

36 *Iuramentum promiſſorium ex defectu iuſtitiæ ſui comitis fit inualidum: & illicitum, & iniquum nuncupatur: & numero 37.*

38 *Comites illi, ſcil· , veritas, iudicium, & i· ·ia cur iuramento præcipu· ·ibuãtur.*

39 *Iuram. promiſſ· ı quando obliget ad mortale: remiſſiue.*

40 *Periurium quando ſit mortale, vel non: remiſſiue.*

QVARTI Præludij loco admoneo, ſiue præmitto, † quod iuramentum ad hoc, vt ſit validũ, & obligatorium, debet eſſe comitatum tribus illis comitibus, vt vocant iuramenti, videlicet veritate, iudicio, & iuſtitia, iuxtà illud Hieremiæ Prophetæ, Et iurabunt, Viuit Dominus, in veritate, & iudicio, & iuſtitia, relatum in cap. & iurabunt, 22. q. 1. & in c. & ſi Chriſtus. §. Iacobus: de iureiur. & in c. animaduertendum, 22. q. 2. & per Reuerendiſſimos Patres in Catechiſmo, in 2. præcepto: non aſſumes nomen Dei, &c. in 3. carta, verſ. verum enimuero. 1

† Et ſi iſta defuerint, nequaquã iuramentum erit, ſed periurium, inqnit diuus Hieronymus in allegato. c. animaduertendum. 2

† Immo defectus vnius eorum tantum, ne dum omnium trium, reddit iuramentum irritum, inualidum, & illicitum, vt adnotat Dominic. Soto in tract. de iuſti. & iure iam allegato lib. 8. q. 1. ar. 3. col. 2. in prin. & Goffr. in ſumma in tit. de iureiur. col. 4. in fi. verſ. in ſumma. & per Card. in Clem. 1. §. fin. q. 10. de iureiur. & eſt communis opinio, vt teſtatur Curt. Iun. conſ. 141. nu. 9. & Bapt. Vilalob. in communibus opin. lit. I. num. 99. & Eman. Soar. in ſuo Theſauro receptarum ſent. lit. I. num. 270. & Rolan. à valle conſ. 48. vol. 3. & conſ. 98. vol. 1. & cõſ. 75. vol. 4. † quod ſane intelligendum 3 4

dum eſt cum modificatione,& declaratione, quam ponam infra in parte 4.in caſu 4.verſ. neque aduerſantur.

5 † Quod dicitur veritatē ineſſe debere iuramento intellige, ideſt conſcientiam veritatis, nam veritas rei nō ſufficit, niſi adſit conſcientia: ſola vero conſcientia veritatis ſufficit, c.homines, 22. q.2. & aduertit Gloſ. in d.c.animaduertendum: & not.in d.cap. & ſi Chriſtus, in verſ.in veritate: de iureiuran. & habetur in Catech. in d.2. præc. in 5.car. verſ. vetamur diuinum, ibi iurat autem falſo non is ſolus.

6 † Iudiciū intellige, ideſt prudentiam diſcretionis, vel deliberationem.

7 † Iuſtitiam, ideſt,vt iuſtum ſit & licitum, quod iuratur: ita notatur in d. c. animaduertendum: & d.c. & ſi Chriſtus: & explicat Sot. in alleg. art.3.& per eoſdem Reuerendiſſimos Patres in Catechi. d.2.præcep.car.3.verſ.verum enimuero.

Rationem aſſignat D. Bonau.
8 †quare iſtis ornamentis iuramētum ornatum veſtitumq. eſſe debeat: nempe quia iuramentum ad tria comparatur, videlicet ad eum qui iurat, & ſic debetur ſibi iudicium, ideſt prudentia diſcretionis: Item ad rem de qua ſit, ſeu quę iuratur,cuius reſpectu debetur veritas, vt ſit adæquatio ſermonis & rei. Tertio ad cauſam comparatur, pro qua ſit iuramentum, & ita iuſtitia in eo requiritur, vt ſcilicet pro cauſa iuſta fiat. In 3. ſentent.diſt.39.

Et multa quidem ratione tria hæc ſimul Iuramento ineſſe de-
bent. † quoniam enim per iura- 9
mentum Deus, qui ſumma veritas ſummaq. iuſtitia eſt,in teſtem adducitur; neceſſarium ad eius reuerentiam eſt, vt id quod iuratur,primum ſit verum; mox iuſtum & æquum; tertio præterea itidem requiritur circumſpectio iurandi, vt non leuiter, ſed maturo iudicio, & diſcretione fiat, vt ex D.Thoma 2. 2. q.89. conſiderat Sot. in iam allegato art. 3. paulo poſt principium.

Et in iuramento Promiſſorio hi tres comites vtique ſine hæſitatione ab omnibus exiguntur.
† In Aſſertorio autem de tertio 10
illo comite iuſtitia dubium nonnullū exiſtit, an in Aſſertorio locum habeat: videbatur enim ei in Aſſertorio non eſſe locus, ſed ſolum in Promiſſorio: quia in eo quod promittitur,iuſtitia eſſe debet, vt ſcilicet iuſtum ſit quod promittitur: Sed in Aſſertorio, inquit Caiet. ineptum eſſe iuſtitiam aſſignare, quantum ad rem iuratam: poſſum enim ego aſſerere ſub iuramento me, aut illum ſcelera,quæ iniuſta ſunt opera,patraſſe: Et item iurare me eſſe pranſum, quod non eſt res mala; aſſero quidem verum, ſed tamen inepte dicitur res iuſta. Et opinio Caietani vera eſt,ſi iuſtitia referatur ad rem iuratam: Sed ſi habetur reſpectus ad cauſam iurandi, & ad illam iuſtitia referatur, etiam Aſſertorio quadrabit: pro quo adeas Domin. Sot. (eſt enim id extra inſtitutum noſtrū) in d. artic. 3. col. 2. verſ. De ſecundo.

Qualiter autem iuramentum prædictis tribus comitibus, ſeu

præſidijs deſtitutum cenſendũ ſit eſſe falſum iuramentum, ſiue manis periurium : qualiterue contineat in ſe falſitatem, ac proinde ſit contra ſecundũ Decalogi pręceptum, Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum; vanitaſq. in eo qualiter comperiatur, explicat Domin. Soto in ſępe alleg. ar-
11 tic. 3. col. 2. in prin. † Etenim trifariam tunc in eo falſitas contingere poteſt, ſeu tres falſitatis gradus conſiderari poſſunt, ſcilicet iuxta defectum, ſeu carentiã trium illorum comitum, ſingulos
12 eorũ reſpicientes. † Primus gradus falſitatis eſt ſimpliciter in actu reſpiciẽs primum comitem veritatem ex defectu eius deſcendẽs, quando ſcilicet deeſt actu veritas in iuramento, vt quia prudens, & conſulto intendit falſum aſſeuerare, ſiue promittere: id enim contingit tam in Aſſertorio, quam in Promiſſorio, ſcilicet quando quis pollicetur id, quod non intendit facere, vadit enim contra mentem, ſeu conſcientiam, in qua hanc comitem veritatẽ potiſſimum conſiſtere ſupra declaratũ fuit: Et ſic actu hoc caſu exurgit falſitas. Et vanitas in eo pariter deprehẽditur ex defectu eiuſdem comitis veritatis, nam vbi non eſt veritas, iuramentum ſua euacuatur ſubſtantia, & medulla perinde, inquit Soto, atque Auellana nucleo: iure ergo vanum eſt; nam fruſtra, & in vanum fit, cum fine ſuo careat nem-
13 pe veritate, † quæ finis eſt iuramenti, vt poſt D. Thom. 2.2. q. 98. artic. 1. probat Dominic. Soto d. tract. de iuſti. & iur. lib. 8. q. 2. artic. 1. col. mihi 2. in prin.

Secundus † gradus falſitatis dicitur eſſe in virtute, aut vigore 14
contrariæ obligationis, ſiue contrariæ legis, ineſtq. ex defectu ſecundi comitis iuſtitiæ, vbi ſcilicet aliquid iuratur iniquum, puta homicidium patrare: licet enim actu adſit veritas, & ſic primus Comes eo, quia illud facere vere intendit; ineſt tamen falſitas virtualiter ratione contrariæ obligationis, atque contrariæ legis qua tenetur falſum reddere quod iurauit, ſcilicet deſiſtendo: & licet poſtea ſit facturus, iurando tamen factus fuit periurus vigore obligationis contrariæ, & alterius legis, quæ illum iure ad peierandum deberet inducere. adeſt ergo falſitas virtualiter, quia conſultius eſſet, vt iuramentum poſtea falſificaret. Vanitas itidem in hoc ſecundo falſitatis gradu comperitur in huiuſmodi iuramento iuſtitia comite deſtituto, quia è regione aduerſatur ſcopo, & fini, nempe iuſtitiæ, ad cuius cuſtodiam conceſſa nobis eſt iurandi facultas: quid enim tam vanum, quam Deum teſtem iniquitatis facere? ſicuti vana eſſet oratio, quæ Deum ad iram prouocaret.

Tertius † gradus falſitatis eſt 15
in potentia, ineſtq. iuramento reddens illud periurium ex defectu tertij comitis iudicij, quia deeſt iudicij veritas: Nam & ſi quis verum quidem iuret putans eſſe verum, leuiter tamen, ac temere, ſcilicet, aut citra neceſſitatem, aut citra cordatam aduertentiam, vt certior veritatis fiat antequam iuret, pariterque quod ad Promiſſorium attinet, ſi incon-

inconſiderate , & temere quid promittit,non bene aduertẽs, an ſit præſtaturus, licet inſit illic ſimpliciter veritas, eſt quædam falſitas in potentia, propterea quod qui ſic iurat, in periculo iurandi falſum verſatur. Adeſt præterea & vanitas conſequenter, quia huiuſmodi iuratio caret cauſa iurandi , nempe neceſſitate , vel magna vtilitate , vt intelligunt Patres illud Euangelij Math. 5. & Lucæ 6. ego autem dico vobis nolite iurare omnino,vt per Ianſen.ibi in ſua Concor.Euang.cap. 40. in 2. parte concordiæ ; ſicut vana fuiſſet Pænitentia , vbi nullum præfuiſſet peccatum : ita declarat Domin.Soto in præallegata quæſt. 1. art.3. & quęſt. 2. art. 1. lib.8. dicti ſui tract. de iuſti. & iure; & Reuerendiſſimi Patres in Catech. in iam citato 2. præcepto , in 2. illius parte,verſ. vetamur diuinum .

Et è contra ſi plenius ſcire cupis qualiter quaue ratione vtrunque iuramenti genus,tam ſcilicet Aſſertorium,quam Promiſſorium prædictorum trium comitum prę ſidio , & comitatu fulcitum , ornatumq. eſſe debeat; vltra iam dicta , vide in Catech.in d.2.præcepto in 3. carta,à verſ. verum enimuero .

De Promiſſorio autem, quippe de cuius dumtaxat abſolutione, ſiue relaxatione acturus ſum , vt
16 aliquid plus addam † multa quidẽ ratione aſſeritur debere adeſſe illi tres illos comites , videlicet veritatem , iudicium,& iuſtitiam ; & ſine illis nullum , & inualidum reddi.Nam primo, quod attinet ad veritatem , ſi iurator non habet intentionem promittendi , ſeu obligandi ſe ad promiſſa : neque etiam verum facere poſtea , quod iuramento confirmat, iam deficiente veritate conſenſus , & intentionis , ac item exequutionis , quantum iam ad ipſius animum ; euacuatur iuramentum ſua ſubſtantia, & medulla, & merito nullum redditur,nullamque parere poteſt obligationem, ea ratione † quia obligatio 17
in hoc iuramenti genere ex ipſomet iuramento naſcitur , & eſt eius effectus ; quia ad iurantem ſpectat efficere verum , quod ſuo iuramento promittit , vt Sot.adnotat in præallegata q.1.artic.7. col.2. in princ. Ideo ex tali iuramento ſua ſubſtantia, & formalitate carente , tamquam ex cauſa inefficaci,nullus oriri poteſt effectus l. 4. §. condemnatum. ff.de re iudi. nec mirum:nam cum iuramentum ſit actus humanus , ſi abeſt intentio iuranti ſe obligandi, nullum eſt iuſiurandum, quia † actus agentium non operantur 18
præter intentionem ; Bart. qui id nominatim de iuramento notat in l.ſi quis pro eo , num.15.ff.de fideiuſſ. Et item deeſt extremum ſuper quod feratur, & cadat obligatio;quæ cum in hoc iuramenti genere feratur , & cadat ſuper rẽ iuramento firmatam , quã ſcilicet ad ipſum iurantem ſpectat veram poſtea facere , vt dictum eſt, iam non eſt in huiuſmodi iuramento ſuper quam ferri poſſit , quando nulla eſt in animo , & intentione iurãtis, iuxta illud vulgatum non † entis nullæ ſunt par 19
tes,vel qualitates . l.diuus ff.de teſt. mil. Inſti. de inutil. ſtip. in prin.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

prin. l. impoſſibiliũ ff. de reg. iur.
20 In† omni nãq. iuramento promiſſorio duæ inſunt, ſeu ineſſe debēt veritatis rationes, nẽpe aſſertorij, & promiſſorij, videlicet, vt iurando veritatem proferat, ideſt vt certum in præſenti habeat propoſitum id faciendi, quod iurat, quod eſt de ratione aſſertorij: quę ratio in promiſſorio iuramento conſiſtit in hoc, ſcilicet, vt mens tunc præſens verbo reſpondeat, ne contra mentem, atque adeo mendacium iures. Altera veritatis ratio ipſiuſmet promiſſorij propria eſt, & reſpicit exequutionem, ſcilicet, vt poſtea in exequutione, ſi materia ſit licita, id faciat verum, quod iurauit: & ſic ratio hęc veritatis ſequitur obligationem iuramenti: ex eo .n. quod iuraſti, vinculo te obſtrinxiſti verum id poſtea facere in exequutione. & in vtramq. harum veritatis rationum iuramentũ promiſſoriũ ferri, & in vtriſq. ſubſiſti certum eſt adeo, vt ſi vel vtraque, vel altera deficiat in eo, non ſit vnde, vel quomodo iuramentum ipſum eiuſq. obligatio ſubſiſtat: vt deducit eleganter Domin. Sot. videndus in d. tract. de iuſt. & iur. lib. 8. q. 1. art. 7. col. mihi 5. & col. 24. ſequutus D. Th. 2.2. q. 89. art. 7. in ſolu. ad primum. facit c. tua. de ſponſa. & l. ſi per errorem, cum nota. ff. de iuriſ. om. iud. & tradita per Ab. in c. ſi vero, num. 9. & ibi per Feli. poſt illum, col. 3. ſuper Gl. iuram. verſ. & declara ſecundo: de iure-
21 iur. Et † ex defectu huius primi comitis, ſcilicet veritatis in ipſo iuramento promiſſorio ſecũdum prædictas rationes conſiderati, iuramentum ipſum falſum appellatur: vt not. Sot. d. q. 1. art. 3. col. 1. verſ. poſterior concluſio.

Falſitas autem, vt ex prædictis patet, dupliciter in eo reperiri poteſt, ſcilicet iuxta quod vel vtraque illi deeſt veritatis ratio, vel altera tantum, nempe vel quia cum iurat, deeſt illi mens, & intentio implendi, quod promittit: vel ſi adfuit, tamen poſtea re ipſa non implet: vt diſtinguũt Reuerendiſſimi Patres in Cathec. in ſæpe alleg. 2. præcepto. car. mihi 6. verſ. eiuſdem vero: & Ianſe. in Concor. Euang. par. 2. cap. 40. ſuper verſ. non periurabis, fol. mihi 95. col. 1. lit. A.

Intereſt tamẽ multũ inter hos duos falſitatis modos. Etenim † 22
primo modo ſemper periurus eſt qui quod iurando promittit, non intendit præſtare, etiamſi tale id ſit quod impleri, vel non liceat, vel nõ poſſit, vt in Catech. & Ian. vbi ſupra: & per exempla oſtendit Sot. in alleg. art. 7. col. mihi 5. Iam enim falſi crimen, & ſubinde periurij peccatum commiſit in corde ſuo, quia ita iurando vadit contra mentem, & conſcientiam, & conſequenter contra veritatem, quam in mente conſiſtere ſupradictum fuit, vbi actu ipſo falſitatem exurgere in hoc caſu in huiuſmodi iuramento ſimiliter oſtenſum fuit. Simile eſt ei quod dicitur, qui viderit mulierem ad concupiſcendum, iã mechatus eſt in corde ſuo. Quo circa peccatum mortale ineſt ſemper in periurio iuxta hunc falſitatis modũ.
Nam † quemadmodum omne iuramentum aſſertorium falſum, 23
abſque vlla prorſus exceptione morta-

mortale peccatum eſt,non attenta qualitate, nec quantitate materiæ, parua ſit vel magna; bona vel mala, ea nimirum ratione, quia culpa ſita eſt in eo,videlicet quod Deus in teſte adducitur falſi (quæ ratio peræque viget in quacumq; materia) ita eadem ratione in iuramento promiſſorio iuxta hunc primum modum falſitatis inerit ſemper mortale ratione veritatis Aſſertorij, contra quam venit qui iurans promittit ſine intentione adimplendi, vt declarat Soto d. artic. 7. col.4. & 5.

Qualiter autem iurans rem illicitam, vel vanam teneatur habere de præſenti certum propoſitum id faciendi quod iurat, videre potes per eumdem Soto, vbi ſupra.

24 Secundo † autem modo ſcilicet iuxta ſecundam eam rationem quam iuramenti promiſſorij propriam eſſe diximus, non ſemper periurus eſt, nec ſemper mortaliter peccat, qui in exequutione deficit. Id quod, vt clarius innoteſcat, ſciendum eſt ſecundũ Janſen.in loco paulo ſup. citat. quod quatuor modis cõtingit nõ adimpleri iuram. ſine peccato. Primo ex parte materiæ, ſcilicet ſi materia Iuramẽti nõ eſt capax vinculi obligatorij,puta, quia mala eſt,& illicita.Vel ſi promiſſio contineat omiſſionem, ſeu deſertionem boni alicuius ſupererogationis.

25 Exemplum primi, † ſi iurauit quis facere homicidium:

26 Exemplum † ſecundi, ſi iurauerit non ingreſſurum religionem: Talis enim peccat quidem grauiſſime talia iurando, non tamen periurus eſt ea non adimplendo: Quinimo iurãdo talia,fuit Periurus ex defectu iuſtitiæ, quæ deeſt in tali iuramento:iurauit enim iniuſtum, quod tenebatur facere falſum omnino, & abſolute quo ad primum exemplum; & quoad ſecundum conſultius ſaltem id faceret, ſcilicet iuramento contraueniendo: vt ſupra declaratum fuit: & explicat Domin. Soto in ſæpe alleg. tract. de iuſt.lib. 8.q.2. art.2.ſuper primo argum. D.Thomæ: & infra dicetur ſuper defectu huius comitis iuſtitiæ.

Secundo † modo contrauenitur iuramento promiſſorio ſine peccato propter euentum, videlicet, ſi euentus ſit malus. exemplũ ponit Ianſ. in iuramento Herodis: Vel item, quia † impeditiuus ſit maioris boni: exemplum ponit in iurante contrahere Matrimonium. 27

28

Periculum autem mali euentus reperiri facile poterit in iuramento illo,quod præſtatur in genere de adimplenda voluntate alterius, in quod ſcilicet incidit Herodes huiuſmodi illo ſuo iuramento. De quo † vtrum abſque mortali peccato fieri poſſit: videas Domin. Sot. d.q. 2. d.art.2. 29

Tertio modo † propter modũ iurandi,cui ſcilicet conſueto more aliquid ſubintelligitur. exemplum, cum aliqui iurant,honorare ſe inuicem volentes, non præcedam per Deum: in his enim,& ſimilibus modis ſecundum rationabilem communem ſenſum ſubintelligitur quantum eſt ex me: ideoque non obligant ad mortale: videas Soto in præallegata q.1.art.7.col.7. 30

Quarto

31 Quarto modo † ſine peccato non adimpletur iuramẽtum propter abſolutionem, ſiue relaxationem habitam ab eo qui eam impendere valet. Ita Ianſen. ex Caiet. per eum relato in loco citato.

Poſtremo circa prędictum primum iuramenti comitem, nempe veritatem debemus inſuper animaduertere, quod licet in prædicto primo caſu, ſeu modo, quando ſcilicet quis iureiurando promittit aliquid, cum tamen ei animus nõ ſit adimplere promiſſum, iuramentum ſit inualidum, careatq. vi, & efficacia obligandi ex defectu veritatis conſcientiæ, & conſenſus, ad ſupradicta: ni-
32 hilominus † in iudiciali foro iuramentum præſumeretur validũ, & obligatorium, nec crederetur eidem iuranti contrarium aſſerenti: vt notat Sot. d. q. 1. d. art. 7. col. 25. & petẽda eſſet abſolutio: vt tradunt Abb. in c. ſi vero, nu. 9. & Fely. ibi col. 3. ſuper Gloſ. ver. iuramentum: verſ. declara ſecundo: de iureiur. de quo infra ſuo loco videndum erit.

33 Secundus † item comes iudicium, ſi deſit in iuramento promiſſorio, illud nullum eſt, & ſi primus comes, veritas ſcilicet adſit: imo & ſi cum veritate iuſtitiam tertium comitem coniungas; tamen ſi temere ſine iudicio, ideſt inconſiderate ſine diſcretionis prudentia, ſed leuiter ſine debita deliberatione emiſeris iuramentum; illud non valet, illoq. non ligaris; quia non tantum iuramentum, quantum periurium cenſendum eſt: adeſt enim in eo falſitas in potentia, iuxta tertium falſitatis gradum 11 ſupra declaratum. Vt cum quis id iurat, quod in eius non eſt poteſtate: Et exemplum ponit Soto in paupere, qui talentum iureiurando polliceretur. Item in iuramento emiſſo calore iracũdiæ, quod alioqui conſulto non eſſet emiſſum: de quo per Abb. & Fel. in c. ſicut ex litteris, & c. ſi vero: de iureiur.

Et † ex huius comitis defectu 34 iuramentum temerarium appellatur, vt notat Sot. quæſt. 1. art. 3. libri octaui d. ſui tract. de iuſti. De quo iuramento temerario infra in 4. par. in ſexto caſu principali ſpecialius latiuſq. agetur, an & quando ſit obligatorium, egeatq. abſolutione.

Tertius poſtremo comes † iu- 35 ſtitia proprius, & peculiaris intimuſq. huius iuramenti promiſſorij comes eſt in tantum, vt Caietanus putauerit ipſi ſoli iuramento promiſſorio iuſtitiam conuenire, non autẽ & aſſertorio, quod & ſupra adnotaui. Itaque † ſi hic 36 comes promiſſorio deſit, illud nullum eſt, & obligandi vi caret. Vt ſi quis iurauerit peccatum mortale perpetrare: tunc enim & ſi veritas, primus ſcilicet comes adſit, vt quia animus ei ſit exequi, quod iurauit: pariter & ſi iudicium alter comes non deſit, vt quia deliberate, & conſultò iurauerit; tamẽ iuramentum non ligat ex defectu d. comitis, ſcilicet iuſtitię, & proinde minime eſt obſeruandum, 22. q. 4. per tot. vbi in omnibus illis Canonibus ponuntur quamplurima eius exempla, & declarat Domin. Sot. lib. 8. q. 1. art. 7. eiuſdem tract. de iuſt.

& iu.

& iu.Quin periurium potius tale iuramentum cenſeri,falſitatemq. ei virtualiter ineſſe , virtute ſcilicet contrariæ obligationis, ſeu alterius legis,iam ſupra declaratum fuit.

37 Et † ex huius comitis defectu iuram.nuncupatur iniquum,& illicitum , vt notat idem Sot. d.q. 1.artic.3.

38 Et † eſt notandũ, quod hi tres comites iuramento pro eius maieſtate , & dignitate tribuuntur : nam licet cuicumq. virtutis officio competant ; tamen ob ingens periculum,quod iurãti imminet tam ob diuinam maieſtatẽ, cuius nomen non eſt temere inuocandum , quam ob linguæ humanæ lubricitatem, ad iuramenti dignitatem potiſſimum requiruntur. Ita Sot.d.art.3.ad fin.

Porro ſi cito interim ſcire aues
vltra iam dicta , & ea, quæ agen-
da ſunt infra , quando † obliga- 39
tio iuraměti promiſſorij ſub rea-
tu mortalis culpę perſtringat iu-
rantem , ita quod neceſſaria ſit
abſolutio : & † de periurio gene- 40
raliter , an & quando ſit morta-
le,vide eundem Sot.d.art. 7. col. 3. & ſeq. d.q.1.Et q.2.art.3. etenim extra meum eſt inſtitutum hic plenius de his diſſerere;quia ad abſolutionem mea dirigitur intentio , atque tractatio, & hac de re quantum ſat erit,in ea inſeretur.

PRAELVDIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutionis à iuramento cognitio , & conceſſio ad Eccleſiaſticos iudices ſpectat.*

2 *Abſolutio à iuramento qualiter , & cur , ſeu ad quem finem concedatur.*

QVINTO prælu-do, ſiue præmitto acturum me de abſolutione illorum iuramentorum , quæ ſub illius iuramenti genere continentur , quod promiſſorium vocari præfatus ſum , nempe quæ , vel de ſe obligationis ſunt introductoria , de quibus Bart. in ſæpe ſupra alleg. l. ſi quis pro eo . de fideiuſſ. Vel ad alicuius contractus , vel conuentionis , atque obligationis confirmationem adhibentur , vt in auth. ſacramenta . C. ſi aduer. vendi. Et in cap. cum contingat , de iureiur. & cap. licet mul. eo. in 6. & cap. quamuis , de pact. in 6. cum ſi-
milibus . Nam † ab huiuſmodi 1
iuramentis ſolent Iudices Eccleſiaſtici , ad quorum ſcilicet iuriſdictionem pertinet huiuſmo-

di cognitio, iuxta infra dicenda, abſolutionem concedere, ab-
2 ſoluendo† iurantes, perſonarum, & cauſarum conditionibus circumſtantijſque penſatis; nempe vt deceptis ſuccurratur, & decipientium malitijs obuietur, ad notata in cap. debitores, de iureiur. & in cap. tuas, de vſur. cum ſimilibus, & tradit practica papi. in for. iuram. quod præſtatur à parte, Gloſ. 1. num. 3.

Finis Præludiorum.

ANTO-

Digitized by Google

ANTONII CORNEI DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI

Promiſſorij, ſiue Obſeruationis.

PARS PRIMA.

Quid ſit Abſolutio: Quomodo diſtinguatur: An alijs medijs tollatur Iuramentum præter Abſolutionem. Quid de Diſpenſatione: De Remiſsione Partis: De Reſtitutione in integrum: Et an Abſolutio locum habere poſsit, vel debeat in iuramento.

QVAESTIO PRIMA.

Quid ſit Abſolutio, & an realiter inuicem differant Abſolutio ſimplex, & Præparatoria, ſeu ad effectum agendi.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio rei de qua agitur in quacumq. tractatione præmittenda eſt.*

2 *Diffinitio qualibet in iure periculoſa eſt.*

3 *Diffinitionem ſecundum ea, quæ frequentius accidunt, ſuſtineri ſufficit.*

4 *Abſolutio à iuramento promiſſorio, quid ſit.*

5 *Definitio bona conſtare debet ex genere, & differentijs.*

6 *Abſolutio à iuramento dupliciter ſe habet, nam quandoq. datur pure, quandoq. ſub conditione: & num. 8.*

7 *Abſolutio pure, & ſimpliciter data, ideſt ſimplex; & plena abſolutio tollit vinculum iuramenti, & eſt apta afferre graue præiudicium, quia apta eſt ex toto tollere obligationem.*

9 *Abſolutio à iuramento, vbi datur ſub conditione, appellatur alias abſolutio præparatoria, item abſolutio ad effectum agendi, item relaxatio iuramenti.*

DE Abſolutione iudiciali iuramenti promiſſorij tracta
1 turus † operæpretium duxi, ſequendo Ciceronis præceptum in libro primo Officioru à noſtratibus paſſim, & nominatim à Baldo in præludijs feudorum vſurpatum, eiuſdem abſolutionis definitionem præmittere, vt iuxta eundem Ciceronem ſciatur, quid ſit id de quo noſtra hęc tractatio inſtituitur: quamuis non me lateat iuriſconſulti mo-
2 nitum dicentis † omnem in iure definitionem periculoſam eſſe: rarum enim eſt; vt non ſuberti poſſit, in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. quod monitum, ſeu dictum declarat Ab. in rub. de ſent. excom. Cum vero idem Abb. di-
3 cat † in iure noſtro ſufficere, quod definitio ſuſtineatur ſecundum ea quæ frequentius accidunt, in rub. de iudi. quem ibi ſequitur Deci. & facit inſti. de iure perſo. §. ſeruitus autem, cum Gloſ. ver. Domino: idcirco ad definitionem noſtræ huius abſolutionis iuramenti promiſſorij deuenientes; omiſſis alijs abſolutionum ſpeciebus, de quibus per Io. Gerſo. in ſum. par. 4. verſ. abſolutio, & Tabien. eodē verſ. in ſum. & alios alibi, quæ non ſunt tractationis noſtræ: Quæro quid ſit abſolu-
tio. Et † dici poteſt, quod ſit re- 4
motio, ſeu ruptio vinculi iuramēti ad promittendum quidpiā legitime præſtiti, facta in iudiciali foro ex iuſta cauſa ab Eccleſiaſtico, mediāte iuriſdictione epiſcopali, vel quaſi. Hæc definitio bona videtur † quia cōſtat ex genere & differentijs, iuxta theoricam Bartoli in l. 1. in prin. ff. de teſta. fuſius Euer. in ſua Topi. in loco à definit. Nam *remotio, ſeu ruptio* eſt loco generis: Tabien. in d. loco. ver. abſolutio, il primo, num. 2. *Vinculi Iuramenti*, ſecernitur per hęc verba abſolutio hęc noſtra ab alijs, quę non ſunt iuramenti, vt puta excommunicationis, & peccatorum: idem Tabien. in d. loco. *Ad promittendum, &c.* vt per hoc dignoſcatur iuramentum, cuius abſolutionis definitio aſſignatur, propter aſſertorium; tum etiam vt ſciatur compræhendi omne iuramentum adhibitum ad confirmandum, quod promittitur ſiue concluſiue, ſiue excluſiue, iuxta ea quæ dixi in præludio primo, verſ. promiſſorium quod: & verſ. Et ex his, ibi, quia eſt iuramentum vnum. *Legitime præſtiti*, ponitur propter iuramenta, quæ non egent abſolutione, quia de ſe non ſunt obligatoria, ad ea quæ dicentur infra in par. 3. q. 12. quaſi in fine, in ſecunda limitatione, & facit l. decem, ff. de verb. oblig. & quod not. Bal. in cap. 2. in oppoſit. 2. de iureiur. & hoc ſcire eſt magni effectus

propter

propter iudicis prorogationem, vt dicetur inf. par. 4. caſu 17. de remiſſ. par. *Facta in foro iudiciali*, dicitur ad differentiã ſacramentalis, quæ ſcilicet fit in foro animæ. *ex iuxta cauſa*, dicitur, quia abſque iuxta cauſa nõ eſſet vera, & valida abſolutio, nec tutus eſſet abſolutus, quo ad Deũ, etiam ſi fieret à Papa. Gloſ. eſt ordinaria in cap. quanto, de iureiur. not. Fel. in cap. 2. col. 7. in 1. concl. lim. 1. de ſponſal. *Ab Eccleſiaſtico* ponitur per ea quæ dixi in Præludio 5. nempe ad excludendum Iudicem laicum, & Partẽ cui præſtitum eſt iuramentum, quorum ſcilicet remiſſio, nihil tangit vinculum iuramenti, iuxta ea quæ dicentur inf. in par. 3. q. 1. verſ. indirecte, & prius in hac par. q. 4. & in par. 2. q. 7. Et item ad ſecernendam poteſtatem parentum, & maritorum, qui huiuſmodi poteſtatem circa vinculum iuramenti non habent, vt poſſit in eis dici vera abſolutio, ad ea quæ dicentur in 2. par. q. 9. maxime in fi. *Mediante Iuriſdictione Epiſcopali, vel quaſi:* hæc verba ponuntur ad excludendum tum prædictos, tum etiam Eccleſiaſticos, qui talem iuriſdictionem nõ habent, per ea, quæ dicentur infra par. 2. q. 4. Et hæc definitio probatur in c. verum, de iureiur. vbi probatur, quod abſolutio tollit vinculũ iuramenti: & ex mente Rip. in rub. de iudic. nu. 29.

Vlterius ſcire operæ precium fuerit ad euitãdam æquiuocationem, quod † hæc ipſa abſolutio 6
bifariam ſe habet: nam aut datur pure, & ſimpliciter, ita vt ſtatim ſit plena, & pura abſolutio, atque eo ipſo operetur effectum ſuum, ſcilicet vt diſſoluat vinculum iuramenti: Et † hæc abſolutio eſt 7
multum præiudicialis, & magni effectus, quia ex ea contingere poteſt inſimul diſſolutio obligationis principalis, ſeu cõtractus, cui iuramentũ adiectum eſt: apta enim eſt ex toto tollere obligationem, quod cõtingit in caſibus, in quibus obligatio nititur ſolo iuramento, vt puta, quia nullum alium habet præexiſtentem titulum, vel contractum: vel quia contractus, cui adiectum eſt iuramentum, de ſe nullus prorſus, & inualidus eſt adeo, vt ſolo iuramenti vinculo obligatio fulciatur, iuxta ea, quæ ſuo loco explicabuntur in par. 3. q. 14. Et ſecundum hunc principalem modum dicitur ſimplex, & plena abſolutio, de qua extant duæ deciſio. Guid. pap. ſ. deciſ. 140. & 225.

Aut † ſecundo modo datur abſolutio, non vt eo ipſo habeat effectum ſuum, ſcilicet, vt tollat ſtatim vinculum iuramenti: ſed datur ſub conditione, videlicet ſi apparuerit de veritate cauſæ: & verificata conditione, ſcilicet factis plenis probationibus exhibet ſe veram, & plenam abſolutionẽ, & ſuum plenũ ſortitur effectum, ad latius explicanda infra in tertia par. q. 10. Et interim fuit conditionalis, & tenuit in ſuſpenſo vinculum iuramenti, vt habilitatem præſtaret impetrãti ad agendum, vel excipiendũ, ideſt, vt poſſit dicere, & opponere cõtra obligationem iuratam abſque metu periurij, quod alioqui facere nõ potuiſſet propter obſtaculum iuramenti, quod ſibi os claudebat, 8

vt in

vt in proxima ſequenti q. fuſius
9 explicabitur. Et ideo † Abſolutio, iuxta hunc ſecũdum modum conceſſa, peculiari nomine ab effectu vocari ſolet abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi: Item abſolutio præparatoria; itẽ vocari ſolet communiter relaxatio iuramenti. Verumtamen Doctores præſertim antiquiores promiſcue etiam his nominibus vti ſolent, videlicet accipiendo abſolutionem ſimpliciter, quandoq. pro ſimplici, & plena abſolutione: Quandoq. pro præparatoria abſolutione, ſeu relaxatione: & quandoque relaxationem pro plena abſolutione. Ego vtar promiſcue pariter, & indiſtincte nomine abſolutionis generice; vbi idem iuris cenſendũ erit de vtraque; vbi vero diuerſus erit inter vtramq. iuris effectus, & determinatio, diſtinctis nominibus eas nuncupabo, vt omnis euitetur ambiguitas, & æquiuocatio.

Et duplicem hanc abſolutionis habitudinem, & acceptionem ſentit aperte Paul. de Caſt. conſ. 359. circa primum. verſ. poſſet etiã, lib. 2. pro qua videto, quæ latius dicentur inf. par. 3. d. q. 10. verſ. Cæterum ſubtilius.

Et hæc abſolutionis acceptio, atque diſtinctio obſeruanda eſt, quia prodeſt ad euitandam obſcuritatem, & æquiuocationem, quæ ſepe oritur in hac materia, inijciendo ſcrupulos, & difficultatem in dictis Doctorum circa eam.

QVAESTIO II.

De Abſolutione Præparatoria, ſeu ad effectum agendi, vel excipiendi, an ſoluat vinculum iuramenti, & de eius natura, & effectu.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio præparatoria, ſiue ad effectum agendi, vel excipiendi cum ſit conditionalis, non tollit ſtatim vinculum Iuramenti, ſed ſuſpendit: & nihil aliud eſt, quã iuramenti ſuſpenſio.*

2 *Abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi, dicitur fieri ad litem præparandam, non decidendam.*

3 *Abſolutio præparatoria, habilitat iurãtẽ, vt admittatur ad iudicium, non obſtante iuramento: ſed non excuſat illum poſtmodum à periurio ſi non probauit: & nu. 5. & ideo*

4 *Abſolutus ad effectum agendi, vel excipiendi remanet interim nihilominus ligatus iuramento, quia illud ſolũ fuit ſuſpenſum; & ideo in illud rem.*

reincidit ſi ſuccumbit, & efficitur periurus & nunc.

6 *Abſolutio præparatoria non conſtituit diuerſam ſpeciem, ſed ex modo dandi, & ab effectu recipit peculiare nomen.*

QVONIAM vero in Forenſi curiarum Eccleſiaſticarũ practica frequẽtior vſitatiorq. eſt ſecũdus prædictus principalis modus abſolutionis dandę, ſecundum quem dixi dari Abſolutionem ad effectum agendi, vel excipiendi, & eam eſſe conditionalem, & præparatoriam, atque etiam relaxationem appellari: plenius circa eam quærendum occurrit de eius natura, & ef-
1 fectu. Et vidimus † ſecundum illum modum non ſtatim tolli, ſeu remoueri vinculum iuramenti; ſed tantum ſuſpendi: Vnde tunc illa abſolutio, nihil aliud eſt, quã iuramenti ſuſpenſio, vt eam vocat Bal. in c. 1. num. 5. de iureiur. per l. cum hic ſtatus §. ſiue. ff. de dona. inter vir. & vxo. & not. in l. 2. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obl. Solum enim præſtat habilitatem, vt poſſit diſcuti de validitate, ſiue inualiditate contractus, atque ipſius obligationis iuratæ; & fit, inquit Bal. ad aperiendam viam inquiſitioni veritatis, & non imponit termi-
2 num liti; quia † fit ad litem præparandam non ad decidendam:
3 & ideo † ſi fertur ſententia poſt modum contra ipſum iurantem, remanet ligatus vt prius iuramento, & eſt periurus, ſi non ſatisfacit in termino, vt declarat Bal. vbi ſupra; non enim ab initio fuit ſimplex, & pura abſolutio, ſed data ſub conditione, ſi ſic eſt, vt dicit Feli. in d. c. 1. ſub nu. 25. paulo poſt prin. verſ. & in hac varietate. † nimirum ſi non 4
docet de cauſa, reincidit in iuramentum, vt ibi per eum, & dico inf. in par. 3. q. 10. verſ. cæterum ſubtilius: & ideo eam dixi appellari præparatoriam, ſeu ad effectum agendi, ſiue excipiendi;
quia † hunc ſolũ effectum operatur, videlicet, vt aperiat buccam iuranti, eumq. habilitet, vt ius ſuum agendo, vel excipiẽdo proponere poſſit aduerſus iuratam obligationem ad illam retractandam, ex cauſis iuſtis id ſuadentibus, quod ſibi alioqui non fuiſſet permiſſum propter iuriſiurandi exceptionem, ſeu periurij imputationem. 5

Et de hoc ſecundo modo abſolutionis dandæ, ſeu de huiuſmodi præparatoria abſolutione, agit Galleſ. in tract. de oblig. ad for. cam. par. 6. q. 2. plene doct. præſertim Felin. in cap. 1. de iureiur. & Dominus Marcheſ. in ſuo trac. comiſ. par. 1. comiſ. 1. cap. 2. & D. Ant. Gagliar. in ſuo opuſculo de abſol. à iur. & cõſulit Paul. de Caſt. conſ. 196. lib. 2. & alibi; & ego infra tractabo.

Neque tamen propterea cenſenda erit hæc ſpecies diuerſa abſolutionis, ſeu alia abſolutio ab ea quæ eſt diffinita, quia imo vna eſt: patet: nam aut obtinet iurator idemq. abſolutus, & tunc vera fuit abſolutio, quia repleta fuit probationibus, ad dicta ſupra q. prox. ver. & ſecundum hunc modum,

modum,& dicenda latius in par. 3. q.10. Aut reportauit ſentẽtiam contra,& nulla fuit abſolutio:patet, quia remanet periurus, & iuramento ligatus, vt eſt dictum.

Et ſic ſolum differentia eſt circa modos eam dandi, & ab effectu recipit peculiare, ſeu diuerſum nomen.

QVAESTIO III.

De Diſpenſatione: an ſit remedium contra Iuramentum, aliud ab Abſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in materia iuramenti, idem eſt, quod abſolutio, & ſunt ſynonima.*

2 *Diſpenſatio competit ſolis ſuperioribus Eccleſiaſticis, & non alteri homini priuato.*

3 *Diſpenſatio dicitur actus iuriſdictionis, & præſupponit auctoritatem iuriſdictionis in diſpenſante.*

TErtio pro notitia terminorum, quibus Doctores in hac materia vti ſolent, quæro de diſpenſatione: quo termino in hac materia noſtra iuramenti vtitur Domin. Sot. in tract. de iuſti. & iure. lib.8. q.1. art.9. An ſit remedium contra iuramentum diſtinctum ab abſolutione: Et reſpondetur negatiue, quia † ponitur in materia iuramenti pro abſolutione, & ſunt ſynonima, vt patet ex traditis à Soto d.art.9. dum quærit vtrum vinculum, ſeu obligatio iuramenti poſſit per diſpenſationem extingui, concludendo affirmatiue, dũque itidem eam attribuit Papæ, & Superioribus Eccleſiaſticis, quibus ſolis abſolutionem concedere iure pariter tributum eſt, vt ſupra eſt dictum. Diſpenſatio. n. † vt de abſolutione eſt dictum, pertinet ad Iudicem, ſeu ſuperiorem Eccleſiaſticum, & non alteri priuato homini; quia † præſupponit auctoritatem iuriſdictionis in diſpenſante, cum ſit actus iuriſdictionis, cap. conquerente, & c. dilectus. de offic. ordi. & tradit Rom. conſ.325. num.12. & patet ex eius diffinitione tradita à Spe. tit. de diſpenſa. §.1. in prin.

QVAE-

QVÆSTIO IV.

De remiſsione, ſeu relaxatione Partis, an tollat iuramentum: Et qnomodo ſe habeat circa illud.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum promiſſorium poteſt relaxari, ſeu remitti ab homine priuato, ſeu à parte cui præſtitum fuit.*

2 *Relaxationem, ſeu remiſſionem iuramenti a parte dupliciter fieri contingit, ſcilicet vel ſua ſponte, vel imperio iudicis.*

3 *Obligatio primaria ex iuramento acquiritur Deo.*

4 *Homo priuatus, ſeu pars, qui iuramẽtum recepit, qualiter illud relaxet, ſeu remittat, & nu. 10. 12. & 18.*

5 *Iuramentum intelligitur præſtitum Deo per reſpectum hominis, non homini per reſpectum Dei.*

6 *Iuramẽtum licet principaliter dicatur tendere in Deum, & Deo acquiri principaliter obligatio ex illo dicatur: tamen intelligitur recipi à Deo ad commodũ hominis, cuius fauore præſtatur. Et ideo*

7 *Iuramẽtum ſi à parte remittitur, & relaxatur, etiam à Deo relaxatur.*

8 *Relaxatio iuramenti facta à parte, tollit tam obligationem qua ſibi pars tenebatur, quam eam qua tenebatur Deo.*

9 *Obligatio, qua Deo acquiritur ex iuramento homini præſtito, intelligitur habere in ſe conditionem, ſi parti placuerit.*

11 *Relaxatio iuramenti fieri põt quandoq. ab homine priuato, ideſt à parte cui præſtitum eſt, & non à ſuperiore, etiam à Papa: et quando, et nu. 16.*

12 *Relaxatio, ſeu remiſſio partis non eſt diſpenſatio, ſeu abſolutio iuramenti; ſed potius quaſi remiſſio, ſeu donatio debiti.*

13 *Remiſſio, ſeu relaxatio iuramenti fieri poteſt ab eo qui recepit illud, ne dum expreſſe, ſed etiam tacite, & qualiter.*

14 *Iuramentum etiã homini præſtitum relaxare, ſeu diſpenſare poteſt Papa quandoque ita quod non ipſe homo: & quando, nu. 17. 21. 23.*

15 *Remiſſio, ſeu relaxatio iuramenti ab homine priuato fieri nequit, etiam quod concernat eius commodum tantum, ſi ad illud iurans tenetur etiã alia ex cauſa, præter iuramentum.*

20 *Iuramentũ etiam homini præſtitum non poteſt tolli, vel directo impediri ab ipſo homine priuato.*

21 *Remiſſio, ſeu relaxatio iuramenti fieri nequit ab homine*

priuato, etiam quod ei præſtitum ſit iuramentum, ſi illud continet id, quod pertinet ad religionem, vel cultum Dei. Limita, vt nu. 22. amplia, vt nu. 24.

25 *Remiſſionem iuramenti nemo ſibi facere poteſt, etiam, quod illud ad ſui ipſius commodum tantum præſtitiſſet.*

QVAERO quarto, an vltra abſolutionem per quam ſubuenitur iurāti contra ſuum iuramentum à Iudice eccleſiaſtico iudicialiter, ſit aliud remedium, per quod eidem iuranti aduerſus iuramentum ſuccurri valeat.

1 Dic ſic, ſcilicet † remiſſio partis, quæ iuramentum recepit, ſeu in cuius fauorem iuratum fuit: vt in c. 1. de iureiur. Et habes exēplum in Spec. tit. de legato. §. nunc oſtendendum, ver. hoc quoque notandum, nu. 29. quod ſubijciam infra: & de ea agit Felin. in c. 2. in concl. 4. de ſponſ.

2 Et hanc † remiſſionem, ſeu relaxationem à Parte dupliciter fieri contingit, nempe vel ſua ſponte, vt in exemplo ſpeculatoris, quod infra ſubijciam: Quandoq. eam facere cogitur Iudice compellente, vt in d. c. 1. de quo infra ſuo loco fuſius dicetur.

Neque obſtat obiectio, quod iuramentum, quod pręſtatur Deo
3 quoque, & homini, quippe † cum omne iuramentum principaliter tendat in Deum, eiuſque primaria obligatio Deo acquiratur. c. debitores, & c. & ſi Chriſtus de iureiur. & ibi omnes; non videtur quod poſſit relaxari ab homine priuato, præſertim per ea, quæ dicta ſunt in diffinitione abſolutionis; ſed quod ad Papam, vel Epiſcopum pertineat: prout opponebat Rom. in l. ſtipulatio hoc modo. col. 11. ff. de ver. obli. relatus à Feli. in c. 2. prælleg. in prima declar. concluſ. 4.

Nam reſpondetur, † quod per hanc remiſſionem homo non apponit manum in ipſo iuramento, neque quicquam ſe ingerit de illo; ſed ſolum remittit, & donat ius ſuum: poteſt enim ſuo commodo, & fauori renunciare, vt ſic poſtmodum iurans non arctetur amplius ad obſeruantiam iuramenti. Præterea ſoluo vna cum Bal. & Panor. † quod iuram. Deo præſtitum eſt per reſpectum hominis, & non homini per reſpectum Dei; ideo † Deus recipit iuram. ad illius hominis commodum, & illo remittente, Deus etiam remittit: Ita Bal. in d. c. 1. nu. 3. & Pan. nu. 4. idem in c. 2. in fin. de ſponſal. 4 5 6 7

Adde Paul. de Caſt. conſ. 210. viſis, & ponderatis omnibus de quibus ſupra, prope fi. lib. 2. notanter dicentem hanc remiſſionē iuramenti hominem priuatum facere poſſe, & † per eam tolli tam eam obligationem, qua ex iuramento pars ſibi tenebatur, quam illam qua tenebatur Deo: nam illa † habebat in ſe conditionem ſi parti placuerit: nihil enim aliud quærit Deus quantum ad hoc, niſi ſi pars, cui fuit iuratum, vult iuramentum ſeruari, ſeruetur; ſi non vult, non vltra quærit Deus: & hæc, inquit, probantur in 8 9

l. 1.

leg.1.§. & poſt operis. ff. de noui oper.nun. & patet in c.1.de iur.

10 Et in effectu † conſidera, quod pars nihil aliud facit ſic remittendo, quam tollere incurſum periurij alias imminentẽ ex contrauentione, vt reſpondet Rom. vbi ſupra à Felino relatus.

Verum quoniam non eſt perpetuo verum, eam iuramenti remiſſionem facere poſſe eum, ad cuius commodum iuratum fuit; ideo ampliori diſtinctioriq. explicatione articulus hic explicandus eſt.

11 Quamobrem ſciendum † eſt, remiſſionem, ſeu relaxationem iuramenti quandoq. facere poſſe hominem priuatum, ita quod ipſe ſolus, & non ſuperior, etiã Papa, facere valeat, vt in iuramẽto quod homo homini præſtitit ſoluendi, quod ei debebat: hoc caſu Papa non poteſt tale iuramentũ tollere, ſeu abſolutionem ab eo impartiri: ipſe vero, cui iuratum eſt, remittere illud poteſt: & hoc accidit non quidem ex minore facultate Papæ, neque ex dignitate iuramenti: ſed ex natura contractus, qui iuramento confirmatur. quoniam enim facultatem non habet Papa (loquendo ſaltem de poteſtate ordinaria) tollendi alteri, quod ſuum eſt; nequit ei iniuriam inferre cui præſtitum eſt iuramentum, illud relaxando: ille tamen, cui iuratum eſt, poteſt ſibi præſtitum iuramẽtum remittere; non quod cumulatiorem habeat facultatem, quã Papa; ſed quod eſt Dominus bonorum ſuorum: & ideo ſicut poteſt illa donare, ſic & obſeruantiam iuramenti circa ea remittere. 12 † Quare illa non eſt diſpenſatio circa iuramentum, ſed, vt ſupra dictum eſt, remiſſio, donatioque debiti: ita Dom.ſo. in allegato Tract. de Iuſt. & Iu. lib.8. quæſt.1. art.9. col.mihi 2. & iam ſupra reſponſum fuit, quod iſtud iuramentum eſt præſtitum Deo per reſpectum hominis, & non homini per reſpectum Dei: cumq. Deus illud recipiat ad commodũ hominis, illo remittẽte, Deus etiam remittit, neque opus eſt alia abſolutione ſuperioris, vt tradit Fel. in c.1.nu.2.de iureiur.

Et adde, † quod hanc remiſſionem facere poteſt is, cui iuratũ 13
eſt, nedum expreſſe, ſed etiam tacite; & tacita remiſſio etiam prodeſt iuranti. exemplum, ſi pater, puta, inſtituat heredem filiam, quæ iurauerat nolle habere regreſſum ad bona patris, puta cum nuptui fuerat tradita; poterit petere, quod ſibi debetur ex teſtamento; quia pater eam inſtituendo, videtur remiſiſſe tacite iuramentũ: id tradit Felin. quod dicit eſſe relatione dignum, in dicto c.1.num.6.vbi ponit etiam alia exempla: id quod proſequitur idem Felin. latius per alia exempla declarando, in præal. c. 2. de ſponſa. in prima declar. ad quartam Concluſionem.

Verum quia neque hoc abſolute perpetuoque verum eſt; quoniam † quandoque Papa relaxare 14
poteſt iuramentum homini præſtitũ, ita quod ipſe, cui illud præſtitũ eſt, minime poteſt: ideo ſciẽdum eſt huiuſmodi rei notionem ex materia ſuper qua iuratur eliciendam eſſe, diſtinctione videlicet adhibita.

Igitur cum quæritur an poſſit
quiſpiam Priuatus remittere Iu-
ramentum ſibi præſtitum,diſtin-
guendum eſt. Aut Iuramentum
reſpicit temporale commodum,
15 & tunc dic,† aut præter iuramē-
tum illud,tenetur iurans facere,
quod iurat, puta, quia Lanij
iurant non vendere Carnes infe-
ctas pro ſanis, vel Mercatores,
quod non ſophiſticabunt merces
ſuas, vel propter prolixiorem
terminum carius non vendent, &
tunc nequeunt ſibi remittere iu-
ramentum, quia propter anima-
rum ſalutem ſic iuratum eſſe vi-
detur.Aut non tenentur ſeruare,
quod iurant alias, quam per iu-
ramentum,ſed ſolum ex iuramē-
16 to, & tunc ſubdiſtingue. † Aut
enim obſeruantia iuramenti ſpe-
ctat tantum ad commodum, vel
incommodum iurantiū; & iurant
de dando, vel faciendo, vel non
faciendo aliquo alteri ab altero;
& tunc poſſunt ſibi remittere: vt
ſi aliquis iurat alij librū ſcribe-
re, vel domum, vel aliquid aliud
facere, & alius iurat ei mercedē
reddere: vel quando duo ſocij iu-
rant de communicandis omnibus
17 lucris.†Aut non iurant ſuper ali-
quo dando vel faciendo, ſeu non
faciendo ad inuicem,vt ſupra di-
ctum eſt; ſed alias iurant aliquid
ſe facturos, vel non facturos; &
nequeunt ſibi remittere. & ratio
differentiæ inter hunc,& priorem
18 caſum erit ea, † quia in priori
caſu per ſuam remiſſionem ille,
qui remittit,nihil facit circa iu-
ramentum;ſed ſolum ſubtrahit ei
materiam, vel rem ſuper qua iu-
ratum eſt:adeo,quod non eſt,de
quo iuramentum obſeruetur, &
remanet quaſi exinanitum per
remiſſionem debiti, ſiue eius rei,
de qua iuratū eſt. quiſquis enim
poteſt remittere,& donare alteri
ius ſuum, ſeu quod ſibi debetur,
† ſicque illa Remiſſio nihil eſt 19
aliud, quam donatio, ſiue remiſ-
ſio debiti, vt ſupra dictum fuit.
At in vltimo caſu deficit mediū,
quo iuramentum euacuari valeat
ſiue impediri:quia ille cui iuratū
eſt,cum nihil ſibi dari, vel fieri,
ſiue non fieri iuratum ſit,non ha-
bet,quod remittat,& donet, † & 20
ipſum iuramentum directo impe-
dire, & tollere nequit. hæc eſt
doctrina Spec. qui per dicta exē-
pla ita vt ſupra diſtinguit, & de-
clarat in titulo de Legato §.nunc
oſtendendum, verſiculo hoc quo-
que,num.28. & tangit in tit. de
iureiur. verſ. quod ſi is, num. 12.
libr. 4. Si † vero iurando quis 21
promittat alicui id, quod perti-
net ad cultum, & honorem Dei,
ſiue ad pietatem, & religionem:
Verbi gratia, Eleemoſynā dare,
religionem intrare,ire vltra ma-
re, & ibi Deo militare; vel ſi pi-
ſtor puta iuret de lucro certam
portionem fabricæ eccleſiæ, vel
in alios pios vſus erogare, & ſi-
mil. & tunc non poteſt, homo
priuatus cui præſtitum eſt tale
iuramētum,illud remittere:quo-
niam huiuſmodi iurationes non
fiunt proprie homini,ſed Deo:ſed
ad Papam vel Epiſcopū,pro qua-
litate ſcilicet materiæ diſpenſa-
tio pertinet iuſta exiſtēte cauſa:
alioquin enim ſine cauſa nec Pa-
pa poteſt,vt infra dicam.

Hoc †tamen limitandum eſt, 22
& hac conditione verum eſſe in-
telligendum, ſcilicet dummodo
promiſ-

promiſſionem de huiuſmodi quoque pietatis operibus non referas, & reſtringas ad vtilitatem & commodum eius cui iuras: puta, quia iuraſti ingreſſurum te religionem, ſi eidem amico cui iuraſti expediret; tunc ipſe amicus remiſſionem præſtare pote-
23 rit. † Aut vero id iuras animo Deo placendi, & quaſi Deo promittendi; tunc non eidem amico ſolum, in cuius ſcilicet commodũ iuraſti, ſed deo obligaris: ideoq; ille, cui iuraſti, non poteſt iuramentum remittere, ſed ſolus Papa vel Epiſcopus pro qualitate materiæ, vt ſupra eſt dictum; ita ſentit, & explicat Sot. dic. tract. de iuſti. lib. 8. quæſt. 1. art. 9. col. 4. & 5.
24 Amplia † hoc verum eſſe, vt etiam ſi cum iuras non intendis te obligare Deo, ſed tantum homini: nihilominus ſi iuras te factorum aliquid in fauorem Dei, non poteſt ille cui iuraſti remittere tale iuramentum Dei fauorem continens: ſicut ſi iuraſſem tibi, quod darem decem Titio in fauorem Titij, non poſſes mihi remittere hoc iuramentum; Ita tenet, & declarat Speculator in præallegato. §. nunc oſtendendum, nu. 30. Inſpiciendus eſt igitur animus iurantis.

Et in dubio quid tenendum, an ſcilicet iuramentum fuerit ad fauorem Dei, vel hominis, adeas Sot. qui id explicat in loco ſupra citato col. 5. in fine, verſ. & ideo quando.

Item † ſibi ipſi nequit quiſquã iuramentum remittere, etiam ſi illud præſtitiſſet ſimpliciter ad commodum ſuum, ne auctorizet in facto proprio; dico infra par. 2. q. 2. ſub ſexto membro. 25

QVAESTIO V.

De Reſtitutione in integrum, an, & quomodo aduerſus Iuramentum concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum nemini datur aduerſus proprium iuramentum.*

2 *Iuramentum ſupplet defectũ ætatis, quia facit Minorem cenſeri Maiorem.*

3 *Iuramentum cenſetur quædã ætatis venia propter ſpiritualitatẽ à iure introducta.*

4 *Reſtitutio in integrũ vbi nulla eſt læſio non conceditur.*

5 *Læſio non cadit, nec conſideratur in ſpiritualibus.*

6 *Minor in ſpiritualibus non auditur.*

7 *Reſtitutio aduerſus contractũ iuratum, quo ordine, & practica ſit petenda.*

Reſti-

8 *Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus iuramentum alteri delatum, & ab eo præſtitum.*

9 *Reſtitutio neque aduerſus cõtractum ipſum peti poteſt, niſi habita prius abſolutione à iuramento. amplia vt num. 10. & 11.*

12 *Iuramentum an ſuppleat pro certioratione: remiſſiue.*

13 *Scientia in actu requiſita non inducitur ex ſolo iuramento actui adiecto.*

14 *Solẽnitas extrinſeca, ſeu quod extrinſecus actui prouenit, non præſumitur.*

15 *Iuramentum ad ignorata, ſeu non cogitata non porrigitur.*

16 *Iuramentum vt iuranti præiudicet, non eſt neceſſaria ſpecifica ſcientia eius, in quo ſibi iuramentum præiudicat: Sed ſufficit ipſum eſſe informatũ ſuper quo facto, ſeu actu iurat.*

17 *Iuramenti virtus, & efficacia ſaltem notificanda eſt Minori, vt ſibi iuramentũ præiudicare habeat.*

18 *Iuramentum non fingit, neque præſumi facit minorem eſſe ſagacem, vel prudentem.*

19 *Reſtitutio in integrum, quamuis impediatur à iuramento reſpectu totius contractus ne per illam reſcindi valeat, non impeditur quo ad læſionem, quam ſentit minor ex eo contractu.*

20 *Reſtitutio in integrum tripliciter competit minori aduerſus contractum, ſcilicet reſpectu contractus pro reſciſſione: reſpectu læſionis reſarciendæ firmo manente contractu: & reſpectu pretij male conſumpti:*

21 *Reſtitutio in integrum ad tantundem propter pretium ſolutum minori, & ab eo male conſumptum, quando eidem minori ſit danda.*

22 *Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ non obſtante iuramento.*

QVINTO principaliter quęro de reſtitutione in integrũ, an ſit remediũ ſubueniendi contra iuramentum; & ſic an aduerſus iuramentum detur in integrum reſtitutio. Veritas & reſolutio quæſtionis per diſtinctionem patefiet.

Nam aut quæris vtrum minor
habeat reſtitutionem in integrũ
aduerſus iuramentum à ſe ſuſce-
ptum ac præſtitum, & reſpondeas
negatiue: nam regula eſt † ne- 1
mini cõpetere in integrum reſti-
tutionem contra proprium iura-
mentum, ſcilicet à ſe ſuſceptum,
ſed tantum abſolutionem: quam
regulam firmat Inno. in. c. 2. nu. 2.
de iureiur. & illum ſequuntur Do
ctores omnes, vt dicit Abbas ibi
num. 2. inquiens iſtud dictum In-
nocentij eſſe notabile; & nomi-
natim ſequitur Baldus ibi nu. 4.
& Felin. num. 7. & ex legiſtis hoc
dictum ſequitur Bartolus in leg.
nam poſtea §. ſi minor, in fine. ff.
de iureiur.

Amplia etiam, quod interuenerit metus, ſecundum Baldum in dicto cap. 2. num. 4. quia nihilo

magis

magis habet locum reſtitutio. Et ratio eſt, quia Adultus habet æta tem perfectam interpoſito iuramento: vnde dicitur, quod Iura-
2 mentum † facit minorem cenſeri maiorem, ideſt, idoneæ ætatis: eſt
3 † enim quædã ætatis venia propter ſpiritualitatẽ iuramẽti à iure introducta, vt notatur in l. 2. C. de reſcindẽda venditione: & ideo non conuenit reſtitutio in integrum, ſed abſolut. vt declar. Bal. vbi ſupra.

Verum quia hæc ratio refertur potius ad actum cui iuramentum adiectum eſt, & ad reſtitutionem ab illo habendam, conſideranda eſt alia ratio reſpectu iuramenti, ſeu reſtitutionis ab ipſo, ſeu aduerſus ipſum habendæ; quare, ſcilicet in ipſo iuramento non habeat locum reſtitutio.

4 Et ratio ſit, † quia cum reſtitutio non cadat vbi non eſt læſio, vt patet in lege. 1. & l. ait prætor, & l. quod ſi minor §. non ſemper, & in alijs locis, ff. de min. & in l. 1. & 3. ff. de reſtitutione in integ.
5 † in ſpiritualibus, & proinde in iuramento non cadit læſio, nec in talibus conſideratur læſio, vt notat addi. ad Abb. in c. ex parte ver. reſtituitur, num. 16. de reſtit. ſpol. vnde dixit Lap. allegatione
6 53. quod minor † in ſpiritualibus non auditur, ergo nec reſtituitur: & adde, quod huius dicti Lapi, & rationis prædictæ ratio eſt, quia quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege ſæculi: de regul. cap. licet. & 19. q. 2. duæ 16. bene facit illud ſimile adoleſcentuli filij Prodigi patrimonium poſcentis, & obtinentis, Luc. 15. & quod ait ibidem Diu. Ambr. videlicet, quod nulla Dei regno infirma eſt ætas, nec fides grauatur, vel religatur annis. Ideo loco reſtitutionis, cui ſcilicet non poteſt eſſe locus ob dictam rationem, abſolutio eſt petenda iuſta exiſtente cauſa.

Igitur ordo, † & practica erit, 7
vt fiant duæ petitiones: prius. n. petetur abſolutio à iuramento, qua obtenta, ſublatoque per eam obſtaculo iuramẽti, abſolutus petet reſtitutionem in integrum contra contractum: ſic enim ſubordinantur, ſicut officium Iudicis reſcindens, & reſciſſoria; iuxta id, quod legitur, & notatur inſtit. de act. §. rurſus, vbi præſertim Iaſ. ſuper Gloſ. magna in fi. & Spec. tit. de reſti. in integ. §. 1. in princ. lib. 4. & ita Bal. declarat in loc. ſup. cit. Et pro pleniori practica adeas omnino Paul. de Caſtr. in conſ. 196. num. 4. lib. 2. vbi exacte ponitur, & de hac re plura vide infra commodiori loco in 3. parte in q. 7.

Et danda erit abſolutio propter metum ſecundum Bal. ſupra alleg. id quod infra ſuo loco in 4. par. erit tractandum. Et dicit ibidem Bal. ſe vidiſſe quoddã Papæ reſcriptũ, quod propter enormitatem damni debet cõcedi dicta abſolutio Minori Iuranti, ad hoc inducto dolo aduerſarij, de qua re latius ſimiliter infra in 4. par. peculiaris tractatio inſtituetur, ſcilicet, quam ob læſionem abſolutio ipſa ſit danda.

† Aut quæritur de reſtitutione petita aduerſus iuramentum 8
aduerſarij, & hoc caſu reſpondendum eſt affirmatiue, quod detur reſti-

reſtitutio minori cōtra iuramentum à ſe delatum, atque ab altero præſtitum, vt dicit Inno. & ſequuntur omnes ſupra citati per l. nā poſtea §. ſi minori, vbi Bar. in fi. ff. de iureiur.

Et non ſolum non competit reſtitutio in integrū aduerſus proprium iuramentum, vt etiam

9 † iuramentum ipſum impediat, ne minor illam petere valeat aduerſus contractum, quem ſuo iuramento confirmauit, ita tenet Bar. in aut. ſacramenta puberum num. 16. C. ſi aduer. vendi. & in l. ſciendum, nu. 8. ff. de verb. oblig. inquiens vtrobiq. ſe pro hac parte conſuluiſſe contra Cin. & Din. & eſt eius conſ. 90. incipit dilecto Domino lib. 1. in nouis: impedit enim iuramentum ne illa petatur, vt videtur aperte probare d. auth. ſacramenta, maxime dum ibi mandatur iuramenta inuiolabiliter eſſe obſeruanda.

10 Amplia etiam, † quod minor ſimpliciter ſuper contractu iurauerit nulla habita mentione minoris ætatis, vel reſtitutionis non petendæ; ſufficit enim, quod ſimpliciter iurauerit non venire contra, ſeu obſeruare promiſſa: ita tenet Bar. in dictis locis, & vide plura inf. in 4. par. caſ. 8. n. 4. & 5.

Amplia ſecūdum eundem Bar.

11 etiam, † quod non fuerit certioratus, quod ſibi competijſſet, alias beneficium reſtitutionis, & quale illud ſit, & de viribus iuramenti in auferendo illud.

De qua tamen re, videlicet an

12 † iuramentum ſuppleat pro certioratione, vel etiam ſtante iuramento requiratur certioratio, agit Ant. Gab. tit. de iureiur. concluſ. 3. per totum.

Rationes tamen contrariæ opinionis, Dini ſcilicet, & Cini, nequiquam ſunt ſpernendæ: vrget enim ea ratio, qua contraria ipſa Dini opinio nititur; † quia ſcilicet in iuramento non includitur 13
ſciētia reſtitutionis in integrum, non enim præſumitur minor eius beneficij ſcientiam habuiſſe; quia ſic aliquid extrinſecus intelligeretur, & † ſolemnitas extrinſeca, 14
ſeu quod extrinſecus venit, non præſumitur, dicta l. ſciendum, & ibi id notatur in Gloſ. & per Bar. & alios ff. de verb. obli. Non ergo intelligitur minor renunciaſſe eidem reſtitutionis beneficio, quod ignorabat, ſeu quod ignoraſſe præſumitur, l. mater. ff. de inoffi. teſta. & ſic † iuramentum non 15
porrigitur ad id, quod quis ignorat, ſeu de quo non cogitatur. l. fi. ff. quis ſatis dare cog. l. fi. in prin. ad Macedo. & l. fin. C. de non nume. pecu. & l. ſi ex falſis C. de tranſa.

Verum his rationibus reſpondet Bar. quod † ad hoc, vt quis 16
præiudicet ſibi per iuramentū, nō requiritur, quod præciſè ſciat illud in quo ſibi iuramentum præiudicat; ſed ſufficit quem eſſe certum iurare ſe ſuper tali facto: tūc enim illud iuramentum extendetur ad omne, quod deſcendit ex illo facto. ita Bar. in dic. auth. ſacramenta nu. 16. & ſeq. C. ſi aduer. vendi. & in dic. l. ſciendum nu. 9. ff. de verb. oblig. per l. ſi duo §. ſi quis iurauerit ff. de iureiur. & tex. ſi bene ponderetur in l. 1. illo tit. C. ſi aduer. vendi. quod bene explicat Pa. Caſt. conſ. 122. viſo puncto ſupraſcripto, num. 4. lib. 2.

lib. 2. & inquit Bar. quod hæc ſua opinio communiter ſeruatur, & quod quidam Doctores iuris canonici concordauerunt ſecum. Hanc eandem Bar. opinionem communiter eſſe receptam, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, tradidit Iaſ. in dic. auth. ſacramenta puberum, nu. 59. ver. non recedas, & in d. l. ſciendum, nu. 34. Eandem communem, & magis communem teſtati ſunt alij, quos congerit Lauren. Tenni. Rodul. in ſuo tract. Cautelarum. caut. 161. vbi late examinat hunc articulũ, qui poſt quaſdam rationes à ſe adductas contra Bar. tandem ipſe quoque Bartoli opinioni ſe ſubſcribit.

Adde quod quidã conati ſunt contrarietatem opinionũ ſedare huiuſmodi diſtinctione, videlicet Aut minor iurauit ſciẽs ſe minorẽ, & hoc caſu cõtractus cõfirmetur: aut iurauit neſciens ſe minorem, ſed contraxit vti maior, & tunc ſecus.

Verũ hæc diſtinctio debili quidem meo iudicio videtur admodum inſulſa, tum quia vix eſt, quodquiſpiam minor, niſi tamen ſit demens, neſciat ſe minorem, putetq. ſe eſſe maiorem; tum quia non eſt vis in hoc; ſcilicet in ſcientia ſuæ ætatis, ſed in ſcientia, & cognitione iuramenti, ac efficaciæ, & virium ipſius; & quan tum ad dictam ſcientiam ætatis minoris, vel maioris, nihil omnino eſt neceſſaria, cum iuramentum repræſentet illum maiorem, vt iam ſupra dictum fuit.

Aliam concordantiam poſuit Baldus in l. 2. C. de reſcin. vendi. q. 9. ſed eam rationibus per eos adductis reprobant Sali. in dict. auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. & in dict. l. 2. & Rom. & Iaſ. in dict. l. ſciendum, & Imo. in c. cum contingat, de iureiur. ideo non refero.

Tutius erit, inquit Bar. quod ponatur in inſtrumento, quod minor fuit certioratus de beneficio reſtitutionis; ſic enim euitabuntur controuerſiæ, & à dicto beneficio minor excludetur. Qua de re tu, qui cum minore contrahis, ſi cupis eſſe tutus, ne minor contra contractum vllo modo reclamare valeat, conſulas Laur. Rodul. vbi ſupra, qui latius agit; eam tamen non eſſe neceſſariam, rurſus conſulit idem Bar. conſ. 90. & ibi Add. li. 1.

Ego, vt quod ſentio non abſcõdam, ſi nolumus ſimpliciter tranſire cum opinione Bartoli, ſed aliquid plus vltra cum concedere contrariæ opinioni; dixerim † neceſſariam eſſe, ſaltem certio- 17
rationem de importantia iuramenti; vt ſcilicet admoneatur minor de virtute, & importantia iuramenti, ne fortaſſe exiſtimet leuem rem eſſe, & impune frangi poſſe: ideoq. monendus erit per illud animam obligari, & Deum teſtem in illo inuocari, & proinde nefandum ſcelus eſſe illi contrauenire, adeoq. per illud promiſſa confirmari, vt ſi alioqui de per ſe promiſſa, geſtaq. non teneant, virtute iuramenti eo modo, quo melius fieri poteſt, ſuſtinentur, ita quod & ipſum minorem maiorem eſſe repræſentet. Etenim huiuſmodi admonitione, ſeu certioratione omiſſa, vix eſt,

F vt

vt iuramentum in minore validũ cenſeri valeat, propter fragile, & infirmum illius ætatis conſiliũ, debileq. animi iudicium, vt dicitur in l. 1. ff. de minoribus, & Inſti. de cura. in prin. per quod redditur conſeqnenter inualidum iuramentum, cum ſic deſit illi vnum ex tribus iuramenti comitibus, nempe iudicium, ideſt diſcretionis prudentia, atque deliberatio: ob cuius defectum iuramentum redditur inualidum, nec habet rationem iuramenti. c. animaduertendum 22. q. 2. & c. & ſi Chriſtus §. Iacobus de iureiuran. & tradit Domin. Soto in allegato tract. de iuſti. & iur. lib. 8. q. 1. art. 3. & Card. in Clem. 1. §. fi. q. 10. de iureiur.

Neque enim Bar. dicit non requiri ſcientiam iuramenti, ideſt, importantiæ, ſiue virtutis viriũq. vinculi iuramenti: ſed non eſſe neceſſarium, vt ſciat illud in quo ſibi iuramentum in ſpecie ſuper illo facto præiudicat. ſufficit ergo vt ſciat quod tenetur illud, quod iurat obſeruare omnibus modis; non autem vt ſciat in ſpecie, ſiue de beneficio reſtitutionis, ſiue de alio. Hæc eſt mens Bar. dum ait ſufficere eum certũ eſſe iurare ſe ſuper illo facto. Suadentur, corroboranturq. hæc à me tradita per ſingularem doctrinã Bal. in rub. C. de rer. permut.
18 vbi inquit, † quod iuramentum non fingit minorem eſſe prudentem, vel ſagacem: Deci. conſil. 45. num. 1. & conſil. 180. Ceſal. conſil. 207. num. 62. volum. 2. Et gauiſus ſum hac mea conſideratione poſt hæc ſcripta, quia reperi eã eſſe de mente Pauli Caſt. in conſ. 174. inci. Cõtra ſuperius, in prin. ver. & fuit certiorata: in prima par. O vtinã cordi eſſet Iudicibus, ſiue Notarijs præfatam admonitionem, ſeu certiorationem facere, dum partium iuramenta in ſuis inſtrumentis ita paſſim, & faciliter apponunt: eſt enim, hac tempeſtate præſertim, apprime neceſſaria, quando ſcilicet iurandi licentia tantam peierandi conſuetudinem peperit, vt vix Chriſtianis enormitatem huius criminis perſuadere valeas.

Prædicta admonitione, ſiue certioratione præmiſſa, inſtrumentoq. appoſita, audactius cum opinione Bar. trãſire poterimus, atque eam ſeruare æquum erit propter fauorẽ iuramenti, & Dei reuerentiam, vt animæ potius, quam rei familiari minoris conſulatur. Ad hoc c. non ſolum. 22. q. 4. & bonus tex. in c. ſi vero. de iureiur. cum ſimilibus.

Igitur ſi placuerit, poteris hãc limitationem aſſignare prædictæ concluſioni ex Bar. firmatæ, quod ſcilicet iuramẽtum impediat reſtitutionem in integrum contra ipſum contractum, limitare inquam poteris, vt non procedat, ſi minor non fuit certioratus, ſi nõ in ſpecie de eo, in quo ſibi per iuramentum præiudicatur, ſeu de ipſa reſtitutione per iuramẽtum ſublata: ſaltem in genere de vi, & importantia iuramenti iuxta ſupra relata.

Secundo limita ſingulariter, vt procedat dicta concluſio quo ad totum ipſum contractum, non autem quoad illud, in quo minor reperitur læſus ex ipſo cõtractu: quod

19 quod dic, † licet impediatur veni re contra totum contractum, ita ſcilicet, vt illum infringere poſſit; non impeditur petere reſtitutionem aduerſus læſionem, quam patitur in illo contractu, petendo ſibi illam reſarciri, rato manente contractu.

Pariterque ſe reſtitui aduerſus ſolutionem conſumptam, petendo ſcilicet, ſibi iterum ſolui pretium à ſe acceptum, atque conſumptum; quia alia eſt reſtitutio pro reſciſſione contractus, alia pro reſarcienda læſione petita.

20 Sciendum, † namque eſt, tripliciter minori reſtitutionem competere. Vno modo reſpectu contractus pro retractatione, & reſciſſione ipſius. Secundo modo pro læſione, quam patitur ex cōtractu, illo tamen firmo remanente; quia ita ſibi expedit. Tertio reſtitutionem petit pro ſolutione ex eo contractu ſibi facta, & ab eo male conſumpta, vt tantundem ſibi iterum ſoluatur, vt docet Bar. in l. ſiquidem. C. de prædijs minorū: & ideo de vna ad aliam non infertur: & cum iuramentum præſtitum ſit in vnam cauſam, ſcilicet ſuper obſeruantia contractus, ſeu ſuper contractu non retractando, vlterius vires ſuas non porriget: argumento legis ſi pro fure, primo reſpon. ff. de cond. fur. iuncta Gloſ. in l. ſi duo. §. idem Iulianus verſ. condictio. ff. de iureiur. Ita per hanc rationem limitat Dominus Laur. in ſupra cit. eius tract. cautela 161. nu. 8. circa medium cum ſequenti, vbi latius proſequitur.

Quod tamē ſublimitat non procedere, vbi iuratum eſſet non petere aliquam reſtitutionem in integrum, quæ ex contractu deſcēdere poſſet. Quod pro cautela cōtra minorem ad illum arctius obligandum erit obſeruandum.

Sublimita item, † quod de ſolutione, ſiue pretio ſoluto, & male à minore abſumpto dictum eſt, vt minori reſtitutio competat ad tantundem ſibi reſarciendum; non procedere quando pecunia caſu fortuito eſſet deperdita, non autem ipſius minoris facilitate, ita ſublimitat idem Dominus Laur. dicta cautela 161. in fi. & dicit bene probari in l. verum. §. ſciendum, & ibi per Gloſ. ff. de minoribus, vbi Bar. hoc idem tenet: & dicit eſſe notandum, & per Caſtren. in l. 1. C. ſi aduer. ſolut. & Bart. Soc. in tract. regul. & Fallen. reg. 321. incipit, minor aduer. ſolut. & ſubdit idem Laur. hæc eſſe notanda, quia vidit graues Iureconſultos errare circa reſtitutionem minorum, putantes reſtitutionem in integrum dari minoribus ſemper pro reſciſſione contractuum dumtaxat: quod non eſt verum, vt eſt præmiſſum. 21

Igitur in caſibus, in quibus minor propter iuramentum impeditur petere reſtitutionem in integrum aduerſus contractum pro illius reſciſſione, & retractatione, tunc prius petenda obtinendaque erit abſolutio à iuramento; vt, ea obtenta, & ſublato per eam obſtaculo iuramenti, poſſit poſtea ſe reſtitui petere in integrum contra contractum, & ſic erunt neceſſariæ duæ petitiones iuxta practicam ſupra ex Bal. relatam in verſ. igitur ordo.

An autem, quomodo, & quando

do danda ſit ei dicta abſolutio, infra ſuo loco dicetur in 3.parte: & ſpeciatim ex cauſa læſionis in 4. par. in quinto caſu.

Vnum ſingulare,& vtile in materia præſentis quæſtionis nõ eſt omittẽdum,ceu pro illius limita-
22 tione,videlicet,†quod prædicta de reſtitutione minori deneganda aduerſus contractum propter iuramentum;quippe, quod eam impedit,& excludit iuxta ſupradicta;in Eccleſia non procedunt. nam quando Eccleſia contra cõtractum reſtitutionem petit,maius eſt ſuum priuilegium, quam minoris in hoc: etenim iuramentum aufert minori reſtitutionẽ, vt eſt dictum; non autem Eccleſię.Si .n. Prelatus iurat non repetere,vel nõ contrauenire in contractu damnoſo Eccleſiæ,ſic iuran do deierauit: & Eccleſia, eodem petente, vel alio,ex Iudicis officio reſtituitur: hæc eſt Gloſ. de reſt. in integ. lib.6.c.1. verſ.contractum.

QVAESTIO VI.

Abſolutio an fieri poſsit,locumve habeat in Iuramento Promiſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum diuinum non eſt diſpenſabile.*
2 *Abſolutio quid & quatenus in iuramento promiſſorio operetur.*
3 *Abſolutionis forma.*
4 *Iuramenti Aſſertorij obligatio quæ, & qualis ſit.*
5 *Iuramentum aſſertorium non eſt capax abſolutionis.*
6 *In iuramento aſſertorio obligatio non naſcitur ex ipſo iuramento; ſed ipſum antecedit.*
7 *Iuramenti promiſſorij obligatio quæ,& qualis ſit,& qualiter ſe habeat in ipſo iuramento.*
8 *Iuramenti promiſſorij obligatio ex ipſo naſcitur,& eſt eius effectus naturalis.*
9 *Iuramenti promiſſorij materia eſt de futuro, & proinde variari poteſt.*
10 *Præceptum diuinum de iuramento obſeruando qualiter intelligendum.*
11 *Abſolutionem implorans non dicitur venire contra iuramentum;ſed licite petit eam.*

SExto principaliter quæro, & in dubium reuoco, vtrum locum habeat, fierique poſſit abſolutio in iuramento hoc promiſſorio. D. Th.

2.2.q.

2.2.q.89.ar.9. relatus à Dominico Soto in allegato tract.de iuſt. & iur. lib.8.q.1.ar.9. pro negatiua arguit tali medio; quia, inquit ſicut ad iuramētum aſſertorium, ita & ad promiſſorium veritas requiritur: quod & ſupra Præl.4. verſ.de promiſſor. demōſtratum fuit: ſed nemini permitti poteſt, vt contra veritatem de præſentibus, vel præteritis aſſerendo iuret: ergo, nec conſequenter quis ſolui poteſt à nexu eiuſdem iuramenti, quod de futuro fecit.

Præterea, ſicut Ius Diuinum eſt, vt nemo aſſerendo falſum iuret; ita, vt quod iuramento promiſit obſeruet. nam Deum, qui ſcilicet in iuramento teſtis adducitur, niſi veritatis teſtem adducere, nefas eſt: † præceptum autem diuinum non eſt diſpenſabile, merito, &c. Diuus Th. quo ad primum reſpondet, Illationem prædictam nullam eſſe: † quando enim abſoluitur, ſiue diſpenſatur quis à iuramento promiſſorio, non eo tendit abſolutio, ſiue diſpenſatio, vt qui iurauit, contra iuramentum faciat; vt ſcilicet manente iuramenti vinculo, faciat contra: ſed effectus abſolutionis, ſiue diſpenſationis eſt, vt per eam iuramenti nexus, & obligatio viribus euacuentur, & extinguantur, quo ad rem illam iuratam; vt ea ſub ipſo iuramento amplius non comprehendatur; ſicque iurans ad obſeruantiam illius amplius non teneatur. id præclare duobus tantū verbis tradit ſummus Pontifex in c.verum: de iureiuran. ibi, non eis ita expreſſe dicatur, vt iuramenta non ſeruēt: innuens, quod præſupoſito, quod ſtet, firmumque ſit vinculum iuramenti, male id eis diceretur, ſcilicet, vt illud non ſeruent: Sed præſuppono iuramentum in hoc te non afficere. Vbi Bal. eliciens formam abſolutionis, inquit: † Nota formam, quia non debet dici, Non ſerues iuramentum; ſed debet dici, non adſtringo te ad ſeruandum, nec propterea te punio, ſubde, quia præſuppono nō debere hac in re te iuramento adſtringi; & ſic nolo, quod illo ligeris: iamque paulo ſupra in verbo Nexibus adnotauerat, abſolutionem ipſam extinguere naturalem obligationem, ſi qua orta eſſet ex iuramento.

1 (margin, left col.: beside "cere, nefas eſt")
2 (margin, left col.: beside "prædictam nullam eſſe")
3 (margin, right col.: beside "quit: † Nota formam")

Pro eiuſdem porro prædicti Argumenti vlteriori, explicatiorique ſolutione eſt ſciendum, pariterque fatendum tam Aſſertorio, quàm Promiſſorio iuramento ſuā quidem innatam eſſe obligationem; diuerſimode tamen, ſcilicet pro diuerſitate materiæ vtriuſque. † nam obligatio aſſertorij 4 non refertur in rem iuratam; ſed ad actionem iurandi refertur, hoc eſt, vt Sot. declarat artic.7. col.1.d.q.1. nemo iurat id verum efficere, quod aſſerens iurat: ſed tamen bene obligatur præciſe iurare, quod verum eſt, vel fuit; quia materia Aſſertorij eſt Veritas rei de præterito, vel de præſenti: quæ cum iam in neceſſitatē tranſierit, & incommutabilis facta ſit, non eſt in facultate iurantis poſitum illam veram, vel falſam efficere: † ideoque & iura- 5 mentum de ea factum, qualecumque ſit, eſt immutabile, & non capax abſolutionis: aut enim iureiurando verum de ea aſſeruiſti; & non

non eſt cur petenda ſit abſolutio, neque illa locum habere poteſt: aut falſum aſſeruiſti; & cum iam admiſſum ſit periurium, non eſt locus abſolutioni, ſeu diſpenſationi: neque enim illud amplius abſolutionis remedio euitari po-
6 teſt. & hoc eſt quod dicitur † in iuramento aſſertorio obligatio non naſcitur ex iuramento, ſed ipſum antecedit: obligatus enim quiſque eſt iurare verum. Diſpenſare autem in ipſo actu iurandi, videlicet, vt iures falſum, eſſet contra præceptum diuinum, de quo dictum eſt ſupra. Et præterea hæc non tam eſſet diſpenſatio à iuramento, quam licentia potius faciendi iuramentum falſum. Merito concluditur in iuramento quidem aſſertorio non eſſe locum abſolutioni: reſiſtunt enim rationes amborum præmiſſorum argumentorum.

7 At ſecus in promiſſorio† cuius ſcilicet materia de futuro dependet; ac item à facultate iurantis, cuiuſq. obligatio conſequenter cadit ſuper rem ipſam iuratam, & in illam refertur; quia tenetur quiſque id verum efficere, quod iureiurando pollicetur: & proin-
8 de † obligatio (vt vidimus) in Promiſſorio iuramento ſequitur ipſum iuramentum, & ex eo naſcitur, & eſt eius naturalis effectus: ex eo enim, quod quis iurat, manet obligatus iuramentum implere. Porro igitur cum ex his
9 pateat† materiam iuraměti promiſſorij; vt potede futuro, poſſe variari, vt quamuis fuerit prius idonea, quæ ſub iuramento promitteretur, fiat poſtea inidonea, vt impleatur: merito concluditur conuenire ei poſſe abſolutionem, nihil propterea refragante ſecundi argumenti ratiocinatione: †quia ius diuinum eſt, vt quis 10
quod iureiurando promiſit, obſeruet, exiſtente iuramenti materia idonea, & concurrentibus illis tribus comitibus iuramenti, iuxta illud Hierem. & iurabis, viuit Dominus, in veritate, iuſtitia, & iudicio. Porro abſolutionis, ſiue diſpenſationis ratio, atque neceſſitas inde emergit, quod contingit officium aliquod vniuerſaliter conſideratum eſſe licitum, vtile, & honeſtum: ſecundum autem particularem euětum, vel inhoneſtum reperiri, vel nociuũ; atque adeo tunc, neque legis, neque iuramenti debet eſſe materia. nam ſi id quod quis iurauit, fiat poſtea inhoneſtum, repugnat iuſtitiæ: ſi fit nocuum, repugnat iudicio: merito locum habet in iuramento diſpenſatio, prout eleganter explicat Domin. So. eadem q. 1. art. 9. col. 1. pro hoc tex. apertus in c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. cum ſimil.

Sed inſiſtitur adhuc: Et videtur quod non poſſit peti abſolutio, ſiue relaxatio, quia ſic fit periurus eam petens, veniendo contra iuramentum; & non eſt danda materia cuilibet veniendi contra proprium iuramentum: vt dicitur in c. ſi vero, & in c. verum de iureiuran. Sol. † licite petitur: 11
ex cauſa abſolutio, nec incurritur periurium ſic veniendo contra iuramentum; quia imo non venit contra iuramentum; ſed quærit, vt tollatur iuramentum. nam certum eſt iſtum actum eſſe lici-

licitum, ex quo vult contrauenire auctoritate Superioris, quæ ſemper intelligitur excepta in iuramento. c. venientes, de iureiuran. c.cōſtitutus, de reſcript. vbi Feli. Et ita reperi, quod ſoluit Staſil. in tract.de Signat. iuſt. fol. mihi 319. Itē ſecundum Feder. de ſen. petens abſolutionem iuramenti non dicitur venire cōtra iuramentum; imo ſic fatetur ſe obligatum eſſe iuramento, vt per eum conſ. 272. inci. Factum tale eſt. ſtat. in fi. & petere abſolutionem eſt actus licitus, tum quia iuram. eſt illicitum ex parte recipientis, vt per Fed. in d. loco; tum quia non poteſt impediri, quia alias læderetur ius ſuperioris, vt eſt dictum. Et ita per hæc & alia, quæ adducit, conſulit etiã Ab. poſt Fed. in cōſ.8.omnip. Dei, & c.Tria ad deciſionem; maxime nu. 7. & in vltimis verbis, lib. 2.

Finis Primæ Partis.

DE

DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI PROMISSORII, ſiue Obſeruationis.

PARS SECVNDA.

A quo dari poſsit, vel debeat Abſolutio: Vbi de poteſtate Papæ, Epiſcopi, Prælatorum inferiorum, Vicarij generalis Epiſcopi, Capituli ſede vacante, Iudicis Laici. An dari debeat à Iudice ordinario iurantis, vel iuramentum recipientis. Item de facultate parentum, & maritorum. Et an abſoluere quis poſsit ſemetipſum à Iuramento.

QVAESTIO PRIMA.

A quo dari poſsit Abſolutiò.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento non poteſt dari, niſi à iudice Eccleſiaſtico, non autem à Laico propter ſpiritualitatem iuramenti. Amplia etiam in foro contentioſo, num. 3. Amplia etiam in præparatoria num. 4.*

2 *Clauium Eccleſiaſticarum poteſtas non competit Laico: ideo non competit Laico exercitium fori pænitentialis.*

ET

ET Primam Quæſtionem inſtituam vniuerſaliter, à quo dari poſſit abſolutio, ſiue relaxatio: & quis ſit Iudex competens in danda abſolutione ſeu relaxatione à iuramento ipſo promiſſorio. Abb. in c. 2. num. 3.
1 de iureiur. dicit, † quod pro abſolutione oportet vt adeatur Iudex Eccleſiaſticus, allegat Innoc. in c. debitores eod. tit. & Spec. tit. de lega. §. nunc oſtendendum, verſ. 24. & ſequen. & facit, inquit. c. venerabilem. de elect.

Et non intelligo in foro pænitentiali: quo caſu nimis planum eſt, quod ſolus Eccleſiaſticus habet poteſtatem clauium Eccleſiæ;
2 † Laicus vero nullo pacto habet talem poteſtatem, vt poſſit abſoluere, vel ligare in foro pænitentiali, quia poteſtas clauium Eccleſiæ non competit laico, vt notat Gloſ. in c. Paſtoralis. §. 1. verſ. mortis articulo, in fine Glo. de offic. ordin. laicus enim caret tali foro. c. omnis. c. noua: de pæniten. Abb. in c. cum ſit generale, num. 21. de foro compe.

† Sed loquor in foro fori, ſeu 3
foro iudiciali, qui & Contentioſus vocatur: nam ratione ſpiritualitatis, quam in ſe habet iuramentum, abſolutio ſpectat ad Eccleſiaſticum, d. c. venerabilem, in fi. Practi. Papien. in forma iuramenti, quod præſtatur à Parte Gloſ. 3. num. 3. tradit Felin. in c. 1. quæſt. 3. num. 2. de iureiuran. per notata in d. c. venerabilem, & Gloſ. in d. c. cum ſit generale, in fine. conſulit Paul. de Caſtr. conſ. 196. in princ. lib. 2. in nouis.

Amplia, & intellige † nedum 4
in abſolutione propria: ſed etiã in Preparatoria, ſiue relaxatione; quia nec eam dare poteſt Iudex laicus; ſed ſolus Eccleſiaſticus: vt dicetur infra oportuniori loco in quæſt. 7.

QVAESTIO II.

De facultate Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Papa maior eſt omnibus Eccleſiarum Prælatis, etiam ſimul iunctis.*

2 *Papa Dei Vices gerit in terra.*

3 *Papa ſecundum abſolutam, & ſupremam poteſtatem dicitur omnia poſſe.*

4 *Item non poteſt ſibi dici cur ſic facis, nec quicquam ſibi opponi poteſt.*

5 *Item plenitudini poteſtatis nihil reſiſtit.*

6 *Item ſufficit ſibi pro ratione voluntas.*

7 *Papa poteſtatis plenitudine, ſeu poteſtate abſoluta non vtitur ſine cauſa.*

8 *Abſolutio à iuramento quando, & à quibus fieri poſſit: remiſſiue.*

9 *Papa, hominis præiudicio ceſſante, in omni iuramento diſpenſat ex rationabili cauſa.*
10 *Iuramenti vinculum debilius eſt vinculo voti: & nu.14.*
11 *Papa ſolus diſpenſat iuramenta, quæ ſunt de materia votorum ab ipſo ſolo Papa diſpenſabilium.*
12 *Iuramenta, quæ non ſunt de materia à ſolo Papa diſpenſabili, vt Religionis, Caſtitatis, &c. etiam ab Epiſcopo diſpenſari poſſunt.*
13 *Vota omnia præter tria à ſolo Papa diſpenſabilia, ſcilicet Religionis, Caſtitatis, & Peregrenationis Hieroſolymitanæ, Epiſcopi diſpenſare poſſunt.*
15 *Iuramentum, quod ſine interitu ſalutis animæ ſeruari non poteſt, non eſt obligatorium, & abſolutione nõ eget, & quod nam ſit tale. nu. 23.*
16 *Abſolutio præſupponit vinculum.*
17 *Iuramentum de re illicita, & mala vſque ad mortale crimen non ligat.*
18 *Iuramentum non debet eſſe vinculum Iniquitatis, ideſt, non debet obligare ad iniquitatem.*
19 *Iuramentum de re, quæ impeditiua eſſe poteſt maioris boni, non eſt obligatorium, & propria auctoritate iurans contrauenire poteſt.*
20 *Iuramentũ continens id, quod tendit ad interitum ſalutis corporalis, non eſt obligatorium, & poteſt iurans contrauenire propria auctoritate. declara, vt nu.21. & quando ſit tale. num. 24.*
22 *Iuramentum, quod vergit in deteriorem exitum, ſeu in diſpendium ſalutis animæ, licet non vergat in interitum, non eſt obligatoriũ: & quando ſic dicatur. nu.25.26.27.*
28 *Iuramentum peiorem exitum dupliciter ſortiri poteſt.*
29 *Iuramentum quot & quibus caſibus, ſeu modis dicatur vergere in peiorem exitum: Et in quo inuicem conueniãt vel differant. nu.30.32.*
31 *Iuramentum temerarium dicitur, cum vane, & nulla impellente neceſſitate præſtatur.*
33 *Iuramenta illicita qualia, & quanta ſint Peccata: remiſſiue.*
34 *Iuramentum vbi eſt vndequaque licitum, debet ſeruari, nec abſolutio ab illo dari debet.*
35 *Abſolutio an, quando, & à quo dari poſſit in iuramentis licitis.*
36 *Iuramentum quando dicatur eſſe dubium, an ſit ſeruandũ, vel non: ſeu an licitum ſit, vel non.*
37 *Abſolutio neceſſaria eſt in iuramento dubio; nec poteſt iurãs contrauenire auctoritate propria, quia tenet iuramentum. Et a quo dari poſſit, num.38.*
39 *Papa ſolus abſolutionem dare poteſt à iuramento de re ſibi ſubiecta, ſiue ſuper iuribus ad eum ſpectantibus interpoſito.*
40 *Et in talibus pro libito eam cõcedere poteſt etiam nulla exiſtente cauſa.*
41 *Auctoritatem Papæ, ſeu Principis exceptam, & reſeruatã eſſe*

Digitized by Google

eſſe in iuramento, quando, in quibus, & quomodo ſit intelligendum. & nu.46.

42 *Reſcriptum Papæ derogatoriũ alicuius diſpoſitionis iuratæ, nihil operatur ſi in eo non eſt facta mentio iuramenti.*

43 *Taciturnitas iuramenti alterius, & multo magis proprij inducit ſurreptionem.*

44 *Iuramẽtum vbi concernit tantum pietatem, & honorẽ Dei, nemo ſine cauſa, niſi ſolus Deus diſpenſat.*

45 *Papa non poteſt abſque cauſa remittere obligationem Deo quæſitam.*

47 *Iuram. eſt de iure diuino, & obligat Deo.*

48 *Papa non poteſt impedire obligationem quærendam Deo.*

49 *Papa non poteſt abſoluere ſine rationabili cauſa à iuramento ſuper rebus non ſpectantibus ad ipſum.*

50 *Papa præſumitur abſoluere ex iuſta cauſa, quoad Eccleſiam militantem.*

51 *Diſputare non licet de geſtis per Papam.*

52 *Abſolutio etiam Papæ ſine cauſa facta; non prodeſt quo ad Deum.*

53 *Epiſcopus poteſt diſpenſare etiam in iuramentis concernentibus principaliter honorẽ Dei ob iuſtam cauſam: amplia, vt nu.54.*

55 *Epiſcoporum facultas in abſolutione à iuramento, quid diſferat à facultate Papæ.*

56 *Papa non diſpenſat ſine cauſa in iuramento cõcernente principaliter commodum hominis & quæ ſit iuſta cauſa. nu.57. & de ratione, nu.58. Amplia vt num.59.*

60 *Papa non vtitur plenitudine poteſtatis cõtra non ſubditũ.*

61 *Dominium, vbi quæſitum iam alicui eſt ex iuramento, Papa contra huiuſmodi iuramentũ non abſoluit etiam de plenitudine poteſtatis, etiam ſuũ ſubditum temporaliter ſine iuſta cauſa.*

62 *Dominium non aufert Princeps etiam ſuo ſubdito ſine cauſa.*

63 *Dominium dicitur eſſe de iure gentium, etiam quod ſit acquiſitum per modum inuentum à iure ciuili.*

64 *Abſolutio ad effectum agendi, vbi petitur poſt periuriũ incurſum, à ſolo Papa eſt obtinenda.*

65 *Cauſa legitima abſolutionis à iuramẽto, quæ ſint remiſſiuæ.*

SEd vt ſpeciatim de ſingulis videamus, incipiendo à Papa, vt pote à capite, & ſupremo omnium: Papa † 1
enim maior eſt, & ſuperior omnibus Eccleſiarum Prælatis etiam ſimul iunctis, vt notatur in ſpeculo ſummorum Pontif. cap. 1. fol. mihi 3. in prin. nimirum † cum 2
veri Dei vices gerat in terris, vt dicitur in c. quanto: de transla. epiſ.

Quæro ſecundo principaliter iuxta terminos iuramenti promiſſorij, de cuius ſcilicet ſolum abſolutione agimus, & ſalua ſemper ſuprema, & abſoluta poteſtate

3 Papæ † ſecundum quam omnia po
4 teſt, nec † ei dici poteſt cur ſic
facis,nec ei quicquam opponi po
5 teſt;quia † plenitudini poteſtatis
6 nihil reſiſtit; & † ſufficit ei pro
ratione voluntas,vt dicit Bal.in
c.1.n. 71.de conſti. Adhoc Clem.
2. & ibi Car. in prin. de appel. &
inſti.de iure nat.§. ſed quod Prin
cipi. Gloſ. in Clem.fi.de ſent.ex-
com.& de imm.eccl.c.1. in Clem.
7 & ibi Car. qua†tamen non vtitur
Snmmus Pontifex ſine cauſa,teſte
eodem Summo Pontifice,nempe
Inno.in c. innotuit, de elect. Sed
loquendo de poteſtate ordinaria,
& vt ſciamus potius quando ſo-
leat diſpenſare ſuper hoc iura-
mento, & quando ſit neceſſaria
abſolutio, ſiue relaxatio papalis,
& quando non.

Quæro inquam quando Papa
abſolutionem, ſiue relaxationem
concedat, & quando ab eo illa
petenda ſit; ita quod eam alius
inferior concedere non valeat.

Huius quæſtionis definitionem
aſſumam ex traditis à Dominico
Soto in ſæpe alleg. tract. de iuſti.
& iu. lib.8.q.1. art.9. & à Panor.
in c. quanto, à nu. 8. de iureiur.
poſt Gloſ.ibi,quam Abbas admo-
net eſſe notandam, quia plene
diſputat de iſta Abſolutione Pa-
pę circa iuramentum: & quoti-
die, inquit Abbas, allegatur; &
poſt Inno.Archi.& Spec. per eum
relatos. Qui Abbas,& Soto diſ-
fuſe enucleant hunc articulum,&
generalem, & plenam doctrinam
8 tradunt † de abſolutione, ſiue
etiam relaxatione, quando, & à
quibus fieri poſſit,vel debeat.

Et cum primis duæ regulæ eli-
ciuntur ex Dominico Soto veluti
Baſes huius cognitionis. Prima
regula eſt, quod Papa, † homi- 9
nis præiudicio ceſſante, nempe
tertiæ perſonæ,in omni iuramen-
to ex rationabili cauſa diſpenſa-
re poteſt; quia id poteſt in omni
voto, in quo maius eſt vinculum:
ergo & in iuramento† in quo vin 10
culum debilius eſt; vt ibi per eum
col.3. circa medium.

Secnnda regula † Papa ſolus 11
relaxare poteſt iuramenta, quæ
ſi vota eſſent,ſolus ipſe diſpenſa-
ret; vt in voto Religionis, Ca-
ſtitatis, & Hieroſolymitanæ pe-
regrinationis, quæ ſcilicet ad ſo-
lum Papam ſpectant: nam & iu-
ramenta quoque de eiuſmodi re-
bus præſtita Papa ſolus relaxat;
ita Soto in loco citato.

Tertia regula ſubdi poteſt,
quod † regulariter in omnibus 12
alijs iuramẽtis à tribus prędictis
non ſit neceſſaria abſolutio, ſiue
relaxatio Papæ: Sed poſſint etiam
Epiſcopi ab eis abſoluere: vt exẽ-
pli gratia in iuramentis aliarum
peregrinationum: ieiuniorum:
Item non ludendi: aut non venan
di,& ſimilibus: In talibus † enim 13
ſi eſſent vota,Epiſcopi diſpenſare
poſſunt: ergo fortiori ratione,&
in iuramentis; † cum ſit fortius 14
vinculum voti, quam iuramenti,
vt dictũ eſt ſupra: & ita Soto ar-
guit in d.loco. De qua re dicetur
inf. ſuo loco in tertia Quæſt.

Sed vt amplior,& clarior huius
rei cognitio habeatur, diſtinguen
da,& abſoluenda eſt vlterius, iux-
tà eoſdem Doctores per infraſcri
pta membra.

Primum † membrum eſt, vbi 15
iuramentum manifeſtum eſt eſſe
tale, quod ſeruari, & adimpleri
non

Digitized by Google

nō poteſt ſine interitu ſalutis animæ;quia puta eſt de re illicita, & mala vſque ad mortale crimē; vt ſi iurauerit corrūpere Monialem, vt Abb. exemplificat, vel iugulare parentes, vel quid ſimile: & tunc nulla opus eſt abſolutione, ſed actoritate propria iurans poteſt contrauenire. & ratio eſt; † quia abſolutio præſuppo-
16 nit vinculum: de deſponſa.impub.c.ad diſſoluendum: & ff. de
17 verb. obli. l. decem: † Sed iuramentum illicitum non ligat, vt 22. q.4.quaſi per totam,& eſt ra-
18 tio; quia iuramentum † non debet eſſe iniquitatis vinculum, ideſt,non debet obligare ad iniquitatem: nam cum præſtetur principaliter Deo. c.debitores: cum notat.de iureiur. Deus non vult vinculare quem ad iniquitatem: Abb. in d.c.quanto, in 3. notab.

19 Idem in iuramento †de re, quę impedimentum eſſe poteſt maioris boni,vt Domi.So. poſt D.Th. addit in d.ar.9.col.6. paulo poſt princ. Sed tamen hoc, ſecundum differt à primo;quia hoc ſecundū iuramentum ſeruari poſſet; conſultius tamen eſt, vt non ſeruetur: Primum vero, ſcilicet de re illicita nullatenus eſt ſeruandum. Sot. ex D.Thom. vt ſupra: & debet item pænitere iurans de ipſo temerario iuramento.cap.ad audientiam, in fi.de ſponſa.& 22.q. 4.c.1. & tradit Abb. poſt Innoc. & Hoſt.in d.c. quanto: ſub n.8.& de his duobus modis repetēdum erit aliquid infra in ver.in peiorem exitum.

Et hoc primum membrum extende procedere itidem vbi iu-
20 ramentum † tendit in interitum ſalutis corporalis; quia pariter non eſt ſeruandum, ideoque neceſſaria non eſt abſolutio: quia iuramentum non eſt obligatoriū: ita eſt Gloſ. in c. ſi vero,vbi etiā Abb. nu. 2.de iureiur. Quod Ab. ibi comprobat ea ratione; quia, quemadmodum non valet iuramentum tendens in mortem alterius, 22.q.4. c.1. cum quatuor ſequentibus: ita & fortius non debet valere, ſi tendit in mortem propriam,vt in.c. ſi non licet 23. quæſt.5.

† Hoc intellige,inquit, d.Gloſ. 21
c. ſi vero, ſi directe vergat in interitum corporis: Secus ſi occaſionaliter;quia tunc eſſet ſeruandum; idque declarat hoc exemplo: puta ſi aliquis Vltramontanus iurat ſe moraturum Romæ in Auguſto: occaſione talis iuramenti poſſet vita temporalis adimi,ſi tunc Romæ moraretur: opinatur enim Gloſ. quod tunc temporis Romanus Aer non ſit ſalubris Vltramontanis; tamen non ſemper mors eis ex eo ſequatur: & ſic directe illud iuramentū non tendit ad mortem; ſed occaſionaliter: Res tamen hæc iuxta complexionem iurantis eſſet cenſenda, ſecundum Io. Andr. quod proſequere, & declara latius, vt ibi per Abb.

Secundo extende † idem eſſe, ſi 22
iuramentum vergit ſeruatum in deteriorem exitum, ſeu in diſpendium ſalutis;licet non vergat in interitum; quia pariter non eſt ſeruandum; quia non eſt obligatorium: c.ſi aliquid:il primo 22. q. 4. & cap. cum quidam: de iureiur. & ita addit Gloſ.prætalleg. in d. c. ſi vero, in ver. ſalutis,in fine

fine gloſſæ: & ſequitur Abb. ibi in 4.oppoſit.num.3.& eſt concluſio S.Thom.2.2. q.89.art.7. relati à Soto. d. q.1. ar.7. col.9. poſt medium: Et declara hos terminos quando iuramentum dicatur vergere in interitum ſalutis ſpiritualis, vel corporalis: Quando in diſpendium: & quando in peiorem exitum, vt per Abb. vbi ſupra.

23 In interitum, inquit, ſalutis dicitur vergere tunc, quando eius implementum affert mortem ſiue animæ, ſiue corporis. Mortem animæ affert, vbi iuratur crimen aliquod mortale, iuxta exemplũ poſitum ſupra in verſ. primum membrum, quod quidem mors eſt animæ; quia decedens in mortali punitur pæna æterna. c. vnum orarium: & ibi Grat. in §. nunc

24 autem, 25 diſt. † Mortem corporis affert vbi quis iurat efficere, id quod ſibi eſſet mors corporis.

25 † In diſpendium vergit, quando id, quod iuratur non eſſet cauſa mortis animæ, ideſt, damnationis æternæ: Sed diminutionis ſalutis æternæ: vt quando iuratur peccatum veniale, quod non adimit ſalutem æternam; quia non priuat quem gratia Dei; ſed diminuit, & ſic tendit in diſpendiũ vitæ æternæ; quia impedit ne cito perueniatur ad vitam æternã, eo quia in Purgatorio illud eſt purgandum: c. qualis. 25 diſt. & ſic facit, vt anima patiatur diſpendium in ſalute, vt declarat Abb. vbi ſupra. Et ſpeciatim, quod iuramentum non liget, quãdo etiam nutrit peccatum veniale, notat Dec. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.99. de conſt.

† In peiorem exitum dicitur vergere multifariã. hic enim modus eſt generalis, & poteſt in ſe comprehendere tam peccatum mortale, quam veniale: c. ſi aliquid, ſupra allegat. vbi id notat Gloſ. 22. q.4. & ideo non eſt obſeruandum, vt ibi habetur, & refert Abb. in d. loco. Et vt huiuſmodi iuramenti diſtinctior, & apertior cognitio habeatur, cum primis adnotare debemus, quod 26

† vergere in deteriorem, ſeu peiorem exitum eſt, quod peius ſit iuramentum ipſum implere, quã infringere; & eſt modus loquendi Auguſtini, & Bedæ ſuper Matth. Homil.24.& refertur in d.c. ſi aliquid, it primo 22. qu. 4. ita dicit Dom. So. in loco ſupra citato in d.ar.7. Itẽ ſcire debemus, † quod hunc peiorem exitum dupliciter habere iuſiurandum poteſt, ſecundum Domi. Sot. ibidem poſt D. Thom. Vno modo; quia à principio ſecum illum prauum exitum afferebat: quod dupliciter accidit videlicet, vel quia id quod iuratur de ſe malũ eſt, vt iuramẽtũ perpetrandi adulterium: vel quia obex eſt ſublimioris boni: vt cũ quis iurat, puta religionem non ingredi, vel dignitatem nullo caſu acceptare: iuxta caſus poſitos ſupra in ver. primum membrum, & in prima eius extenſione. Secundo modo, quia ex poſt facto prauum exitum recipit ex aliqua cauſa, vel circumſtantia, quæ de nouo emergit, vt dicit Soto d.ar. 7. col.11. circa medium. Et ſub his duobus modis comprehenduntur ſex illi modi, quos ex Archid. refert Abb. in d. c. ſi vero, col.3. poſt medium; ſecundũ quos 27 28

ait

29 † ait iuramentum vergit in peiorem exitum. nam primo, inquit, quando iuratur aliquid, quod eſt mortale. Secundo quando iuratur illud, quod eſt veniale in ſe. Tertio cum iuratur aliquid, quod in ſe eſt indifferens; tamen ex circumſtantijs efficitur veniale, vel mortale. exemplum huius ponit ſi quis iurauerit, quod numquam erit negociator, vel Miles: vel non recipiet feudum à tali Domino, vel quod non recipiet mutuum, vel quid ſimile: certe, inquit, ſi res venit ad caſum, in quo non poteſt aliter viuere, niſi veniat contra iuramentum, non tenetur illud obſeruare. ratio eſt, quia iſtud iuramentum eo caſu euaſit temerarium. Quarto modo cum iuramentũ excludit opus ex neceſſitate faciendum: vt quãdo iurat quis quod nil ex charitate dabit tali, vel non colet Deum: non enim eſt veriſimile, quod Deus recipiat talia iuramenta, quæ ſunt contra à ſe præcepta. Quinto cum excludit opus de genere bonorum; ſeu, vt ex Soto retuli; cum obex eſt ſublimioris boni, vt cum quis iurat religionem non ingredi, vel dignitatem nullo caſu acceptare. nam tale iuramentũ non eſt obligatorium, & ſubinde non ſeruandum, vt eſt dictum ſupra in prima extenſione huius primi membri: quod Abb. probat duabus rationibus. prima, quia, inquit, duæ sũt ſpecies iniuſtitiæ, facere malum, & declinare à bono: vnde ſicut nõ obligat iuramentum ad faciendũ malum, ita non debet obligare ad declinandum à bono cum nulla ſit vtilitas in obſeruatione huius iuramenti. Secunda ratio; quia cum Dominus conſulat opera perfectionis; contrarium quodammodo eſſet, ſi vellet, quod occaſione talis iuramenti abſtineretur à bono: & reſpondet ad cõtrarium de tex. in c. Archidiaconum, alias incipit Florentinum 85. diſt. & Gloſ. in c. innocens: 22. q. 4. ver. arg. eſt hic. & Hug. 20. q. 3. in princ. qui tenent tale iuramentum eſſe ſeruandum.

Imo nec concedit abſolute id, quod dicebat Archi. declarando Gratianum in c. ſi. 22. q. 4. quod ſcilicet talia iuramenta, licet nõ ſint obligatoria; tamen non prohibentur obſeruari: dicit enim, quod ſibi non placet hoc, quod ſcilicet non prohibeantur obſerri, vbi eſſet contraueniendum propter bonum publicum; ſentiens, quod tunc prohibentur obſeruari. Addo quod immo tunc oportet iuramentum infringere, & illud implere eſſet peccatum; vt inquit Soto. d. ar. 7. col. 10. poſt medium. Contrariam opinionẽ, quod ſcilicet iuramentum valeat & ſit obſeruandum, ſibi placere ait, cum nititur propter bonum priuatum, ſcilicet vt præſit & nõ proſit: ita Abb. in d. c. ſi vero, ſub nu. 4. & ibi latius per eum. Verũtamen non videtur vſque adeo tuta iſta contraria opinio, vt iuramentum valeat. & ſit obſeruandum in his terminis, etiam in caſu ad quem illam reſtringit Abb. Sed videtur, quod imo iuramentum in his terminis indiſtincte non teneat: nam aut quis talia inaduertenter ſine determinata intentione iurauit, & tunc deficit iudicium: Aut determinate, & con-

& conſulto iurauit,& tunc deficit iuſtitia , quia excludendo omnino tale opus bonũ , iniuſte facit : & ſic ex defectu alterutrius horũ comitum iuramentũ non eſt obligatorium : imo periurium cenſetur , vt alias fuit dictum:id quod etiam idem ipſe Abb. videtur ſentire in illo c. ſi vero , nu. 8. ver. extra hos caſus; dum inquit iuramentum temerariũ valere extra caſus ſuprapoſitos regulariter; aperte ſentiens, quod in terminis dictorum caſuum non valeat . Sed dici poteſt, quod illud dictum Abbatis debet reſtringi , & limitari , quoad terminos propoſitorum caſuum,ſecundum declarationem ſuam proxime relatam,videlicet,vt teneat iuramentum , vbicumq. eius obſeruantia nihil officit bono publico,cultui Dei,vel religioni;ſed ſolum temporali vtilitati iurantis.nam ob tale intereſſe non videtur à iuramento reſiliendum fore .

Sexto modo iuramentum dicitur vergere in peiorem exitum, cum excludit opus indifferẽs pia intentione pro Deo , aut proximo faciendum , vt ſi quis iuret , quod non loquetur Martino , vel non intrabit domũ eius, vel quid ſimile : non enim tenetur iurans ad obſeruantiam talis iuramenti ſi vult contrarium facere pia intentione propter Deum , vel ſalutem proximi : Hæc Abb.vbi ſupra.

Ex quibus infertur ad deciſionem plurium caſuum vtilium , & practicabilium : Et ſpeciatim illorum quotidianorũ de iuramento facto de non fideiubendo : De non mutuando , & ſimilibus : De quibus per Abb. vbi ſupra poſt D.Thom. & alios citatos per eũ, & in additionibus ibi ad eum. Et ego ponam infra in par. quarta , in caſu ſexto, vbi neceſſario nonnulla ex dictis in hac ſecunda extenſione huius primi Mẽbri erunt repetenda .

Obſeruandum porro eſt poſtremo in quo conueniant, & in quo inuicem differant prædicti hi ſex modi,quibus dictum eſt iuramentum vergere in peiorem exitum.
Conueniunt † itaque in eo, quia 30
tam ea iuramenta, quæ ab initio
ſtatim ſecũ illum prauũ,ſeu peiorem exitum afferebant, iuxta ſcilicet primum , ſecundum , quartum, & quintum modos ſupra ex Archidia. relatos : quam alia iuramenta , quæ ſcilicet ex poſt facto ob aliquam circumſtantiam , vel cauſam extrinſecus, & de nouo emergentẽ prauum illum exitum afferunt , iuxta ſcilicet tertium, & ſextũ modos prædictos : quæ incauta, ſeu temeraria iuramenta vocantur;cum fiant nulla
neceſſitate impellente : † ſemper 31
enim temerarium eſt iuramentũ, cum nulla in eo ſubeſt neceſſitas, vt dicit Gloſ.in c.1.incipit archidiaconum , ver.ſanctis, 85 diſtin. omnia, inquã, periuria ſunt dum fiunt , ſiue poſtea impleantur, ſiue ſecus : & proinde nullatenus obligant,prout id pro fida regula tradit Domi.Soto d.art.7.col.10. circa prin. & prius ſupra eodem illo art. col.5. circa finem,& col. 6.in prin. Et defendit Abb.in d.c. ſi vero , nu.4.5.

Differunt autem, † quia iura- 32
mentum illud,quod ſtatim ab initio trahit ſecum prauum exitũ , quia

quia iuratur, id quod de ſe malũ eſt, iuxta primum, ſecundum, & quartum modos prædictos; tunc & iurando quis peccat, & pariter iuramentum implendo. Secundũ vero alios modos peccat quidem iurando, nõ tamen iuramentum adimplendo: quia tametſi iuramentum non obligat, vt eſt dictum, quia temerarium eſt iuramentum: tamen adimplere illud poteſt ſine peccato ſi vult, niſi tamen oblatus caſus neceſſariam conſtituerit rem iuramento negatam, vt fieri debeat; & proinde vt iuramentum infringi debeat, iuxta iam dicta. & ita tradit idẽ Soto in allegato artic. 7. col. mihi 10.

Et eidem huic primo Membro addi poſſunt alij caſus pro alijs extenſionibus, in quibus ſcilicet nulla opus eſt abſolutione, nempe, quia iuramentum de ſe non eſt obligatorium; & propria auctoritate infringi poteſt: quos ponam in par. quarta huius tract. in qua agendum erit, quando abſolutio non eſt neceſſaria, quos ibi videbis per diſcurſum.

33 Qualia † autem quantaq. delicta ſint huiuſmodi iurationes nõ obligatoriæ ſupradictæ, & ſi quæ ſunt ſimiles, quia res eſt, quę egreditur inſtitutum meum, videre eſt penes Dom. Soto in ſæpe allegato art. 7. col. mihi 7. ver. Satius eſt ergo: & pleniſſime, vt pote ſuo peculiari loco, in quæſt. 2. eiuſdem libri 8. d. ſui tract. de iuſti. art. 3.

34 Secundum Membrum eſt † quod vbi iuramentum manifeſtum eſt eſſe licitum, vtile & honeſtum, non videtur locum habere abſolutio. Domi. Sot. d. art. 9. col. 6. verſ. tertium membrum: ſed tunc omnino ſeruandum eſt iuramen. tex. eſt in c. quanto, §. ſi vero, & ibi plene Gloſ. & Abb. de iure. & ad alia dicẽda infra par. 3. q. 2.

In † caſu tamen in quo danda eſſet abſolutio, vt cũ aliquid melius occurrit in commune bonum conferens, ad ſolius Papæ poteſtatem id pertinẽret: ita Sot. in d. loco ex S. Th. 2. 2. q. 89. illo art. 9. Et ratio eſt, quia in tali caſu abſolutio ardua, ac difficilior redditur; quia magna eſt ambiguitas, an illa fieri debeat: nam rẽ vera non licet, niſi vbi res maioris cõmodi ſuperuenerit: & ideo reſeruatur Papæ, cui quippe ardua reſeruari ſtatutum eſt in c. maiores: de baptiſ. ita Domi. d. art. 9. col. 7. poſt prin. 35

Sed Inn. Papa in c. debitores, in fi. de iureiu. dicit ſe credere, quod iſta commutatio in melius in iuramentis licitis etiã ab Epiſcopo fieri poſſit.

Tertium Membrum eſt, quod † vbi iuramentum ambiguitatem 36
habet, licitum ne ſit, aut conducens, aut nocuum, ſeu ſimpliciter in genere, ſeu in tali caſu, vt puta quia licet appareat illud ſeruari poſſe ſine interitu ſalutis æternæ, immo & ſine diſpendio eiuſdem ſalutis, neque ſeruatum vergere in deteriore exitum, iuxta ſupra iam dicta; forte tamen apparet temerarium, vel periculoſum, & pernicioſum exemplo, vt Abb. declarat in d. c. quanto, ſub nu. 8. ver. aut poterat ſeruari: Et hoc caſu † cum teneat iuramentum, 37
requiritur abſolutio: † non tamen 38
eſt neceſſaria abſolutio Papæ, ſed

Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt per Innoc. in c. venerabilem, nu. 5. de elect. & per Abb. & So. in dictis locis. Sed quia explicatiori id eget declaratione, infra ſuo loco in ſequenti quæſt. tradetur.

39 Quartum membrũ eſt, † quod vbi iuramentum interpoſitum eſt ſuper materia, ſeu re ſubiecta Domino Papæ, ſeu ad eum ſpectante principaliter; vel ſuper iuribus pertinentibus ad eum, vt ſunt caſus, & exẽpla in c. venientes, de iureiur. & in c. conſtitutus: de reſcript. videlicet de ſtatuto Canonicorum circa numerũ & receptionem Canonicorum: vt in d. c. conſtitutus: vbi alia etiam affert Felin. in ver. auctoritas: Et de appellationibus ad Sedem Apoſtolicam deuoluendis: vt in d. c. venientes. & talia iuramenta pertinent ad ſolum Papã, & ipſe ſolus ſuper eis habet pote-
40 ſtatem, adeo † quod ipſe abſolutionem ab eis concedere poteſt pro libito, nulla exiſtente cauſa;
41 † quia in talibus iuramentis intelligitur excepta ſemper, & ſalua auctoritas ipſius, vt dicitur in dictis iuribus, & vtrobique notatur per Gloſ. & Doctores. Et intellige, quod in his iuramentis Papæ auctoritas eſt excepta abſolute, & abſque alicuius cauſæ interuentu, vel requiſitione: cum in materijs aliorum intereſſe tangentibus principaliter, intelligatur excepta nõ abſolute; ſed quatenus adſit cauſa diſpenſandi: vt per Felin. in d. cap. conſtitutus, d. ver. auctoritas, in limit. 2. & ita hoc membrum firmat Abb. in d. c. quanto, ſub nu. 8. ver. quis autẽ tunc. plene Felin. in d. c. conſtitutus, nu. 9. cum ſeq. vbi facultatem Papæ iuxta hoc membrum complectitur, & declarat per reg. & tribus Ampliationibus, & quatuor limitationibus: qui videatur. & ego dicam alibi explicatius: Et Domi. Soto. d. art. 9. col. 7. circa medium: & Dominus Io. Bapt. Marcheſanus in iam alleg. tract. de commiſ. par. 1. Comiſ. 1. cap. 3. Adde pariter, exempli gratia, iuramenta illa, quæ ſuper bonis Eccleſiarum non alienandis fiunt: hæc enim iuramenta, ne facile eadem bona dilapidentur, Papæ ſolita ſunt reſeruari: ita ex D. Thoma per eum relato addit Sot. in proximo cito loco; & de hac abſolutione Domini Papæ circa huiuſmodi materias, de quibus in hoc 4. mẽbro, alia repetenda erunt infra in par. 3. q. 1. ver. directe, vbi de modo dandæ abſolutionis directe agetur.

Declara tamen † vt per reſcriptum ſimplex Domini Papæ emanatum contra dictum ſtatutum iuratum, in quo ſcilicet reſcripto non eſt facta mentio de ipſo iuramento; quia non dicitur non obſtante iuramento; non intelligitur diſpenſatum: & impetrans tale reſcriptum reijceretur. Caſus eſt in d. c. conſtitutus, & ibi eſt Gloſ. in ver. iuramento, & ibi id tradit etiam Abb. nu. 7. cum additis ibi ad eum; quia non eſt veriſimile, vt ſuperior ſtatuta tollens, cogitet de iuratis: vt dicit ibi Felin. ver. ſtatuta iurata nu. 3. vbi latius per eum. Et eſt regulare, quod taciturnitas iuramenti inducit gratiæ ſurreptionem, nedum iuramenti alterius; ſed & 42 43

multo

multo magis proprij.ſ.impetrantis: vt ibi per Fel. nu.4.ad quem recurrendum eſt in materia;quia eam cumulate exornat cum ampliationibus, & limitationibus. id quoque adnotauit D. March. d. ſuo tract. com.par.1.Com.1.c. 3. nu.3. inferens ad ſtilum Rom. Cur.vt ponatur in litteris Apoſt. non obſtan. ſtatutis etiam iuramento vallatis,vt ibi per eum. Adde Felin. in c.præterea,nu.20. limit.3.de ſponſa.

44 Quintum membrũ eſt, † quod vbi iuramentum præſtitum eſt ſuper tali re, in qua ſolum conſideratur, & vertitur reſpectus, & ratio pietatis, animæ ſalutis, & honoris Dei: verbi gratia,vt exemplificat Spec.tit.de lega.§.nũc oſtendendum: ver. hoc quoque nu.28. ſi quis iuret eleemoſynam facere,religionem intrare, ire vltra mare,& ibi Deo militare; vel ſi artifex iuret de lucro aliquam portionem fabricæ Eccleſię puta, erogare: & ſine cauſa nemo poteſt,niſi Deus abſoluere, quippe ad cuius honorem tendũt iſtiuſmodi iuramenta. Ita hoc membrum firmat Abb. in d. cap. quanto. d.nu.8. circa medium, ver. Aut fuit præſtitum in alia materia. & ſequitur idem Dominus Marcheſ.d.c.3. Neque etiam ipſe D.Papa. Et rationẽ aſſignat

45 Abb. ibidem, † quia. Papa non poteſt ſine cauſa remittere obligationem Deo quæſitam,24. q.1. c. manet: & 23. quæſt. 4. cap. is qui.

Neque obſtat id, quod pro regula

46 tradi ſolet. † Quod in iuramentis intelligitur excepta ſemper auctoritas Papæ, vt legitur, & notatur in d.c. venientes: de iureiur. & in d.c. conſtitutus, de reſcript. Quia,vt ſupra dictum eſt, regula vera eſt, vt ſit excepta eius auctoritas quo ad diſpenſationem fiendam ſine cauſa,in iuramentis præſtitis ſuper materia, & re ſubiecta ipſi Papæ, ſeu ad ipſum ſpectante, vel ſuper iuribus pertinentibus ad eum. Secus in alijs iuramentis ſuper materia, ſeu re ad eum non ſpectante; quia tunc non eſt excepta eius auctoritas quatenus diſpenſet ſine cauſa,ſed ſolum cum cauſa; & ſic quatenus materia ſit diſpenſabilis: Felin. in d.c. conſtitutus, nu.15.& in c.præterea,nu. 20. lim. prima de ſponſal. ſic intelligitur d.c. venientes, & alia iura ſimilia: & declarat etiam Abb. in d. cap. conſtitutus: ſub nu.8.

Hoc patet,inquit Abb.ibidem, † quia iuramentum eſt de iure 47
diuino,& obligat Deo: Papa autem † non poteſt impedire obli- 48
gationem quærendam Deo. Ideo infert Abb. † quod Papa non po- 49
teſt abſoluere ſine cauſa rationabili in iuramento præſtito ſuper rebus non ſpectantibus ad eum: allegat Gloſ. in d.c. quanto: de iureiur. & Innoc. in c. cum inter P.de renuncia.& per Feli.in locis citatis.

Si vero ſubeſt iuſta cauſa,Papa diſpenſare poteſt: ita Abb. in d. c. quanto: per c. ſi vero: eo.tit. de iureiur. & Fel.in dictis locis.

Adde ſecundum eundem Abb. ibidem, † quod Papa abſoluente, 50
præſumitur iuſta cauſa quo ad hanc Eccleſiam militantem: allegat notata per Gloſ. in c. non

eſt: de voto; & per legiſtas in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & ſic in foro contētioſo eius abſolutio omnimode prodeſſe ha-
51 beret; quia † non licet diſputare de geſtis per Papam, 17. q. 4. c. ſi quis ſuadente. §. qui autem, in fine: & tradit Felin. in d.c. præterea, d.num. 20. ver. primo limita:
52 tamen † quo ad Deum non eſſet alicuius momenti ſine cauſa, vt per eum ibi, poſt alios à ſe citatos.

Quinimo ſubdit idem Abb. d.
53 loco † etiam Epiſcopus, iuſta exiſtente cauſa, diſpenſare poſſet etiā in d. iuramento concernēte principaliter honorem Dei: ſicut & poteſt in voto commutare: allegat Innoc. in c. debitores, d. tit. de iureiur.
54 Et intelligit, † vt poſſit Epiſcopus abſoluere, etiam nulla facta commutatione in ipſo iuramento, ex quo adeſt iuſta cauſa: quicquid ſentiat Spec. vt ibi per eum relatus. Et iuſta cauſa eſſet, ſi immineret maior vtilitas, vel alia iuſta cauſa, ſecundum eum. Et de hac facultate Epiſcopi dicetur latius in ſequenti quæſt.
55 Differentia † autem inter Papam, & Epiſcopum eſt ea, ſecundū Abb. quia in factis magnarum perſonarum, vel multum dubijs debēt recurri ad Papam; Sed in alijs poterit etiam Epiſcopus reſpectu ſuæ Diœceſis: ſed Papa reſpectu totius orbis: & dicit Abb. vbi ſupra, quod ſic ſentit Spec. d. tit. de leg. d. §. nunc oſtendendum, verſic. 24.

Et inde factum videmus, vt cōſideraūit D. Thom. relatus à Domin. Soto d. artic. 9. col. 7. poſt prin. quod complures iuramentorum abſolutiones à ſolo Romano Pontifice petitæ, & datę leguntur; vt in c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. & in c. Abbas, de his quæ vi met. ca. & 15. q. 6. per tot. & in c. venerabilem: de elect. vt etiam ſentit Abb. in d.c. quanto, d. nu. 8. poſt medium, ver. hæc tamen erit. Circa quod tamen videnda ſunt ea, quæ dicā in quæſt. ſeq. ver. vnde ego, nu. 3. verſus finem.

Quo vero ad id, quod eſt dictū de factis dubijs, videnda ſunt ea quæ dicam infra in quæſt. ſequenti de poteſtate Epiſ. & quæ tradit Felin. in c. præterea, nu. 21. cum tribus ſequen. de ſponſalib.

Sextum membrum eſt, quod † 56 vbi iuramentum concernit principaliter commodum, & vtilitatem hominis, Papa non poteſt illud tollere ſine cauſa, licet cum cauſa poſſit: prout generaliter omnia: ita Abb. in d. c. quanto: d. nu. 8. verſus finem: ver. aut iuramentum reſpicit, ex Spec. & Archi. vt ibi per eum citatis: idē Abb. conſ. 71. col. fin. quaſi in fi. Felin. in c. conſtitutus, nu. 15. de reſcr. & in c. præterea, num. 20. circa med. ver. ſed aduerte. de ſponſal.

Et iuſta † cauſa eſt ſi turpitu- 57 dinem continet ex parte deferentis, c. ſi vero: de iureiuran. notat Abb. vbi ſupra, ver. aut ſubeſt: Vt puta ſi dolus interuenerit ex propoſito, vel re ipſa, ſcilicet enormis leſio, vt per Crau. conſ. 7. nu. 7. lib. 1. Et † ratio eſt ea 58 quare Papa ſine cauſa non poſſit abſoluere à iuramento in præiudicium iuris Tertio quæſiti, vt

dicit

dicit Grau. in d.loco nu. 8. nempe quia ipſemet fecit reg. de iure quæſito non tollendo, quod eſt generale in omnibus, & eſt reg. cancel. 17.

59 Quod procedit † etiamſi Papa abſolueret de plenitudine poteſtatis, quando ageretur de præiudicio tertij nõ ſubditi ſummo ipſi
60 Pontifici in temporalibus: † quia princeps non poteſt vti plenitudine poteſtatis contra non ſubditum: Crauet. vbi ſup. nu. 9. poſt multos quos allegat.

61 Imo † idem ſi vtatur iſta plenitudine poteſtatis contra ſubditũ cui eſſet iam acquiſitum dominiũ ex iuramento partis, ſeu contra-
62 ctu ipſo iurato, quia † etiã ſubdito Princeps non aufert dominium ſine legitima, & ſufficienti
63 cauſa, † cum illud ſit de iure gentium, licet fuerit acquiſitum per modum iuris ciuilis: ad ea quæ declarat Crau. in d.loco ex alijs quos allegat. Et pro vlteriori notitia huius rei, an & quomodo D. Papa deroget iuri tertij per ſuam abſolutionem, videbis alia quæ dico inf. par. 3. q. 25.

Ipſe vero, de cuius commodo agitur, libere illud remittere poteſt: Et idem ſi iuramentum reſpiciat vtilitatem vtriuſq; contrahentium; vt quia aliqui iurãt ſibi ad inuicem aliquid facere: c. 1. de iureiur. c. ſignificauit: de cenſi. iuncto. c. 2. de ſponſa. & ibi late per Feli. nu. 33. & per illa iura tradit Abb. in loco citato.

Et hoc intellige cum quis alteri iuramentum in ſuum cómodum præſtitum remittit: Sed ſibi ipſi non poteſt: vt ſi quis ſimpliciter iuraret ad commodum ſui. nam non poteſt ſibi remittere iuramentum ſuum, ne autorizet in facto proprio: Nec alius etiam poterit remittere ſine cauſa: vt eſt regulare in iuramentis: ita declarat Abb. in eodem proxime citato loco: poſt Spe. d. §. nunc oſtendendum: d. ver. hoc quoque.

Et ad prædicta quomodo remittat homo priuatus iuramentum, & non Papa; videnda ſunt ea, quæ tradidi ſupra (vt hic repetitionem eorum euitemus) in par. 1. quæſt. 4. princip. à ver. verum quoniam non eſt, cum duobus ſequen. & vide pulcre per Felin. in c. conſtitutus nu. 16. de reſcrip. & in præall. c. 2. concl. 4. nu. 33. de ſponſal.

Ille caſus non eſt prætermittẽdus, in quo † abſolutio à Domino 64
Papa eſt requirenda, nempe vbi, periurio iam admiſſo, adhuc quis abſolutionem ad effectum agendi, vel excipiendi obtinere vellet: iuxta caſũ de quo conſulit Crau. in conſ. 6. num. 92. & ſeq. lib. 1. & ego ponam infra in par. 3. quæſt. 25. præalleg.

Porro † de cauſis ex quibus 65
abſolutio à iuramento iuſte, ac legitime dari poteſt cum à Papa, tum ab inferioribus, quibus facultas eam dandi competit; ſpeciatim, quantum ſpectat ad noſtri tractatus materiam & intentionem, inf. in quarta prin. par. vtpote ſuo peculiari loco diſſeretur.

QVAE-

QVÆSTIO III.

Epiſcopis an competat facultas abſoluendi à Iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi facultas circa abſolutionem iuramenti extẽditur nedum ad iuramenta metu, vel dolo extorta, ſed etiam ad licita ex vtraq. parte iuſta exiſtente cauſa. Amplia vt num.2.*

3 *Cap.venerabilem: de elect.expenditur.*

4 *Priuationis natura, & conditio iuxta habitus naturam, & conditionem æſtimatur: ideo*

5 *Priuatio eiuſdem potentiæ eſſe cenſetur, cuius eſt habitus.*

6 *Perſonæ Electi in Regem, & ad Imperiũ promouendi examinatio pertinet ad ius, & auctoritatem Papæ.*

7 *Epiſcopus diſpenſat in omnibus votis regulariter, ijs ſolis exceptis, quæ nominatim, ac ſpeciatim Papæ reſeruantur.*

8 *Voti obligatio maior fortiorq. eſt quam iuramenti: declara, vt infra quæſt. proxima num. 26.*

9 *Reſtituere in integrum, inferior non poteſt contra auctoritatem ſuperioris.*

10 *Abſolutio à iuramentis ab Epiſcopo, quo iure quauis auctoritate fiat*

11 *Epiſcopus an in caſu dubio, ſcilicet vbi dubium eſt, an iuramentum licitum ſit, vel non, ſeruandum ſit, vel non, abſolutionem dare valeat.*

12 *Dubium, & ambiguitas circa iuramentum, ſiue circa abſolutionem dandam, quando eſſe dicatur.*

13 *Legatus D. Papæ an abſoluere poſſit à iuramento, quod ſic: & plura de illius poteſtate.*

TERTIO principaliter quæro numquid Epiſcopis cõpetat huiuſmodi poteſtas dandi abſolutionem à iuramento: & ex traditis in præcedenti quæſtione habemus iam reſponſionem ad hanc quæſtionem affirmatiuam: quibus addo Innoc. nominatim aſſerentem, quod Epi-
ſcopus † habet poteſtatẽ diſpen- 1
ſandi, ne dum in iuramentis dolo, vel metu extortis: ſed quod ex cauſa diſpenſat etiam ſuper iuramentis ex vtraq. parte licitis: ita tradit in c.debitores, num.2. de iureiu.refert, & ſequitur Spec. tit.de lega. §. nunc oſtendendum, verſic. 24.ibi, diſpenſat etiam Epiſcopus,

ſcopus, num. 26. Abb. ſæpe allegatus in c. quanto, ſub nu. 8. poſt medium: de iureiur. in ver. vel ſubeſt aliqua alia iuſta cauſa: nec pluribus auctoritatibus opus eſt in re iam pridem ex generali omnium totius orbis Curiarum inolita Practica manifeſta: quam confirmat Feli. multis citatis iuribus, & Doctoribus, in c. præterea, num. 21. de ſponſal.

2 † Amplia hanc Poteſtatem Epiſcopi, vt poſſit abſoluere, etiam non facta commutatione, ex quo ſubeſt alia iuſta cauſa, etiam in licitis ex vtraque parte: ita tradit Abb. quicquid ſentiat Spec. ibi per eũ relatus in d. loco. verſi. ibi tamen ſentit: & ita ſentit Innoc. in d.c. debitores, d. num. 2. ver. Imo diſpenſare: & tactum fuit in præcedenti quæſt.

Et ergo ſimiliter, imo facilius diſpenſare poteſt Epiſcopus in iuramento cum commutatione impoſita de opere ęquali, exiſtente cauſa: & multo facilius de opere meliori abſque alia cauſa: vt tradit Specul. in loco proxime citato: ver. poteſt etiam Epiſcopus iuramentum in melius commutare, poſt Innoc. in d.c. debitores, in fine. Exemplum affert, ſi quis iurauerit ire ad ſanctum Iacobum, & vtilius ſit ire vltra mare; bene poterit Epiſcopus commutare: ita Innoc. & Spec. dictis locis. de hoc tex. eſt in c. peruenit, il 2. de Iureiuran. & ibi perſcribentes: tunc enim illud melius opus ſatis eſt iuſta cauſa diſpenſandi.

Sed videtur refragari præmiſſæ affirmatiuę concluſioni, & ſubinde poteſtati epiſcoporum in iuramentorum abſolutione. c. venerabilem: de elect. vbi videtur denegata Epiſcopis diſpenſatio circa iuramenta. nam dicitur ibi, quod Papa conſuli debet ſuper iuramento, & ad eum ſpectat huiuſmodi iudicium, an iuramentũ ſit obſeruandum, aut non ſeruandum. Pro ſolutione dicendum,
† quod in d.c. venerabilem non 3
denegatur Epiſcopis diſpenſatio, ſeu abſolutio in iuramentis: ſed notatur ibi potius differentia, quando illa fieri debeat, vel ſoleat à Papa, & quando ab Epiſcopis; quia circa ardua negocia, & inter magnas perſonas poteſt forte propter ſcandalum ſolus Papa in talibus interponere partes ſuas: ita his formalibus verbis reſpondet Spec. in ſupraallegato ver. 24. verſus finem: ibi, Nec obſtat, nu. 27. & hanc differentiam inter Papam, & Epiſcopos adnotauit etiam Abb. in ſæpe allegato c. quanto, ſub nu. 8. poſt mediũ, ver. hæc tamen erit differentia; quia in factis magnarum perſonarum, vel multum dubijs debet recurri ad Papam: ſic, inquit, intelligi poteſt c. venerabilem; ſed in alijs poterit etiam Epiſcopus, ſcilicet reſpectu ſuæ Diœceſis: ſed Papa reſpectu totius orbis: & allegat Spec. in ſupradicto loco. Sed ipſe Speculator loquitur per verbum, forte, vt dixi, quaſi non determinate ſentiens, quod non poſſint etiam Epiſcopi in talibus diſpenſare: ſed propter ſcandalũ euitandum recurrendum eſſe ad Papam. Vnde ego conſiderabã, quod, cum ſit vnum, & idem vinculum iuramenti, quod æque ſubinde conſtringit magnos atque infimos,

Digitized by Google

infimos, & peræque in cauſis magnis atque in paruis; quia non eſt perſonarum acceptio apud Deum; ſitque in confeſſo in iure noſtro, Epiſcopos poteſtatem habere diſpenſandi in iuramentis: non poſſe dari hanc differentiam in abſolutione Epiſcoporum, reſpectu ſcilicet magnæ vel paruæ perſonæ, magnæ vel paruæ cauſę; quod attinet ad poteſtatem abſoluendi, ſeu diſpenſandi, per d. rationem, quia idem eſt vinculum iuramenti: eademque poteſtas conſequenter debet eſſe abſoluēdi. Nam ſi vinculum nō variatur, nec ipſa abſoluendi poteſtas va-
4 riatur; † quia natura, & conditio priuationis iuxta conditionē,
5 & naturā habitus ęſtimatur; † & cuius potentię eſt habitus, eiuſdē & priuatio cenſetur: not. Euer. in ſua Centuria in loco à Pri. ad habi. nu. 4. Et ſic per hanc rationem ſequitur, quod ſi qualitas perſonarum, vel cauſarum non habet augere, ſeu etiam diminuere, vel mutare ſubſtantiam, ſeu vinculum iuramenti; ſic nec vim, & efficaciam poteſtatis abſolutionis eiuſdem Epiſcopis cōceſſę.

Et ex hoc refellitur obiectio, quod cauſæ magnę ſunt Papę reſeruatę. c. maiores: de Bapt. quia, vt dixi, magnitudo perſonarum vel negotiorum non auget ſubſtantiam iuramenti: & ſic non poteſt cenſeri minor, vel maior poteſtas abſolutionis in vno, quam in altero iuramento. nec enim debet diuerſo Iure cenſeri, cum non adſit diuerſa ratio, vt iam dictum eſt: ad hoc. l. cū qui ędes: & ibi Bar. in 2. notab. ff. de vſucapio. Nec reperitur in talibus eadem poteſtas Epiſcopis denegata, vel etiam Papę expreſſe reſeruata. Et gauiſus ſum hac cōſideratione poſt hęc ſcripta; quia reperi eam habuiſſe Feli. in duobus verbis in c. pręterea, nu. 24. ver. ſed non putarem, de ſponſal.

Non obſtat prædicta decretalis venerabilem; tum quia nimirum ſi ibi iudicium illius iuramenti ad Papam pertinere dicitur; quia id neceſſario importabat natura illius negocij: nam ex prætenſo periurio Ducis opponebatur de inhabilitate eius perſonæ contra electionem de ſe factam; † & Ius, & auctoritas exa- 6
minandi Perſonam ipſam electā ad Papam ſpectat, vt dicitur ibi poſt princ. ver. ſed et Principes. tum quia nullum eſt verbum in d. c. venerabilem, quo innuatur iudicium circa iuramentum in negocijs magnis, vel magnarum Perſonarū Epiſcopis denegatū, & ſoli Papæ reſeruatū. & alibi habetur illud Epiſcopis conceſſum eſſe; id quod etiam in eodem c. venerabilē ſuaderi videtur; quia ibi ſummus Pontifex non dicit ſimpliciter, & abſolute ipſum eſſe conſulendum ſuper iuramento, nec ad eius iudicium pertinere, vtrum iuramentum ſit ſeruandū, vel non ſeruandum; ſed loquitur ſpeciatim de illo iuramento, & ad illud ſe reſtringit, vt patet ibi, vtrum vero dictum iuramentum.

Fulcitur mea hæc conſideratio atque opinio validaratione, nem
pe † quia Epiſcopus diſpenſat in 7
omni voto, his ſolis exceptis, quæ nominatim, & expreſſim ſunt Pa-

pæ

pæ reſeruata, vt tradit Dom. So.
lib. 9. d. ſui tract. de iuſti. q. 4. art.
5. col. 4. in fi. ſic ergo, & multo
8 magis in iuramentis, † cum ſit
maior obligatio, fortiuſque vin-
culum voti, quam iuramenti, vt
tradit D. Thom. 2. 2. q. 89. ar. 8. &
poſt eum idem Sot. d. tract. lib. 8.
q. 1. art. 8. Et per hanc rationem
in eadem hac ſententia reſidet
Domi. So. d. q. 1. art. 9. col. 6. in
fine: & ibidem refert Diuum Th.
ſentire hanc opinionem veram
quidem eſſe quantum ad rigorem
rationis, & Iuris: ſed quod ex
quadam æquitate, & vt tutius
conſcientijs conſulatur, conſue-
uit Eccleſia res quaſdam magis
arduas ad Papæ tribunal deferre:
iuxta d. c. maiores: de Bapt. nec
Abb. ſupra relatus negat de Epi-
ſcopo: ſed dicit, quod debet re-
curri ad Papam, ſcilicet propter
rationes prædictas.
Opponitur ſecundo, quod non
poſſit Epiſcopus abſolutionẽ con-
cedere à iuramento, quod quidẽ
præſtatur Deo. c. debitores: de
iureiur. & alias ſupra eſt dictum:
vnde non videtur, quod poſſit iu-
ramentum ipſum relaxare, cum
9 Epiſcopus ſit minor Deo, † ſicut
nec poteſt inferior in integrum
reſtituere contra auctoritatem
ſuperioris: l. minor autem magi-
ſtratus: ff. de minorib. & ita op.
Bal. in c. 1. num. 5. de iureiur. Sol.
10 ſecundum Bal. ibidem † Epiſco-
pus hoc facit auctoritate Canonis
delegata, vel dic ordinaria, & ſic
Deus ipſe nihilominus facere vi-
detur: vt C. de vete. iu. enucl. l. 1.
§. omnia: vbi tex. eleganter di-
cit: omnia merito noſtra facimus
quibus noſtram auctoritatem
impartimur.
Sed quæro, † quando Epiſco- 11
pus abſolutionem, ſeu item rela-
xationem concedere valeat: Re-
ſpondeo: Quidam reſtringere vo-
luerunt poteſtatem Epiſcopi in
caſibus vbi probabiliter certum
eſt concedendam eſſe abſolutio-
nem, vtputa vbi iuramentum ex-
tortum eſt vi, dolo, vel metu. Sed
vbi eſt probabile dubium, an ſit
concedenda abſolutio, vel non,
tunc illam dare non valeat Epi-
ſcopus, nec aliquis inferior Papa,
etiam Legatus: vt refert Felin.
qui hanc quæſt. poſuit in c. 1. q. 1.
nu. 15. de iureiur.

Sed contra hanc opinionem
expreſſe tenet, & concluſionem
eidem de directo contrariam cõ-
ſtituit D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9.
in ſecundo membro; quem
refert, & ſequitur Dom. So. ſæpe
alleg. in prima quæſt. libri 8. d. ſui
tract. de iuſti. art. 9. col. 6. ver. ſe-
cundum membrum: & retuli ſu-
pra in præcedenti quæſt. ver. ter-
tium membrum.
Item ex eadem ipſa opinione
ſequebatur inconueniens, prout
Felin. conſiderauit in loco ſupra
citato, nempe, quod cum in ple-
riſque caſibus reperiatur ambi-
guitas, & controuerſia inter Do-
ctores an danda ſit abſolutio, vel
non, ob rei ambiguitatem non
niſi raro ordinarij illam conce-
dere poſſent, iuxta d. opinionem.
Et in iſta negatiua opinione fuit
Soc. conſ. 115. num. 8. & 9. qui po-
nit exemplum in dubitatione il-
lius articuli, An ob læſionem
danda ſit abſolutio, ſiue relaxa-

tio iuramenti: eſt enim dubius articulus, & controuerſia inter Doctores: nã multi tenent, quod non ſit danda, multi vero ſic, vt per Soc. in d. loco. Et allegat pro hac ſua opinione Innoc. in d. cap. venerabilem: qui tamen nec vnum quidem verbum dicit pro hac opinione; ſed ſolùm dicit, quod ſi dubium eſt iuramentum an teneat, debet adiri ſuperior: non ergo excludit Epiſcopum: allegat etiã Spec. d. §. nunc oſtendendum, ver. 23. ſed eſt 24. tit. de leg. ſed ſuprà declaraui ipſum Spec. & d. c. venerabilem, quod ipſe Spec. allegat. Quoſdã alios eiuſdem opinionis allegat Felin. in d. c. 1. Et ibi ipſe num. 18. tenet contrariam opinionem, quã tenent D. Thom. & Soti ſupra relati, videlicet, vt vbi eſt magna ambiguitas, magnaque proinde diuerſitas inter doctores, an danda ſit abſolutio, vel non; Epiſcopus cenſetur Iudex competens: & hanc opinionem de conſuetudine approbatam fuiſſe, & ſe cum ea tranſire teſtatur: & eam approbat dicens eam eſſe communiorẽ in c. præterea n. 24. in fi. de ſponſal. & multos ꝑ ea alleg. in d. c. 1.

Aduertendum quod totum diſcrimen huiuſce rei, ac diſcordia, quæ circa eam reperitur inter doctores, prouenit ex verbo ipſo Ambiguitatis: quia non diſtinguitur quomodo, quove reſpectu ambiguitas ſit accipienda ac cõſideranda. Itaque ne & nos in verbo hoc fallamur, vt nos admonet Domi. So. in loco ſupra proxime citato, ſcire nos oportet,
12 † quomodo, & quando, & vnde dicatur eſſe ambiguitas circa abſolutionẽ. Qua in re animaduertẽdũ eſt ambiguitatẽ in abſolutione ex rei, ſeu materiæ iuratæ ambiguitate dependere, & prouenire, & ex ea illã eſſe pẽſandam; nã quo magis, vel minus eſt ambiguitas in materia, ſeu re iurata eo magis, vel minus reſultat ambiguitas in abſolutione, idq. per contrarium accidit: nam quo magis eſt in materia ambiguitas, eo minus eſt circa abſolutionem; quia ſcilicet minus liquet de iuſtitia iuramenti, & de eius obſeruantia ſit ne ſeruandum, vel non: vnde & conſequenter facilior, & minus ambigua redditur abſolutio. Et è contra quo minus ineſt ambiguitas in materia, atque itẽ in obſeruantia iuramenti, eo magis ineſt dubium, & difficultas in abſolutione. nam quia magis liquet de iuſtitia materiæ iuramẽti, minuſq. ſubinde dubia eſt eius obſeruantia, conſequenter magis dubia, & difficilis redditur abſolutio. Modo hac declaratione præmiſſa, facile conſtare poteſt, quomodo prædictus articulus circa abſolutionem Papæ, & inferiorum, dum dicitur ambiguitatem eſſe in abſolutione, ſit intelligendus, & reſoluendus: ac inde proinde iam liquere poteſt quomodo ſe habeat veritas præmiſſæ poſterioris affirmatiuæ opinionis ex D. Thoma, Domi. So. & Felino firmatæ atque à communi practicã receptæ, quod ſcilicet Epiſcopus iure abſolutionem concedere valeat vbi eſt ambiguitas, & diuerſitas inter doctores an danda ſit, vel nõ; ex quo ſcimus quomodo

Digitized by Google

modo ambiguitas in abſolutione eſt penſanda, & quando vere ea ineſſe dicitur in abſolutione: vt iam ceſſare habeat omnis diſceptatio, & diſcordia opinionum. Itaque ſi materia Iuramenti, quę proponitur non eſt ambigua, ſed palam eſt eſſe licitam, & obſeruandam; quia vere hoc caſu magis eſſe ambiguitas in abſolutione dici poteſt, & debet, ad ſupradicta: vtique in his terminis libentius locus cedi poteſt illi opinioni, quod Papæ relinquenda ſit abſolutio, quia vere difficilior eſt, vt dixi: imo potius clarum eſt eam fieri non debere. nam re vera id non licet, niſi vbi res maioris commodi ſuperuenerit: & ideo minus contentioſe concedēdum eſt eam reſeruari Papæ: Idque tanto magis obſeruandum eſt iuxta hos terminos, quando iuramenta fiunt hominibus quorum intereſt: illa enim numquam aut vix vnquam, & tunc maxima de cauſa ſunt relaxanda: vt aduertit Domin. Sot. d. tract. de iuſti. & iure. lib. 8. quæſt. 1. art. 9. col. antepen. Et iuxta hunc caſum hancq. ambiguitatis acceptionē poſſet etiam forte intelligi, quod dicit Abb. ſupra alleg. in d.c. quãto, num. 8. poſt medium, ver. hęc tamen erit differentia, quod in factis multum dubijs, &c. vt retuli ſupra eadem quæſt. in ver. ſed videtur refragari. Et adde quod dictum eſt in præcedenti quæſt. ſub ſecundo membro, ver. in caſu tamen.

Si vero intelligimus ambiguitatem verſari circa abſolutionē, an ſit danda; eo quia multum ambigitur, an res, ſeu actus iuratus ſit obſeruandus, vel nõ; quod ex cauſis, & circumſtantijs propoſitis contingit, puta ex dolo, vi, metu, ex læſione, vel ſimili, ex quibus iuramentum ambiguitatem habet licitum ne ſit: tunc locum habet, & vera eſt poſterior præmiſſa opinio affirmatiua, vt permittatur etiam Papa inferioribus abſolutio. & merito quidem; quia facilius locus fit abſolutioni, vt dictum eſt, quia non apparet ineſſe iuſtitiam in materia, ac item in obſeruantia iuramenti: & ſuſpicari poteſt, ne ex ea reſultet iniquitas, & iniuſtitia in indebita ſcilicet præſtatione, ſeu exactione: merito hoc caſu abſolutio inferioribus remitti poteſt, ex quo ambiguitas materiæ ſuadet eam facilius dari poſſe, & debere: ad ſupradicta.

Ex his quę de facultate Epiſcopi circa abſolutionē iuramēti definita sũt, habetur quoq. definitio circa facultatem Legati Domini Papæ, vt non ſit opus de eo aliam peculiarem quæſtionem, ſiue diſputationem contexere. † Namque certum eſt facultatem à iuramento abſoluendi non minus Legato, quam Epiſcopo competere: quicquid enim poteſt quilibet ordinarius ſuæ legationis, & ipſe hoc poteſt, vt formaliter dicit Spec. in tit. de diſpenſat. ſub rub. de diſpenſat. lega. §. 6. ſub num. 6. & loquitur in his terminis abſolutionis, ſeu diſpenſationis iuramenti; nec obſtat, quod ibidem paulo ſuperius in ver. cæterum cum ſolus, aperte aſſeruerit, quod ſolus Papa poteſt in iuramento diſpenſare, inferens ſuperfluo ergo quæri, 15

vtrum legatus poſſit diſpenſare in iuraméto præſtito ſuper rebus Eccleſiæ non alienandis inconſulto Romano Pontifice: & ſic per hoc aperte ſentire videtur, quod neque etiam Epiſcopis competat huiuſmodi facultas à iuramento diſpenſandi, contra prædicta. Nã reſpondetur, quod Speculator intelligit de iuramentis, in quibus ſolus Papa diſpenſat, quia ſibi reſeruata eſt abſolutio, ſeu diſpenſatio, & eam etiam concedere poteſt pro libito ſuæ voluntatis abſque alia cauſa; vt pote quia iuratum eſt ſuper materia ſibi ſoli ſubiecta, vt ſunt iuramenta ſuper ſtatutis Capitulorum, & Collegiorum Eccleſiaſticorũ, & præcipue, quæ ſuper rebus Eccleſiarum non alienandis fiunt: vt id Specul. ibidem aperit in exemplo quod ſubijcit: hæc enim iuramenta, ne facile eadẽ bona dilapidentur, Papæ ſolita ſunt reſeruari, & plenarie ad ipſum ſpectant, pleniſſimaq. in eorum diſpenſatione, ſeu abſolutione fungitur poteſtate, vt etiam admonuit D. Thom. 2.2.q.89.art.9.quem refert, & ſequitur Domin. Soto in tract. de iuſt.& iure, lib.8.q.1.artic.9.col. mihi antepen. Quamobrẽ ex hoc ſpeculatoris dicto, quod reſtrictũ eſt ad iuramenta ſpecialiter Papæ reſeruata, nihil detrahitur poteſtati Epiſcoporum, ac item Legatorum circa abſolutionem à iuramento alioqui iuſta de cauſa in materia ad eos ſpectante concedendã: ad ſuperius deducta in præſenti quæſtione.

Porro autem, quod æquiparetur poteſtas Legati Sedis Apoſtolicę, atque Epiſcopi, notat idem Specul. tit. de legat. §. nunc oſtendendum; nu. 54. ver. vnde circa legati. vbi dicit, quod ſi Legato commiſſum eſt in certa Prouincia plenè Legationis officium, omnia exercere libere, & immediate poteſt, quæ ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, quilibet ordinarius ſuę legationis exercere poteſt, ſiue ſit ille Abbas, ſiue Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus, ſiue Primas, vel Patriarcha, vel quilibet alius; Iuribus per eum adductis: Quoniã ipſe ordinarius eſt in illa Prouincia, vt ſubijcit, & adnotauit ſupra illo tit. §. ſupereſt 4. ver. quid de ſententia, ſub nu. 36. ex c. 1. & fi. de offi.leg. & iuribus alijs adductis. Immo amplior, fortiorq. eſt illius, quam illorum poteſtas, quoniam maius imperium habet in prouincia poſt Principem: vt notat ibidem Spe. ver. poteſt etiã indulgentias, num. 39. Et ideo à poteſtate Epiſcoporum, ſiue Archiepiſcoporum ad poteſtatem Legatorum deduci poteſt argum. vt à minori, quod ſemper procedit affirmatiue, prout illo vſus eſt idem Spec. d. tit. de lega. d. §. ſupereſt, nu. 39. Et nominatim, quod diſpenſandi poteſtas trãſeat in generali legationis mandato probat idem Spe. d. ti. de diſpenſ. §. 6. de diſpenſ. lega. nu. 4.

Et iſta multo magis procedẽt in Legato de latere, idest in Cardinali Legato; huius enim poteſtas, & iuriſdictio amplior fortiorq. eſt, quam alterius Apoſtolicæ Sedis non de latere legati: vt per plura oſtẽdit idem Specul. qui plenius quouis alio materiã recollegit, in d. tit. de diſpenſat. §. 6. de diſp. leg. per tot.

QVAE-

QVAESTIO IV.

Prælatis Inferioribus Epiſcopis vtrum competat facultas abſoluendi à Iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Prælatis Epiſcopis inferioribus non competit, de iure facultas abſoluendi à Iuramento.*

2 *Item neque diſpenſandi in votis.*

3 *Abſolutio à iuramento eſt de reſeruatis ſpecialiter Epiſcopis.*

4 *Prælati Epiſcopis inferiores habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, ſcilicet ex priuilegio, vel præſcriptione abſoluere poſſunt à iuramento.*

5 *Abſolutiones etiam quæ ſunt ordinis, & fori pænitentialis, etiam Epiſcopis reſeruatæ, non pertinent ad ordinem Epiſcopalem, & ideo inferioribus competere poſſunt.*

6 *Regularibus à quo danda ſit abſolutio à iuramento promiſſorio, & nu. 15. & 30.*

7 *Regulares dicuntur magis eſſe ſubiecti ſuis ſuperioribus, quam Clerici ſeculares ſuis Prælatis.*

8 *Regulares, ſeu Monachi dicuntur poſuiſſe Abbatem ſupra eorum caput vice Dei, non Epiſcopum, & num. 12.*

9 *Abbas, ſeu Superior regularis eſt Iudex ordinarius ſuorum Monachorum, ſeu Regularium, tam in ciuilibus, quam in criminalibus vbicumque contrahant, vel delinquant.*

10 *Fallit in criminibus depoſitione dignis. Sed amplia, vt num. 11.*

12 *Regulares tenentur magis obedire ſuo Superiori regulari, quam Epiſcopo.*

14 *Regulares prælati habent iuriſdictionem in ſuos ſubditos regulares priuatiue ad Epiſcopos.*

16 *Abſolutio excommunicationis iuris, ſeu canonis eſt de reſeruatis Epiſcopo.*

17 *Regularis Prælatus non poteſt abſoluere ſuos ſubditos regulares ab excommunicatione canonis, niſi in caſu in iure expreſſo.*

18 *Inferiores Epiſcopis regulariter de iure non poſſunt abſoluere ab excommunicatione à iure, ſeu canone lata: niſi in caſibus à iure expreſſis.*

19 *Abſolutio à iuramēto eſt vnus ex caſibus reſeruatis Epiſcopo ſpeciatim.*

20 *Regulares Prælati habent poteſtatem ſuper vota ſuorum religioſorum, vt ea poſſint irritare.*

Abſo-

21 *Abſolutio, ſiue diſpenſatio dicitur fortior poteſtas, quam irritatio.*

22 *Diſpenſatio, & Abſolutio ſolis Epiſcopis, & Prælatis Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus competit, cæteris vero non.*

23 *Irritatio etiam non habẽtibus Epiſcopalem iuriſdictionem competit.*

24 *Abſolutio iuramẽti difficilior, fortiorq. eſt, quam diſpenſatio voti. & ibi de ratione, & num. 26.*

25 *Diſpenſatio conceſſa in voto non extenditur ad iuramentum.*

27 *Epiſcopus habet de iure fundatam intentionem in tota ſua Diœceſi, quoad omnes etiã Regulares.*

28 *Regulares fere omnes hodie per priuilegia exempti ſunt à iuriſdictione Epiſcoporum.*

29 *Regulares Prælati habent hodie iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

31 *Officium competens Epiſcopo in tota Diœceſi competere poteſt Prælato inferiori intra illam commoranti pro parte eiuſdem Diœceſis.*

32 *Abbati, ſeu Prælato regulari à quo danda ſit abſolutio à iuramento remiſſiue.*

QVARTO principaliter quæro vtrũ Prælatis inferioribus Epiſcopis competat iſta facultas concedendi abſolutionem, ſiue relaxationem à iuramento. Breuiter ſic diſtingue
Aut † ſunt tales Prælati, qui non 1
habent iuriſdictionem Epiſcopalem; & non competit eis talis facultas: ita dicit Abb. in c. quanto, ſub num. 8. poſt medium, ver. alius autem Prælatus: de iureiuran. quia † nec in voto diſpen- 2
ſare poſſunt, vt dicit Abb. in d. loco: & not. in c. 1. de vot. lib. 6.
& probatur etiam ex eo † quia 3
diſpenſatio in iuramentis eſt de reſeruatis Epiſcopis, & vix etiam eis conceſſa, vt patet ex Specul. tit. de legat. §. nunc oſtendendum. ver. 24. per tot. & aliquid per eum in tit. de diſpenſat. §. 5. nunc de Epiſcoporum, verſ. 80.

Aut † habent Epiſcopalem iu- 4
riſdictionem, ſeu iura epiſcopalia, priuilegio puta, vel præſcriptione iux. c. auditis, & cap. cum olim, de præſcrip. & notata in cap. conquerente: de offi. ordin. Et poſſunt abſoluere, vt ſentit Abb. in loco iam dicto. Et pro-
batur † quia abſolutiones huiuſ- 5
modi etiam fori Pænitentialis etiam quæ ſunt ordinis, & Epiſcopis reſeruatæ; exequi tamen poſſunt eas inferiores Epiſcopis, quia non ſunt ordinis Epiſcopalis, vt patet in Clementina dudum. §. ſi vero ijdem, cum Gloſ. in ver. conceſſa, de Sepul. & per Hoſtien. in ſum. in tit. de peniten. & remiſ. §. cui confitendum ver. octauus ſi ſit.

Et ſpeciatim, qnod huiuſmodi abſolutiones iudiciales, de quibus agimus, ſint quid iuriſdictionis, probatur argumento tex. in c. 1. de maior. lib. 6. & ita expertus ſum obſeruari. Et ego quoque obſeruaui in iuriſdictione,

quaſi

quaſi Epiſcopali Abbatiæ Terræ Durantis, dum ſtatim adepto Doctoratu, illius Reuerendiſſimi Abbatis vices ſuſtinerem.

6 † Sed quæro ſpeciatim de abſolutione Monacorum, ſiue regularium, à quo eam obtinere debeant: de eis enim dubitari contingit num ab Epiſcopo, vel ab eorum Prælato, vel ſuperiore habere poſſint, & debeant: & eo magis ij ab eorum Prælato eam obtinere debere videntur, quo
7 † magis ſunt ſubiecti Monachi Abbatibus, quam ſeculares clerici ſuis Prælatis inferioribus: Mo-
8 nachi † enim poſuerunt vice Dei ſupra eorum caput Abbatem principaliter, & non Epiſcopum, vt in c. ſi religioſus, de elect. lib. 6. cum ſimil.

Et ita hanc differentiam inter monacos, & ſæculares notat Ab. in Rep. c. ſi quis contra clericũ, ſub num. 50. ver. & de his prædictis: de foro compe.

9 Et præterea Prelatus, † ſeu ſuperior regularis eſt Iudex ordinarius ſuorum ſubditorum regularium, & habet iuriſdictionem in eos tam in ciuilibus, quam in criminalibus vbicumque contrahant, vel delinquant, vel reſi-
10 deant, † præter tamen crimina
11 depoſitione digna: † & eam exercent nedum correctionaliter, ſed in figura iudicij, vt in c. ea quæ, & c. in ſingulis, de ſta. regul. & c. Abbates. 18. q. 2. Roma conſ. 375. in propoſita quæſt. & de materia extat Deciſ. Guid. Pap. 559. Ad quem pertineat. & late agitur per Ioan. de ligna. in clem. ne in agro, de ſta. reg. † Et habent
12 monachi immediate Prælatum ſuum ſupra caput loco Dei, vt eſt dictum, d. c. ſi religioſus, de elect. lib. 6. & c. 2. de teſt. eo. lib. & probantur hæc alijs iuribus adductis à Panor. in c. cum ab Eccleſiarũ de offic. ordi. & in repet. c. ſi quis contra præalleg. num. 50. ver. & in iſtis ego. & ideo † magis obedire debent ſuperiori ſuo regulari, quam Epiſcopo, vt probat Ab. in dictis locis. 13

Amplius † eam iuriſdictionem 14 dicti Prælati regulares habent in ſubditos ſuos regulares priuatiue ad epiſcopos, vt ſimiliter oſtẽdit Abb. in c. paſtoralis, col. 3. vbi etiam Fel. nu. 4. ver. limita ſeptimo, de offic. ordi.

Attamen, † quod ad epiſcopũ 15 dioceſanum pertineat abſolutio etiam Monacorum, ſiue regularium, videtur ſentire Feder. de ſen. in conſil. 14. incip. In Chriſti nomine: Monacus; dum dubitat ſolum de exempto, & maxime faciunt rationes allegatæ per eũ, ibi num. 5. & quod tradit Hoſt. in Sum. tit. de pænit. §. cui confitendum, ver. cui Abbas, in princ. & videtur clare probari in c. religioſo. de ſent. exco. in 6. & in c. 2. in fi. eo. ti. in antiq.

Et quidem id vere affirmari poſſe crediderim, iure communi attento. Non obſtant adducta ſupra pro altera Parte; nam ex illis omnibus, Prælatis ipſis regularibus competentibus, non ſequitur eos poſſe etiam in reſeruatis, ſeu ſpecialiter epiſcopis competentibus manus apponere: huiuſmodi enim abſolutio, & ſimiles Epiſcopo reſeruãtur, & ſpecialiter competunt, vt vidimus ſupra, & mox ſubijcietur. & nominatim

16 ſtatim † de abſolutione excom. iuris,ſeu Canonis not. Abb. in c. 2.de ſent.excom. Ideoque ibi cõ-
17 cludit, † quod ab huiuſmodi excommunicatione lata à Canone regulariter non poteſt Prælatus regularis abſoluere ſuos Mona-
18 cos. Et facit ibi regulam,† quod ab excommunicatione à Canone inflicta nullus Prælatus inferior citra Epiſcopum abſoluit,niſi in caſibus à iure permiſſis. per d.c. religioſo, de ſent. excomm. in 6. iuncto. c. nuper,extra eodem tit. & vt ibi per eum. Nam huiuſmodi ardua ſoli Epiſcopo reſeruantur,vt ibi per eum arg.c.fi. de offic.Archi. Ad idem Feder. de ſen. in alleg.conſ. 14. num.2. in fi. dicit; quod inferiores Epiſcopo non niſi in caſibus à iure expreſſis poſſunt diſpenſare, vel iura vulnerare,vt notat. per Inn. in c.2.de eo qui Fur. ordi. Et ob hoc ait Fed. quod Specul. in trãctatu diſpenſationis Abbatis non dat regulam; ſed ponit caſus ſpeciales,in quibus Abbas poteſt cũ Monaco diſpenſare, & iura tollere, in tit. de diſpenſat.§.8. incipit ſunt quoque: inter quos non eſt huiuſmodi abſolutio, nimirũ
19 quippe; † quia iuramenti abſolutio eſt vnus ex caſibus ſpecialiter, & nominatim Epiſcopo reſeruatis à iure,de quibus per Hoſtien. in ſum. tit. de pænit.§. cui confitendum. Angel.in ver. caſus in princ. & ponit Nauar. in Manua.c.27.nu.262.ver.5.

Item ad id, quod dicitur ſuperior regularis eſt Iudex ordinarius ſuorum Religioſorũ,reſpondet Fed. vbi ſupra in d. conſ. 14. ſub num.4. in reſponſ.ad ſecundũ argum. quod non ſequitur per hoc,quod poſſit exercere omnia, quæ ſunt de foro iudiciali in ſuos religioſos.

Non obſtat item, † quod Præ- 20
lati ipſi regulares habent poteſtatem ſuper vota religioſorum. nam poſſunt ea irritare. c. illud. 20.q.1.cum alijs citatis à Nau.in Man. c.12. num. 64. quia non eſt eadem parque facultas irritandi, atque abſoluendi, ſeu diſpenſandi.† nam fortior ac difficilior eſt 21
diſpenſatio, ſeu abſolutio,vt patet ex traditis à Nau. in d. c.12. in rubri. de irritatione votor.nu. 63.64. † Nam diſpenſatio, ſiue 22
abſolutio ſolis Epiſcopis, & Prælatis epiſcopalem, ſeu quaſi epiſcopalem iuriſdictionem habentibus competit: alijs vero non.

† Sed irritatio bene eis com- 23
petit, prout hanc differentiam inter Epiſcopos,& Prælatos regulares nominatim,quo ad religioſorum ſuorum vota obſeruat idẽ Nau.d.c.12.rubr. Qui ſuper voto diſpen.nu.75.per totum.

Accedit vlterius, † quod diffi- 24
cilior eſt abſolutio, ſeu diſpenſatio iuramenti,quam voti; quia iuramentum continet duo vincula, ſcilicet promiſſionis, & iuramenti, quæ ſunt fortiora vno.c.1. de treug. & pa.

Et ideo † facultas diſpenſandi 25
ſuper voto,non extenditur ad iuramentum,etiam eiuſdem materiæ,vt per dictam, & alias rationes tradit Nauar. poſt D. Thom. in Man.c.27.in Miſcela.in ſecundo,de quibuſdam regulis,& c.nu. 275. ver. decimoſexto.

Neque id minus verum redditur, ex eo quod votum ex ratio-
ne

ne ſua dicatur magis obligatorium eſſe, quam iuramentum, ſecundum Domi. So. ex D. Tho. in tract. de iuſt. & iu. lib. 8. q. 1. ar. 8. & dictum eſt ſupra quæſt. proxima num. 8.
26 † Quia alia ratione redditur difficilior diſpenſatio iuramenti, vt mox dictum eſt ex Nau. & per eundem So. in eodem art. 8. verſus finem: in reſp. ad primum arg. & in artic. ſequen. paulo poſt princ. ver. & ex his pululant.
27 Et facit ad prædicta, † quod Epiſcopus habet fundatam intentionem in tota ſua Dioceſi quo ad omnes, ſecundum Innoc. in c. cum venerabilibus, de except. adeo, quod Abb. ſeu ſuperior regularis, & monachi quoq; ei ſubijciuntur, vt notat Abb. in c. inter cætera, in 3. notab. iuribus per eum adductis, vbi etiam Deci. de appel. vnde Abbas coram Epiſcopo conuenitur, vt ibi per eos.

Cæterum quicquid ſit, iure cõmuni attento, noſtra hac tempeſtate huiuſmodi diſputatio haud vtiliter in longius protrahi videri poſſet: quoniam, vt conſiderauit Nauar.
28 † omnes fere regulares exempti ſunt à iuriſdictione Epiſcoporum, & ordinariorũ per ſua Priuilegia competentia ſibi per conceſſionem directam vel indirectam communicationis priuilegiorũ aliorũ: & conſequenter,
29 † habent iuriſdictionem ipſi Prælati regulares quaſi Epiſcopalẽ, iuxta Gloſſ. in Cle. 1. ver. proprij, de reb. Eccl. non al. & habetur per Nau. in tract. de regula. in Comment. 2. num. 63. Adde tex. in c. Abbates, in fi. & ibi Glo. ver. quaſi epiſcopalẽ, de priuil. in 6. Et ſpeciatim de Generali Fratrum minorum, & aliorum mendicantium talem poteſtatem, ſeu iuriſdictionem habẽte mentionẽ facit Abb. in c. de monialibus, in fi. de ſent. excom.

† Quare non erit dubitandum 30 ex his, & alijs ſupra adductis in prima Parte, quin competat eis facultas huiuſmodi abſolutionis dandæ: ad ea, quæ dicta ſunt ſupra in Quæſtione principali. & per id, quod dicit Abb. in c. Ioan. num. 2. de teſta. videlicet, † quod 31 officium tributum Dioceſano in ſua Dioceſi poteſt cõpetere Prælato inferiori habenti iuriſdictionem quaſi epiſcopalem intra eandem Dioceſim, quamquam nõ habeat iuriſdictionẽm in tota Dioceſi: & ſubdit, prout ſunt multi Abbates. Et illum refert, & ſequitur Felin. in c. at ſi Clerici. §. de adulterijs, num. 11. de iud. qui ſubdit intelligendum hoc eſſe in his, quæ ſunt iuriſdictionis, nõ autem ordinis: ad idem, quod tradit Fed. de ſen. in alleg. conſi. 14. num. 4. & Abb. in c. 2. num. 3. in fi. de ſent. excom. qui loquũtur de Abbatibus talem iuriſdictionem habentibus.

† Et à quo danda eſſet ipſi Abb. 32 vel ſuperiori regulari colligi põt ex traditis ab Hoſt. in alleg. tit. de pænit. §. cui confitendum. ver. Cui Abbas, in princ.

QVAESTIO V.

Vicario Generali Epiſcopi vtrum competat facultas abſoluendi à iuramento ex demandata ſibi generali iuriſdictione.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Epiſcopi ex generali iuriſdictione ſibi demandata non conſequitur facultatem abſoluendi à iuramento; quia hoc eſt de reſeruatis Epiſcopo.*

2 *Reſeruata non transferuntur mandata iuriſdictione.*

3 *Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt alteri delegare facultatem abſoluendi à iuramento ſibi ſpecialiter conceſſam, niſi ſibi fuerit delegata cum poteſtate ſubdelegandi.*

4 *Vicarius Generalis eſt Iudex delegatus in abſolutione iuramenti.*

5 *Delegatus non ſubdelegat: extende, vt num. 6.*

7 *Vicario Generali Epiſcopi quicquid ſit de iure ſtricto, ſecundum communem practicam conceditur facultas ſubdelegandi reſeruata ſibi conceſſa.*

8 *Subdelegatus non poteſt ſubdelegare, nec ei dari poteſt huiuſmodi facultas ſubdelegandi.*

QVINTO quæro de Vicario Generali Epiſcopi, nunquid ei cõpetat d. abſolutio, ſiue relaxatio ex generali ſibi demandata iuriſdictione. Et videbatur quod ſic: cum huiuſmodi abſolutiones iudiciales ſpectent ad iuriſdictionem, vt dixi ſupra in quæſt. præceden. arg. c. 1. de maiori. lib. 6.

Non puto, † quia ſunt de reſeruatis Epiſcopis, vt dixi ſupra in quæſt. præcedenti in primo illius membro. † & quæ ſpecialiter competunt, mandata iuriſdictione non transferuntur. l. 1. ff. de offic. eius. ad idem in proximioribus terminis. c. ſi epiſcopus: de pænit. & rem. in 6. & c. fin. de offic. Vica. eodem lib. 6. & per ea, quæ tradit Hoſt. in Sum. tit. de pęnit. & remiſ. §. cui confitendum ver. octauus ſi ſit. & Rebuf. in Practica benefi. Par. 1. tit. de for. Vicaria. Archiep. nu. 179.

Et ideo ſpeciali commiſſione opus eſt. Hoſt. & Rebuf. in dictis locis: & illa habita poteſt abſolutionem à iuramento concedere ad effectum agendi, vel excipiendi,

di, Affl.Deciſ.220.Rot.Deci 766.
in antiq.
3 † Sed numquid habita Vica-
rius huiuſmodi ſpeciali com-
miſſione, poterit ipſe hanc facul-
tatem alteri committere? reſpon-
deas negatiue, niſi & hoc quoque
ſibi ſpecialiter ſit conceſſum, per
ea, quæ tradit idem Rebuf. in d.
4 loco, num. 180. † Nam cum in
tali facultate Vicarius ſit dele-
5 gatus, intrat regula † delegatus
non ſubdelegat. l. mandatam: ff.
de offic. eius. l. à iudice. C. de
Iudi. c. fi. primo reſpon. arg. à cõ-
trario: de offic. deleg. Glo. 1. in
6 c. quamuis: eo. in 6. † Etiam ſi
ſit impeditus, Deci. in d. l. man-
datam.

An autem fieri poſſit delega-
tio eidem Vicario cum tali po-
teſtate ſubdelegandi, vide Alex.
in d. l. à iudice num. 9. qui dicit
eſſe communem opinionem pro
affirmatiua: ſed in puncto iuris
negatiua eſt verior.
† Adde quod affirmatiua ſer- 7
uatur in Practica; quia datur Vi-
carijs facultas ſubdelegandi re-
ſeruata, quę ſibi ſpecialiter com-
mittuntur. Et ego habui in meis
Patentibus.
† Ipſe vero ſubdelegatus non 8
poteſt amplius ſubdelegare, nec
ei dari poteſt talis facultas à ſub
delegãte per ea, quæ tradit Alex.
in allegato loco.

QVAESTIO VI.

Capitulo, Epiſcopali Sede vacante, an facultas competat abſoluendi à iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Epiſcopali Sede vacante poteſt abſoluere à iuramento.*

SEXTO quæro
1 vtrum † Ca-
pitulũ, Epiſco-
pali Sede vacã-
te, hanc abſolu
tionem, ſeu re-
laxationẽ con-
cedere poſſit à iuramento, ſicut
poteſt Epiſcopus. Hanc quęſtio-
nem ponit, & ad partes diſputat Felin. in c. 1. col. 6. in fi. num. 19. de iureiur. Et quia rem à tanto Doctore ex intẽtione tractatã reſtricare temeritas videri poſſet; ego eam leuiter pertranſibo, illũ indicaſſe contentus. Et ſolum referam eius Concluſionem, quam firmat pro affirmatiua: quam Concluſionem ipſe, prout etiam Argumenta diſputationis elicuit pro bona parte à Feder. ſen. in conſ. 30. incipit, An Capitulum: & nonnihil à Spec. tit. de inſtru. edi. §. 13. nunc vero. ver. 83. & ex eodem Fed. conſil. 14.

QVAESTIO VII.

Iudici laico an aliqua facultas competat circa iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iudici laico non poteſt competere facultas dandi abſolutionẽ à iuramento, nedum plenariam; ſed nec etiam præparatoriam, & num. 2.*

3 *Iudex laicus nullam poteſtatẽ habet ſuper ſpiritualibus, nec poteſt, nec debet apponere manus ſuper rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis.*

4 *Cognitio cauſæ, & probationes ſaltem leues requiruntur in relaxatione iuramenti, ſeu in abſolutione ad effectum agendi, vel excipiendi.*

5 *Abſolutio iuramenti præparatoria, ſeu ad effectum agendi, abſque aliqua cauſæ cognitione conceſſa nulla eſt.*

6 *Cognitio cauſæ in abſolutione præparatoria, ad quid adhibeatur, quidue in ea diſpici debeat.*

7 *Iudex laicus, licet non poſſit abſoluere à iuramento, poteſt tamẽ declarare illud non valere, & ſua declaratione habilitare iurantem ab illius obſeruantia: quod eſt verum vbi nullum eſt dubium de inualiditate iuramenti nu. 8.*

9 *Simulatio quando dicatur clara eſſe in contractu, & reddere nullum iuramentum: remiſſiue.*

10 *Simulatio non reddit ſemper nullum iuramentum actui ſimulato adiectum.*

11 *Iuramẽtum quo aſſeruit quis omnia in contractu geſta vera eſſe, tenet licet detegatur ſimulatio.*

12 *Abſolutio ad effectum agendi an dari debeat à iuramento, quo aſſeruit quis omnia in contractu geſta vera eſſe, ſi velit dare de ſimulatione. remiſſiue.*

13 *Iudex laicus eſt incapax abſolutionis à iuramento dandæ, etiam aſſociatus cum Iudice Eccleſiaſtico, & num. 14.*

15 *Delegationis natura eſt, vt cõpetat cuilibet delegatorum poteſtas, & iuriſdictio pro parte tantũ non autem in ſolidum.*

16 *Miſtura perſonæ inhabilis cũ habili vitiat actum.*

17 *Abſolutio à iuramento non poteſt delegari Iudici laico vna cum Eccleſiaſtico, etiam cum clauſula, quod ſi ambo, & c. per quam ſcilicet datur cuiq. delegatorum poteſtas, & iuriſdictio in ſolidum.*

18 *Tutor verus auctorizans pupillo cum falſo Tutore, actus nihilo-*

nihilominus valet.

19 *Tutores plures habent ſinguli auctoritatem in ſolidum.*

20 *Cap. cum ſuper Abb. de offic. deleg. declaratur, & nu. 25.*

21 *Actuum iudicialium validitas multum pendet à voluntate, & intentione Iudicis.*

22 *Iudex declarat ſententiã ſuã in multis caſibus.*

23 *Abſolutio à iuramento conceſſa à Iudice Eccleſiaſtico vna cum Iudice laico in cauſa delegato tenet, & valet, nec vitiatur ex miſtura ipſius Iudicis laici inhabilis, ſi in delegatione data erat poteſtas in ſolidum cuique, niſi appareret, quod noluit procedere ſolus, vt potuiſſet; ſed coniunctim cum collega.*

Item declara, vt nu. 24.

26 *Voluntas, & poteſtas requiruntur coniunctim ad validitatem actus.*

27 *Actuum humanorum duæ sũt radices, & perfectiones, ſcilicet vis & voluntas.*

28 *Voluntas in dubio præſumitur non repugnare poteſtati.*

29 *Abſolutio, vt non vitietur ex miſtura alterius delegati inhabilis, cum hac cautela detur à Iudice habili.*

30 *Compromiſſum an & quando fieri poſſit in laicum vna cũ Clerico de re ſpirituali, ſiue Eccleſiaſtica.*

31 *Compromiſſum in ſolum laicũ fieri nequit de re ſpirituali, & Eccleſiaſtica: limita, vt num. 32.*

33 *Regula vtile per inutile non vitiatur, quando procedat, vel non.*

34 *Abſolutio à iuramento eſt res indiuidua.*

35 *Dignius trahit ad ſe minus dignum, vt fiant eiuſdem naturæ. declara, vt nu. 39. 40.*

36 *Reductio ad arbitrium boni viri ab arbitrio lato à laico vna cum Clerico peti debet coram Iudice Eccleſiaſtico illius Clerici arbitri, etiam quod cõpromittẽtes ſint laici.*

37 *Delinquentes laici ratione Clerici Complicis trahuntur de iure ad forum Eccleſiaſticum, & declinare poſſunt tribunal Iudicis laici. Quid ſecundum Practicam, nu. 38.*

41 *Inſtantia vna ſufficit ad tollendum argum.*

42 *Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex ordinarius etiam laicorum in multis caſibus.*

43 *Iudicare de cauſa, & re ſpirituali eſt quid ſpirituale.*

44 *Abſolutio iuramenti, vbi nulla eſt, non poteſt ratificari per conſenſum Procuratoris habentis generale mandatum ad lites, & cauſas, vt ſaltem ſuſtineatur in vim remiſſionis Partis.*

45 *Procurator habens generale mandatum ad lites: & c. non poteſt virtute illius remittere exceptionem quaſitam Domino ex iuramento Partis.*

46 *Remittere exceptionẽ eſt ſpecies donationis.*

47 *Donandi facultas non intelligitur conceſſa in generali mandato.*

48 *Procurator generalis nõ poteſt renũciare exceptionib. Domino competentibus.*

49 *Iudex laicus ex delegatione ſibi*

ſibi facta à Papa abſolutioni à iuramento recte concedere poſſet.

50 Delegari poſſunt laico à Papa quacumque cauſæ ciuiles, criminales, & ſpirituales.

51 Iudex laicus cogere poteſt iurantem licite ad obſeruantiã iuramenti. Amplia vt num. 56. limita, vt nu. 57.

52 Periurus puniri poteſt à Iudice laico tam iure ciuili, quã Canonico.

53 Argumentum à minori ad maius affirmatiue procedit, & numquam fallit.

54 Plus ſi cui licet, etiam quod minus eſt licet.

55 Obſeruantia iuramẽti eſt mixti fori: & ideo eſt in optione actoris vtrum coram Iudice laico, vel Eccleſiaſtico eam petere velit.

58 Iudici laico facultas cogendi ad obſeruantiam, ſiue implementum iuramenti competit ex conceſſione Eccleſiæ, non Iure proprio.

59 Iudex laicus: quod nam Ius ſeruare debeat vbi cogit ad obſeruantiam iuramenti, ciuile, vel Canonicum.

60 Iudex laicus aditus pro obſeruantia, & implemento iuramenti qualiter procedere quomodoue ſe gerere debeat in iudicando.

61 Iudex ſæcularis poteſt procedere ad exequutionem contractus lite pendente ſuper abſolutione iuramenti coram Iudice Eccleſiaſtico.

61 Terminus ſolutioni adiectus ſi aduentat pẽdente Iudicio abſolutionis cogendus eſt debitor ſoluere.

62 Iudicis ſæcularis partes ſunt curare, vt iuram. ſuum ſortiatur effectum.

63 Iudex laicus compellere poteſt recipientem illicite iuram. ad illud relaxandum, ſeu remittendum. Declara, vt num. 64 & 65.

66 Legis auxilium fruſtra implorat, qui commiſit in legem.

67 Abſolutio iuramenti à Iudice Eccleſiaſtico, ſiue compulſio Partis ad illud remittendum fieri debet ante terminum lapſum, et periurij incurſum.

68 Peccatum eo dicitur grauius quo longius protenditur.

69 Iudex laicus qualiter pronunciabit vbi petitur ab eo compulſio Partis poſt periurium incurſum.

70 Compulſio partis ad relaxandum iuramentum peti debet tanto tempore ante terminũ, vt ea expediri valeat ante aduentum termini, ſiue antequam incurratur periuriũ.

71 Remiſſio Partis prodeſſet, & releuaret iurantem a periurio, etiãſi adeo inſtaret terminus, vt certum eſſet id, quod iuratum eſt expediri non poſſe ante lapſum termini.

72 Periurium dicitur pœna legalis: & conſequenter non cõmittitur ante diem.

73 Iurans ſiue debitor non poteſt excipere contra Creditorem de turpitudine iuramenti ex parte ipſius Creditoris, & euadere ex hoc obſeruantiam iuramenti.

74 Iuramentum licet habeat turpitudinem ex parte recipientis, tamen valet, & ligat iurantem, ſi illud ſeruare

poteſt

Digitized by Google

poteſt ſine peccato ſuo.

75 *Iurans ſiue debitor ſi ſinit labi terminum, & ſic ſe periurum fieri, & poſtea ſoluit, an habeat ius ad repetendum ſolutum, quod dicit ſoluiſſe indebite.*

76 *Periurus an repellatur ab agēdo: & num. 77.*

78 *Iudex ſecularis declarare poteſt ſuper periurio incurſo: limita vt nu 80.*

79 *Periurium puniri poteſt per Iudicem laicum, tam lege ciuili, quam canonica: limita vt nu. 80.*

81 *Iudex ſecularis cognoſcit de nullitate, ſiue de ſurreptione, vel obreptione abſolutionis obtentæ. Declara, vt nu. 83.*

82 *Iudex laicus an teneatur ſtatim acquieſcere proceſſui, ſiue ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, & nu. 84.*

85 *Iudex laicus declarare poteſt ſuper ſimulatione, ſiue inualiditate iuramenti, & habilitare iurantem ab illius obſeruantia.*

86 *Iuramentum ſimulatum dicitur eſſe ſine ſpiritu ob defectum conſenſus.*

SEPTIMO principaliter quæro, an Iudici laico aliqua facultas competat circa iuramenta. Hanc quæſtionem diſponam abſoluamq. per nonnullas concluſiones: & præmitto tibi, quod de hac quæſtione circa poteſtatem Iudicis laici circa iuram. late diſſerit Felin. in cap. 2.
concl. 3. num. 28. & ſeq. de ſponſa.
late Alex. conſ. in Chriſti nomine. Nos Paſchalis. 402. lib.
Et prima concluſio erit, † Iudi- 1
ci laico nullam facultatem competere circa iuramentum in abſolutione ab illo danda. Et hanc concluſionem intellige veram eſſe, & procedere, ne dum in propria, & plenaria abſolutione, quæ ſcilicet tangit, & inficit vinculum iuramenti, vt ſupra iam dictum fuit, quia habet in ſe ſpiritualitatem, cum ſacræ rei, immo ipſius Dei atteſtatione firmatum ſit, vt notat Abb. in rub. de iureiur. & patet in c. & ſi Chriſtus eo. & conſequenter planum eſt, quod eiuſmodi abſolutionem iudex laicus dare non poteſt, vt nominatim, tradit idem Abb. in c. peruenit il primo, nu. 3. & Fel. in cap. 1. quæſt. 3. quam de hac re formauit nu. 21. eo. tit. & per Abb. in c. cum ſit generale, nu. 21. ver. aut agitur de remiſſione vinculi, de foro comp. & dixi ſupra in 1. q. principali: Sed eſt vera prædicta
concluſio etiam † in relaxatio- 2
ne, ſeu in præparatoria abſolutione, quæ ſcilicet datur ad effectum dumtaxat agendi, vel excipiendi, iuxta ſupra iam dicta, & declarata; quia neque de huiuſmodi abſolutione danda intromittit ſe iudex laicus: nam, etſi in hunc modum data abſolutio non inficiat, neque tollat eo ipſo vinculum iuramenti; tamen illud ſuſpendit, vt alias fuit dictũ: ideoq. hoc induci nõ poteſt à iu-
dice laico, † quia ſuper materia 3
iſta ſpirituali non habet poteſtatem: nõ enim licitũ eſt laicis ſpiritualibus, ſiue eccleſiaſticis rebus

bus

bus manus admouere, nec eccleſiaſtica negotia tractare: c. 2. & c. quanto de iudi. & c. contingit, de arbitr. cum vtrobiq. notatis.

4 Præterea † aliqualis cauſæ cognitio requiritur in huiuſmodi abſolutione danda, quia proponendæ ſunt cauſæ conuenientes, inquit Anto. Maſ. Galeſ. in tract. oblig. Camer. in 2. q. Sextæ particulæ, nu. 2. & aliquæ probationes ſaltem leues requiruntur: Beblame. deciſ. 224. & Fel. in c. 1. in prin. & nu. 9. de iureiu. † alias relaxatio ipſa ex abrupto data eſſet nulla, vt tradit Paulus de Caſtro conſ. 196. nu. 4. per totum, præſertim in fi. lib. 2. in nouiſ. Paris. conſ. 43. nu. 14. vol. 1. & Anch. conſ. 144. in prin. & per Dominum Io. Ba. Marcheſ. in ſuo tract. de commiſſ. iam ſupra alleg. in 1. par. commiſ. 1. cap. 2. nu. 45. vſque ad 48. & infra ſuo loco oportuniori differetur: & † ſic diſpicitur in huiuſmodi cognitione, an cauſa videatur talis, quæ ſemouerit à iuramento aliquē ex tribus ſuis comitibus: qui ſi adſunt reddunt illud licitum; ſi deficiāt, illicitum: cuius rei cognitio, quoniam eſt de re ſpirituali, vtique ad laicos non poteſt pertinere, ſed Eccleſiæ iudicio eſt remittenda. c. venerab. §. idem etiam contra. de elect. merito Iudex laicus in ipſa abſolutione danda non poteſt ſe intromittere, vt per Caſtren. d. conſ. 196. in prin. & pract. papien. in for. iur. quod præſtatur à parte, Gloſ. 3. nu. 3. tex. in d. c. venerab. & c. nouit §. poſtremo, de Iudi. Alex. conſ. 38. nu. 7. vol. 3. Et ſi de facto illam daret, totum eſſet nullum quod ab eo geſtum eſſet, tamquam à non habente auctoritatem. Pariſ. conſ. 120. num. 21. lib. 4. Roma. in l. ſi ex falſis C. de tranſ. D. Marcheſa. dict. commiſ. 1. c. 1. num. 45.

Huic tamen concluſioni, præſertim quoad ſecundam eius partem de relaxatione, videtur aperte contradicere doctrina Bal. in l. 1. in 1. col. ver. modo ſolet dubitari, C. de oper. lib. vbi ſentit † poſ- 7
ſe iudicem laicum intromittere ſe circa iuramentum præſtitum ſuper contractu ſimulato, cognoſcendo de eius inualiditate, & ſua declaratione habilitare iurātem ab illius obſeruātia; quia, inquit, relaxare tale iuramentum non eſt propriè relaxatio, ſed declaratio non tenere, licet ad Epiſcopum pertineat; ſecundum iura canonica; ſed ſecundum ciuilia pertinet ad Iudicem cauſę, & ſubdit ſe neſcire, quare Canoniſtæ reuocent hoc ad ſuum imperium, in c. fi. de for. compe. in 6. perſuadendo ſibi met, quod cauſa ſit ſpiritualis: quod non eſt verum, vt ipſe inquit, quia iuramentum illud non habet ſpiritum, vt ibi per eum.

Contrarium huius Bal. doctrinę euitari poteſt dupliciter, & primo ex reſponſione Fel. quod verba Bal. ſunt animoſa, & inſolentiā, vt dicit in c. 1. col. 6. in prin. verſ. poſſet etiam ſecularis: de iureiur.

Secundo vrbanius, tuendo Baldum à nota inſolentiæ, reſponderi poteſt, quod eius doctrina non aduerſatur noſtræ concluſioni, intelligendo Bal. prout ipſe met ſe declarat, videlicet † poſſe Iu- 8
dicem laicum talem declarationē

facere

facere, vbi nulla eſt hæſitati o de
inualiditate, & nullitate iura-
menti, quia eſt conſpicua, & ap-
paret euidenter: tunc enim, vt ip-
ſe Bal. fatetur, nihil habet diſpo
nere circa iuramentum, nec etiã
cognoſcendo, ſed ſimpliciter de-
clarare, & id non eſt relaxare, ſed
declarare, vt Bal. ait; nõ enim ad-
hibet Iudex aliquam cauſę cogni-
tionem, an iuramentum ſit obſer
uandum, vel non; & proinde an
ſit danda relaxatio, vel non, quia
conſpicua eſt nullitas, & non eſt
opus diſcuſſione. nam ex quo ap-
paret contractus ſimulatus, ſubin
de palam fit ſtatim conſequenter
nullitas iuramenti, nempe ex de-
fectu conſenſus, & ſic veritatis
neceſſarij comitis iuramenti: &
Iudex ſecularis poteſt cognoſce-
re ſuper conſenſu. venit ergo ex
neceſſaria conſequentia, vt ipſe
Bal. ait, iſta declaratio Iudicis ſu
per iuramento: & ſic verum re-
manet id, quod habet noſtra con-
cluſio, nihil reluctante d. doctri-
na Baldi, videlicet non ſe intro-
mittere Iudicem laicum in dan-
da habilitatione à iuramento:
quia in iſta declaratione, quæ ſe-
quitur ex neceſſaria conſequen-
tia, nulla diſcuſſio, nullaq. inter-
venit ſuper validitate, vel inua-
liditate iuramẽti probatio, prout
interuenire debent in relaxatio-
ne, ob aliquam ſcilicet dubita-
tionem, quam recipere poteſt iu-
ramentum: quæ quidem nõ adeſt
in caſu, in quo Bal. loquitur, ex
quo ex defectu conſenſus de quo
cognouit, & cognoſcere potuit
Iudex ſecularis, conſpicua eſt in-
ualiditas, ſeu nullitas iuramenti.
nam alioqui ratione dubitatio-
nis, ipſemet Baldus fatetur rem
ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſti-
cum, hancq. eſſe partem tutio-
rem. Et quod Baldus loquatur
de tali contractu ſimulato, in
quo certum eſt, & indubitatum 8
iuramentum non valere, quia
ſimulatio eſt clara, & ſic clare
patet defectus conſenſus, & con-
ſequenter prædicti comitis, ſci-
licet veritatis in iuramento; pa-
tet ex ipſo met Baldo: qui aper-
te loquitur in caſu in quo appa-
ret defectus conſenſus, ex quo iu-
ramentũ conſequen ter caret ſpi-
ritu, vt ipſe dicit. idem patet ex
ipſomet Bal. in l. nec patronis, in
fin. C. de bo. liber. vbi ſimiliter, dũ
inquit, quod iuramentum non
operatur ſuper contractu ſimula-
to, ponit caſum talem, in quo non
eſt neceſſaria probatio hominis,
vt ibi per eum: & ita etiam Bal.
intelligitur à Ioanne Bert. in ſuo
aureo reperto. verſ. iuramenti eſ
ſec. num. 79. incipit iuramentum
in renũciatione. Et de hoc, † quã- 9
do ſcilicet iuramentum non te-
neat ſuper contractu ſimulato, ſit
que clarum adeſſe ſimulationem,
& ſubinde deficere cõſenſum etiã
in ipſo iuramento; videndus eſt
Abb. qui id declarat exemplifi-
cando in c. cum contin. col. 21. in
fi. verſ. primus caſus eſt, de iure-
iur. & Bart. Cepol. in tract. de ſi-
mul. contrac. præſump. 7. num. 46.
Enimuero † nõ ſemper ſimulatio 10
actus arguit nullum iuramentũ, &
multi ſunt caſus, in quibus ſuſti-
netur iuramentũ ſuper actu ſimu
lato, vt late agit Abb. in loco cit.

Et ſpeciatim de eo iuramento 11
quo quis iurauit omnia prædicta
eſſe vera, & in nullo contraface-

re,dicere, vel venire, quod teneat, & excludat exceptionem ſimulationis, tradit Imola,& Iaſ. poſt eum in l.nemo poteſt,in prima lect.nu.44. ff.de leg.1. Et an
12 † obtineri poſſit abſolutio ab huiuſmodi iuramento,dico inf. par. 4.in primo caſu.

Amplia primam hanc ſupra-
13 poſitam concluſionem, † videlicet non competere Iudici laico facultatem circa abſolutionẽ iuramenti, vt vera ſit,& procedat, etiam ſi Iudex laicus eſſet in cauſa vna cum Iudice Eccleſiaſtico deputatus.exemplum, ſeu caſum poſuit Paulus Caſtrẽſis in alleg. conſ. 196. in prin. nec enim propterea abſolutio communiter data ualeret ob defectum inhabilitatis ipſius laici; nam ex quo ei non potuiſſet huiuſmodi articulus, cauſæ ſcilicet abſolutionis, tamquam rei ſpiritualis ſpecialiter demandari,per ea,quæ habentur in c.2. & c.quãto, de iudicijs, & cap. contingit,de arbitr. & per iam dicta;per conſequens non cadit ſub commiſſione communiter facta, ſiue ſpeciali,ſiue generali, vt habetur in l.1. & ibi eſt Gloſ. in verb. non aliter,ff.de offi.eius, & in l.ſi quis ſub condit. vbi Bar. ff.de condi. & demo. merito abſolutio communiter data non valet, quia mixtura perſonæ prohibitæ cum perſona non prohibita reddit eam nullam: ita conſulit Paulus de Caſtr. vbi ſupra per c. cum ſuper Abbatia. de offi. deleg.

14 Et † amplia d. Ampliationem, vt procedat nedum vbi eſt facta delegatio, ita vt ſolum competat iuriſdictio, ſeu poteſtas cuilibet pro parte; vt quia eſt facta ſimpliciter; † cum de natura dele- 15
gationis ſit, vt delegati non habeãt poteſtatem inſolidum,ſed ſolum pro parte,vt notat Abb.in d. c.cum ſuper,num.10. de offi.dele. & latius in c.prudentiam,eo.quo caſu clarum eſt abſolutionem vitiari ob defectum poteſtatis Iudicis laici,ad ſupradicta; quia cum ſit quid indiuiduum, vt dicam in ſolut.2.oppoſ. de reg.vtile nõ debet, & c. non poteſt pro parte tenere, & ſubſiſtere, ſed vitiatur per dictã regulam, † Quod miſtu 16
ra perſonæ inhabilis cum habili vitiat actum: per d.c.cum ſuper:† 17
Verum amplia,inquam,prædictã ampliationem procedere etiam, vbi cuilibet data eſt poteſtas inſolidum, vt quia facta eſt delegatio cum clauſula, quod ſi ambo, &c. quia nihilominus inualida eſt abſolutio communiter data,& habet locnm d.regula,quod miſtura perſonæ inhabilis reddit actum nullũ,vt in d.c. cũ ſuper; vbi illi duo Iudices erant deputati cum d.clauſ. quod ſi ambo, vt ibi patet,& tamen non tenuerunt geſta per eum, qui ſolus procedere potuiſſet,ob miſturam alterius, qui inhabilis factus fuerat per recuſationem, ex quo cum eo ſimul proceſſit.

Vrget tamen multum ſecundũ Abb. ibi num.10. contra hanc, & dictam principalem ampliationẽ tex. in l.1. §. ſed pomponius. ff. quod cum falſo tuto. vbi dicitur,
† quod ſi verus Tutor pręſtitit au 18
ctoritatem pupillo vna cum falſo Tutore,valet actus ex perſona veri Tutoris; nec inficitur actus propter admixtionem inhabilis,

& falſi

Digitized by Google

& falſi Tutoris. Idem ergo videbatur dicẽdum in caſu d. Ampliationis noſtræ, & d.c.cum ſuper, vt ex perſona Iudicis habilis ſuſtineatur abſolutio, & actus per eũ geſtus; nec vitiari debeat per admixtionem inhabilis: cuius contrarium deciditur in d.c.cum ſuper: nã Abbas, & Epiſcopus erãt deputati cum clauſula, quod ſi ambo, &c. Et Epiſcopo legitime recuſato, extitit conditio clauſulæ, & ſic iuriſdictio tota fuit conſolidata in perſona Abbatis, per quod videbatur, quod ex perſona ſua debuerit tenere ſententia, non obſtante quod proceſſerat cũ Epiſcopo inhabili effecto per recuſationem: & tamen contrariũ ibi determinatur. Doctores ibi laborãt pro ſolutione, quæ à nobis prætermittenda non eſt:quoniam ex ea habebimus declarationem ad præmiſſam ampliationem.

Et vna ſolutio eſt, quod in contrario
19 † quilibet Tutor habet poteſtatem in ſolidum, ita quod quilibet per ſe potuiſſet auctoritatem interponere. l. fin. C. de auct. præſtan. ideo verus Tutor procedendo cum falſo, non videtur proceſſiſſe tamquam habens auctoritatem pro parte; ſed tamquam habens ſolidam poteſtatẽ. ideo intrat reg. vtile per inutile non vitiatur, reg. vtile. de reg. iur. in ſexto. Secus eſt in delegatis, qui non habẽt poteſtatem, niſi pro parte, vt retuli ſupra ex Ab. nec dicatur quod eadem ratio videtur in caſu d.c.cum ſuper, & d. ampliationis propter dictã clauſ. quod ſi ambo, quę dat poteſtatem cuilibet in ſolidum, vt. dictum eſt: quia reſpondetur, quod in Tutoribus quilibet à principio habet poteſtatem in ſolidum ſimpliciter. d.l.ſi. & l.etſi pluribus: ff. eo. & l.1. C.ſi ex pluribus. non ſic in delegatis, quia à principio etiam appoſita illa clauſula, vnus non habet poteſtatem ſolus, ſed tunc demum quando alter non poteſt, vel non vult; cum de natura delegationis ſit, vt delegati non habeãt poteſtatem in ſolidũ, ſed pro parte, vt dictum eſt: & ſic non videtur eadem ratio: & hanc ſolutionem in effectu ſentit, & afſert Ab. in d.c. cum ſupra ſub nu. 10. & Imo. ibi.

Verum hæc ſolutio ſecundum Deci. ibi ſub nu. 36. non tollit difficultatem; quia ex quo alter illorum iudicum, ſcilicet Epiſcopus erat legitime recuſatus, liquidatum erat, quod alter ſolus procedere potuiſſet; & ſic facta tali liquidatione, erat eadem ratio, quæ in Tutoribus. Et vlterius inquit Deci. contra eandem ſol. arguitur, quia licet Tutor ſolus habeat poteſtatem; tamen quando ſimul cum alio actum facit, nõ apparet quod voluerit vti illa poteſtate, quæ ſibi in ſolidum competebat: ſed potius apparet contrarium, ex quo cum alijs ſimul auctoritatem interpoſuit, per ea quæ notantur in l.1.ff. de offi. conſul. Ideo Deci. tranſit ad aliam ſolutionem. & in effectu vis † to- 20
ta conſiſtit in voluntate illius Iudicis, quæ apparuit fuiſſe, vt noluerit procedere ſolus, vt potuiſſet; quia nec ſciuit ſe ſolum procedere potuiſſe: & ideo ex repugnantia voluntatis geſta per eum non tenuerunt: & habet locum

in eo illud vulgatum, quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui, vt dicitur ibi in d. cap. cum ſuper, in fi. noluit enim procedere ſolus, vt potuiſſet, & volens procedere cum altero, qui iam Iudex eſſe deſierat per recuſationem, aliquid rite diſponere non valuit, vt ibi dicitur.

Quod autem conſtiterit de mẽte, & voluntate illius Iudicis, quod noluit procedere ſolus, vt potuiſſet, oſtenditur ex eo, nempe quia pronunciauit Epiſcopũ collegam ſuum non fuiſſe legitime recuſatum; interloquendo vna cum ipſo ſuper inualiditate appellationis ab ipſo Epiſcopo recuſato interpoſitę: ex hoc enim ſequitur, quod ipſe non credebat ſe ſolum procedere potuiſſe: quin ex hoc confeſſus fuit ſe non poſſe ſolum procedere, & mandatum Apoſtolicum adimplere, vt id coniecturat, & aſſerit ſumm. Pont, in d.c. cum ſuper. ver. quia tamẽ, & conſequenter ſatis aperte declarauit ſe non habere voluntatẽ vtendi poteſtate in ſolidum, quippe quam neſciebat, & non credebat ſibi competere, vt dictum eſt. Secus, inquit Dec. videtur in d.l. 1. d. §. ſed Pomponius; quia ibi non apparet, quod tutor neſcierit, vel non crediderit ſe habere poteſtatem in ſolidum; & licet interponendo auctoritatem, cum alio non videatur velle vti poteſtate in ſolidum, vt ſupra dicebatur, hęc interpretatio fieret vbi alter eſſet verus tutor, ita quod actus ex perſona vtriuſque valeret, ſed non ſit talis interpretatio, ex quo alter non habet poteſtatem ad hoc, vt actus ſuſtineatur ex poteſtate, quæ in ſolidum competebat: non enim neceſſaria eſt in Tutore dicta interpretatio eius voluntatis, quod noluerit vti illa poteſtate in ſolidum, cum non apparuerit, quod ipſe neſcierit, vel non crediderit illam habere: ad hoc arg. optimum in l. 3. ff. de mili. teſta. Sed in caſu d. c. cum ſuper, neceſſario cadit iſta interpretatio, & non poteſt fieri alia, quod voluerit vti poteſtate in ſolidum; quia non credebat eam habere, vt ſupra oſtenſum fuit. Et cum iſta ſolutio Decius pertranſit.

Cogita etiam ſi addi poteſt, nimirum eſſe ſi in d. cap. cum ſuper, inficitur actus ex voluntate illius Iudicis, quę apparuit, vt ſupra eſt demonſtratum; † quia validitas actuum Iudicialium, ideſt, 21
qui fiunt à Iudice, multum pendet à voluntate, & intẽtione Iudicis. vnde † ipſe in caſibus declarat 22
ſententiam ſuam: & faciunt ad hoc multa, quę congerit Berta. in Reper. ver. Iudex iudicat: & adduco bonum tex. in Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 6. de Miniſtro; & c. ver. ſed ad inſtar actus. quę conſideratio non videtur cadere in auctoritate tutoris, ideſt, in ipſo actu auctorizandi, ſeu adminiſtrandi. Et hanc conſideratio nẽ reperio habuiſſe ante me Bal. in d. c. cum ſuper, in fine, vbi inquit: vltimo etiam hic nota intentionem iudicantis conſiderari.

Intelligenda † ergo erit, & de- 23
claranda hæc ſubampliatio præmiſſę principalis ampliationis, videlicet, vt miſtura Iudicis laici inficiat abſolutionem vbi erat da

ta

ta poteſtas inſolidum, vt id procedat vbi indubitate conſtiterit de mente, & voluntate Iudicis habilis, ideſt Eccleſiaſtici, quod non intenderit, & noluerit procedere ſolus, vt potuiſſet; ſed cum alio vti cum collega communiter, iuxta prædicta.

Et hoc intellige indiſtinctè, ſecundum Abb. reiecta ſcilicet illa differentia, ſeu diſtinctione, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, ſibi competere poteſtatem in ſolidũ; & ſiue fuerit ignorantia iuris, vel facti, quam conſtituit Hoſt. in d. c. cum ſuper. Nam non ponderatur ignorantia; ſed ſolũ voluntas, ſcilicet vt habuerit animũ procedendi, non vt per ſe, ſed pro parte, & communiter, vt inquit ibi Abb. ſub num. 10. ver. Tertia ſol. & ibi per eum latius: ſubdit tamen Abb. ibi ſub num. 11. quod dicta Hoſt. propter eius auctoritatem ſunt multum in practica notanda; Inferens, quod poſſet attendi d. differentia inter ignorantiam iuris, & facti. Secun-
24 dum quã ergo dici poſſet, † quod ſi Iudex habilis procederet cum inhabili neſciens ſibi competere poteſtatem in ſolidum, quæ ſibi cõpetebat; tunc ſuſtineatur actus in ſua perſona, nec inficiatur ob mixturam inhabilis. ſi vero non ignarus ſuæ poteſtatis in ſolidũ, putabat nihilominus non poſſe ſe procedere ſine collega; tunc vitietur actus ob mixturam collegæ inhabilis. Et eſſet alia declaratio ad ſupradictam ampliationẽ.

Dicit tamen Abb. quod ipſe non attenderet ad hanc differentiam ignorantiæ; ſed ſolum ad voluntatem, vt prædixi. Et reuera † quamuis in d. c. cum ſuper, videatur fieri conſideratio ignorantiæ, ibi, per conſequentiam confeſſus eſt ſe non poſſe; & tamen præcipue habetur ratio voluntatis, & intentionis, & ob eam precipue proceſſus irritatur, vt ibidẽ euidenter apparet: præſertim ibi, voluntate, & poteſtate ſibi mutuo aduerſantibus; & ibi, cum noluerit; &c. Et ita illum tex. expendendo, Doctores notant ex eo, & nominatim Bal. ibi num. 1. & Deci. num. 24. † quod ad validitatem actus voluntas, & poteſtas debent ſimul concurrere; quia alioqui obſtat illud, quod dici ſolet, videlicet, quod potui nolui; & c. vt dicitur ibi in fi. & ibi in Gloſ. ver. noluerit. Et huius notabilis rationem aſſignat ibi Bal. quia, inquit, † duæ ſunt humanorum actuum radices, & perfectiones, ſcilicet vis, & voluntas. l. ſi filiæ duæ. C. de dona. ante nup. Tertiam addit ibi Deci. nu. 25. ex eodem Bal. alibi, vt ibi per eum relatum, videlicet, ſcientiã; ſed hanc inquit, ſub Capite vis, ſeu potentiæ comprehendi. 25 26 27

† In dubio autem non præſumitur voluntas repugnare poteſtati, inquit Bal. in d. c. cum ſuper, in primo notab. per d. l. 3. ff. de milita. teſta. 28

† Cautela tamen erit, ſecundũ Abb. ad tollendam omnem ambiguitatem; & vt ceſſet ratio cõtrarietatis inter voluntatem, & poteſtatem, vt indubitatus delegatus proteſtetur, quod intendit procedere ſolus, inquãtum, ſolus habet poteſtatem: alias autem cum collega, vt latius per eum in d. c. cum ſuper, ſub num. 10. 29

ver.

. ver. ex quo poteſt ſumi.

Secundo opponitur cõtra præmiſſam ampliationem, quod imo etiam vbi competit ſolum poteſtas pro parte ex delegatione, mixtura Iudicis laici non habeat vitiare abſolutionem; ſed potius è contra; & quod locum habeat regula vtile per inutile non vitiatur, vt in reg. vtile non debet, de reg. iur. in 6. Et oppono de cap.
30 per tuas, de arbitris, † vbi arbitrium latum ſuper re ſpirituali à laico vna cum Clerico tenuit, & ſumm. Pont. præcipit illud exequutioni demandari. Et ibi Ab. in 4. notab. inquit, nota caſum ſingularem, in quo Clericus aſſociatus laico facit laicum capacem illius actus, quem ſolus exercere non poſſet.

Solue vt dicit Abb. in d.c. per tuas ſub num. 3. quod arbitrium de re ſpirituali non eſt actus ſpi-
31 ritualis: † & licet non poſſit cõpromitti in ſolum laicum de re ſpirituali, vt dicitur in c. contingit: eo. tit. de arbi. hoc non eſt ex eo, quia laicus vere ſit incapax; ſed prohibetur ſolus laicus; qa nõ decet, vt laicus in talibus arbitretur, vt dicit ſum. Pontifex in d.c. contingit: & ſic prohibetur non ratione incapacitatis; ſed ratione honeſtatis: honeſtas autem ſatis conſeruatur ex mixtura Clerici. ideo vtile per inutile non vitiatur: imo inutile per vtile habilitatur. At delegari nõ poteſt cauſa ſpiritualis Clerico, & laico; quia iudicare de cauſa ſpirituali eſt quid ſpirituale, vt in c. quanto: de Iudi. ſed laicus non eſt capax Iuris ſpiritualis, etiam aſſociato ſibi Clerico, vt probatur in c. maſſana: de elect. & tenuit Ioan. Andr. in c. nobis, de iurepatr. merito mixtura habilis non facit illum capacem, argumento. l. pedius. §. fi. ff. de arbi. Et ita ſoluit Abb. in d.c. per tuas. in 4. notab. & in c. præcedenti, cõtingit, in fi. d. tit. de arbi.

Et ad id, quod dicitur, quod laicus de cauſa eccleſiaſtica, & ſpirituali in quæſtione Iuris non poteſt iudicare; neque item de tali poteſt in laicum compromitti; de qua re nunc non inſiſto:
† vnam pulchram limitationem 32
vide penes Paul. de Caſtro in cõſ. 210. Viſis & ponderatis, lib. 2. videlicet, vt non procedat vbi quęſtio oriretur ex diſpoſitione ſtatuti laicorum. exemplum habes in caſu, de quo ipſe conſuluit in princ. d. conſil. ver. præterea poſito.

Et præterea quantum ad dictam reg. vtile, & c. afferuntur vlterius plures ſolutiones. & ſolutio communior, quę dari ſolet, quæ magis conuenire poteſt caſui noſtro, eſt ea, † vt dicta regu- 33
la non procedat in indiuiduis, & inſeparabilibus; ſcilicet in quibus vtile, & inutile ſecerni, & ſeparari nequeunt; ſed in rebus, in quibus vtile, & inutile ita ſunt permixta, vt tamen abinuicem diuidi valeant; adeo, vt pars vtilis, abſque inutili ſtare queat: ita ſoluit Gloſ. in d. regula, vtile non debet. ita etiam regulam ipſam, iuxta terminos noſtros declarat Panor. in d.c. cum ſuper Abbatia. num. 8. & 13. & Deci. num. 27. de offic. Iudicis deleg. Quæ ſolutio, & declaratio optime iuſtificatur ff. de Aqua. quoti. & æſti. l. 1. §.

Item

Item quçritur, & §. Trebatius: ob id namque in d. §. trebatius, non arcentur cunctç oues ab appulsu aquç; ſed ſolum, quæ ſupra numerum permiſſum excedunt, nẽpe, quia ſecerni poſſunt illç, quç ſuperſunt. at in §. Item quæritur; ideo prohibetur tota aqua, quia impoſſibile eſt diſcerni, quç permiſſa eſt, & quç non permiſſa: ita declarat Gloſ. in prçallegata reg. vtile nõ debet, circa mediũ, ver. probatur optime. Alias eiuſdem ſolutionis, ac declarationis probationes affert Rom. qui ſimiliter ponit, & ita, vt ſupra declarat dictam regulam in conſ. 66. vidi eximie doctor. At cum nos ſimus in re indiuidua, & in-
34 ſeparabili, † nempe in abſolutione ipſa, quæ non poteſt pro parte valere, & pro parte non, vt ad ſenſum patet, & probatur; quia cum ſit actus Iudicialis, eſt indiuiduus l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſ. iuncta l. apud treba. ff. de aqua plu. arcen. & d. l. 1. d. §. Item quæritur, & in terminis abſolutionis, tradit Paulus de Caſtro d. conſil. 196. num. 2. merito igitur contrarium ſupradictæ regulç nihil obſtat, & adaptari poteſt hic alia ſolutio, de qua infra in ſol. ſequentis oppoſitionis.

Tertio videtur refragari eidẽ prædictæ principali ampliationi
35 regula illa, quæ habet, † quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum, vt fiant eiuſdem naturæ c. quod in dubijs, vbi id notat Abb. num. 2. cum concordantijs notatis in Glo. 3. de conſec. Eccl. vel Alta. per quam regulam Bal.
36 in l. prçcipimus in fi. decidit † reductionem ad arbitrium boni viri ſuper compromiſſo facto in clericum, & laicum, petendam fore coram Iudice eccleſiaſtico, & ipſum de ea cognoſcere, non obſtante, quod partes ipſç ſint perſonæ ſæculares, ratione ſcilicet ipſius arbitri eccleſiaſtici; qui vti magis dignus, facit deuoluere reductionẽ ſimiliter ad eccleſiaſticũ. ſequitur Rom. conſ. 245. Per eandem regulam Anton. de Prato in l. 1. in fin. ff. quæ ſent. ſine ap. reſcin. qui refertur, & extollitur à Fel. in c. 1. col. 4. de præſcrip. determinauit, † quod ſi inter plu- 37
res reos eiuſdem criminis laicos ſit vnus clericus, poſſunt omnes ratione ipſius clerici, & vna cum ipſo declinare forum Iudicis laici, & petere ſe remitti ad Iudicẽ Eccleſiaſticum contemplatione clerici dignioris, qui trahit ſecũ laicos per d. regulam, ne cauſæ continentia diuidatur. quam deciſionem commendauit multum Marian. Soci. in c. 2. col. 3. fal. 8. de mut. pet. vt refert Mara. in ſua praxi, ſeu ſpeculo. par. 3. diſt. 11. Iudiciorum, nu. 22. Addo Iul. Clar. atteſtantem opinionem, & deciſionem hanc Antonij eſſe de iure veram, in pract. crim. quæſt. 36. ver. euenit plerumq. licet † 38
ſubdat eam de conſuetudine, & practica non ſeruari, ſed quod quilibet Iudex cognoſcit de ſuo ſubdito. Videbatur ergo abſolutio valere contemplatione Iudicis Eccleſiaſtici dignioris, & illa reſpectu ipſius dumtaxat eſſe cenſenda per dictam reg. magis dignum. & hanc regulam Gloſa in c. contingit de arbi. aſſignat pro ratione propius ad terminos noſtros, quare ſcilicet ſuſtineatur,

tur, & valeat compromiſſum factum de re ſpirituali in laicum vna cum clerico, iuxta terminos d.c. per tuas, eod. tit. de arb. nempe ſuſtinetur propter clericum, per dictam rationem, inquit Gloſa, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, d. cap. quod in dubijs.

Huic obiectioni reſpondetur
39 multifariam, & primo † regulam habere locum in rebus, quæ confuſionem, ſeu commiſtionem patiuntur: ſecus in his, quæ non patiuntur commiſtionem, quia ſunt diuerſæ ſubſtantiæ, ſiue naturæ, vt patet ex notatis per Gl. 3. in d.c. quod in dubijs in Gloſ. ibi, ſecus ſi vinum, & latius ibi per Abb. nu. 3. qui hanc ſolutionem ſentit expreſſe in ratione commiſtionis olei, quã aſſignat: & ſic regula procedit, vbi non repugnat attractioni qualitas, ſiue natura rei attrahendæ: ſecus vbi eſt incapacitas in ipſa re attrahenda. Modo ad propoſitum, nimirum, ſi non habet locum d. regula in delegatione abſolutionis facta clerico, & laico communiter, ac pro parte, & non poteſt fieri miſtura laici, & clerici in iſta iuriſdictione, & poteſtate commiſſa ad validandam abſolutionem, ita ſcilicet, vt ex Clerici mixtura trahatur, & habilitetur mixtura laici impartiẽdo eidem ſuam validitatem, nempe, quia reſiſtit incapacitas ipſius laici, quippe qui incapax eſt iuris ſpiritualis, eiuſdemq. commiſſionis, c. 2. & c. quanto de iudicijs, etiam aſſociato ſibi clerico, vt probatur in c. maſſana, de elect. & per Io. And. in c. nobis, de iure pat. & per Abb. in d. cap. contingit de arb.

Præterea † regula illa non eſt generaliter vera: immo videtur fieri poſſe regula in contrarium, vt patet ex notatis per Gloſ. in c. ſuper quæſt. §. ſi vero duo, in ver. delegare de offic. Iudi. dele. vel ſaltem dici poteſt, vtrãq. pariter, indifferenterq. procedere, videlicet, vt quandoq. maius dignum trahat minus dignum, quandoq. è contra, vt dicit ibi Abb. ſuper illa Gloſ. ſecundum quod minus iuri præiudicatur. Quare facile euitari poteſt obiectio eiuſdem regulæ, tum ex prędictis, tum ex inſtantijs, quæ contra eam aſſignari poſſunt: cum immo † vna ſufficiat, vt in c. cum marthæ, poſt prin. in ver. ſane multa, vbi id notat Abb. in 5. notab. de celeb. miſſarum. Et præſertim ea vrget contra ipſam regulam, quæ in terminis noſtris de iudicibus, ſcilicet delegatis, habetur in præallegato cap. ſuper quæſt. d. §. ſi vero duo, vbi minus dignum trahit magis dignũ, vt ibi notat Glo. prædicta. Merito igitur, &c. 40 41

Non obſtant deductiones ſupra factæ, atque elicitę ex dicta regula, magis dignum, quia alia ratio eſt in illis caſibus, atque in noſtro; quia in illis caſibus non eſt, quod inficiat, vel impediat in Iudice ſuam poteſtatem, & conſequenter attractionem iuriſdictionis, ſeu cognitionis ad ſe: quia imo ab initio iuriſdictio, & poteſtas tota eſt apud iudicem capacem: ſed in caſu noſtro iuriſdictio, & poteſtas in iudice habili eſt ſolum pro parte, & attrahi lai-

hi laicus non poteſt ad illam con
ſolidandam pro ſua parte concur
rendo;quia illius eſt incapax, vt
dictum eſt, & ſic non poteſt fieri
mixtura inter ipſum, & Eccleſia-
ſticum. Et item quod laicus vna
cum clerico trahatur iudicandus
coram Iudice eccleſiaſtico, nihil
eſt quod repugnet, neque reſpe-
ctu eius qui iudicandus eſt, neq;
42 reſpectu Iudicis: cum † Iudex ec-
cleſiaſticus ſit Iudex ordinarius
etiam laicorum alioqui in multis
caſibus,quorum multos recenſet
Maran. in ſpeculo ſuo iudicio.
par.4. prin.in diſtin. 11. iudicio-
rum,& probatur in c.1. vbi Abb.
de offi.iudi. ordi.

Non obſtat dictum Glo.in cap.
contingit. de arb. ſupra relatum,
quia, vt iam dictum eſt ſupra in
ſecunda oppoſitione, arbitrium
de re ſpirituali non eſt actus ſpi-
ritualis;& compromittere in ſo-
lum laicum non eſt prohibitum
ratione incapacitatis laici, vt
quia ſit incapax, ſed ſolum ratio-
ne honeſtatis: honeſtas autem
ſatis conſeruatur ex mixtura cle-
rici. poteſt ergo laicus concurre-
re in compromiſſo, ſeu arbitrio,
quia incapacitas non repugnat
43 mixturæ: † ſed iudicare de cauſa
ſpirituali eſt quid ſpirituale. cap.
quanto de iudi. & huius rei laicus
eſt incapax,vt dictum eſt ſupra:
merito, &c.

Secundo principaliter amplian
da eſt præmiſſa prima concluſio
cum ſua ampliatione, & ſubam-
pliatione, vt ſtante dicta abſolu-
tione, ſiue relaxatione nulla, &
44 innalida, † etiam quod interue-
nerit conſenſus procuratoris ha-
bentis generale mandatum ad li-
tes, & cauſas, nihil operari poſ-
ſit talis conſenſus: quia † virtute 45
generalis mandati non potuit
remittere exceptionem quęſitam
domino ex iuramento; ea ratio-
ne, quia † remittere exceptionē 46
eſt ſpecies donatiouis: argumen-
to legis, ſi quis obligatione,ff.de
reg. iur. at † donatio non compe 47
tit vigore dicti generalis manda-
ti; ita conſulit Paulus de Caſtr.
in alleg. conſ.196.n.3. Et † quod 48
generalis procurator non poſſit
renunciare exceptionibus com-
petentibus domino, nec eas re-
mittere, decidit Inno. in c. cum
olim, paulo ante finem, de offi.
deleg.& Bart.in l.fi.in prin.ff.quę
in frau. credi. idē Caſtre.vbi ſup.
per l.hoc iure. ff. de ſolu. cum ibi
notatis.

Limitanda eſt eadem conclu-
ſio, vt ſupra ampliata, vt non
procedat † vbi delegatio huiuſ- 49
modi cauſæ abſolutionis laico fa-
cta eſſet à Papa; quia tunc laicus
rectè ſe intromitteret. nam † Pa- 50
pa delegare poteſt laicis quaſ-
cumq. cauſas ciuiles,criminales,
& ſpirituales,vt plenè notatur in
c.2. de iudi.& not.Abb.poſt Gloſ.
in c.contingit de arb.

Concluſio II.

Secunda concluſio erit, † Iu- 51
dicem laicum cogere poſſe
eum, qui licitè iurauit, ad obſer-
uantiam iuramenti, authorita-
te Capit. licet mulieres. de iure
iur. lib. 6. & per illum tex. hanc
concluſionem firmat Io. And. in
c.fi. de for. compe. lib. 6. relatus
cum alijs ab Alex.in diſput. inci-

pit. Sigiſmun. in 7. & vlt. dubio, in argumento ſecundæ partis affirmatiuę, ver. ſimiliter etiam; quæ inſerta eſt in lecturis ſuis poſt l. imperium, ff. de iuriſd. om. iudi. Fely. in c. cum ſit, col. 5. limit. 1. num. 6. ver. recipit, de fo. comp. & Foler. ad Maranta in 4. parte ſui ſpeculi, diſtin. 11. iudi. num. 14. & probatur forti, atque
52 irrefragabili ratione, videlicet, † quia ſibi permiſſum eſt id, quod eſt plus, ideſt punire periurium auctoritate legis cum ciuilis, tũ canonicæ: vt in l. fi. ff de crim. ſtel. & l. ſi quis maior. C. de tranſa. & in Can. Rex debet. 23. q. 5. Abb. in c. cum ſit generale. nu. 21. ver. quandoq. conſtat, de foro compe. Rom. conſ. 512. nu. 11. Ergo & id, quod eſt minus; ideſt curare, ne admittatur periurium, cogẽdo ad obſeruantiã iuramenti: argumen-
53 to ſumpto à minori ad maius, † quod procedit affirmatiue; immo nunquam fallit, & eſt neceſſarium, ſecundum Salic. in l. 1. C. de iure Emph. nimirum quia ſumitur ab eo, in quo eſt minor ratio: & ſic, quod minus videtur ineſſe ad id, in quo eſt maior ratio, magiſq. videtur ineſſe, vt explicat Euer. in ſua top. leg. in loco à minori, num. 2. & fundatur in illa vulgata regula,
54 † cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. vnde dixit Bal. in ſimili, ſi licet occidere, licet & capere, in l. fi. C. de exhiben. reis.
55 Et † eſt in optione Actoris coram quo velit iurantem conuenire an coram laico, vel Eccleſiaſtico, ex quo res hæc eſt mixti fori, & iuram. accumulat forum; ita poſt Imo. in c. cum contingat, de iureiur. firmat. Felin. in d. c. cum ſit. in d. 1. limit.

Amplia † ſingulariter d. concl. 56
vt procedat etiã vbi iuram. alioqui ſecundum ius ciuile reputaretur inualidum; quia nihilominus coram ſeculari agi poſſet: Fel. in d. c. cum ſit. limit. 1. Et ibi ampliat etiam alio modo. Ego tamen cẽſeo huius ampliationis caſum non reperiri; cum ſim illius opinionis, vt non ſit reperire de iure ciuili iuram. nullum, vbicũq. illud tale non eſt de iure canonico, nullãq. diſcrepantiam extare in hoc inter ea iura: nam l. nõ dubium. C. de legi. quæ ſola ad hoc ſolet allegari, hoc nõ probat; vt fuſe, & neruoſe oſtenditur inf. par. 3. q. 5. vbi illa lex declaratur cum multis alijs.

Limitanda modo, & reſtringenda eſt poteſtas prædicta iudicis laici circa obſeruãtiam iuramenti, vt locum habeat in caſu,
† quando non dubitatur de vali- 57
ditate iuramenti; ſed ſolum agitur, vt obſeruetur; vel ſi eſt quæſtio, non eſt quæſtio de iure, ideſt de viribus iuramenti, quia certũ eſt valere, & licitũ eſſe caſu, quo interuenerit: ſed quæritur ſolum de facto, ſcilicet an interuenerit, ſeu an contractus cui eſt adiectũ tali, vel tali modo, ſeu cum tali, vel tali conditione, & pacto fuerit celebratus: nã ſuper tali quæſtione facti poteſt declarare. Et tunc poteſt laicus ſe intromittere, vt faciat iuramentum ſeruari, quia articulus tunc eſt mixti fori. ſecus ſi eſſet quæſtio iuris, ideſt an iuramentum ſit licitum, & obſeruandum, vel non, vel cõpetat

petat abſolutio; tunc non poteſt laicus ſe intromittere in tali cognitione, ſed debet eam remittere ad Eccleſiaſticum; quia tunc cauſa eſt mere eccleſiaſtica, c. vener. de elect. c. nouit de Iud. Alex. in alleg. diſput. ſuper 7. dubio, in argum 2. partis affirmatiuæ. ver. & ſic intelligo Io. And. vbi alios congerit more ſuo. tradit Abb. in c. 2. nu. 3. & c. cum contingat, col. 12. ver. vnũ tamen non omitto. de iureiur. Gemi. in d. c. fi. de foro compe. in 6. Felin. in d. c. cũ ſit in prima limit. ſub num. 6. de fo. comp. Maran. d. diſtin. 11. ſuæ praxis num. 17. & cum hac reſtrictione, & declaratione hanc concluſionem iterum intelligit Alex. d. loco. in reſpon. ad argum. affirmatiuæ partis ver. itē loquuntur illa iura. Fol. qui bene hunc art. declarat in ſupracit. loc. ad Maran. poſt nu. 14.

Declara etiam eandem concluſionem ſecundũ Alex. in loc. proxime cit.
58 † vt illam facultatem habeant, & exerceant Iudices ſeculares, non iure proprio, ſed ex conceſſione Eccleſiæ: quod ſatis ſuadetur ex d. c. licet mulieres: de iureiur. in ſexto. Sed ego dubito de hoc dicto, ſi intelligendum eſt priuatiue, quia imo videtur, quod tributa ſit eis huiuſmodi facultas etiã de iure ciuili, argum. l. fi. ff. de crimi. ſtel. & l. ſi quis maior. C. de tranſ. & eorum, quæ per ea iura dicta ſunt paulo ſupra in hac concl. & per dicta in ampliat. eiuſdem concluſionis, videlicet ꝙ etiam ius ciuile obſeruari vult iuram. quod licite obſeruari poteſt, & in hoc non diſcrepat à iure canonico: ideo hoc dictum bene procedet cumulatiue ſcilicet, vt vtroque iure eis competat talis facultas: Et ad c. licet mul. præall. vide reſponſiones inf. par. 3. q. 5. in declaratione 1. non dubium. C. de legi. in fi. ver. Nec plus diſſuadet, nu. 164.

Tertio declara, vt † Iudex laicus aditus pro obſeruantia iuramenti, ſeu contractus iurati, debeat tunc ſeruare ius canonicum in definitione illius cauſæ: ita poſt Gemi. in d. c. fi. de foro cõpe. in 6. declarat Foler. loco ſup. citato. Quod exaudiendum puto vbi ſolius iuramenti vigore deberet fieri exequutio; quia tunc ſuper materia peculiari iuris canonici ageretur, quo iure præcipue iuram. vim, & efficaciã recepit, ad dicta ſupra in 3. Præludio. 59

Et † pro practica, quomodo Iudex laicus iudicet circa obſeruantiam iuramenti, & de modo procedendi, vbi inſtatur coram eo pro obſeruantia iuramenti, ſiue agendo, ſiue excipiendo, videndus eſt omnino Bellam. in d. c. fi. num. 8. 60

Concluſio III.

Tertia erit Concluſio, vt † Iudex ſecularis aditus pro exequutione, & implemento contractus iurati, habentis etiam de ſe ſuum vinculum, & validitatem, procedere poſſit in cauſa coram eo mota, nec retardari debeat proceſſus, & exequutio ſi ei locus eſt, etiam quod cognitio ſuper iuramento delata eſſet ad Iudicem eccleſiaſticum pro abſolutione

ab eo obtinenda eo prætextu, quod iurans, ſeu debitor eam petierit ad finem opponendi exceptiones quas habere prætendit, & allegat aduerſus ipſum inſtrumentum, vel contractum, quaſque propter iuramenti obſtaculum, quod ſibi os claudit opponere nequit, neque tales ſunt quę per ſe iuramento non obſtante opponi valeant: nam huiuſmodi allegatione minime obſtante, & lite etiam pendente ſuper ipſa abſolutione, an danda ſit vel non; nihilominus Iudex ſecularis poterit interim procedere, & ad exequutionem deuenire: nec enim poteſt interim impediri, & inhiberi ab Iudice eccleſiaſtico, quia interim iuram. debet obſeruari donec iurans fuerit abſolutus, vt tradit Feder. de Sen. in conſ. 300. incipit, factum tale eſt, debitor. nu. 2. Et præterea non poteſt fieri inhibitio Iudici ſeculari, ne procedat ad exequendum inſtrum. cum ſuper inſtrumento non pendeat lis in curia Epiſcopali; ſed an debeat fieri abſolutio: ita dicit idem Fed. refert, & ſequitur Abb. in c. 1. col. 7. nu. 10. ver. & plus dicit: de iureiur.

61 Imo † ſi interim pendente, ſcilicet cauſa abſolutionis dies ſolutionis adueniret; nec ipſe Iudex eccleſiaſticus debet vlterius procedere: ſed debitor cogendus eſſet ſoluere, nec eſſet ſolutio retardanda, vt per Affl. deciſ. 30. num. 5. & ad alia dicenda inf. par. 3. q. 4.

Nec reſtringenda eſt hæc concluſio ad contractus dumtaxat munitos obligatione ad formam cameræ, vt quidam ex modernioribus ſenſerunt, qui fauore, & priuilegio huiuſmodi obligationis intelligunt Iudicem laicum, pendente cauſa abſolutionis à iuramento ad effectum agendi, vt dicunt, procedere poſſe ad cameralis, ſeu in forma cameræ celebrati contractus exequutionem per eam rationem, quia hæc obligatio ex priuilegio, non autem virtute iuramenti habet exequutionem paratam: In alijs contractibus ſecus, quia à iuramento vires accipiunt ſecundum ipſos.

Et ſi quidē intendunt ſe reſtringere ad eas ſpecies contractuum, in quibus obligatio inhæret ſoli iuramento, cum alioqui virtute contractus nulla ſit, ad ea quę habentur infra in 3. par. q. 14. in 2. & 3. caſu; recipi poteſt eorum dictum, quoniam ijs caſibus cauſa abſolutionis eſt præiudicialis ad cauſam contractus, ſeu negocij principalis, cum hæc ab illa dependeat: ideo habet inducere efficaciter litis pēdentiam, & illius effectus iuxta c. ſuper eo, il primo, cum ibi notatis per Gloſ. Abb. & alios, de appel. & per dicta inf. d. q. 14. poſt medium, vbi agitur de inhibitione in ver. At vbi eſſemus, & inferius in primo caſu. Imo plus etiam, quod in his caſibus non ſit locus abſolutioni preparatoriæ ad effectum ſcilicet agen. vel excipien. Sed ſoli plenariæ, & ſimplici; remque totam ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum: & de incompetentia iudicis laici, videnda ſunt quæ nouè conſiderantur inf. eadem par. 3. q. 16. nō multum poſt prin. ver. inſuper pro clara. Regulariter vero in omnibus contracti-

bus.

bus Dictum illorum non poſſet exaudiri propter allegatam doctrinam Fede. & Ab. & eorum auctoritatē, & per ea quæ dicuntur inf. in præalleg. q. 14. poſt medium, in ſecunda vtilitate, ver. Item maxima, & per eam præſertim rationem, nempe quod pendet lis in epiſcopatu ſuper cauſa diuerſa: ideo interim iuram. debet obſeruari, vt dicit Fed. allegatus donec iurans fuerit abſolutus. & ijdem moderniores tra-
62 dunt † quod partes Iudicis laici ſunt curare, vt iuramentum ſuum ſortiatur effectum. Quamobrem rite, & recte interim procedit, nec dicitur attentare ob pendentiam litis ſuper cauſa diuerſa, & conſequenter non poteſt inhiberi: vt late tradit Lancil. in tract. de attenta. par. 2. cap. 4. limit. 2. per totam: & per eam rationem ibi num. 26. expreſſe dicit, quod lite pendente coram Iudice eccleſiaſtico ſuper abſolutione à iuramēto, poteſt Iudex ſecularis procedere ſuper negocio principali: & cum illud ſit diuerſum à cauſa abſolutionis, proceſſum valere: & ita tenuiſſe Conſilium Neapolitanum refert teſtimonium Afflic. in eadem illa Deciſ. 30. fuit dubitatum. Addit etiam hanc opin. & Afflic. deciſ. ſequutum eſſe Galeſ. in obligatione in forma Cameræ. Et de hoc articulo ego fuſius dico infra in præallegatā quæſt. 14. poſt medium à ver. Et quantum ergo attinet, vſque ad finem quæſt. vbi plene tracto circa inhibitionem quando Iudex eccleſiaſticus inhibere poſſit Iudici laico: eo recurras.

Concluſio IV.

Qvarta Concluſio ſubſequitur, † vt Iudex laicus poſ- 63
ſit compellere laicum recipientē illicite iuramentum ad faciendam eius remiſſionem, ſeu relaxationē ei, cui illud detulit, quique illud iurādo ſuſcepit, iux. c. 1. de iureiur. hanc concl. firmat Anton. in c. debitores: de iureiur. Federic. de ſen. conſ. 272. ſtatutū ciuitatis, prope finem. Sequitur Abb. in c. 2. nu. 3. de iureiur. & in c. cum ſit generale, num. 21. verſ. aut agitur de remiſſione, de foro compet. vbi etiam Fel. nu. 7. idem Fel. in c. 1. quæſt. 3. ver. poſſet tamen, de iureiur. poſt Roma. ſing. 508. ibi per eum allegatum: ſed eſt ſing. 498. incipit: vbi iuramentum. Deducunt eam ex dictis in ſecūda Cōcluſione, quia, inquiūt, ſicut poteſt Iudex laicus cogere ad obſeruantiam iuramenti; ita ad relaxationem: & per hanc rationem firmat hāc concluſionem Did. Cou. Var. reſol. lib. 1. cap. 4. nu. 5. ver. Verum vt res: qui tametſi præmiſit Iudicem eccleſiaſticum loci ordinarium eſſe competentem ad hanc compulſionem faciendam, etiamſi vterque litigator laicus ſit, per c. 1. & Gloſ. quę hoc exprimit, quam dicit eſſę cōmuniter receptam, de iureiur. tamen etiam Iudex ſecularis ad iurantis petitionem poterit alterum cogere, ſi laicus ſit, ad remiſſionem huius iuramenti, vt ibi per eum poſt Doctores ſupra citatos.

Limita, & reſtringe prædictam concluſionem, & poteſtatem Iudicis

64 dicis laici, † vt locum habeat in caſu dumtaxat, quando non dubitatur de iniuſtitia, & inualiditate iuramenti; vt quia eſt clara, & manifeſta turpitudo deferentis, ſeu recipientis: ſecus ſi dubitatur de viribus iuramenti vtrum liget vel non: tunc enim Iudex ſæcularis non eſt Iudex competens, ſed debet remittere huiuſmodi cognitionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, iuxta limitationem prædictæ ſecundę Concluſionis: tradit Abb. in c. 2. num. 3. & c. cum contingat: col. 12. ver. vnum tamen non omitto, de iureiur. per d. c. venerabilem, de elect. & c. nouit. de Iudi. ſequitur Maran. d. diſt. 11. Iud. nu. 17. & tradit Gemi. in c. fi. de foro comp. lib. 6. Et ita intelligendum, & declarandum eſſe quod dicitur de poteſtate Iudicis laici circa iuramentum, declarat Alex. in allegata diſput. Sigiſmundus, vltimo dubio, in argumẽtis ſecũdæ Partis, videlicet affirmatiuæ, ver. ſimiliter etiam, & in reſponſ. ad argum. ver. item loquuntur iura.

Et ſine iſta limitatione prædicta Concluſio non poſſet habere locum, per ea, quę conſiderat Fel. in c. cum ſit. ſub num. 7. in limit. 3. de for. compe.

Secundo limitanda, ſeu declaranda eſt eadem Concluſio, † vt
65 Iudex ipſam compulſionem facere poſſit, & debeat antequam aduenerit terminus ſolutionis, & ſic antequam debitor inciderit in periurium non ſoluendo in termino, vt iurauit: nam poſt terminũ debitor, cũ ſit periurus effectus, non poteſt amplius gaudere beneficio dictæ Compulſionis, & d. c. 1. & dici ſibi poteſt, quod eſt in Adagio, ſero ſapiũt Phryges; † qa 66 fruſtra legis auxilium poſtulat, qui committit in legem: c. quia fruſtra: de vſur. Federi. de ſen. conſ. 300. in fi. † Debuit enim 67 eſſe vigilans, & cautus, vt anticiparet tempus ad conſulendum ſibi remedio abſolutionis à Iudice Eccleſiaſtico, vel dictæ compulſionis, de qua agimus, à Iudice laico ex d. c. 1. vt admonet Gloſſ. in c. debitores, ver. cogendi: vbi etiam Felin. & Abb. de iureiur. nam poſt terminum dictæ compulſioni Iudicis laici, prout pariter relaxationi Iudicis Eccleſiaſtici amplius locus non remanet per dictam rationem; & item, quia debitor ſic perſeueraret in Peccato Periurij, & in eo fouere-tur; † quod tanto eſſet grauius, 68 quanto diuturnius protenderetur. c. fi. de conſue. ita Abb. in d. c. debitores. col. 6. num. 4. circa finem: & d. c. 1. num. 6. ver. ſed hoc remedium, & num. 7. poſt mediũ, ver. ſed contra hanc opi. Grat. conſ. 30. lib. 1. Rol. conſ. 26. num. 27. lib. 3. & conſ. 81. lib. 4. Sed tunc nullæ aliæ eſſe debent Partes Iudicis, quam cogere debitorem, ad ſatisfaciendum, vt quam citius eximat ſe à Peccato periurij ad ea, quę latius inf. dicentur in par. 3. q. 4. † Et ad hoc vtetur hac 69 Practica, vt prius interloquatur ſuper incurſo periurio: hoc enim bene facere poteſt, vt nos docebit ſequens proxima Concluſio.

Caueant ergo Iudices ſeculares, ne perperam, & indebite d. compulſionem faciant in præiudicium creditorum, & magis in præiudicium animarum ſuarum, fouendo

fouendo debitores in periurio, ſi fecerint eam poſt terminum, ad ſupradicta.

Itaque & illud quoque præcauendum erit debitori,
70 † vt eam compulſionem petere curet tanto tempore anteaquam terminus apropinquet, vt ea fieri valeat tempeſtiue ante terminum, & nō expectare, vt terminus adeo ſit proximus, vt compulſio fieri nequeat ante terminum; quia tunc non eſſet audiendus debitor, ne incidat in periurium; ſed ipſe cogendus eſt ad ſoluendū: non enim debet Iudex auctor eſſe periurij. c. debitores. de iureiur. c. ſi vero, & c. verum. eo. l. 1. in fi. C. ſi aduc. vendi. & declarat Abb. in c. 1. ſub num. 6. ver. ſed hoc remedium. eo. tit. de iureiur. poſt Ioan. Andr. & Vinc. in d. c. debitores. & Ioann. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de iureiur. ſuper rubr. in vlt. quæſt. Qui ponit practicam petendi ipſam compulſionem.

71 † Adde tamen, quod in eo caſu, in quo lapſum eſſet etiam tantum de tempore, quod certum eſſet intra terminum minime expediri poſſe id, quod iuratum eſſet; prodeſſet nihilominus debitori remiſſio Partis, eumque releuaret nedum ad euadendam debiti præſtationem, verum etiam ad effugiendum periurium: ſecundum Bart. notanter in l. cum ſtipulatus ſim: ff. de verbo. obli. à Feli. relatum in d. c. 1. num. 3. ea ratio-
72 ne; † quia periurium eſt pæna legalis, ergo non committitur ante diem. c. commiſſa, in princ. de elect. in 6. vt per eos.

73 † Non autem poſſet debitor ſe à periurio incurſo excuſare, & prętendere ſe non teneri ad præſtandum quod iurauit, allegando iuramentum non ligare, & eſſe inualidum, & propterea ſe non teneri ad eius obſeruantiam ex eo; quia turpiter receptum eſt à creditore, qui propterea illicite, & indebite, & cum peccato extorqueret ab eo quod illius iuramenti vigore promiſſum eſt: & ideo merito non poſſe eius vigore cōſtringi, cum iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum. c. quanto: de iureiur. Nam huiuſmodi allegatio parum ipſi debitori ſuffragaretur; quia nihilomi- 74
nus ipſe tenetur ad obſeruantiam iuramenti, & illius vigore conſtringi poteſt; nam illo ligatur. iuramentum enim valet, quo ad ipſum debitorem, & ex eius tranſgreſſione incurrit periurium, ex quo illud poteſt ſeruare ſine peccato, vt de hoc eſt tex. apertus in c. debitores, quem efficacibus rationibus coadiuuat Abb. ibi ſub num. 3. de iureiur. idem in cap. 1. notab. 3. & alibi, & in c. quanto, ſub num. 8. ver. aut iuramentum: eo. tit. Innoc. in c. venerabilem, ſub num. 5. de elect. conſulit egregie Paul. de Caſtr. in conſil. 259. lib. 2. incipit, circa primum. Et prædicta allegatio, quod iuramētum ſit illicitum ex parte recipientis, ideſt creditoris, qui turpiter illud recepit; item quod iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum, non excuſat debitorem ab illius obſeruantia; adeo quod propria auctoritate contra uenire valeat: quia non poteſt, nec debet, vt id expreſſe admonet Innoc. in loco citato: & eſt tex. in d. c. debitores, & in c. ſi vero, & c. ve-

c. verum de iureiur. Sed tantum ſibi prodeſſe poteſt ad habendam ab eo abſolutionem ab Epiſcopo, vel remedium prędictæ compulſionis ex d. cap. 1. Sed eam debet procurare ante terminum, & ante periurium, vt ſupra eſt dictum, & per Innoc. nominatim in d. c. debitores, de iureiur.

Si vero non poteſt habere eam in tempore ex cauſis, puta quas conſiderat, & exemplificat Inno. ibidem, remedium, & cautela eſt, vt ſoluat, iuxta præſtitum iuramentum, & poſtea repetere poterit. iuxta conſilium illius cap. debitores. & Innoc. ibi in princ. & num. 1. vbi circa hoc plura addit.

75 † Sed quid ſi ſoluit poſt periurium incurſum? dubitari poteſt, numquid poſſit repetere non obtenta abſolutione ab ipſo periurio: & videbatur, quod non;
76 † quia periurus non poteſt agere nec habere rem, quam petit; ſunt formalia verba Specul. Par. 1. tit. de actore. ver. item, quod eſt periurus. num. 16. Dic contra, quia periurium non obeſt debitori, quin repetat quod ſoluit, probando illud indebite ſolutum eſſe: vt tenent Anto. de Butr. & Imol. in c. debitores, de iureiur. & hoc idem tenet, & approbat Abb. in diſput. ſeu quæſt. 2. col. pen. in decimo caſu, ver. & hoc vltimum.
77 Non obſtat dictũ Specul. † quia illud procedit quando periurus venit contra actionem alias intẽtatam incurrendo in ea periuriũ, vt dicunt omnes in cap. intelleximus, de Iudi. & in c. dilecti, de except. & eſt apoſtil. in c. paruuli. 22. q. 5. quod non eſt in præſenti caſu: & alias non reperitur, quod periurus repellatur ab agendo, & quin poſſit proſequi Ius ſuum, vt in d. Apoſtilla, & per Doctores in Iuribus ſupra dictis; probari enim non poteſt, quod Ius repetendi ſit ſublatum ex eo, quod incidit in periurium; ita dicit Abb. ſupra in d. quæſt. 2. allegatus.

Si vero iurauerat non repetere, remedium circa hoc vide per Inno. in d. c. debitores.

Concluſio V.

Quinta Concluſio † Iudex ſecularis declarare poteſt ſuper periurio, declarare enim poteſt aliquem eſſe periurũ, ſeu in periurium incidiſſe: quod & in præcedenti Concluſione adnuimus; ita tenet Rom. ſing. 425. incipit, ego coram magnis dominis, allegatus à Fel. in c. 1. nu. 22. ver. poſſet etiam: de iureiur. tradit Alex. in l. de periurio, in addi. ad Bar. ff. de cri. ſtel. argumento illius Gloſ. & facit, inquit, quod notatur in c. teſtimonium: de teſti. & in c. licet: de iureiur. in 6. & quod notat Ioan. Andr. in c. fi. de foro comp. in 6. & D. Ant. in c. cum ſit generale: eo. extra. Deducunt id ex ratione deducta à conceſſione conſequentis ad conceſſionem antecedentis; † nã, inquiunt, Iudex ſæcularis punit periurium, quod lege ſeculari, ac item Canonica cauetur, vt in l. fi. ff. de cri. ſtel. l. ſi quis maior. C. de tranſa. can. rex debet, 23. q. 5. allegatus à Pan. in c. cum ſit generale, ſub num. 21. ver. quandoque conſtat: de foro compe. & conſulit 78 79

lit Roma.conſ.512. nu.11. & hoc eſt conſequens ad ipſam declarationem: ergo poterit etiam declarare incidiſſe aliquem in periurium, quod eſt antecedens ad punitionem: ita arguit Fel. vbi ſupra.

80 † Limita, & reſtringe Concluſionem,& poteſtatem Iudicis ſæcularis circa periurium, ſiue in declarando, ſiue in puniendo, vt procedat, & ſit vera quo ad declarationem facti, non Iuris;quia videlicet clarum, & certũ eſt eſſe periurium; adeo quod non quæritur an ſit periurium; ſed reſtat ſolum illud declarare: Et hoc caſu ſimiliter verum eſt, quod de punitione ait Concluſio, nempe, quia ſolum agitur ad pœnam periurij, non autẽ quæritur, aut dubitatur an admiſſum ſit periurium: ſecus in vtroque Capite ſi eſſet dubiũ de illo: ita declarat Alex. ſupra citatus per c.quanto,de iureiur. & c.venerabilem: de elect. & Fel. in loco ſupra citato, per notata in l. titia: ff. ſol. matri. à Bart. & alijs: & per Abb. in cap. tuam: de ord. cogni.idem tradit Alex. in diſput. alias allegata, incipit Sigiſmundus,ſuper vltimo dubio,videlicet ſeptimo: in arg. 2. par.ſ. affirmatiuæ: ver. ſimiliter etiam: & in Reſponſ. ad argumenta: ver. ita loquuntur illa iura.

Concluſio VI.

81 Sexta Concluſio erit † Iudicẽ ſæcularem de relaxatione, ſeu item de abſolutione à Iudice Eccleſiaſtico data poſſe ſe intromittere cognoſcendo de eius nullitate, ſiue de eius obreptione, & ſubreptione: hanc Concluſionẽ firmat Petr. de Anch. conſ. 382. retento ordine dubiorum: col.4. quem refert, & ſequitur Fel. in c. 1.col.8.in princ.ver.poſſet etiam ſæcularis: de iureiur. & in c. cum ſit,num.8. lim.5. de for. compet. refert; & ſequitur Maran. in 4. par. princ. ſui Speculi, in diſtin. 11. Iudiciorum, num. 68.

Ratio huius Concluſionis eſt; † quia Iudex laicus non tenetur ſtatim acquieſcere definitioni, & ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici; & non tenetur illi obtemperare ſi videt quod iniuſte, vel nulliter proceſſit. Et ideo poteſt videre ſuper nullitate, vel iniquitate illius proceſſus, vel ſententiæ: ad hoc allegatur Bart. in l. Diuus Adrianus, paulo poſt princ. verſ. Sed poſſet dubitari, num.3. ff. de cuſto. & exhi. reorum. non in exemplo quod ponit; quod eſt falſum, & contra definitionem Canonum; ſed in ſuo dicto, ibi, finaliter veritas eſt: hoc tradit Abb. in c.1. ſuper Gloſ. ver.publicum: de offi.ordi. vbi refert Inn. dicentem, quod ſi Iudici ſæculari conſtat, quod Eccleſiaſticus iniuſte proceſſit, non tenetur ei obtẽperare; quia non debet ei auxiliari ad malum, ſed ad bonum. Immo idem ſeruandum eſſet, dicit Inno. inter eoſdemmet Eccleſiaſticos. 82

Limitatur, † & reſtringitur tã Concluſio ipſa, quam ratio ipſius ſupra aſſignata, vt procedant vbi certo, & euidenter apparet nullitas; vel iniquitas Iudicis Eccleſiaſtici quam eo caſu, iuxta rationem 83

nem

nem adductam conceditur Iudici ſeculari ne teneatur acquieſcere definitioni eccleſiaſtici, iuxta notata per Inn. & Abb. in d. c. 1. de ord. cog. & Fel. in d. c. 1. de iureiur. Secus ſi nullitas non apparet euidenter de ſe, ſed habet conſtare mediante cognitione adhibenda à Iudice laico, vt puta, quia non eſt clarum iuramentum fuiſſe omnino iuſtum, & licitum, adeoq. nulla ratione relaxandum: nam hoc caſu dubio, nihil ad Iudicem laicũ pertinet diſquirere de ipſa relaxatione eccleſiaſtici: & ita declarat Petr. de Anch. in d. loco: & ita inquit eſſe intelligendum, & declarandum c. fin. de except. lib. 6. quod vult Iudicem ſecularem debere ſequi ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici:
84 † nam hoc verũ eſt ſecundum eũ, vbi euidenter non apparet nulla, vel iniqua: refert, & ſequitur Fel. in d. c. 1. d. ver. poſſet etiam, inquiens hoc eſſe bene notãdum, de iureiur. Faciunt tradita ſupra in limitatione præcedentis concluſionis.

Concluſio VII.

Septima erit Concluſio, ſi Baldo credimus, † vt Iudex laicus ſe intromittere valeat in iuramento interpoſito ſuper contractu ſimulato, declarando ſuper eius inualiditate, & ſua declaratione habilitare iurantem ab illius iuramenti obſeruantia: quia, inquit, relaxare tale iuram. non eſt proprie relaxatio; ſed declaratio non tenere; † cum tale iuram. non habeat ſpiritum ex defectu conſenſus: & ideo, inquit, hæc declaratio ſpectat ſecundum iura canonica ad Epiſcopum, & ſecundum iura ciuilia ad Iudicem cauſæ, vt per eum in l. 1. C. de oper. lib. quem retuli ſupra pro oppoſit. ad primam concluſionẽ, & declarandum hoc eſt vt ibi à ver. contrarium. Et vide ipſum Bal. in l. nec patronis, in fin. vbi exemplificat, C. de bo. lib. quem refert Felin. in c. 1. col. 6. ver. ad idem vide Bal. de iureiur.

85 86

QVÆSTIO VIII.

Quis ſit Iudex competens, an ordinarius Rei, vel Actoris; ideſt an iurantis, vel eius cui iuratum eſt in danda Abſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius iurantis eſt competens in danda ei abſolutione, quamuis ille qui iuramẽtũ recepit ſit alterius fori. amplia, vt nu. 20.*

2 *Reus ſuper exceptione ſua conuenire*

uenire poteſt actorem, ſeu creditorem principalis cauſa coram Iudice ipſius rei.

3 *Fideiuſſores plures ſimpliciter ſe obligantes tenentur ſinguli in ſolidum: ſed per beneficium Epiſtolæ Diui Adriani competit eis exceptio, vt fiat diuiſio actionis, & debiti.*

4 *Fideiuſſor ex pluribus ſimul obligatis, poteſt antequam conueniatur, anticipare tempus, & vti beneficio epiſtolæ diui Adriani aduerſus creditorẽ, petendo pronunciari debere fieri diuiſionem; & ſe pro rata tantum conueniendum fore.*

5 *Exceptione tutus poteſt agere, antequam conueniatur, implorando officium Iudicis, vt ſilentium imponatur actori: ad exemplum negatoriæ quæ datur poſſeſſori.*

6 *Reus in exceptione ſua dicitur Actor.*

7 *Actor tenetur adire forũ Rei: Declara vt nu. 8. & 10.*

9 *Cauſa naturalis, & originaria potentior eſt accidentali.*

11 *Exceptio intentionis vocatur ea quæ opponitur contra electum ad impediendam eiuſdem confirmationem, vel conſecrationem.*

12 *Exceptio contra electum corã quo Iudice opponi debeat.*

13 *Iurans qui contraxit, & iuramento ſe obligauit extra ſuã Diœceſim, puta ſi Florentinus contraxit Bononiæ, à quo Epiſcopo abſolutionem habere debeat, & nu. 18.*

14 *Forum ſortitur quis ratione negotij geſti: etiam quoad diſſolutionem contractus nu. 15.*

16 *Iudex loci contractus quatenus procedere poſſit contra contrahentem abſentem.*

17 *Contrahens non tamquam habens domicilium, vel negociationem ſtabilem in loco contractus, ſed tamquam aduena, & ſtatim receſſurus, quatenus forum ibi ſortiri intelligatur.*

21 *Abſolutio à iuramento an petenda ſit à Iudice loci originis, vel loci domicilij quo iurans ſe tranſtulit.*

OCTAVA vtilis, vt pote pro prædictarum practica, ſubſequitur Quæſtio; Quis ſit Iudex cõpetens, Rei ſcilicet an Actoris in danda abſolutione, ſiue relaxatione? Dominus Abb. Panor. format hanc quæſtionem in c. 2. nu. 3. de iureiur. & remittit pro ea ad ſe ipſum in c. ſi quis contra, in prin. de foro compet. Vide eum ibi in primo notab. tam in lectura, quam in repetitione illius cap. ſi quis contra: vbi ex Lapo Alleg. 10. tenet, † ꝙ 1
Iudex, ſeu Superior Rei iuramento obligati eſt competens in dando ei abſolutionẽ, vel relaxationem: & ponit exemplum in eo qui iurauit ſoluere vſuras extraneo, ideſt alicui alterius fori; nã, inquit, ipſe Reus abſolutionem iuramenti petit à Iudice ſuo. Et hanc concluſionem ipſe Abb. deducit ex ea ratione, † quia vbicũ- 2
que obligatus aliqua cauſa habet exceptionem, ſi antequam con-

ueniatur ab actore ſuper d. cauſa, ipſe prius vult conuenire Actorem ſuper exceptione ſua; agendum eſt coram Iudice ipſius rei, quippe coram quo ipſe Reus traheretur ſuper ipſa principali cauſa qua ipſe eſt obligatus. Exemplum ponit de fideiuſſoribus pluribus ſimul obligatis, qui † quidem ſinguli inſolidum tenentur; ſed habent exceptionem ex beneficio Epiſtolæ diui Adriani, vt ſinguli non conueniantur in totum, ſed fiat diuiſio debiti, & actionis inter eos ita, vt quilibet conueniatur pro ſua rata, ſcilicet ſi ſunt ſoluendo omnes, vt legitur inſti.
3

4 de fideinſ. §. ſi plures: modo † vnus, puta ex his fideiuſſoribus, non ſolum poteſt ita excipere vbi eſt conuentus, ſed antequam conueniatur in totum, ſeu inſolidum, poteſt ipſe prius, ſi vult, anticipando tempus, vigore dictę ſuę exceptionis agere aduerſus creditorem, cui ex fideiuſſione tenetur, implorando officium Iudicis, vt pronunciet ſibi exceptionem competere, vt fiat illa diuiſio ex epiſtola D. Adriani, & conueniatur ipſe pro rata; & in reliquis quo ad ſe imponatur ſilentium creditori. Ita hic caſus, ſeu exemplum habetur in l. ſi contendat, cum ſua Gloſ. ff. de fideiuſſ. & explicat Bar. ibi poſt eam Gloſ. quam ipſe ad hoc reputat, & commendat pro multum notabili: de quo dicit eſſe aliam Gloſ. notabilem in l. aurelius. §. centum, ff. de lib. lega. quam Gloſ. Abb. vbi ſupra citatus dicit eſſe magis claram, quã illa d. legis ſi contendat, quæ aperte ſenſit † quod tutus exceptione poteſt agere antequam conueniatur, implorando Iudicis officium, vt ſilentium imponatur actori; ſicut in negatoria, quæ datur Poſſeſſori: l. ſi forte: ff. ſi ſer. vendi. His ergo, & ſimilibus caſibus reus ſuper cognitione exceptionis ſuę illum Iudicẽ adire poteſt, ad quẽ trahendus eſſet per actorem, ſi reum ipſum ſuper actione, & cauſa principali conueniſſet. Qua de re plenius videre eſt apud eundem Abb. in locis citatis: plenius item per Bar. in l. ſi finita. §. eleganter, à num. 3. ff. de damn. inf. aliquid per Rom. conſ. 90. num. 5. & expreſſius conſ. 413. & per Alex. in d. l. ſi contendat, in addi. ad Bar. plene per eundem Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum, à num. 8. ff. pro ſocio; hactenus enim adducta ſufficiunt, quod attinet ad probationem propoſiti; ideoque vlteriori inquiſitione de ea hic opus non eſt.
5

Sed videntur prædictis obſtare duæ regulæ, nempe illa, quod Reus, † in exceptionibus dicitur Actor. l. exceptio: de exceptio. l. quinquaginta: de probat. Et alia ſubſequẽter, quę habet, quod † Actor tenetur ſequi forum rei, de for. cõpet. c. cum ſit generale, & c. ſi Clericus cum concordan. ibi aſſignatis: & in c. experientiæ, vbi eſt pulcher tex. 11. q. 1. ideo videbatur ipſe reus iuramẽto obligatus debere ire ad Iudicem creditoris pro relaxatione, contra quem ſcilicet illam petere intendit. Sol. dic. quod nihil obſtant. 6
7

Quia Reg. illa Actor ſequitur forum rei, limitatur ſingulariter, † vt locum habeat quando de aliqua re principaliter contenditur: 8

ſecus

ſecus ſi agatur ſuper exceptione;
vt quia reus originarius, antequã
cõueniatur; vult ſuper exceptio-
ne ſua agere, vt in exemplis pro-
poſitis : tunc adiri debet forus
cauſæ principalis, & originariæ;
vt dictum eſt; quia attenditur cau
ſæ naturalis origo, non quod ac-
cidentaliter contingit, vt inquit
9 Abb. in d. loco; † quia cauſa na-
turalis, & originaria potentior
eſt accidentali. l. qui habent : ff.
de tut. Ita ſingulariter prædictã
regulã limitat Abb. in d. c. ſi quis
contra, in primo notabili, in lect.
& in repet. Nimirum igitur ex-
ceptionem habens aduerſus iura-
mentum, ex metu puta, vel dolo,
vel tali aliqua cauſa, ex qua ab-
ſolutionem, ſeu relaxationem
prætendit; petit illam à ſuo Iudi-
ce; tum quia nihil petit ab aduer
ſario, vt Abb. inquit in loco ſu-
pra citato; tum quia ipſe origi-
naliter eſt reus, nempe ex ipſo
iuramento : & hanc Partem ſe-
quitur, & firmat Couar. lib. 1. var.
reſol. c. 18. ſub num. 5. quaſi in fin.
ver. quinto.
Et pro ſublimitatione limita-
tionis allatæ ad regulam, actor
ſequitur forum rei, vt non proce-
dat vbi reus originarius agit ſu-
per exceptione ſua; videas eun-
dem Abb. in d. c. ſi quis contra,
in primo notab. ſub num. 5. ver.
10 Et hæc: vbi † ſublimitat eandem
limitationem veram eſſe in exce-
ptione proprie dicta, quæ tantum
competit ſtimulato, vel ſtimulan-
do ſtimulo actionis : ſecus putat
in exceptione improprie dicta :
exemplum ponit in exceptione,
quæ opponitur contra electum
confirmandum, vel confirmatum
conſecrandum: quæ competit ra-
tione publici intereſſe, & non ei,
contra quem dirigatur ſtimulus
actionis. † & appellatur exceptio 11
intentionis; quia licet electus nõ
petat confirmationem, habet ta-
men, vel habere debet intentionẽ
ipſam petendi : hæc enim exce-
ptio improprie dicta † non diſcu- 12
tietur coram Iudice rei, ideſt ex-
cipientis; ſed coram Iudice ipſius
electi; quia iſta eſt quæſtio prin-
cipalis de ſe : ideo non ſpectat ad
Iudicem excipientis; qui conue-
niendo loco Actoris fungitur; ſed
ad Iudicem electi; qui conueni-
tur : ita Abb. in d. loco, qui latius
declarat; ſed hic iſta ſufficiunt.
Sed pluſculum dubitationis ha
bebit propoſita quæſtio, † ſi po- 13
namus iurantem iuraſſe in alieno
foro, prout in his terminis caſum
ponit Fel. in c. 1. num. 3 1. de iur.
Vbi format caſum in Florentino;
qui iurauit Bononiæ ſoluere vſu-
ras. Numquid Epiſcopus Floren
tinus poterit eum abſoluere? hoc
enim caſu ratio illa, quod attendi
debeat origo cauſę naturalis, &
originarię, & propterea eius fo-
rum eſſe adeundum, nempe vbi
reus ipſe originarius, ideſt iurãs
ab actore conueniendus eſſet, non
ſtat hoc caſu pro concluſione af-
firmatiua ſupra firmata, & pro
ipſo abſoluendo, vt habere de-
beat relaxationem à ſuo ordina-
rio : ſed ſtat contra eum : nam
ex quo Bononiæ contraxit, & iu-
rauit; ibi ratione illius negocij
principalis originarij eſſet con- 1
ueniendus, per illam rationem,
& iuxta l. hæres abſens : §. 1. ff.
de Iudi. & c. fi. de for. compet. Et
ideo Fel. in d. loco refert Car. 1
dicen-

dicentem in huiuſmodi caſu fuiſſe conſultum pro contraria opinione, ea ratione; quia Iudex Florentinus non eſt Iudex hominis Bononienſis, niſi forte contractus initus fuiſſet Florentiæ; & tunc non eſt eius Iudex, niſi quando ibi inuenitur: ita dixit Card. vt Fel. refert in d. loco per c. Romana: §. contrahentes: de foro compe. lib. 6.

Circa hanc opinionem Cardinalis cum primis illud aduertemus, quod ipſe in ſecunda Parte, ſeu in ſecundo dicto ſuæ opinionis, non diſcordat ab opinione Abbatis ſupra relata. ſentit enim Cardinalis, quod vbi contractus eſſet initus Florentiæ; tunc Florentinus, qui iurauit, peteret relaxationem à Iudice ſuo, ſcilicet Florentino, non obſtante, quod ſit Bononienſis alter, cum quo contraxit, cuique iurauit. nam & in his terminis loquutus eſt Abbas; tunc enim ſubintrat illa ratio, & doctrina ipſius Abbatis, nempe, quia ipſe iurans eſt ibi reus originarius: & ratione cauſæ originariæ, & principalis ibidem relaxationem habet. Et profecto in terminis huius caſus non videtur quod aliqua occurrere poſſit difficultas, vel dubitatio, eo quia hoc caſu Iudex Florentinus eſt Iudex etiam Bononienſis, cui ſcilicet iuratum eſt, vt ſentit Card. & verum eſt; quia ratione illius negocij eius forum ſortitus eſt. † nam forum quis ſortitur ratio-
14 ne negocij geſti. c. fi. de foro cõp. l. heres abſens. §. ſi quis: ff. de Iud. ſaltem vt in cauſa, non obſtante eius abſentia, procedi valeat, vt
15 infra ſubijciam; etiam † quo ad diſſolutionem contractus, vt per Alex. ſingulariter in d. §. ſi quis, in addi. ad Bart. per tex. ſingularem in l. in contractibus. §. in omnibus, vbi Bart. C. de non nume. pecu. nimirum igitur ſi relaxationem petit iurãs coram Iudice ſuo; quia idem ille eſt Iudex etiã alterius, qui ſecum ſcilicet contraxit, ratione ipſius contractus, & negocij ipſius originarij, quod attendi debet, vt ſupra oſtenſum fuit. Ideoque in tantum abeſt, vt obſiſtat hoc caſu regula, actor ſequitur forum rei, de qua ſupra, vt potius adſiſtat.

Hanc tamen ſecundam Partem prædictæ ſuę opinionis, videlicet quod fieri poſſit abſolutio in loco, in quo eſt initus contractus, ipſe D. Card. reſtringit procedere dummodo forenſis, qui contraxit, ibi inueniatur: alias non, per d. §. contrahentes: & cum hac reſtrictione pertranſit Fel. vbi ſupra in d. q. 11. ver. inquantum. nã licet primo opponat contra eam, ꝙ idẽ videtur, ſi non inueniatur; quia d. §. contrahentes, non habet locum in contractu iurato, vt ipſe dicit allegans ad hoc, & opponẽs auth. de exhib. re. §. ſi vero etiam quidam iurent; vbi proceditur ſtante iuramento contra abſentem: tamen ipſe reſpondet, quod illud habet locum, quando ipſe trahendus ad locum contractus eſt ille, qui iurauit; quod non eſt hic; quia ipſe eſt cui iuratum eſt: & ſic pertranſit cum illa reſtrictione D. Card.

Verum videtur mihi quod iſta reſtrictio non ſit neceſſaria. Et ad rationem, in qua fundat hanc reſtrictionem D. Cardinalis, videlicet;

cet; quia Iudex Florentinus non eſt Iudex Bononienſis, patet reſponſio ex ipſo §. contrahentes,
16 † videlicet non eſt Iudex competens quantum ad hoc, vt ipſum Bononienſem, cui ſcilicet iuratũ eſt, trahere poſſit inuitum coram ſe; vel ſi citatio eum ibi non apprehendit, vt poſſit poſtmodum eum abſentem citare ita, vt compellere habeat illum comparere, & conſtituere eum contumacem, vt poſſit illum alias excommunicare: nam ex quo eſt extra locũ, non habet iuriſdictionem in perſonam, vt poſſit eum compellere comparere, vel excommunicare; ſed poteſt procedere contra eum, & eum citare abſentem ad effectũ procedendi ad alia, puta ratione miſſionis fiendæ, vt dicitur in d. §. contrahentes: & ita illum tex. declarat Abb. in cap. fi. col. 3. ſuper Gloſ. 1. ver. Aut citatio, de for. compe.

17 Verum quidem eſt, † quod cõtrahens in aliquo loco non tamquam habens domicilium ibidem vel negociationem aliquam ſtabilem, ſeu perpetuam, ſed cõtrahit quaſi ſtatim receſſurus; non dicitur ſortiri forum ibi quantum ad hoc, vt fiat ſubditus; & ita, vt fieri debeat remiſſio, vt in delictis: tamen hoc verum non eſt, quantũ ad hoc, quin poſſit procedi contra illum abſentem, prout habetur in illo. §. contrahentes. Et ſic licet non ſit eiuſmodi fori contractio, quæ tribuat Iudici iuriſdictionem arctatiuam Perſonæ; tribuit tamen quo ad cognoſcendũ in cauſa, vt not. in d. §. contrahentes: & ſupra eſt dictum: & declarat Bar. in d. l. heres abſens. §. ſi quis tutelam: ff. de Iudi. & Hoſt. in ſum. de foro compe. §. 2. ver. Item ratione contractus. explicatius Innoc. in d. c. fi. de for. cõp. Et conſequenter non poteſt eius contumacialis abſentia relaxationem alterius Partis impedire. Et præſertim quia nihil diſponit circa Perſonam abſentis, vt hanc rationem adducit Anto. in addi. ad Lap. alleg. 10. relatam à Fel. in præall. q. 11. & infra allegabitur. Quamuis enim non ſit dare in eo vera contumacia ex eo, quia, vt dicunt, non poteſt duci inuitus; eſt tamen quod ſibi imputet; quia citatus fuit: & ita ſentit Alex. in addi. ad Barto. in d. §. ſi quis tutelam, in vlt. addi. in terminis fere premiſſi caſus. immo loquitur in fortioribus; quia ponit caſum in duobus Florentinis, qui contrahunt Senis, & iurant ſeruare contractum: & vnus tandem vult petere abſolutionem ab Epiſcopo Senenſi, altero abſente. Et dicit hunc eſſe caſum quem poſuit Lap. in d. alleg. 10.

Et hæc eo expeditius procedẽt, ſi præſupponamus non eſſe neceſſariam citationem in huiuſmodi abſolutione: qua de re infra tangetur.

Dubium igitur remanet in caſu præmiſſo, vbi quis iurauit in foro alieno, vt loquitur Fel. quo caſu Card. tenet abſolutionem non poſſe dari à Iudice, ſeu ſuperiore ipſius forenſis, qui ſcilicet iurauit in aliena Dioceſi. Et quidem non militant in eo rationes Abb. ſupra adductæ, quæ faciunt pro iurante, vt poſſit obtinere abſolutionem à ſuo Iudice, ſeu in ſua Dioceſi per illam rationem, quod atten-

attenditur cauſæ originariæ, & naturalis origo, & natura; & propterea eius forum eſſe adeũdum, nempe vbi reus originarius, idest ipſe iurans conueniendus eſſet ab actore: hæc enim ratio non ſtat hoc caſu pro præmiſſa opinione affirmatiua, & pro abſoluendo, vt poſſit habere abſolutionem in foro ſuo; ſed ſtat contra eum: nam ex quo Bononiæ contraxit, & iurauit iuxta caſum præmiſſũ, & ex Felino figuratũ, ibi ratione illius negocij principalis, & originarij eſt conueniendus per dictam rationem, & iuxta l. hæres abſens. §. 1. ff. de Iudi. & d. c. fin. de for. compet.

Verumtamen & in eo quoque caſu contra opin. Cardi. tenuit Calderin. in tit. de offi. ordi. cõſ. 1. incipit an Epiſcopus, & in d. c. 1. de iureiur. conſ. 6. Quis Epiſco-

18 pus, † quod imo Iudex illius, qui iurauit, poteſt eũ abſoluere, quãuis is cui eſt iuratũ, ſit de aliena Dioceſi: & mouetur ea ratione, quia ad eundem ipſum Iudicem ſpectat compellere dictum ſuum ſubditum ad obſeruantiam iuramenti caſu quo eſſet ſeruandum, per c. experientiæ. 11. q. 1. Hoc idem Felin. d. c. 1. d. q. 11. refert tenere Anton. in addit. ad Lap. in alleg. 10. ſupra relatum per alias rationes, nempe quia talis iurans ſuppoſitus eſt iudici ſuo, & agitur de tollẽdo ligamen ſibi ſubiecti, & de liberando animam eius. Item per illam rationem; quia non diſponit aliquid circa perſonam abſentis: & dicit eſſe pro hoc bonum tex. in c. poſtulaſti de foro cõpet. ad idem refert Rom. ſing. 485. Florentinus contrahit. Et ex his Felin. pertranſit cum opin. Calderin. & iſtorum qui illũ ſequuntur contra Cardi. quod Iudex Florentinus concedere valeat abſolutionẽ ſuo ſubdito, qui contraxit Bononiæ. Quam tamen opin. ipſe limitat, † & reſtringit 19
procedere in caſu, vbi non requireretur citatio partis in danda abſolutione: ſecus ſi requiritur citatio, quia tunc tenet cum opinione prædicta negatiua Cardi. per illam rationem, quia eo caſu citari ab eo non poſſet Bononienſis, cui iuratum eſt; cum non ſit ſuus ſubditus. l. extra territorium. ff. de iuriſd. om. iudi. quam Feli. dicit eſſe fortem rationem.

Quam rationem, & eiuſdem Felin. limitationem reſtringemus vt pcedat in terminis ſui caſus, ſcilicet quando Florentinus contraxit Bononiæ: Secus ſi iuraſſet Florentiæ, & ſic in ſuo foro, quia tunc ratione negocij geſti citari poſſet Bononienſis à Iudice Florentino, vt ſuperius dixi, per d. l. hæres abſens. §. ſi quis. ff. de Iudi. & expreſſe deciditur in d. cap. romana. dicto §. contrahentes, & ad ea quæ dicta ſunt ſupra in ver. verum videtur.

Quod aſſignari poteſt pro ampliatione opinionis Ab. ſupra relatæ in prima Parte huius quæſt:
† vt illa procedat, ſiue requiratur citatio partis, ſiue non; iuxta prædicta. De qua re, ſcilicet quando requiratur citatio, ſuo loco peculiari agetur infra, in 3. parte quæſt. 16. 20

Et iuxta prædictas concluſiones ſupra firmatas reperi ſenſiſſe D. Anton. Gagliar. in illo ſuo opuſculo de Abſol. Iuram. quod ipſe vocat

uocat breuiarium, in quarto, & vltimo §. à num. 29. vſque ad 43. quod habui prę manibus poſt hęc ſcripta, & de quo mentionem feci in principio tract.

Alium quoque articulum addit ibidem D. Anton. vtilem, & practicabilem, quis erit Iudex competens in dãda abſolutione;
21 † An Iudex ordinarius loci origi-nis, vel Iudex domicilij quo ſe tranſtulit; & concludit quod ſi ita domicilium tranſtulit, vt appareat de animo deſerendi patriam omnino, quod tunc abſolutio dari poteſt & debet ab ordinario domicilij, & non patriæ, ſeu originis: alias ſi non apparet de tali animo, etiam ab ordinario patriæ dari poteſt.

Et in caſibus in quibus non intelligitur mutatus forus originis, licet alio tranſtulerit ſuũ domicilium, tali caſu ſi affectate, atque ex induſtria ſolũ pro habenda abſolutione ad patriam redierit; tenet quod talis affectatus reditus illi non debeat prodeſſe ad habendam ibi abſolutionem. Et minus ſi vellet eam obtinere per Procuratorem, cum ipſe vti abſens non poſſit ibi conueniri, nec forum ſortiri.

QVAESTIO IX.

De Poteſtate Parentum, & Maritorum, circa iuram. Filiorum, & Vxorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenta, ac item vota perſonalia impuberum filiorũ parentes irritare poſſunt.*

2 *Parentes irritare poſſunt iuramenta etiam realia filiorũ ſuorum etiam puberum: Intellige, & declara, vt num. 3.*

3 *Mariti irritare poſſunt iuramenta vxorũ: declara, vt n. 3.*

NONA non extranea quidem à propoſito non eſt prætereunda quæſtio, vtrum parentes filiorum iuramenta relaxare valeant. Idem & de maritis quo ad iuramenta vxorum quærẽdum occurrit. Res in quæſtionẽ vertitur ex his quæ Num. c. 30. legũtur; vbi ex Dei ordinatione † auctoritatem habẽt patresfamil. contradicendi iuramentis filiorum; itidemq. mariti iuramentis vxorum eaque pariter irritandi. Hoc idem iure canonico cauetur, eiſque conceſſum eſt, vt in c. tribus 22. q. 4. & q. 5. c. pueri. & 32. q. 2. c. mulier, ex quibus pro affirmatiua videtur reſpondendum. Neque ei obſtat obiectio, quod illa iura loquuntur de impuberibus, ac item de iuramento, & voto perſonali: ſed materia quæſtionis eſt de iuramento reali promiſſorio alicuius

cuius rei, ſeu confirmatorio alicuius contractus initi, & præſtito à iurante ætatis idoneæ.

2 Nam reſpondeo † idem eſſe de iuramentis realibus, ſcilicet ad rem familiarem ſpectantibus, & à iuratoribus ætatis idoneæ ſuſceptis: nam & hæc quoque irritare poſſunt Patresfamil. & mariti, vt tradit Nauar. in Man. confeſ.cap.12.de irritatio.votor. num.64.ver. poſſent tamen. Qui & ſi de votis loquitur, idem & multo magis intelligendum eſt de iuramentis à filijsfam.& vxoribus ſuſceptis, vt illa Patresfam. & mariti irritare valeant per locum à minori ad maius. nam ſi hoc poſſunt in voto, quod minus poſſe videbantur; quia eſt fortius vinculum voti, quam iuramenti, vt ſupra retuli ex D.Tho.& Dom. Sot. magis poſſe debent in iuramentis.

Contra videtur; quia ſeruanda ſunt iuramenta, quæ ſeruata non vergunt in interitum ſalutis: & nemini danda eſt anſa veniendi contra proprium iuramentum. c. ſi vero.c.verum. extra de iureiuran. Et item quia laicis non poteſt competere huiuſmodi facultas diſponendi ſuper iuramento, vt ſuper eo diſpenſare valeant, ad dicta ſupra hac Par. quæſt. prima & 7.

Veritas & reſolutio habebitur habita ratione contractus iuramento firmati, ſecundum huiuſmodi

3 diſtinctionem. † Nam aut eſt talis contractus filij, & vxoris, quem Pater, & Maritus irritare poſſunt: tunc filius, & vxor etiam nexu iuramenti ſoluuntur; quia tollitur eius materia, vt dicit Fr. Dom.Sot. in tract. de iuſti. & iure: lib.8.q.1. art.9. col.3. ad hoc trad. inf. Par.4. caſ.11.

Pone caſum vbi cōtractus eſſet de tali materia, ſeu re tali, cuius reſpectu filius, vel vxor ſubdūtur patri, & marito, vel vnde eis præiudicium affertur: ex quo enim iuramentum eſt præſtitum ſuper materia ſpectante principaliter ad patrem, vel maritum, poſſunt illius effectum impedire; quia in tali materia intelligitur ſalua, & excepta ipſorum auctoritas, ideſt Ius in iuramento filiorum, & vxorum: & ideo ipſis non conſentiētibus iuramentum non ligat; dico inf. in ſeq. Par. q. 1.

Si vero contractum illum pater & maritus irritare nequeunt; tunc nec iuramentum. Ideoque eo caſu ad ſuperiorem eſt recurrendum: vt dicit Sot. in loco citato.

Eſt porro animaduertendum, quod neque in primo caſu pater, vel maritus diſponunt aliquid circa iuramentum; ſed ſolum ſuper materia, vel re eis ſubdita, & ſic ſuper iure ſuo: nulla enim facultas competere poteſt laicis directe ſuper iuramento ratione ſpiritualitatis, quod habet in ſe.

Vnde nec in eis relaxatio iuramenti conſiderari poteſt, vt prædixi: ſed eſt de natura iuramenti, vt non liget diſſentiente Patre, vel marito per d. rationem; quia intelligitur in eo ſalua eorum auctoritas, ſeu Ius: & eſt generale, quod iuramentum non ligat in præiudicium tertij. c. cum contingat, de iureiur. & c. quamuis, de pact. in 6. & dico inf. in ſeq. Par. d. q. 1.

QVÆ-

QVAESTIO X.

Vtrum abſoluere quis poſsit ſeipſum à iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Auctorizare quis nequit ſibi ipſi in facto proprio.*
2 *Agens, & patiens diſtincti inuicem eſſe debent.*
3 *Papa obligatur iuramento.*
4 *Papa abſoluere poteſt ſe ipſum à ſuo iuramento ex cauſa: amplia, vt nu. 9.*
5 *Papa iudicare poteſt in cauſa propria.*
6 *Papa quomodo committat alteri vt ipſum à iuramento abſoluat.*
7 *Iurans qui ſuperiorem non habet, ſi iuramentum eſt diſpenſabile, ſe ipſum diſpenſare poteſt.*
8 *Ius ſibi ipſi quis dicere poteſt deficiente ſuperiore.*
10 *Inferiores citra Papã nequeunt abſoluere ſe ipſos à iuramẽto, neque ſuam abſolutionem alteri committere poſſunt.*

DECIMO & vltimo quęro, An qui poteſtatem habet abſoluendi alium à Iuramento, ſeu qui poteſtatem habet diſpenſandi in iuramento, poſſit abſoluere ſe ipſum. Et quia hi non vnius, & eiuſdem gradus ſunt; ſic non vna definitione quæſtio expeditur. Sed vtar duplici in ea inſpectione.

Et primo videbimus de Papa; deinde de Epiſcopo, & inferioribus.

Et quo ad primam inſpectionẽ circa Papam, doctores diſcutiunt hunc articulum in c. 1. vbi Abb. præſertim, & Deci. in 2. lect. de conſti. idem Abb. in c. propoſuit, de conceſ. præb. & per Fel. in c. præterea, il 1. num. 20. de ſponſal.

Et videtur negatiue concludẽdum, videlicet quod Papa non
poſſit ſe à ſuo iuramento abſolue-
re, ſeu ſe ipſum in eo diſpenſare:
Nõ enim poteſt quis in facto pro- 1
prio diſponere auctorizando: Cle.
2. de reb. eccl. alie. ad hoc. C. ne
quis in ſua cauſa iudi. in rubr. &
nigro. Secundo pro hac parte
facit. c. fi. de inſti. Et quod Abb. ibi
num. 4. notabiliter dicit, † quod 2
debet eſſe diſtinctio inter agentẽ,
& patientem: vbi etiam alia ad-
ducit. † Et non eſt dubium, quin 3
Papa obligetur ſuo iuramento. nã
obligatur, vt notat Abb. in d. c. 1.
vbi etiam Deci. poſt eum, in ſecunda lect. num. 23. de conſti.

Et hæc Pars vera videtur intantum, vt alteri etiam committere

non valeat, vt ipſum abſoluat per ea, quæ tradit Abb. in d. c. fi. nu. 6. de inſti. nempe; quia ille videtur repreſentare Perſonam eius, & Papa in effectu videretur facere per alium, vt in reg. qui per alium, lib. 6. Et ſi vis alias citationes pro hac Parte, videre potes penes dominũ Flam. Pariſ. in ſuo tract. de reſigna. benef. lib. 3. quæſt. 18. num. 93.

Contraria opinio affirmatiua verior reputatur à Doctoribus,
4 qui & eam ſequuntur, † quod Papa ex cauſa ſe ipſum abſoluere poſſit: quam tenet Abb. in d. c. propoſuit, num. 13. de conceſ. præ. dum negat hoc poſſe facere ſine cauſa: ergo cum cauſa ſentit, quod poſſit; id quod expreſſe tradit Deci. in d. c. 1. in 2. lect. num. 24. de conſti. ita expendendo ſententiam ipſius Abb. Et etiam ex eo; quia cum cauſa poteſt alios abſoluere: ergo & ſeipſum. negãt enim ſolum ſine cauſa non poſſe alios abſoluere: & ſic ſtãte cauſa, iſta ratio ceſſat, & non reſiſtit, quin & ſe ipſum cum cauſa abſoluere poſſit: ita Deci. in d. loco; poſt modernos ibi per eum citatos; & hanc partem tenuit Petrus Anch. in c. venerabilem, in fine: de elect. ſequitur Fel. ſupra citatus in c. præterea, il 1. num. 20. de ſponſal. & in c. conſtitutus, num. 18. ver. potentiam. de reſcr. idem in c. 1. num. 33. poſt Abb. ibi de conſti.

Non obſtant d. c. fi. de inſti. & alia ſupraadducta; quia regula, & diſpoſitio illorum, & ſimilium eſt de iure poſitiuo; patet, quia non habent locum in iuriſdictione voluntaria, vt patet in l. ſi conſul. ff. de adopt. Et ideo nec etiam in contentioſa locum habent in Papa: † qui & propterea in cauſa 5
propria poteſt iudicare, vt not. in c. cum veniſſent de Iudi. ita dicit Deci. in præcitato loco: ex quo infert, quod ſi poteſt Papa in cauſa propria iudicare, ergo pariter videtur, quod in caſu prædicto poſſit ſe ipſum abſoluere: † & 6
quod etiam alteri poſſet hoc cõmittere: qui tamen hoc faceret iure proprio, & non nomine ſummi Pontificis, ſecundum quod declarat Abb. in d. c. fi. de inſti. maxime num. 6.

Et corroboratur hæc opinio ex notabili dicto Archi. in c. venerabilem: de elect. vbi vult, † quod 7
ſi ille, qui iurauit in materia diſpenſabili, non habet ſuperiorem, poteſt ipſemet ſecum diſpenſare. quod dictum refert poſt alios à ſe citatos dominus Flam. Pariſ. d. tracta. d. q. 18. ſub nu. 110. addens, quod hoc caſu poſſet alteri committere abſolutionem, per Gloſ. in c. ſane, il 2. de offic. dele. & in c. nemo. 9. q. 3. † nam deficiente ſu- 8
periore, quis poteſt ſibimet Ius dicere, Inno. in c. olim. il 1. de reſt. ſpol.

Porro ſine cauſa D. Papa non rite ſe abſolueret, nec per ſe ipsũ, nec per alium; quia neque alios ipſe abſoluit ſine cauſa, vt tradit Deci. in d. c. 1. 2. lect. num. 24. poſt alios quos allegat, de conſti. & ſupra ego adnotaui in prima par. quæſt. 2.

† Amplia prædictam Conclu- 9
ſionem in Papa, vt poſſit ſe ipſum abſoluere à iuramento, vbi mouetur ex cauſa rationabili, & etiam ſuam abſolutionem alteri committe-

mittere, vt vera ſit, etiam quod iuramentum ſeruari poſſet ſine interitu ſalutis: ſed eſſet pernicioſum exemplo: ita Fel. vbi ſupra ex Ancha. vt ſupra citato.

Quo ad ſecundam inſpectionẽ,
10 † circa Epiſcopum, & inferiores breuiter eſt concludendum, eos ſemetipſos abſoluere minime poſſe, neque alteri ſuam eiuſmodi ipſorum abſolutionem committere: tum quia permiſſa ſummo Pontifici contra regulam, & diſpoſitionem Iuris poſitiui, iuxta prædicta, nõ ſunt permiſſa Epiſcopo: tum quia illa alia ratio, in qua fũdatur dictum Archi. in d.c. venerabilem, & Innoc. in c. olim. quia Papa non habet ſuperiorem; non habet locum in Epiſcopo, & multo minus in inferioribus; quia Epiſcopus habet ſuperiorem, nedum D. Papam; ſed etiam Archiepiſcopum. Et ideo hinc eſt, quod Epiſcopi, & alij inferiores à votis per eos emiſſis ſe abſoluere nequeunt, vt not. Ab. in c. magnę: de vot. quem refert idem Pariſ. d. q. 18. nu. 95.

Finis Secundæ Partis.

DE

Digitized by Google

DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI PROMISSORII, ſiue Obſeruationis.

PARS TERTIA.

Quomodo, quibusve concurrentibus danda ſit abſolutio à Iuramento.

QVAESTIO PRIMA.

Quotupliciter diſpenſari contingat in iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ſeu diſpenſatio dupliciter fit in iuramẽto, ſcilicet vel directè, vel indirectè; ſed ſecundum primum modum non eſt proprie abſolutio: num. 7.*

2 *Abſolutio iuramenti directè fieri quando dicatur, & num. 8.*

3 *Auctoritas ſuperioris ſalua, & excepta eſſe debet in iuramento.*

4 *Iuramenta multa tollit Papa pro libitu ſine alia cauſa.*

5 *Iuramẽtum remittit quilibet, cuius Ius læditur principaliter. & nu. 6.*

7 *Iuramenta filiorum, & vxorũ qualiter dicantur relaxari à parentibus, vel maritis.*

9 *Abſolutio indirectè qualiter contingat in iuramento.*

10 *Rex vel Epiſcopus ſi deponantur à Papa regno, uel Epiſcopatu, ſubditi eo ipſo abſoluti ſunt à iuramento obedientiæ.*

11 *Statuta iurata ſi reuocantur, conſequitur abſolutio ab illo iuramento per indirectum.*

12 *Argumentum ſeu locus de tam quam, ſeu reſpectiuis, unde et quomodo deducatur.*

Cauſa

13 *Cauſa ſeu reſpectus, ex quo quid ſit inſpicitur.*

14 *Iuramento ineſt conditio ſi res in eodem ſtatu permanſerit.*

15 *Iuramentum ſuperiori præſtitum intelligitur in ſpectantibus ad officium, ſeu dignitatem.*

16 *Abſolutionis mentio fieri ſolet etiam vbi tollitur iuramentũ per indirectum: & quare.*

17 *Prælatus an amiſſa, ſeu depoſita prælatura, adhuc remaneat ligatus iuramento, quo ſe in prælatura obligauerat: & nu. 18.*

19 *Gerens negocia aliena an, & quatenus finito negocio remaneat obligatus iuramento, quo ſe obligauit.*

20 *Legis Procurator, qui pro euictione: ff. de procur. intellectus.*

21 *Contrahens nomine alieno, ſeu pro alio, ſiue cum mandato, ſiue ſine mandato, quãdo obliget ſe ipſum tantum: vel Dominum tantum, vel vtrumque.*

22 *Actio ex contractu geſto à Procuratore, vel alio contrahente nomine alieno, quando intelligatur acquiſita Procuratori, ſiue contrahenti, vel Domino.*

23 *Eccleſia an & quando remaneat obligata ex iuramento Prælati, & an egeat abſolutione: remiſſiue.*

24 *Tutores vel Curatores depoſita adminiſtratione cenſentur liberati à iuramento, quo ſe vti tutores, & curatores obligarunt.*

25 *Iuramentum ſemel extinctum non reuiuiſcit.*

26 *Canonicus non remanet ligatus iuramento præſtito ab eo vti Canonico ſi deſinit eſſe Canonicus.*

27 *Subditi remanent ſoluti à iuramento ſuperiori præſtito, illo deſinente eſſe ſuperiore.*

VISO de abſolutione iuramenti, quid ſit, quomodo diſtinguatur, ſeu ma uis accipiatur: Vtrũ dari poſſit, vel debeat, & à quo dari debeat; congrue hic ſubnectitur tertia principalis huius tractatus Pars, quomodo, & quibus concurrentibus abſolutio à iuramento dari debeat. In qua quidem tractatione cum de modo ergo tollendi iuramentum acturi ſimus, confert ad illius materiæ clariorem, amplioremque doctrinam, & cognitionem cumprimis ſcire ac præmittere, † quod duobus mo- 1
dis contingit tolli iuramentum, ſeu ſuper illo diſpenſari: ſcilicet directe, & indirecte, ſecundum Frat. Domi. Soto in tract. de iuſti. & iure. lib. 8. q. 1. art. 9. col. 7. in fi. ver. conſuenit: ſequitur ex noſtratibus D. Ioan. Bapt. Marcheſ. in tract. de commiſ. Par. 1. Com. 1. c. 2. nu. 14.

Directe bifariam rurſus contingit diſpenſari, ſecundum eundem Sot. in loco alleg. † Vno modo 2
ratione materiæ ſpectantis principaliter alteri cui iurans aliqua ratione ſubiectus eſt, cuius ratione ipſius ſuperioris auctoritas

ſalua

ſalua,& excepta eſt in iuramento. Nam in hoc caſu iſte ſuperior directe diſpenſat in huiuſmodi iuramento in tantum, vt illud poſſit tollere, ſeu remittere pro ſuo libitu,nulla alia requiſita cauſa
3 † per dictam rationem , quia intelligitur excepta , & ſalua ipſius auctoritas in iuramento. Exemplum pone in Papa primum quo ad iuramenta præſtita ab Epiſcopis de non alienando, vel in feudando bona Eccleſiæ , iuxta cap. vt ſuper , cum Gloſ. ver. ſacram. de rebus Eccl. al. vt ſunt etiam iuramenta canonicorum circa taxationem numeri canonicatuũ, & de non recipiendo aliquem vltra numerum : ac item alia ſimilia iuramenta præſtita ſuper be-
4 neficijs eccleſiaſticis.† iſta enim & ſimilia iuramenta Papa directe pro libitu tollit,nulla requiſita cauſa diſpenſandi : quia in talibus habet plenariam poteſtatẽ, quæ non debet minui , vel aliqua ex parte labefactari per iuramenta ſubditorum;quia ſic lęderetur ius ſuum , quod ſibi competit diſponendi plenarie ad libitum ſuper talibus materijs ad ipſum principaliter ſpectantibus : quod fieri non debet , ſed ſalua debet eſſe ipſius auctoritas , ideſt hoc ſuum ius in iuramento,c.venientes : vbi Abb. & omnes, de iureiur. c. conſtitutus , vbi idem Ab. Felin. Deci.& alij . de reſcrip. & per Sot. in loco antedicto.

5 Imo † hic modus,& hæc facultas tollendi directe iuramentum competit ne dum Papę,ſed etiam cuicumq. ſeu is eccleſiaſticus ſit, ſeu ſecularis, cui ius ſuperioritatis aliqua ratione competat : vt ſunt, exempli gratia,pater reſpectu iuramenti filiorum : maritus reſpectu vxoris: Epiſcopus reſpectu clericorum:Item Princeps ſecularis , ac item Iudices inferiores reſpectu ſubditorum . Nam hi quoque omnes directe relaxare poſſunt iuramenta prædictorũ ſibi ſubiectorum,quæ præſtita ſũt ab illis ſuper materia ad ipſos principaliter pertinente , ac ius ſuæ ſuperioritatis principaliter reſpiciente : quia eorum quoque auctoritas , ideſt ius ſaluum , & exceptum debet eſſe in iuramento,vt habetur per Doct. in d.c.venientes de iureiur. & in d.c. conſtitutus, vbi præſertim Deci. & Felin. in ver. auctoritas , de reſcrip.

Quin amplius † competit hic 6
modus cuilibet alij etiam priuato,qui haberet ius,licet non eſſet ſuperior; quia in præiudicium alterius iuram. præſtari nõ poteſt, vt in c. cum contingat , in fi. de iureiur. & c.quamuis de pact.lib. 6. facit reg. non debet , de reg. iur. in 6.not. Deci. in d.c.conſtitutus , in Gloſ. in ver.iuramento de reſcri. De qua re, quia non longe ab hinc inferius opportunius pleniuſq. agendum eſt, non opus eſt hic alium meditari tractatũ.

Illud hic obſeruandum occurrit,† quod rem proprio iure acci 7
piendo , ſecundum hunc modum non eſt abſolutio, etiamſi de Eccleſiaſticis intelligimus : Sed eſt potius ſimplex declaratio voluntatis nolle iuramentum ſeruari : nec enim opus eſt abſolutione, quod patet ex eo : quod dictum eſt de iuramẽtis filiorum reſpectu patris; & vxorum reſpe-

ctu ma-

ctu maritorum, & ſimilium alio-
rum laicorum, quibus certum eſt
diſpenſationem, ſeu abſolutio-
nem in iuramento non compete-
re: ad dicta ſup.par.2.q.1.& 7.&
dicenda inf. hac par. 3. q. 5. Vt
enim tolli,ſeu remitti habeat iu-
ramentum iuxta hunc modum
non eſt opus, vt adſit facultas di-
ſpenſandi, ſeu abſoluendi in re-
mittente, ſed hoc prouenit ex na
tura iuramenti, quod non ligat,
nec operatur effectum ſuum in
præiudicium iuris tertij: & ideo
hoc ſolum ſufficit, vt diſentiat is
cuius auctoritas, ſeu ius princi-
paliter læditur: ad latius dicen-
da infra hac par. q. 5. verſus fi-
nem.

8 Secundo modo directe diſpen-
ſatio,ſeu abſolutio fit in iuramen
to ab Eccleſia, ſeu Superiore Ec-
cleſiaſtico ex officio ſibi incum-
bente propter cauſam, ideſt vbi-
cumq. adeſt aliqua iuſta cauſa ob
quam abſolutio, ſiue relaxatio à
iuramento concedi debeat, vt in
iuramento vi, dolo, vel metu ex
torto;quia fit diſpenſatio in odiũ
eius qui vim intulit, vel fraudem
adhibuit, vt declarat Dom. Sot.
d. artic.9. col.8. ver. ſecundo di-
ſpenſat. Et iam ſupra in prima
parte in quæſtionibus de Papa,
& Epiſcopo dictum fuit. Alia
item exempla adducit Sot. d. lo-
co, nẽpe in iuramentis quæ præ-
ſtantur in fauorẽ excõmunicato-
rum, quia in eorum odium rela-
xantur: allegat. 15.q.6. c.nos ſan-
ctorum, & c.iuratos. Fit deniq.
inquit,diſpenſatio alias ob cau-
ſas,vt ſi licentiatus iurat non re-
cipere doctoratũ, niſi in tali vni-
uerſitate, & poſt ſuperuenit cau-
ſa iuſta alibi recipiendi; ex ea fit
diſpenſatio, ſiue à Papa ſiue ab
alio Eccleſiaſtico Superiore, iux-
ta quod ſtatuta ipſa ſunt, ſcilicet
vel Papæ,vel alterius:Ita Sot. vbi
ſupra.Cęterum de cauſis ob quas
legitima eſſe poteſt diſpenſatio
in iuramẽtis iuxta tractationem
noſtram, in quarta parte, vt po-
te ſuo peculiari loco ſpeciatim
agendum erit.

† Indirecte fit diſpenſatio quã- 9
do ſubtrahitur materia iuramen-
to,vt dicit Fra.Domi.Sot.vbi ſu-
pra citatus, † vt ſi Papa puta 10
Epiſcopum priuat Epiſcopatu,
tunc clerici ſubditi non adſtrin-
guntur amplius vinculo iuramen
ti obedientiæ,quo prius ei adſtri
cti tenebantur,iuxta caſum exem
pli gratia. c.nullus Epiſcopus,cũ
ibi notatis, de iureiur. & c.quã-
quam, diſt.23. cum Gloſ.ibi ver.
fidem: iuncto etiam c. alius,cum
Gloſ.fin. 15.q.6.Vel ſi priuat Re-
gem Regno, ſubditi pariter eo
modo abſoluuntur, ne iuramen-
to obedientiæ, vel fidelitatis ei
amplius teneantur, vt in d. cap.
alius.

Et pariter † ſi Papa puta, vel 11
alius ſuperior ſtatuta ad ſe ſpe-
ctantia reuocet: nam eo ipſo iu-
ramenti vinculo abſoluti cenſen-
di ſunt qui ad illorum obſeruan-
tiam iuramenti vinculo adſtricti
erant. Et talis abſolutio con-
tingit indirecte, ſeu per naturalẽ
conſequentiam, quia non appo-
nitur manus directe ſuper iura-
mento, ſed per indirectum per
ſubtractionem materiæ, ſiue cau-
ſæ remanet ſine effectu; facit c.
cum ceſſante: de appel. cum ſimi-
libus vulgaribus. Et hoc proba-

P tur

12 tur etiam ex ea ratione,† ex qua deductus & conſtitutus eſt locus de tamquam, ſeu reſpectiuis, de
13 quo Euer. in ſua Topi. Iuris: † nempe quia inſpicitur cuius reſpectu,& qua, ſeu cuius contemplatione quid fiat, vt per Euer. in d. loco iuribus per eum adductis. Ideoque cum iuramentum præſtitum fuerit Regi, vel Epiſcopo tãquam talibus, ipſis talibus eſſe deſinentibus, deſinit conſequenter virtus, & effectus iuramenti.
14 † Et in ſpecie quod iuramentum habeat conditionem annexam ſi res in eodem ſtatu manſerit, tradit Fed. de Sen. conſ. 239. nu. 1.
15 † Et ſuperiori præſtitum intelligitur in ſpectantibus ad officium. Gloſ. in l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. ita vt ſupra exemplificat Soto in loco iam dicto: & declarat etiam ex alijs per eum citatis D. March. in loco allegato.

Tamen canon videtur innuere
16 † quod etiam iuxta hunc ſecundum modum, in quo ſcilicet abſolutionem contingit fieri indirecte, ſeu ex conſequentia, nihilominus, & de iuramento, & de abſolutione ab illo conceſſa mentio expreſſe facienda ſit in prædictis caſibus, vbi ſcilicet deponitur Rex, vel Epiſcopus, vel fit reuocatio ſtatutorum, vel ſimilibus, vt patet in c. alius, præalleg. 15. q. 6. Quod D. Io. Bapt. March. vbi ſupra citat. dicit ſolitum eſſe ſeruari ab Eccleſia ad finem, vt ex ſcientia poteſtatem habentis ſuper diſpenſatione, ſeu abſolutione huiuſmodi iuramenti, abſolutio, ſiue relaxatio ipſa conſequi intelligatur: ne deinceps de ſubreptione dici poſſit, ex D. Th. 2. 2. q. 99. ar. 9. ad hoc c. 2. de ſen. & re.

Infertur ex prædictis de relaxatione iuramenti, quã indirecte fieri contingit, ad deciſionẽ quæſtionis de facili ad practicam cõtingibilis: de prælato qui nomine prælaturæ iurauit aliquid ſoluere debere, tandem vitio ſuo depoſitus eſt ab officio, vel renunciauit in manibus Superioris: vtrum ſit liberatus à vinculo iuramenti: quam formauit Bal. in c. venerabilem, num. 20. de elect. Et ſi eam ponemus in quocumq. alio beneficiato, magis erit practicabilis: Et ex prædictis patet † reſpondẽdum eſſe pro affirmatiua, quod ſit liberatus: quia non 17
iurauit tamquam ipſe in propria perſona, ſed tamquam alius in perſona Eccleſiæ: ita reſpondit Io. And. quem refert Bal. in d. loco, allegat. ff. quando ex Facto tutorum, l. poſt mortem. addetu rationẽ prædictam, quia inſpiciendum eſt ſemper quo nomine, quo reſpectu, & qua ſeu cuius contemplatione quid fiat: quæ probatur in d. l. poſt mortem, & multis alijs iuribus adductis per Euer. in d. loco, num. 5. & aliam rationem, quia iuramentum habet tacitam cõditionem annexã, ſi res in eodem ſtatu manſerit, vt per Fed. d. conſ. 239.

Limita † ſecũdum Bal. hoc verum eſſe ſi debitũ, puta, erat contractum pro vtilitate, vel neceſſitatẽ Eccleſiæ: Secus ſi pro negocijs proprijs: ita Bal. in loco antedicto: nam hoc caſu non aſſiſtũt rationes ſupra allegatæ: ſed remanet cauſa ex qua iuramentum adſtriugere habeat. 18

Secun-

Secundo limitat Bal. ſecus eſſe
19 ſi non vt Prælatus; † ſed vt alius Geſtor ſine mãdato ſe obligaſſet; quia remaneret obligatus, per l. Procurator, qui pro euictione: ff. de Procu. quam ſic exponendã eſſe ait, nempe Procurator, ideſt, Procurans; quia ſua ſponte ſe adſtrinxit. prout eam ita etiam intelligit Euer. d. loco de tanquam. nu. 12. & dicit eſſe verum intellectum ipſius legis.

Et hanc limitationem ipſe Bal. ampliat procedere, & veram eſſe etiam, quod interueniret poſtmodum ratificatio Domini; quia talis ratificatio non haberet tollere Ius quæſitum contrahenti. l. fi. ff. de pact.

20 Et de duobus † alijs intellectibus ad d. l. Procurator, qui pro euictione, vide eundem Bal. d. loco vbi ait illam legem intelligi poſſe etiam, vt loquatur quando nomen Procuratoris non eſt expreſſum in inſtrumento; ſed nomen proprium; quia dixit ego Petrus, nõ aũt adiecit ego Procurator: & hunc intellectum dicit eſſe verũ. Vel ibi Procurator dixit expreſſe obligo fidem meam, vel ſponte ſe obtulit oneri duplæ, & contractui abſque ſpeciali mandato Domini.

Sed quid ſi eſt expreſſum vtrunque nomen interpoſita copula? quia dixit ego Titius, & Procurator. vide Bal. vbi ſupra.

Et de hac materia: vtpote
21 extranea à propoſito: † Quando Procurator, vel alius, qui contrahit pro alio obliget ſe ipſum tantum; vel Dominum tantum: vel vtrumque. † Et
22 item quando actio aquiratur ipſi Procuratori, ſeu contrahenti, vel Domino: vide per Bar. in d. l. Procurator, qui pro euictione: & in l. ſi pupilli. §. 1. ff. de nego. geſt. vbi eſt plena Gloſ.

Et ſpeciatim in Procuratore in his terminis noſtris obligationis iuramentalis ſubnectam aliquid infra in Parte quarta ſub caſu nono de hærede.

Et de Eccleſia, † an & quando 23
illa remaneat obligata ex iuramento Prælati, vel Rectoris, ne multa extraria hic ponere videamur, recurre ad Bald. in l. generaliter. C. de reb. credi. & iureiurando.

Et an ei opus ſit abſolutione ratione huiuſmodi iuramenti, tangam infra ſub dicto caſu nono, in Par. quarta.

Ampliari modo poteſt illatio prædicta affirmatiue poſita de relaxatione ipſa iuramenti Prælati, ſeu Beneficiarij indirecte contingente, finita Prælatura, ſeu adminiſtratione, vt procedat pariter 24
in alijs ſimilibus adminiſtrationibus, vtputa tutelarum, curarũ, & ſimilium, quæ publica auctoritate decernuntur, & ex neceſſitate ſuſcipiuntur, vt not. in præall. l. Procurator, qui pro euictione: ff. de Proc. & in l. ſeruum Titij, in Gloſ. ver. emptori: ff. mand. & habetur per Euer. in præall. loco de tanquam, nu. 12. & declara, vt per eum.

Secundo amplia in tantum procedere, † vt iuramentum ſemel 25
relaxatum, & extinctum non reuiuiſcat amplius, etiam redeunte in Perſona eadem qualitate, qua exiſtente, prius iuramentum obli-

gabat,& operabatur, & qua ceſſante,& ſublata,iuramentum fuit extinctum,& relaxatum. Et hoc verum eſt tam reſpectu Perſonæ iurantis,quam iuramentum recipientis; nam ſiue eadem qualitas deficiat in iurante, ſiue in eo, cui iuratum eſt;deficit iuramentum. ſic è contra, ſiue ſuperueniat in iurante,ſiue in eo cui iuratum eſt, iuramentum non reuiuiſcit,iuxta exempla in vtroque caſu ſuperius adducta.

26 Exemplum de primo: † In Canonico,qui iurauit ſeruare ſtatuta Eccleſiæ,ſi deſinit eſſe Canonicus,non adſtringitur amplius illo iuramento,argum. c. venerabilē, de elect.& c.cum inter P.vbi not. de renun.

Et ſi iterū fiat Canonicus,obligatio prioris iuramenti non reuiuiſcit; ſed iterum iurare tenetur. d.c.venerabilem: & conſulit Fed. de ſen. conſ. 264. incipit ſi Canonici.

Item in Prælato, vel beneficiario depoſito,ſiue renunciante,iuxta prædicta ſup. in ver. infertur, & Fed. de ſen. in d. conſ.264. in princ.

De ſecundo,vbi ſcilicet ex parte eius cui iuratum fuit,deſijt illa qualitas,cuius reſpectu iurans voluit ſe obligare: † pone exemplū 27 ſimiliter in Epiſcopo, cui iuraſti tanquam Epiſcopo, & deſijt eſſe Epiſcopus: tunc enim amplius illo iuramento non teneris, vt in d.c. venerabilem; & tradit Abb. ita exemplificando in c.veritatis, num.3.quaſi in fi. de iureiur. non enim contemplatione Eccleſiæ; ſed Perſonæ illi iuraſti. Et ſimiliter exemplifica in Rege depoſito,iuxta ſuperius dicta.

QVÆSTIO II.

Vtrum neceſſario requiratur cauſa in abſolutione. Et primo de abſolutione ſimplici, & plena

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento dupliciter ſe habet, ſeu dupliciter datur, ſcilicet pure,ſeu ſimpliciter, & ſub conditione: & de vtriuſque modi diſcrimine atque effectu: & nu. 2.*

2 *Abſolutio iuramenti iuxta ſcilicet dictum duplicem modū, ſecundum quem datur,quandoque dicitur ſimplex, & plena abſolutio, quandoque conditionalis, & præparatoria: & num. 2.*

3 *Abſolutio ſimplex iuramenti ſine cauſa dari non poteſt. amplia, vt nu.8.*

4 *Iuramenti redditio,& obſeruatio dicitur de iure diuino naturali,*

turali,& de praecepto.

5 *Iuramentum etiam ſuper actu à lege humana prohibito interpoſitum, ſine cauſa non eſt relaxandum.*

6 *Epiſcopi dicuntur eſſe, nedum ſubtus Ius diuinum; ſed & ſubtus Ius Canonicum; ideo*

7 *Epiſcopi Ius Canonicum tollere nequeunt.*

9 *Abſolutio iuramenti ſine cauſa, etiam à Papa conceſſa, non poteſt præiudicare Parti in Iure ſibi ex conuentione, ſeu ex contractu acquiſito.*

10 *Abſolutio etiam à Papa ſine cauſa conceſſa non præiudicat Parti, etiam quo ad vinculum iuramenti, ſeu iuratoriam obligationem, qua Pars ſibi tenetur: quia non ſoluit iuramentum, nec excuſat à Periurio.*

11 *Iuramenti vinculo quem nobis obligatum eſſe vtile eſt.*

12 *Obligationibus pluribus aliquem ſibi obligatum eſſe vtile cuique eſt.*

13 *Papa non poteſt commutare in melius iuramentum inuito eo cuius intereſt.*

14 *Creditore inuito aliud pro alio ſolui nequit.*

15 *Cauſa abſolutionis dandæ à iuramento qualis eſſe debeat, vt abſolutio recte dari valeat, & num. 21.*

16 *Abſolutio datur in odium iuramentum illicite recipientis.*

17 *Abſolutio neceſſaria eſt, licet iuramentum ſit illicitum ex parte recipientis, ſi non ineſt peccatum in eius obſeruantia ex parte iurantis. & de ratione, nu. 18. remiſſiue.*

19 *Abſolutio non eſt neceſſaria in iuramento, quod eſt illicitum, & peccatum continet in obſeruantia ex vtraque parte; quia iurans contrauenire poteſt propria auctoritate.*

20 *Iurans illicite, & temere, licet non ligetur iuramento; debet tamen pænitentiam agere de illicita iuratione.*

21 *Cauſæ cognitio plena adhibenda eſt in abſolutione iuramẽti ſimplici, & plena: amplia vt nu. 23.*

VT ergo modo ſciamus quo modo, ac quibus concurrentibus, danda eſt abſolutio à iuramẽto; quæro ſecundo principaliter: vtrum neceſſario requiratur cauſa in abſolutione. Huius Thematis inueſtigatio atque diſcuſſio vtilis eſt ad elucidandam materiam huiuſmodi abſolutionis. Et cum iam præmiſerim † bifariam eam ſe habe- 1
re, ſeu duplici modo ac reſpectu abſolutionem concedi, nempe ſeu pure, & ſimpliciter, ſcilicet vt eo ipſo ſoluat vinculum iuramenti; quæ proinde apta eſt ex toto tollere obligationem, iuxta exemplificanda, & declaranda inf. eadẽ Par. q. 16. ver. cum primis, & ad dicta ſup. Par. 1. q. 1. ver. vlterius. Et ſecundum hunc modum dicitur, & eſt plena, & ſimplex abſolutio, iuxta ibidem dicta. † Vel 2
ſecundo modo datur abſolutio, non vt eo ipſo rumpat vinculum iuramenti; ſed conditionaliter, vt

vt ſuſpendat effectum iuramenti, & ſolum præſtet habilitatem ad agendum,vel excipiendum; & eſt conditionalis, quæ etiam præparatoria dicitur abſolutio,& relaxatio , iuxta iam dicta in d. q. 1. ver. vlterius,& q. ſeq. In ſecunda hac quæſtione quæro prius , vbi datur abſolutio,ita vt ſit ſimplex & plena abſolutio, an in ea requiratur cauſa, vt fieri habeat .

3 † Et firmanda eſt concluſio affirmatiua, vt in ea neceſſario requiratur cauſa . nam talis abſolutio ſine cauſa à nemine præſtari poteſt . Id pro regula traditur ab omnibus, teſte Domi. Soto nominatim in tract. de iuſti.& iure. lib.8.q.1.art.9.col.7. in fi.Gloſ.in c. quanto,& ibi Abb.num.8. ver. aut fuit pręſtitum,de iureiur.Fel. in c. 1. num.23.ver. item abſolutio,eo.& per Crau.conſil.7.lib.1.

4 Et ratio eſt manifeſta; † quia iuramenti redditio, ſeu obſeruatio eſt de iure diuino naturali,& de præcepto : id patet in iure noſtro 22. q.1.c. ſi peccauerit, & in c.debitores, vbi doct. & in c. & ſi Chriſtus, verſus fi.ibi,redde Deo &c. & ibi Abb.nominatim notat, quod tenemur ſeruare iuramentum ex præcepto iuris diuini : de iureiur.& not.Spec.in tit.de Inſtr. edi.§. 12. num.26. vbi dicit,quod propterea ſine cauſa nefas eſt illud infringere .

Primo amplia, vt ſine cauſa nō poſſit peti,nec dari abſolutio,etiā
5 † quod iuramentum eſſet adiectū ſuper actu à lege poſitiua,ſeu humana prohibito,vt aperte probatur in auth. ſacramenta puberū. C. ſi aduer. vendi. & in c. cum contingat, de iureiur.& in c. licet mul.eo.in 6.& de pact.eo. lib.6.in c. 2. alias enim fruſtratorium eſſet iuramentum, & fruſtratoria eſſet diſpoſitio illorum iurium, ſi pro libitu ſuperior poſſet iuramentum relaxare , vt efficaciter ex illis iuribus deducit Paul. de Caſtr. conſil.290. Viſa ſupraſcripta. ver. ſed dubitatur. lib.2. in nouis . Et Roma. conſil. 437. In caſu propoſito. num. 11. per tot. plures ad hoc videre poteſt , qui longioribus gaudet allegationibus penes D. Hora. Mandoſ. ibi in addi. ad Roma.

Intellige tamen & declara hāc ampliationem , quo ad prohibitionem legis humanæ,iuxta dicenda in Par.4. in caſu xij.

Secundo amplia,vt nedum Epiſcopus nō poſſet dare abſolutionē ſine cauſa , † cum ille nedum ſit 6
infra Ius diuinum; ſed etiam infra Ius Canonicum, † vt propte- 7
rea illud tollere nequeat,vt in terminis his noſtris deducit Caſtr. d. conſil.290.d.ver. ſed dubitatur.Epiſcopi enim & inferiores tenentur iura ſeruare,dicit Inno. in c.ad noſtram , il 2. num.2. de iureiur. † ſed amplia idem in Pa- 8
pa,vt eſt Gloſ.ordinaria,prællegata in c.quanto,ver. abſolui.vbi etiam Abb.d.num.8.de iureiur.& hoc tradit Papa Innoc. in c.2.in fi. de renun.refert eum Fel.in prę alleg.c.1.num.23.ver.& iſta ſunt. de iureiur.conſulit Roma.d conſ. 437. in fine. Paul.de Caſtr.d.cōſ. 290.num.2. in fi.ver. ſed dubium eſt,cum num. ſeq. Feli.plene in c. conſtitutus,de reſcri. & in c.2.de ſponſali.Deci.in c.1.in 2.lect.nu. 7. ver. quod autem alium : de conſti. & in c. ſignificaſti. ſuper

Gloſ.

Digitized by Google

Gloſ. ver. excipitur, de elect. de
qua re actum eſt ſupra in 2.par. q.
2.& ibi in 4. membro habes limi-
tationem.
9 Tertio amplia, vt † abſolutio
iuramenti etiam à domino Papa
ſine cauſa conceſſa non valeat, &
irrita ſit in tantum, vt non ſolum
non poſſit prçiudicare, ſiue dero-
gare obligationi, ac iuri ex con-
uentione partium, ſeu ipſo con-
tractu proficiſcenti, & acquiſito,
vt in exemplo illius caſus ſuper
quo conſulit Paul. de Caſtro in
10 præallegato conſ. 290. Sed † ne-
que etiam tollere habeat vincu-
lum iuramenti, atque iuratoriam
ipſam obligationem, qua iuriſiu-
randi religionis ratione pars par
ti tenebatur, atque ſubinde excu-
ſare nequeat à periurio partem
ipſam quæ iurauit, ſi contractum
non ſeruet. quod efficaciter, &
concludenter deducit Domi. Sot.
in alleg. tract. de iuſti. & iu. lib. 8.
q. 1. art. 9. col. mihi pen. circa fi. ea
ratione, quia in illa, quæ ſunt de
iure diuino naturali, neutiquam
cadit diſpenſatio, vt ibi per eum.
Cum ergo de iure diuino ſit, vt
qui iurauit reddat. c. & ſi Chri-
ſtus, circa fi. de iureiur. cum
alijs ad hoc ſuperius adductis,
quamuis illud vinculum ex volun
tate iurantis natum ſit, nequit
profecto ſine cauſa tolli; vt ait
ibidem Soto; Et multo minus in
terminis tractatus noſtri, & de
quibus nunc loquimur, quãdo ſci-
licet iuramentum ſit alteri cuius
intereſt; Verbi gratia, ſi cui pe-
cuniam debeam, non ſolum ſua
id intereſt, quod illi ſoluere te-
neor, verum etiam modus quo
teneor: ita Sot. cõcludit in d. art.
9. in fine, & nominatim, quod
† interſit partis habere partem 11
iuramento vinculatam: notat
Ab. in c. 1. col. pen. in fi. ver. partis
autem, de iureiur. Et generali-
ter † vtile eſt habere partem plu- 12
ribus obligationibus irretitã. l. ſi
actor. ff. de iureiur. vbi docto.
quapropter citra præiudicium
partis relaxare Papa tale iura-
mentum nequit. Vnde conſequẽs
ſit, quod ſi id ſine vrgenti cauſa
facere attentaret, abſolutio, niſi
fallor ait Soto in dicto loco, non
teneret; & ita tenent Doctores
omnes allegati in præcedentibus
ampliationibus. & Abb. in quæſt.
2. incipit ſtante ſtatuto, in primo
caſu ex multis quos conſtituit,
quando danda ſit abſolutio, & in
conſil. 12. circa finem, lib. 1.
Immo plus dicit Ab. in d. q. 2.
in d. primo caſu, videlicet quod
Papa † neque in melius commu- 13
tare poſſet tale iuramentum, inui
to eo cui acquiſita eſt obligatio:
† quia vnum pro alio, inuito cre- 14
ditore, ſolui non poteſt. ff. ſi cert.
pet. l. 2. inſti. quibus mo. tol. obli.
in prin. & per alia quæ adducit.
Quarto amplia † vt non quæ- 15
uis cauſa ſit ſufficiens, ſed debet
eſſe iuſta, & ſufficiens, ac talis ob
quam iuramentum mereatur re-
laxari, atque diſſolui: vtputa,
quia eſt talis cauſa quæ inducit
turpitudinem, & peccatum in re-
cipiente, qui ſcilicet iuramentũ
inique extorſit, puta dolo, vel me-
tu; vel ſuper re illicita, puta ſu-
per vſuris præſtandis; vel alias
cũ læſione iurantis, ita quod ob-
ſeruatio iuramenti peccatum in-
duceret in eo cui obſeruaretur,
† vnde merito in eius odium ab- 16
ſolutio

ſolutio ab huiuſmodi iuramento dari debet, vt in c. ſi vero, de iureiur. & per Inno. ibi, & in cap. debitores, eod.tit. & in c. ad aures, de his quæ vi, met. & in c. venerabilem, nu. 5. de elect. Nam
17 † abſolutio neceſſaria eſt ab huiuſmodi iuramento, licet ſit illicitum ex parte recipientis, cum non inducat turpitudinem in iurante, & ſeruari poſſit ab eo ſine interitu ſalutis. d. c. ſi vero, & c. 1. c. debitores, & c. verum, & c. cum contingat, de iureiur. c. licet mul. eo. in ſexto. & de pact. eo. lib. 6. c. 2. & per Innoc. in locis
18 cis proxime citatis. Et de † ratione pulchre per Abb. in cap. 1. num. 4. de iureiur. Ad idem Inno. in c. quia pleriq. maxime nu. 3. ver. idem eſt in eo. de imuni. Eccl. & per Paul. Caſtr. conſ. 259. circa primum, col. 3. ver. Sed aduertendum. lib. 2. in nouiſ. & idē Ab. in q. 2. ſtante ſtatuto in caſu 7. & 9.
19 Si vero † iuramentum haberet turpitudinem, & eſſet illicitum etiam reſpectu iurantis, adeo quod etiam reſpectu illius eſſet peccatum in obſeruātia iuramenti, iuxta poſita ſupra in 2. par. q. 2. in primo membro cū ſuis extenſionibus: tunc iuramentum non valeret, & conſequenter nulla opus eſſet abſolutione. Et iurans propria auctoritate poſſet
20 venire contra, † licet debeat pœnitere de illicita iuratione, vt tradit Inn. in præall. c. venerabilem, nu. 5. de elect. & per Abb. in d. q. 2. col. 22. in caſu 2. 3. 4. & 5. & ad dicta in allegata. q. 2. d. 1. membro, cum extenſionibus; & eſt tex. in c. cum quidam. §. vlt. de iureiur. & in c. quanto, eo. cū ſimil. & per Inno. in c. ad aures, de his quæ vi, met.

Non † autem ſemper, & indiſtincte prædictæ cauſæ, vel ſimiles reddunt iuramentum tale, vt eſt dictum, vt veniat diſpenſandum; non enim quiuis metus, puta vel dolus, vel quęuis leſio præbent iuſtam cauſam abſolutionis obtinēdæ: arg. c. ſi vero, in primis verbis: de iureiur. & eſt tex. apertus in c. cum dilectus, de his quæ vi met. ca. & eſt Glo. plena de hoc in c. abbas, illo tit. & Innoc. in c. ad aures. eo. & tradit Abb. in præalleg. q. 2. col. 25. in nono caſu: Qua in re haud longius hic imorādum eſt, quoniam de cauſis abſolutionis iuramenti, ex quibus danda ſit, vel non, in parte quarta per caſus ſpeciales diſſerendum erit. 21

Quinto amplia, † vt plena cauſæ cognitio in huiuſmodi abſolutione danda adhiberi debeat, ſcilicet ad finē, vt innoteſcat de iuſtitia, & ſufficiētia ipſius cauſæ, vt tradit Innoc. in præalleg. cap. ad aures, ſub nu. 1. in fi. ibi, & cognoſcet Epiſcopus: de his quæ vi, met. Abb. in c. 1. nu. 13. paulo poſt prin. ver. Aut actus. & latius deducit Feli. ibi nu. 23. poſt Inn. vbi ſupra citatum, de iureiur. proſequens id per totum illum nu. 23. ex Specu. Abb. & Bart. per eum citatis, & per Crauet. conſ. 7. lib. 1. & Couar. Var. reſol. lib. 1. c. 4. ſub num. 5. 22

Extende hanc ampliationem † ſiue petatur huiuſmodi abſolutio ita, vt cum ea ſimul ſequi habeat reſciſſio contractus, & ex toto tolli obligatio, vt ſi iuramētum, 23

cuius

cuius abſolutio petitur, eſſet contractus validatorium, ita quod ſine iuramento non valuiſſet: ad tradita ſupra par. 1. q. 1. ver. vlterius, & dicenda latius infra. q. 16. paulo poſt prin. ver. cum primis, & ſeq. ſiue quocunq. alio caſu petatur huiuſmodi ſimplex, & totalis abſolutio, eo quia in omni caſu eſt diffinitiua, & infert irreparabile prẹiudicium ſaltem quantum ad obligationem ex iuramento contractam; ideò plena cognitio cum citatione partis requiritur: ad tradita infra d. q. 16. in concl. 1. ad finem, in ampliat.

QVAESTIO III.

In Abſolutione Iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi an cauſa requiratur: & quæ cauſæ cognitio.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio iuramenti vbi datur, vt ſit præparatoria, ideſt ad effectum agendi, nihil detrahit iuri partis, & numero 6.*

2 *Abſolutionis præparatoriæ effectus, & operatio, & nu. 3.*

4 *Cauſa legitima neceſſaria eſt etiam, vbi abſolutio datur ad effectum agendi; & de ratione num. 5. 10.*

7 *Abſolutio præparatoria, ideſt ad effectum agendi, vel excipiendi habet in ſe cõditionem ſi plene conſtiterit de cauſa propoſita.*

8 *Abſolutio præparatoria de facili concedi debet: declara, vt num. 14.*

9 *Abſolutio præparatoria ſi denegaretur, fieri poſſet iniuria eam imploranti.*

11 *Periurio via non eſt aperienda.*

12 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi ex abrupto ſine cauſa cauſæq. cognitione conceſſa nulla eſt, & nu. 15.*

13 *Nõ eſſe, & non apparere quod eſt, paria ſunt.*

13 *Cauſæ cognitio, atque probationes in iudicio abſolutionis iuramenti ad effectum agendi, vel excipiẽdi quales quantæue eſſe debeant: & nu. 22.*

16 *Abſolutio obtenta ad effectum agendi, vel excipiendi, licet nõ detrahat iuri partis, tamẽ in aliquibus ei præiudicialis eſt.*

17 *Ius intactũ ſeruare melius eſt, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*

18 *Cognitione non præhabita nihil in præiudicium cuiuſquã ordinandum eſt.*

Q *Diſpen-*

19 *Diſpenſatio ſine cognitione, & ſcientia à Iudice non eſt facienda.*

20 *Actus geſtus à Iudice non informato nihil validitatis conſequi poteſt.*

21 *Cauſa cognitio adhibenda eſt etiam in his, quæ non detrahunt iuri partis, nec præiudicium irreparabile afferunt: & quanta eſſe debeat, nu.22.*

23 *Cauſarum merita partium aſſertione panduntur.*

24 *Cauſæ cognitio, & ſi regulariter cum citatione partis fieri debeat, fit tamen quandoq. etiam ſine illa.*

25 *Cauſa cognitio, quando neceſſario citationem partis requirat, & quando non.*

26 *Cauſæ cognitio, vbi non requiritur citatio partis, fieri tamen debet ad informationem Iudicis.*

27 *Cauſæ cognitio in abſolutione præparatoria ad quem finem, & effectum fieri habeat, & quid in ea inquiratur.*

28 *Veniæ petitio non niſi cauſa cognita conceditur: non tamen requiritur in ea citatio partis, nu.29.*

30 *Summaria probatio ſufficit in iudicio præparatorio alterius iudicij.*

31 *Practica hodierna abſolutionis dandæ à iuramento deploratur, reprehenditurque, & quare.*

32 *Inconuenientia non ſunt multiplicanda, ſed vitanda.*

33 *Quod fieri debet, non quod fit, faciendum eſt.*

34 *Practica quædam alia execrabilior quæ Brixiæ, & Veronæ quondam obſeruabatur.*

35 *Admonitio ex Innocētio ad Iudices Eccleſiaſticos; qualiter ſe gerant in abſolutione danda.*

QVAERO ſubſequenter de relaxatione Iuramenti, ideſt de abſolutione præparatoria, ſeu (vt vocant) ad effectum agendi, vel excipiendi; an in ea requiratur cauſa, & qualis eiuſdem cauſæ cognitio ſit adhibenda.

Et videbatur cauſa non eſſe neceſſaria in huiuſmodi præparatoria abſolutione; ſed quod dari poſſet ſine cauſa, vel ſaltem, quod in ea qualiſcumq. leuis cauſa ſufficeret: † quoniam hæc relaxatio 1
iuramenti iuri partis nihil detrahit: non enim poteſt contingere, vt ex ea tollatur ex toto obligatio; † cum illa non ſit apta ex to- 2
to tollere obligationem, vt de ſimplici & plena, ſeu totali abſolutione dictum eſt: quippe † cum 3
per hanc præparatoriam abſolutionem ſolum aperiatur via ad veniendum contra ipſam principalem obligationem: ſolum enim habilitatur per eam perſona iurantis, vt intrepide ſine metu, ac periculo periurij poſſit agere, vel excipere contra iuratum contractum, vel petere quod ratione illius tradidit. & ſic ſolum, vt dicunt, ad effectum agendi, vel excipiendi, qui aliter non fuiſſet admiſſus, neque auditus propter obſtaculum iuramenti. neque tollit vinculum iuramenti, ſed ſolum

Digitized by Google

ſolum ſuſpendit illud ad dictum effectum: ad latius tradita ſupra in prima Par. in ſecunda quæſt. & ſic remanet Parti omne Ius ſaluum ad obligationem principalē iuratam defendendam in Iudicio ordinario, ac plenario deſuper eam habendo: vt declarat Oldr. conſ. 120. inci. ad duplicem finē, & Feli. poſt eum in c. 1. num. 24. de iureiur. Beninten. in Deciſio. Bonon. Deciſ. 14. Couar. Variar. reſolu. lib. 1. c. 4. num. 6. ver. tota igitur. Vnde propterea communiter tenetur, quod in iſta iuramenti relaxatione non requiratur citatio Partis, vt dicetur infra. q. 16. circa prin. & in ſecunda Concluſ.

His tamen non obſtantibus cōcludendum eſt, † in hac quoque iuramenti relaxatione requiri legitimam cauſam, non ſecus minuſque, quam in ſimplici abſolu-
4
tione dictum ſit: † & ea ratio eſt
5
quoniam eadem ipſa euaſura eſt mox ſimplex, & plena abſolutio, & in effectu non eſt alia ab illa; ſed eſt vna tantum abſolutio, licet non talis ſit ſtatim ab initio; vt explicat Paul. de Caſtro in conſil. 259. inci. circa primum verſi. Poſſet etiam. lib. 2. in nouis, & latius dictum eſt ſupra in prima Par. q. 1. & 2. & dicetur inf. hac Par. q. 10. ideo requiritur cauſa; & ſine cauſa legitima dari non poteſt: Gloſ. eſt ordinaria in c. quanto, ver. abſolui, quæ loquitur etiā in Papa: de iureiur. & faciunt dicta ſuperius in quæſt. prox. & ſpeciatim, quod in huiuſmodi abſolutione ad effectum agendi, vel excipiendi requiratur iuſta cauſa: conſulit Paul. de Caſtro in conſil. 196. ſub num. 4. ver. ſecundum patet lib. 2.

Et quod illa abſque legitima cauſa concedi non poſſit concludenter deducit Roma. in conſil. 437. in fi. & in hoc non reperitur contradictio. Quin etiam ſubreptio commiſſa in expreſſione cauſæ, ex qua petitur huiuſmodi abſolutio, reddit eam nullam, & inualidam: Affl. Deci. 220. num. 11. & 12.

Circa cauſæ cognitionem quæſtio magis locum habere poteſt, quanta ſcilicet cauſæ cognitio eſſe debeat in huiuſmodi relaxatione danda.

Qua in re illud cum primis firmandum eſt, † quod quamuis hu 6
iuſmodi præparatoria abſolutio nihil detrahat iuri Partis, & ei modicum præiudicium inferat, cū non detur ita, & taliter, vt ſtatim ſit plena abſolutio, & ſoluat vinculum iuramenti; ſed ſuſpendat illud; & ſit conditionalis; † habet 7
enim in ſe tacitam conditionem, ſi plene conſtiterit de cauſa propoſita: ac proinde reſeruatur Parti Ius ſuum illæſum in plenario Iudicio ſuper negocio principali defendendum ad ſupradicta: Vnde conſuluit Petr. de Ancha. in conſ. 18. incipit in quæſtione quæ vertitur, † quod non debet fieri 8
difficultas in huiuſmodi relaxatione danda, quem refert Feli. in c. 1. num. 24. de iureiur. † Immo 9
illam petenti, ſi denegaretur, fieri poſſet iniuria, ſi vere contractus eſſet inualidus, aut alias illicitus, vt dicebat Galleſ. in tract. obli. ad for. cam. in q. 2. ad ſextam parti. num. 7. nam propter iuramenti obſtaculum contractum illicitum

Digitized by Google

& læſionem ſuam oſtendere ne-
10 quiret : † Tamen illa ex abrupto
non eſt concedenda ; quia ſic da-
retur materia de facili veniendi
contra iuramentum, contra Iuris
cum diuini, tum humani diſpoſi-
tionem, volentium reddenda eſſe
Deo iuramenta : vt in c. debito-
res. & c. & ſi Chriſtus, verſus finē
11 de iureiur. cum ſimil. † & viam
periurijs non eſſe aperiendam,
nec dari cuiquam materiam ve-
niendi contra proprium iuramen
tum, vt in c. ſi vero, & c. verum,
de iureiur. cum ſimil.
12 † Et ſi ex abrupto, & ſine cogni
tione cauſæ daretur, nulla eſſet, &
nullum præſtaret effectum: vt effi-
caciter deducit Paul. de Caſtro
in conſ. 196. incipit ſuper primo
quæſito, num. 4. per totum, lib. 2.
in nouis. Vnde bene & pruden-
ter dixit D. Io. Bapt. Marcheſan.
in ſæpe alleg. tract. de comm. Par.
1. Comis. 1. in c. 2. num. 46. quod
cum interdum nimis proni ſint
Epiſcopi ad eam concedendam ;
& Sacramento iuramenti vilipen
dium, & irreuerentiam afferunt,
& lites ſuſcitant immortales : al-
legat Bal. conſ. 484. vicarius Epi-
ſcopi, lib. 5. Et ſi ex abrupto ſine
aliqua cauſæ cognitione dari poſ
ſet; fruſtra cauſa legitima in ea
requiri diceretur. nam ad quid
cauſa eſt requirenda, ſi de ea ali-
qualiter apparere non debeat?
13 † quoniam non eſſe, vel non appa
rere quod eſt, ſunt paria. l. in le-
ge, & ibi Bar. ff. de contra. empt.
Fel. in cap. ex parte : col. 6. de
reſcri.

Quo vero ad ipſam cauſæ co-
gnitionem adhibendam, ac pro-
bationes fiendas in hac iuramen-
ti relaxatione, ſiue præparatoria
abſolutione ad effectum agendi,
vel excipiendi; ſi credimus Fede-
rico de Senis, † dicendum erit ſal 13
tem ſemiplenam probationem
debere interuenire; nam ſecundū
eum probandum eſt ſemiplene ſal
tem de cauſis allegatis: ita firmat
in conſ. 300. inci. Factum tale eſt.
debitor, ſub nu. 2. vbi dicit, quod
ad hoc, vt obtineatur abſolutio à
iuramento, neceſſe eſt quod fiat
fides, quod inſtrumentum ſit vſu-
rarium, ſaltem ſemiplene : & ex
eius verbis patet, quod eſt neceſ-
ſaria huiuſmodi ſemiplena proba
tio. Et loquitur de hac abſolu-
tione præparatoria ad effectum
agendi, ſiue excipiendi : vt mox
ipſe aperte oſtendit, ibi, Eo abſo-
luto admittetur contra inſtru-
mentum, & iterato habebit plene
probare, quod inſtrumentum ſit
vſurarium: &c. Et ita illum intel-
ligit, & declarat Feli. in c. 1. nu.
25. non multum poſt prin. in ver.
& ſic ſentit : de iureiur. & expli-
catius Domini. de ſ. Geminia.
in conſ. 16. inci. quo ad primum
videtur. in ver. ſuper ſecundo du
bio : vbi ſimiliter concludit poſt
Fed. quod in huiuſmodi abſolu-
tione iuramenti præparatoria ad
aliud iudicium petita, vt ibi eam
vocat, videlicet ad probandum
ſuper contractu, neceſſaria ſit ſal-
tem ſemiplena probatio : quod
ipſe copioſius, & clarius deducit,
& comprobat, quam fecerit Fe-
dericus.

Quocirca horum tantorum
nos virorū auctoritas admonet,
ne nimis licenter vſurpare debea
mus, quod dixit D. Anto. Maſſa
Galleſ. in loco paulo ſuperius ci-
tato,

tato,videlicet concluſionem Do-
ctorum eſſe, quod huiuſmodi ab-
ſolutio indifferenter concedi poſ
ſit allegando cauſas conuenien-
14 tes: † intelligo enim,ita vt nihil-
ominus interuenire habeat alle-
gatarum cauſarum prædicta ne-
15 ceſſaria probatio : † alioqui ſi ex
abrupto ſine cauſæ cognitione,&
nullis probationibus factis dare-
tur,eſſet nulla,& nullius effectus,
vt paulo ſuperius ex Caſtren. cō-
cluſum eſt , & deducitur ex his ,
quæ adducit Geminia.in allegato
conſ.16.ſuper ſecundo dubio.

Quamuis enim per huiuſmodi
abſolutionem non detrahatur iu-
ri Partis,& grande,& irreparabi-
le præiudicium ei non adferatur
16 vt principio dicebatur:† tamen
negari non poteſt, quin ea in ali-
quo ſit Parti præiudicialis;immo
multipliciter per eam Pars dam-
num incurrit,tum propter mole-
ſtiam , & contentionem iudicij ,
quam patitur ex illa , vt in ſimili
conſiderabat Abb. in c. 1. nu.10.
quaſi in fine,ver. item negari : de
iureiur. tum propter moram Iu-
dicij,& dilatam ſolutionem;vnde
minus recipere videtur. c. 1. de
mut. peti. vt poſt Anchar. conſil.
383. retento ordine dubiorum,
conſiderat Feli. in d.c.1.num.25.
de iureiur. Neque releuat conſo-
latio, quod habebit remedia pro
recuperatione damni dictæ moræ
& dilationis; quia reſpondetur
17 † melius eſſe intacta iura ſeruare,
quam poſt vulneratam cauſam re
medium quærere : vt in l. fi. ff.ex
quib. ca. in integrum reſti. non
eſt neceſ. & per eam reſpondet
Feli. in loco citato. Quare meri-
to cauſæ cognitio,& probationes
requiruntur; quia Canones ſæpe
proteſtantur , † ſine cognitione 18
nihil in præiudicium cuiuſlibet
eſſe ordinandū,vt in c. inter qua-
tuor,de maio. & obe. & in c.1.in
fine.12.q.5. † Et ſpeciatim,quod 19
quando Iudex diſpenſat,requira-
tur cognitio adeo , vt ſit ſciens ,
quare ſic faciat : eſt tex. in l. bo-
norum quidem,ver. ſciens, & ibi
notatur per Gloſ. & doct. C. qui
admit. & cōſuluit Barbac.† quod 20
nihil validitatis conſequi poteſt
actus ex Iudice non informato,in
conſ.3.vol.2.

† Et quod cognitio cauſę ne- 21
ceſſario adhibenda ſit etiam in
his, quæ non detrahunt Iuri Par-
tis , nec irreparabile ei afferunt
præiudicium, ſed modicum,& re-
parabile; eſt expreſſum in ſimile
de bonorum poſſeſſionibus , quæ
Ius non tribuūt,vt in l. 1.in prin.
iuncta.l.3.§. cauſæ cognitio,& §.
duæ, ff. de carbo. edict. & ff. quis
ordo in bon.poſ.ſer.l.3.§. dies. &
ibi not.† Quæ tamen cognitio 22
hoc caſu ſufficit ſi ſemiplena , ac
ſummaria interueniat: vt legitur
& notatur in d.l.3. d.§. cauſæ co-
gnitio. & §. duæ.ff.de carb.edict.
& eſt Gloſ. expreſſa d. tit. ff. de
bon. poſ. in d. l.3. §. ſi cauſa co-
gnita,in ver. pro tribunali,paulo
poſt prin.Gloſ. & in terminis no-
ſtris ſufficienter deducit, & com-
probat Geminia. in allegato cōſ.
16. ſuper ſecundo dubio .

Et quantum ad cognitionem
cauſæ,quod ea fieri debeat in hu-
iuſmodi abſolutione danda; nemo
eſt,qui diſſentiat,vt patet ex om-
nibus ſcribentibus in prælleg.c.
1. de iureiur. & ex prædictis.

Sed his forte obijcies , ex quo
obti-

Digitized by Google

obtinuit ea ſententia, quod in huiuſmodi præparatoria abſolutione non requiratur citatio Partis, vt oſtenditur infra in q. 16. circa princ. & in Concluſ. ſecunda; conſequens fit, quod neque cognitio amplius in ea interuenire habeat: quia ſi Pars non citatur, non videtur, quod cognitio cauſæ interuenire poſſit: † cum cauſarum merita Partium aſſertione pandantur. vt in l. fi. C. ſi per vim, vel alio mo. c. tum ex litteris, de in integr. reſti. Et perperam fieret ipſa cognitio, ex quo Pars non interuenit. l. in cauſæ, la prima. §. cauſa cognita, vbi Bart. ff. de mino. & per Barto. in l. 3. §. ſi cauſa cognita, nu. 4. paulo poſt princ. ff. de bono. poſ. & in terminis noſtris deducit Abb. in c. 1. num. 13. paulo poſt princ. de iureiu. & ibi, etiam per Feli. num. 25. non multum poſt princ. ver. & ſic ſentit. Aut ergo, ſi cognitio interuenit, Pars eſt citanda, ex mox dictis; ſed hoc negatur in præallegata q. 16. Aut ſine citatione Partis non erit fienda cognitio; quia perperam fieret, ad prædicta.

23

Reſpondetur ineſſe fallaciam in iſta ratiocinatione; nam ſicuti verum quidem eſt cognitionē cauſæ fieri cum citatione Partis, d. l. in cauſæ. d. §. cauſa cognita, cum ſimil. † ita negari non poteſt quin cognitio etiam ſine Partis citatione fieri valeat.

24

25 † Sed citatio Partis neceſſaria eſt in his, quæ parant magnum præiudicium aduerſario; & eius iuri detrahunt, vt not. Gloſ. in d. l. 3. d. §. ſi cauſa, in ver. tribunali, in princ. Gloſ. ff. de bon. poſ. & in l. 2. §. in bonorum, ver. pro tribunali. ff. quis ordo in bono. poſ. & explicatius declarat Bar. in d. §. ſi cauſa cognita. num. 4. circa prin. In his vero, quæ non parant magnum præiudicium, nec detrahūt iuri partis, prout contingit in huiuſmodi abſolutione, ad ſupradicta, cognitio fieri poteſt ſine citatione, vt per Bart. in d. §. ſi cauſa cognita: & ibi eſt Gloſ. in ver. pro tribunali præallegata, poſt medium Gloſ.

Non ergo verum eſt, quod ſine citatione Partis cognitio fieri nō poſſit, vel quod perperam fieret: † quia rite, & recte fieri poteſt, & 26
debet, nempe quo ad informationem Iudicis: vt declarat Bart. in præalleg. §. ſi cauſa cognita: nu. 7. ita exponendo ibi illa verba, cauſa cognita.

† Et ad hunc finem cognitio 27
adhibenda eſt ab Eccleſiaſtico Iudice in huiuſmodi abſolutione concedēda, ſcilicet vt ſummatim ſaltem ſemiplene, vt ſupra eſt dictum, fidem, & probationem eliciat, ne illa calumnioſe petatur: vt poſt Imol. à ſe relatum notat Feli. in præall. c. 1. num. 25. non multum poſt princ. de iureiuran. præſertim bene inſpiciendo inſtrumentum à cuius iuramento abſolutio petitur, vt admonet Soci. conſ. 59. lib. 2. prout neceſſariam eſſe hanc cognitionem in huiuſmodi abſolutione danda probatur vltra prædicta per bonum ſimile de petitione veniæ, † quæ 28
ſimiliter nonniſi cauſa cognita concedi debet: vt l. ſed ſi hac. §. prætor ait. ff. de in Ius vocan.
† Quæ cognitio pariter fit abſ- 29
que citatione Partis per eandem rationem; quia in ea non tractatur

tur de magno præiudicio Partis, prout id tradit Bald. in d. §. prætor ait: & illum refert Alex. in præalleg. l. 3. §. ſi cauſa cognita, in addi. ad Bar. in ver. Gl. noſtra, ff. de bon. poſſeſ. Et fit pariter ad informationem Iudicis, vt dicit ibi Alex. ita intelligens illa verba, cauſa cognita, in d. §. prætor ait. & quod neceſſaria ſit cauſæ cognitio in hac abſolutione conſulit Paul. de Caſtro in conſ. 196. alias allegato. num. 4. lib. 2. & ſupra ex Federi. de ſen. ex Geminia. & ex alijs adductis, firmatum eſt.

Et de iſta cognitione, quam Iudex adhibere poteſt, & debet ex ſe ipſo, ſemota partium altercatione pro ſui ipſius informatione habes tex. præclarum, & apertum in l. 3. §. duæ autem; ff. de carbo. edicto.

Quod autem ſufficiat ſi ſummarie huiuſmodi cauſę cognitio adhibeatur, & ſummarie ſemiplena ipſa probatio recipiatur, probatur ex eo; † quia ſummaria probatio ſufficit in Iudicio præparatorio alterius Iudicij intentandi, quod tradit Bal. in l. quo tempore. C. de teſta. mil. & in l. 2. col. fi. C. quan. fiſ. vel pri.

30

Quamobrem ex hactenus dictis in præſenti quęſtione liquido cuique compertum eſſe poteſt, † quã deploranda ſit noſtrorum temporum inolita lubrica nimis, & feſtina omnium fere curiarum Eccleſiaſticarum practica in huiuſmodi abſolutione danda: cum Iudices Eccleſiaſtici nimis pronos, & indulgentes ſe gerant in ea concedenda: mirum equidem, ad ſolam impetrãtis expoſitionem, ſeu ſupplicationem; ne minima quidem cognitione adhibita pro cauſæ allegatæ verificatione; & ne viſo quidem inſtrumento, à cuius iuramento abſolutio ipſa petitur: de facili cuique materiam prębẽdo veniendi contra proprium iuramentum atque viam ſubinde periurijs aperiendo contra cenſuram ſacrorum canonum, non ſine diſpendio ſalutis animarum ſuarum; atque abſolutionẽ ipſam perſæpe calumnioſe impetrantiũ: cum nullitate abſolutionis perperam datæ, & cum præiudicio Partis.

31

Neque cauſſari valent Iudices ipſi eo, quod frequens, & inolita, vt dixi, iam euaſit prædicta dandæ abſolutionis practica, † tũ quia inconuenientia, & abſurda non ſunt multiplicanda; ſed vitanda; l. fi. vbi Alex. C. de carb. edi. late allegat Euer. in loco ab abſur. & Berta. in ver. abſurditas. in Rep. † Tum quia nõ, quod fit; ſed quod fieri debet faciendum eſt. l. nemo. C. de ſen. & interl. c. cauſã, quę: de Elect. Nauar. in Miſcel. de orat. Miſcel. 61. ver. ad tertium.

32

33

Et multo magis † deteſtanda eſt Practica illa Canonibus nimis inuerſa atque animarum ſaluti pernicioſa, quam pro cautela, nõ tamen vtenda ſed euitanda, refert Cępol. inter ſuas cautelas, 101. ſe vidiſſe practicari ſuo tempore in Ciuitate Brixiæ, & Veronæ à nonnullis Epiſcopis. Nam iurantes, inquit, qui voluiſſent venire contra contractus à ſe iuramento confirmatos, ante petitam, & habitam iuramenti abſolutionem ſiue relaxationem; quia difficile forte

34

forte fuiſſet eam obtinere; vtebātur iſta cautela; nam accedebant ad Epiſcopos,& dicebant ſe læſos in contractu,cui volebant contrauenire: & quia non poterant relaxationis iudicium expectare, petebant vt darent eis licentiam contraueniendi,dicentes ſubmittimus nos iudicio veſtro,ſi apparuerit nos iniuſte veniſſe contra iuramentum. Et dicit ibi Cæpolla, quod Epiſcopi concedebant iſtam licentiam. Et ipſe ſubdit: ſed tu dicas,quod iſta cautela nō eſt bona; quia Epiſcopi non poſſunt concedere huiuſmodi licentiam; quia ſic eſſe poſſent auctores periurij: vt dicit eſſe caſum ad litteram in c.ſi vero,& ibi not. de iureiur. Et ideo ſubdit: Tu ſis cautus,quod potes venire contra dictam licentiam,& impedire iudicium in foro ſeculari,donec cognitum fuerit de iuramento, & de relaxatione. Hæc ille.

Denique vt ſe contineant Iudices Eccleſiaſtici à licentioſa ipſa & præpropera dandæ abſolutio-
35 nis practica, † ante oculos ſibi proponant regulam, & admonitionem, quam tradit Innoc. in c. ad aures. num. 3. de his, quæ vi met. ca. vbi ſic ait, ſemper tamē Iudex quantumcumque poteſt caueat, vt directe quis non veniat contra iuramentum: ſcilicet vt ſi iurauerat ſoluere vſuras, ſoluat; ſed poſtea repetat.c.debitores.c. ad noſtram: de iureiur. & paucis pro alio ſimili remedio interpoſitis,ſubdit; quouſque autem aliter prouidere poteſt commode Epiſcopus, non veniat ad abſolutionem à iuramento: hæc Innoc. ex cuius Theorica admonemur, nonniſi parce,& mature,& cum cognitione ad abſolutionem à iuramento deueniendum eſſe.

Atque pauca hæc hactenus in hac tertia parte circa primam præmiſſi eiuſdem Thematis partē, quomodo ſcilicet danda ſit abſolutio à iuramento, dicta ſufficiant.

Porro vlterius pro clariori ac pleniori practica ipſius abſolutionis,quæ ſint attendenda, vt ea rite,& recte peti ac obtineri valeat, quibuſue concurrentibus dari debeat; quod ad ſecundā Partem eiuſdem Thematis attinet; in ſequentibus quæſtionibus ſupplebitur.

QVAESTIO IV.

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, ſiue mauis excipiendi an obtineri poſsit poſt terminum, & periurium incurſum.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio præparatoria ſiue relaxatio iuramenti poſt terminum lapſum, ac proinde poſt*

poſt incurſum periurium non eſt concedenda.

2 *Cauſa finalis abſolutionis præparatoria, quæ ſit: & nu.3.*

4 *Priuilegium ceſſat ceſſante eius cauſa.*

5 *Impeditur facilius quid ineſſe produci, quam quod ineſſe productum tollatur.*

5 *Terminus ſolutionis ſi adueniat abſolutionis cauſa pendente, deſiſtendum eſt, & debitor ſoluere cogitur.*

6 *Abſolutio præparatoria poſt periurium incurſum obtenta nihil prodeſſet, ſed obeſſet.*

7 *Abſolutionē petens à iuramento promiſſorio poſt periurium incurſum, perſeuerat in peccato: & nu.9.*

8 *Periurium toties committitur quoties venitur contra iuramentum.*

10 *Peccatum eo grauius, quo diuturnius.*

11 *Abſolutio præparatoria non tuetur impetrantem à periurio incurrendo.*

12 *Abſolutio iuramenti obtenta poſt terminum, hoc tacito, eſt ſubreptitia, & nulla. quid ſi facta mentione termini lapſi conceditur, nu.13.14.*

15 *Periurus excipiendo auditur, & non repellitur. declara, vt nu.16.*

17 *Periurus poſt pænitentiam peractam habetur perinde ac ſi non fuiſſet periurus: nam*

18 *Periurium aboletur Pænitentia: declara, vt nu.19.*

20 *Abſolutio à iuramento, etiam poſt lapſum terminum prorogatum non eſt concedenda.*

21 *Prorogatio termini non excuſat à periurio, ſed illud incurritur etiam termino ipſo prorogato elapſo: amplia vt numero 43.*

22 *Prorogatio non tollit iuramentum, nec mutat naturam obligationis iuratæ: & num.43. amplia vt nu.49.*

23 *Conductor operis, licet illud faciat contra conuentionem initam, tamen ſi de voluntate locatoris illud fecit, non obſtat ſibi conuentio inita quominus mercedem habeat.*

24 *Prorogatio non dicitur vbi eſt mutata forma, ſed mutatio, vel renouatio.*

25 *Prorogatio cenſetur facta cum eiſdem modis, & qualitatibus: & nu.37.40.*

26 *Iuramentum eſt ſtricti iuris, & illud extendere odioſum eſt: declara vt nu.28.*

27 *Cap. Clericus, de iureiur. declaratur.*

29 *Promittens ſoluere intra certū terminum, ad duo obligatus intelligitur, ſcilicet ad ſoluendum in termino, & ad ſoluendum ſimpliciter.*

30 *Tempus prorogatum non cenſetur eſſe nouum tempus, ſed idem quod primum.*

31 *Precarium ad certum tempus conſtitutum, ſi eo tempore nondum elapſo prorogetur in longius tempus non inducitur nouum precarium, ſed remanet idem.*

32 *Tempus prorogatum aſſumit omnes qualitates, & conditiones, quæ inerant in primo.*

33 *Compromiſſum iuratum ſi vltra tempus in eo appoſitum prorogatur, iuramentum non*

habetur pro repetito, & prorogato, niſi expreſſe ſit dictum.

34 *Compromittens cum certo termino intelligitur eatenus obligatus quatenus durat terminus, & quatenus cauſa intra illum terminum terminata fuerit.*

35 *Iuramentum appoſitum ſuper compromiſſo facto cum termino habet in ſe tacitam conditionem, ſi infra illum terminum cauſa fuerit expedita, & vlterius non ligat.*

36 *Compromiſſum ſi prorogetur vltra terminum in eo poſitũ, cenſetur nouum compromiſſum, quia intelligitur mutata forma primi quo ad tempus: & de ratione. num. 38. & 39.*

37 *Obligatio prorogata remanet eadem, & idem iuris cenſendum eſt de ea: & nu. 40.*

38 *Terminus in compromiſſo appoſitus dicitur reſpicere finẽ obligationis compromittentium, ideſt, non inductam obligationem, quæ adhuc nulla eſt, ſed inducendam.*

39 *Compromiſſum atque eius obligatio non habent perfectionẽ ſuam ab initio, ſed dependet à futuro euentu, nempe à voluntate arbitrorum laudare debentium.*

41 *Prorogatio an, & quando, ſeu quo ad quæ intelligatur mutaſſe obligationem; & quando, ſeu quo ad quæ non.*

42 *Prorogatio, vt non cenſeatur mutaſſe obligationem, qualiter concipi debeat.*

44 *Iuramenti tam præſtiti relatio, ſeu mentio, non ſupplet pro ipſo iuramento, nec facit cenſeri illud eſſe repetitum: limita vt nu. 47. 48.*

45 *Iuramentum non extenditur, nec inducitur ex ſimplici conſenſu, ſed vbi quis debet iuramento ligari, requiritur iuratio expreſſa: limita, vt num. 47.*

46 *Iurandi forma, & actus dicitur eſſe de ſubſtantia.*

49 *Prorogatio, etiam cum longiori termino facta, non intelligitur abſtuliſſe iuramentum, vel quo ad alia mutaſſe naturam obligationis.*

50 *Statutum laicorum non valet excuſare à periurio.*

51 *Remiſſio iuramenti facta à parte poſt incurſum periuriũ nihil releuat quantum ad excuſandum ab illo.*

52 *Periurij exceptio remitti poteſt à parte.*

53 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi etiam poſt terminum lapſum, & periuriũ incurſum peti poteſt reſpectu, & intuitu obligationis inſtantis.*

54 *Vendens rem per metum cum iuramento de non contraueniendo, licet de facto contrauenerit, & inciderit in periurium, adhuc tamen poteſt petere relaxationem iuramenti, vt poſſit licite contrauenire.*

55 *Iuramenti promiſſorij effectus eſt, vt excludat omnem contrauentionem etiam poſt obſeruatum contractum.*

56 *Periurus quando repellatur ab agendo, & quando non, n. 58.*

Abſolu-

Digitized by Google

57 *Abſolutionem petens à iuramento non dicitur venire contra contractum.*

59 *Periurium quando impediat abſolutionem à iuramẽto, traditur notabilis regula.*

60 *Contractui iurato contrauenìens cadit à iure ſuo.*

61 *Lex ſi quis maior. C. de tranſ. quo ad pœnam contrauenientis iuramento, locum habet nõ ſolum in tranſactione, ſed in omni contractu.*

62 *Item locum habet tam in actore, quam in reo.*

63 *Item incurritur illius pœna ex eo ſolo, quod quis eſt in mora non ſeruando.*

64 *Item locum habet etiam de iure Canonico, & in terris Eccleſiæ.*

65 *Iuramentum an, & quando impediat purgationem moræ.*

66 *Lex ſi quis maior. C. de tranſ. vt locum habeat eius pœna, requirit vt contrauentio fuerit ſine vlla coactione, vel metu.*

67 *Itẽ in dubio facienda eſt interpretatio vt non ſit locus eius pœnali diſpoſitioni.*

68 *Abſolutio præparatoria ſeu iuramenti relaxatio vbi petitur poſt periurium incurſum, à Papa eſt obtinenda.*

69 *Periurium licet repellat debitorem à petitione abſolutionis non tamen repellit eum ab indebite ſoluti repetitione.*

70 *Præceptum Iudicis excuſat ab incurſu periurij.*

71 *Superioris auctoritas defendit à periurio.*

72 *Iuramentum habet in ſe conditionem, niſi aliter præceperit ſuperior.*

73 *Periurium incurſum ſine dolo & malitia non imputatur: intellige ſi cauſa, quæ habet excuſare, perdurauit vſque ad extremum termini, vt num. 75.*

74 *Periurium incurſum ex neceſſitate, vel difficultate non imputatur: intellige ſi neceſſitas, vel difficultas perdurauit vſque ad finem termini: ſecus ſi ceſſauit ante, vt nu. 75.*

76 *Conceſſio facta ob neceſſitatem aliquam, ceſſat ceſſante illa neceſſitate.*

77 *Periurium non cenſetur committi, nec imputatur, ſed excuſatur ex eiſdem illis cauſis, ex quibus impeditur contrahi mora.*

78 *Exbannitus qui propter exbãnitionem, & confiſcationem nõ potuit ſoluere in termino, excuſatur à periurio.*

79 *Dies incerta adiecta promiſſioni, ſeu obligationi non induxit moram, nec facit incurri periurium ſine interpellatione.*

80 *Iuramentum conſtituit in mora ſine interpellatione: quando id verum ſit, & de quo iuramento intelligatur.*

81 *Prorogatio termini excuſat à periurio, etiam ſi fiat in vltimo momento termini.*

Digitized by Google

QVARTO igitur
quæro, an ſi il-
le, qui obliga-
tus erat ſolue-
re in termino, ſi
nit labi termi-
num, & non
adimpleuit promiſſa, audiendus
ſit petens abſolutionem poſt ter-
minum, ac ſubinde poſt incurſum
periurium, vt venire poſſit aduer
ſus contractum; & eſt quæſtio vti
lis ſaluti animarum, & ſedulo ob-
ſeruanda, vt admoneantur debi-
tores iuramento obligati euitare
periurium. Breuiter reſolutiue
1 † reſpondendum eſt, poſt terminũ
lapſum, & periurium incurſum
ob ſolutionem non factam in ter-
mino abſolutionem non eſſe con-
cedendam. Probatur hæc conclu-
ſio argumento deſumpto à ceſſa-
tione rationis: quia ceſſat in hoc
caſu ratio, ob quã huiuſmodi ab-
ſolutio ad effectum agendi, ſiue
excipiendi peti, & concedi debet;
2 nempe, † vt ſine metu, & imputa
tione periurij audiri admittique
poſſit, & debeat ad allegandum
quicquid vult, & poteſt ad euitan
dam ſolutionem, & iuſtitiam ſuã
defendendam; ad quod ſtante iu-
ramento ob periculum periurij
incurrendi nõ fuiſſet admiſſus: ad
dicta latius ſupra in prima parte
in quæſtione ſecunda: vnde ex
quo iſte per lapſum termini ſolu-
tionis faciendæ finit ſe labi in
periurium, ceſſat ratio abſolutio-
3 nis dandæ, † quæ nulla alia erat
quàm periurij euitandi, & ab eo
excuſandi: merito, &c. l. adigere.
§. quamuis, ff. de iure pat. l. quod
dictum, ff. de pact. c. cum ceſſan-
te, de appel. cum ſimil. vt late
per Euerard. in Topica Iuris, in
loco à ceſſatio. ratio.
Et in ſpecie † quod ceſſare ha- 4
beat priuilegium, ceſſante cauſa
priuilegij, cautum eſt in l. titia.
§. vſuras, & ibi Bartol. ff. de lega.
ſecundo. l. ex facto: ff. de vulg.
& pupilla. Abb. in c. ſuggeſtum.
de Deci.
Et multo minus erit conceden
dum non exiſtente cauſa, per re-
gulam quæ habet, † facilius im- 5
pediri quid in eſſe produci, quam
quod productum tollatur, vt no-
tat Specul. in tit. de actore. §. 5.
verſi. quid ſi eam. Et expreſſe
hanc concluſionem quod abſolu-
tionem à iuramento quis petere
non poſſit, ſi eſt effectus periurus
poſt lapſum terminum, ſeu ante
litem motam ſuper abſolutione
à iuramento, firmat Affl. in deciſ.
30. in fi. Quamobrem cautus eſſe
debet iurans, volens hanc abſolu-
tionem ad effectum agendi, ſiue
mauis excipiendi impetrare, vt
eam habere curet ante diem, ſeu
terminum ſolutionis faciendæ:
Imo & per tantum tempus antea,
vt illam obtinere valeat, antequã
adueniat terminus; ne illo elapſo
incidat in periurium, & ſimul in-
cidat in Adagiũ, ſero ſapiunt Phry
ges. tunc enim amplius peti non
poteſt abſolutio, ſicut ſi iam eſſet
periurus, vt deducit Affli. deciſ.
31. per tot. † Et quandocunque 5
pendẽte iudicio abſolutionis ter-
minus ſolutioni adiectus adue-
niat, deſiſtendum eſt, & cogen-
dus eſt debitor ad ſolutionem,
vt per eundem Affl. deciſ. 30. nu-
mero 5.
Porro incurſo iã periurio, ſeu
illo iam inſtante, ac ante abſolu-
tionis

tionis expeditionem incurrendo, idcirco relaxatio dari nõ debet,
6 vt eſt dictũ, quia † nec data prodeſſet, quinimo obeſſet; quia per eam daretur materia perſeueran di in periurio incurſo. nã ex quo poſt terminũ ſemper reperitur in mora; cuius ratione durat actus periurij; ſi audiretur in relaxatione, foueretur in illo, & ideo non debet audiri eam petens, ne
7 † ex mora, quæ remanet, & durat, ipſe perſeueret in peccato admiſſi periurij, & multiplicet
8 periuria. † nam toties quis incidit in periurium, quoties venit contra iuramentum, c. ad apoſtolicæ, de regula. in ſexto, & notat Abb. in diſput. incipit ſtante ſtatuto. col. pen. ver. decimus caſus.

Imo petendo relaxationẽ au-
9 get peccatum: † nam ſic perſeuerando in mora, aſſidue peccat in
10 periurio permanendo: † & peccatum tanto eſt grauius, quanto diuturnius. c. ſi. de conſue. & ita conſuluit Fed. de Sen. conſ. 300. quem refert, & ſequitur Abb. reprobato D. Antonio, in d. diſput. ſeu quæſt. & in præalleg. c. 1. nu. 7. ver. ſed contra hanc opi. & num. 13. ver. quinto non placet, de iureiur. & tangit in c. debitores, n. 4. in fi. eo. refert & ſequitur Roma. conſ. 326. ſub nu. 1. & Feli. in d. c. 1. nu. 28. vbi teſtatur hanc eſſe com. opin. & ſe vidiſſe ſecũdum eam ſæpe fuiſſe iudicatum. ſequitur Afflic. in locis citat. Et con-
11 ſiderari etiam poteſt, † quod ſi relaxatio ipſa in opportuno tempore conceſſa, ſcilicet ante terminum lapſum, & ante periurium incurſum, non valet excuſare ab ipſo periurio, nec ſuppetias aliquas affert, vt vidimus ſupra in prima parte, q. 2. quomodo curuedanda erit, vt ſuffragari debeat in incurſo? & ſic patet quod perperam, & in præiudicium animæ concederetur. Non ergo alię tũc eſſe debent partes Iudicis, quam vt periurum ipſum compellat ad ſatisfaciendum quam citius, vt à peccato illo periurij ſe eximat, vt dicit Abb. in locis citatis. Neque tunc amplius abſolutioni à iuramento locus remanet; ſed opus eſt abſolutione ſacramentali à peccato periurij, ſaluo adhuc remanente iuramento: & dixi ſupra par. 2. q. 7. concl. quarta. in ſecunda illius declaratione.

Amplia † vt ſi peteretur huiuſ 12
modi relaxatio, nõ facta mentione de termino lapſo, & eſſet obtenta, vti ſubrepetitia nulla eſſet, per ea quæ conſulit Roma. d. cõſ. 326. ſub num. 1. & tradit Thom. Grama. deci. 66. nu. 10. & ſeq. & Felin. vbi ſupra poſt Anch. conſ. 194. incipit, viſis ſubtiliter: & ſequitur nouiſſime Dominus Ioan. Bapt. Marcheſa. in ſuo Tract. de commiſſionib. par. 1. com. 1. c. 2. nu. 36. qui alios allegat.

Et † ſi facta mentione lapſus 13
termini, nihilominus impetrata eſſet, illa eſſet iniuſta; quia impetrans non debet audiri, per c. quia fruſtra, de vſur. Et † ſi ſic nõ 14
vocata parte data eſſet, nulla eſſet ſecundum Anchar. à Feli. relatum in d. c. 1. nu. 28. verſ. ſi autem fuit expreſſum.

Non obſtat ſecundum Abb. illa ratio D. Antonij in d. c. debitores, videlicet quod ratione obligationis inſtantis, & quæ adhuc remanet

manet, iſte debet audiri, & conſequi abſolutionem; quia licet peccauerit non ſoluendo in termino ſinendo ſic ſe in periurium labi, non tamen peccat petendo relaxationem reſpectu obligationis, quæ remanet poſt terminum iam lapſum: nam adhuc remanet obligatus ſoluere. qui .n. tenetur ſoluere certo termino, illo elapſo, nihilominus tenetur, c. cum dilecti, de do. & cont. & per eundem D. Ant. Nam ſecundum Abb. reſpondetur, quod iſta ratio potius facit contra eum: ex eo enim quod poſt terminũ remanet obligatus, & ſic perſeuerat in periurio, imo multiplicat periuria petendo relaxationem, vt ſupra demõſtratum eſt, compelli debet, vt ab illo peccato ſe liberet, & iuramentum adimpleat: ſi enim compellitur inſtante termino, vt ſoluat, fortius compelli debet poſt terminum; tum in odium ſui quia eſt periurus; tum vt à peccato liberetur, ne perſeueret in illo. Et ſubdebat Imol. in d.c. debitores; licet ſit obligatus etiam poſt diem, non ſequitur quod poſſit petere abſolutionem ab illa obligatione, ex quo iam incidit in periurium, per d.c. quia fruſtra: & item quia ipſe debitor nõ erit ſine remedio, quia poteſt ſoluere, & poſtea repetere per illum tex. in d.c. debitores. Et ſi obtrudas, quod imo non obſtante periurio videtur, quod debeat admit-
15 ti; † quia periurus, & ſi repellitur, & non auditur agendo, auditur, & non repellitur excipiendo: notat Abb. in c. dilecti, nu. 4. de except. Alex. conſ. 57. vol. 2. Reſpon-
16 detur † illud procedere vbi excipiendo non fouet periurium: ſed in d. caſu excipiendo perſeuerat in periurio, vt eſt dictum: Vnde ſequeretur grande inconueniens illum audiendo, quia detineretur in peccato, ad ſupradicta.

Videtur tamen quod ſi vteretur ea cautela, vt prius obtineret abſolutionem ab incurſo periurio, & ſic ſi poſt peractã pęnitentiam relaxationem à iuramento imploraret, quod deberet audiri, ex doctrina Bar. in l. imperialis. §. præſenti. C. de nup. Vbi notanter ait † quod periurus poſt 17
peractam pęnitentiam habetur perinde, ac ſi non fuiſſet periurus.

Verum ego huic cautelæ non auderem fideiuſſor accedere, manendo in terminis relaxationis de qua loquimur, nec fiderem in hoc caſu prædictę doctrinæ Bar. nam & ſi demus illam veram eſſe in ſe, & verum eſſe † pęnitentiam
ſeu abſolutionem abolere periu- 18
rium adeo, vt amplius non cenſeatur quis periurus; † hoc verũ
erit vbi non remanet cauſa, & 19
materia periurij: ſed in caſu noſtro conſiderandum eſt, quod & ſi per abſolutionem, ſeu pęnitentiam abolitum eſt periurium admiſſum, remanet adhuc radix ex qua denuo repullulat periurium: ſemper enim poſt terminum eſt in mora, præallegata l. celſus, & c. cum dilectus: & ſic aſſidue peccat, vt dicit Abb. in præall. diſputatio. 2. adeo quod non videtur poſſe dari momentum, quin veniat contra iuramentum, & ſubinde quin ſit in periurio, quod toties admittitur, quoties quis venit contra iuramentum, vt retuli ſupra; Et huic cautelæ aduerſantur

tur omnia dicta ſupra in hac quęſtione vſque huc.

Secundo eandem concluſionem vt relaxatio non detur poſt terminum ſolutionis decurſum, quia iam eſt commiſſum periurium, extende vt vera ſit & procedat †
20 etiam in termino prorogato, & pariter elapſo, vt quia debitor ante lapſum termini obtinuit à creditore eiuſdem termini prorogationem, & paſſus fuit nihilominus illum labi, & non ſoluit: † nã
21 ſic incurrit ſimiliter periurium; & non eſt ſibi tunc amplius relaxatio concedenda; quia † proro-
22 gatio non abſtulit iuramentum, nec eius efficaciam, neque abſtulit ſubinde, nec mutauit ipſam obligationem iuratam; ſed remãſit in ſua primęua natura vna cũ iuramento. latiſſime Ant. Gab. in ſuis concluſ. tit. de dilat. concluſ. 2. ampl. 2. & in ſexta illius ſubampliat. nu. 11.

Contra hanc ampliationem te nuit Card. in cle. 1. q. 15. de iureiur. vbi tenet quod obligatus ſub iuramẽto ad certum tempus, ſi habuit maiorem dilationem, ſeu prorogationem termini à creditore, eſt abſolutus totaliter à iuramento: & ſic ſecundum eum ex lapſu termini prorogati non incurreret periurium: & illum refert Fel. in c. 2. in 4. concl. parum poſt prin. de ſponſ. Et pro Card. opin. contra dictam ampliat. multũ facere videtur l. cũ in plures. §. lege dicta, ff. loca. † vbi muta-
23 tio conuentionis, facta de voluntate locatoris, abſtulit primam conuentionem adeo, vt conductor illa amplius non conſtringatur. Sol. Bal. in c. venerabilem, num. 22. extra de elect. vbi quærit de Prælato qui iurauit ſoluere infra menſem; & termino nondum elapſo, habuit ſimpliciter prorogationem alterius menſis in quo non ſoluit: an, cum certum ſit, quod in primo termino non eſt periurus, ſit periurus in ſecundo termino: prędictæ legi, de qua pro negatiua oppoſuit, vt ſupra, tandem tenens affirmatiuam ſupra in d. ampliatione firmatam, quod ſit periurus; reſpondet quod d. lex non obſtat, quia ibi erat lex conuentionis dicta ſub certa forma, quæ forma erat poſtea mutata; & ſic ibi non eſt prorogatio, ſed mutatio; † quia non dicitur
ꝓprie prorogatio vbi eſt forma 24
mutata, ꝓ hoc allegat notata in c. hi qui auctoritate, deprę b. li. 6. Et conſequenter addi poteſt, quod ibi conſtabat de voluntate locatoris, vt recederetur à priori conuentione, prout aperte dicitur ibi in tex. quod non eſt in caſu noſtro: quia nulla adeſt mutatio in ipſa obligatione, ſed eiuſdem met ſolum facta eſt prorogatio; merito vna eademq. remanet, ad notata in d. c. hi qui auctoritate. Vnde & prorogatio † intelligitur facta cum eiſdem mo
dis, & eiſdem qualitatibus, arg. 25
l. qui ad certum. ff. locati, & cum eiſdem pœnis. l. cum ſtipulatus ſim mihi à proculo, ff. de verb. oblig. vt tradit Bal. in loco citato: & refert, & ſequitur Felin. qui tenet, & firmat præmiſſam ampliationem ex multis per eum adductis in d. c. 2. in 4. concl. præalleg. non multum poſt prin. ver. ſed tamen in hoc. Et de iſta differentia inter prorogationem

actus

actus, & illius mutationem, ſeu renouationem, quod in prima extendatur iuramentum, in ſecunda non, conſulit Burſ. in conſ. 220. nu. 27. lib. 2. & quod per prorogationem non mutetur actus, ſed remaneat idem omnino in tempore prorogato, multis allegationibus cõprobat Gab. d. tit. de dila. d. concluſ. 2. in 3. ampl. principali nu. 21.

Secundo opponitur de c. clericus de iureiur. vbi patet, quod iuramentum non intelligitur renouatum in noua promiſſione: dicitur enim, quod qui iurat ſeruare ſtatuta, non tenetur ad futura, niſi ſuper illis de nouo iuret: ſic ergo ad propoſitum, iurans ſoluere in certo termino, non intelligitur iuraſſe in alio termino, niſi reiteretur iuramentũ: quod corroboratur ex eo, † quia iuramentum eſt ſtricti iuris, & odioſum eſt illud extendere, & ideo de facili id fieri non debet propter periculum periurij. vt ex Hoſt. not. Abb. in d. c. clericus, nu. 2. ad hoc cap. cum clerici, de ver. ſig. vnde nec trahitur ad incogitata. cap. 2. de renun.

Reſpondeo, quod d. c. non obſtat;
27 † quia nimirum ſi ibi non conſtringitur vigore primi iuramenti in ſecunda promiſſione, nempe quia non eſt vna, & eadẽ res in ſecunda, quæ erat in prima; ſed eſt alia res, quæ non erat quãdo fuit iuratum; ideo, vti quid poſtea factum, non includitur in illo iuramento; quia tempore iuramenti illa ſtatuta, de quibus in ſecunda promiſſione, non erant in volumine ſtatutorum nec actu, nec cogitatu: ita declarat Bal. in d. c. clericus. col. 1. ver. & hoc verum. Et iuramentum præſtitum erat de iam editis, vt ibi eſt expreſſum in ver. edita, quod verbũ ad hoc ponderant expenduntque idem Bal. & Abb. ibidem; & ideo ad edita poſtea, veluti ad alium caſum, & rem aliam, iuramentum prius præſtitum non poteſt ſimpliciter ex mente ſola iurantis, quoad vim iuramẽti, extendi, niſi id expreſſe fiat, vt vult ibi ſumm. Pontif. & hanc ſolutionẽ, huncq. intellectum ad illud cap. ſentit, & extollit Burſ. conſ. præall. 220. nu. 24. poſt alios citatos, lib. 2. At in caſu noſtro nõ eſt res de nouo addita; ſed eſt eadem, quæ erat tempore iuramenti, & ſuper qua interpoſitum fuit iuramentum; quæ per nouam dilationẽ non eſt ſublata, nec quidem mutata, vt eſt dictum: merito durat iuramentum in ipſa prorogatione, & conſequenter eius tranſgreſſio inducit periurium, rationibus ex Bal. allegatis: prout idem tradidit etiam Iaſ. in l. lecta: col. 7. ver. ſecundo principaliter: ff. ſi cert. pet. Ex quibus patet reſponſio ad illam rationem, quod iuramentũ, vti ſtricti iuris, non debet extendi;
† quia illud verum eſt vbi extenſio fieri debet ad obſeruantiã alterius actus, vt declarat Abb. in d. c. clericus, ſub num. 4. ver. Ego quantum. Sed hic non agitur de extenſione; ſed de obſeruantia eiuſdem iuramenti circa vnũ & eundem actum; meritò: &c. 28

Etenim ille, † qui promittit ſoluere intra menſem, duo promittit, ſcilicet ſe ſoluturum, & infra menſem: & ſic ad duo obligatur, nempe ad ſoluendum in termino, 29

Digitized by Google

mino, & ad ſoluendum ſimpliciter, vt adnotauit Ant. in c. debitores: de iureiur. per l. celſus. §. ſed ipſe: ff. de arbitr. quem refert Abb. alias alleg. in cap. 1. eo. tit. de iure. & in quæſt. 2. Ergo licet illud de ſoluendo in termino fuerit ſublatum per nouam dilationem, ſeu per prorogationem, remanet tamen promiſſio iurata de ſoluendo tempore debito; & ſic iuramentum non extenditur ad aliud, nec repetitur: ſed prima effectualis præſtatio iuramento adſtricta inducit periurium; & hęc ratio ad hanc ampliationem firmandam tutior, & firmior rationibus Baldi ſupra relatis viſa eſt Iaſ. & Cur. in prӕallegata l. lecta: vt ex illis videre eſt. non curo referre. Alio etiam modo reſpondet Feli. nempe, quod non dicitur ampliari iuramentum, ex quo tacite includitur in eo, vt trahatur ad prorogationem; vt per eũ in cap. 1. ſub num. 5. ver. & tenendo: de iureiur. Et pro comprobatione huius dicti Feli. reſpondet tertio; quia iuramentum regulatur iuxta actum cui apponitur, eiuſq. naturam ſequitur, late. D. Anto. Gab. in concluſ. tit. de iureiuran. concl. 10. alio quoque modo reſpondebat Hoſt. in cap. præterea: de appel. quod in dubio tenenda eſt iſta pars tamquã tutior, & illum refert Feli. in d. c. 2. in concl. 4. præal. circa medium. ver. non obſtat, quod vltra, de ſponſal.

Immò plus etiam in terminis noſtris, in quibus ſcilicet facta eſt prorogatio ante finitum illud primum tempus per nouam dilationem conceſſam, ſeu verius per prorogationem primi termini, ſeu primæ dilationis; nihil etiam quoad tempus ipſum cẽſetur additum, vel immutatum: † quia 30
tempus ita prorogatum non cenſetur eſſe nouum tempus; ſed idẽ cum primo: bonus tex. in l. ſed & ſi manente: vbi Bart. & Ang. ff. de preca. † vbi ſi precarium in 31
certum tempus conſtitutum ante illud finitum in vlterius tempus prorogetur; non ob id conſtituitur nouum precarium; ſed vnum & idem remanet: & ita firmat Tiraq. per illum tex. & alijs auctoritatibus, quas copioſe more ſuo congerit in tract. de Retractu conuen. §. 1. Gloſ. 7. num. 26. † Ex 32
quo fit, vt & ſupra retuli, vt id tẽpus prorogatum aſſumat omnes qualitates, & conditiones, omniaque priora acceſſoria ſecum trahat, cenſeaturque eſſe eiuſdem omnino naturæ cum primo: quod tradit idem Tiraquel. d. loco, nu. 27. ex multis per eum allegatis: ꝙ ẽt tenet Feli. in loco proxime citato: qui ad hoc allegat tibi auctoritatem textuum cum canonum legum, ac item Doctorum Gloſarum, & Deciſ. Rotæ in viginti locis. idque copioſis item allegationibus confirmat Ant. Gab. in ti. de dila. præalleg. concl. 2. ampl. 3. prin. nu. 21.

Tertio prædictæ eidem ampliationi videtur obſtare id, quod de compromiſſo prorogato determinat Bal. conſ. 371. quæritur ſi factum ſit compromiſſum. lib. 3. relatus à Deci. in d. l. lecta, num. 14. ff. ſi cert. pet. † Vbi dicit, quod 33
& ſi facta ſit prorogatio compromiſſi iurati, facta narratione contentorũ in primo compromiſſo,

S non

non tamen ſpecialiter de iuramẽto, niſi addito verbo: & c. attamẽ iuramentum non intelligitur eſſe repetitum: per d. c. clericus de iureiur. Breuiter Marcus Anto. Blan. in ſuo tract. de compromiſſ. quæſt. 7. ver. prorogatio. nu. 15. vbi eandem quæſtionem examinat; tenens ampliationem ſupra firmatam veram eſſe; reſpondet prædicta de compromiſſi prorogatione non obſtare, & diuerſam rationem eſſe in compromiſſo:
34 † nam quando quis compromittit, & iurat de non contraueniendo, & apponit terminum; intelligitur ſe obligaſſe ſub iſta conditione ſi infra illud tempus fuerit
35 cauſa iudicata adeo, † quod, finito illo termino, iuramentum non perdurat, & obligatio iurata finitur; cum ceſſet conditio adiecta
36 de certo tempore: † & ſi poſtea, nondum finito tempore compromiſſi fiat prorogatio, non eſt dubium, quod reſpectu temporis eſt nouum compromiſſum, cum ſit mutata forma reſpectu temporis: vt determinat Bal. in l. ſi cum dies ff. de arbi. vnde ceſſat iuramentũ ceſſante illa conditione adiecta primo tempori ſub iuramẽto obſeruãdo; videlicet ſi cauſa infra illud fuerit expedita, vt eſt dictum, merito tempus poſtea additum non debet operari illud, quod inductum eſt in primo caſu, ſeu in primo termino; niſi quatenus in addito ſit expreſſum, cum quoad ortum ſint diuerſa, vt dictum eſt. Secus autem eſt, ſi quis promiſerit, & iurauerit, & appoſuerit tẽpus ad ſoluendum: nam ſi fiat prorogatio, adhuc eſt obligatus ſub eodem iuramento; cum à principio obligatio ſit perfecta de ſoluendo ſub pena periurij: † & ſi 37
poſtea prorogetur terminus ad ſoluendum, ſemper eſt eadem obligatio firma, quæ eſt iurata; vt dicit idem Blan. d. loco, & latius ſupra explicatum fuit. Non ſic in compromiſſo; † nam tempus in 38
eo appoſitum reſpicit finem obligationis compromittentium, id eſt, non aliquam obligationem inductam, ſed inducendam. patet quia ſi laudum non feratur infra illud tempus, non obligat Partes: d. l. ſi cum dies. §. ſi intra: ff. de arbitr. ex quo ſimiliter patet, 39
† quod compromiſſum, ſeu obligatio eius non habet perfectionẽ ſuam à principio; cum dependeat à voluntate arbitrorum, & habet eſſe, & effectum ſuum tunc demũ, cum fuerit iudicatum infra illud tempus adiectum, vt dictum eſt ſupra: & ideo cũ in termino addito cenſeatur nouum compromiſſum reſpectu temporis, & eo reſpectu ſit mutata forma, vt ſimiliter dictũ eſt; nihil remanſit, quod cenſeri poſſit repetitum, & prorogatum cum qualitatibus ſuis. ideoque eatenus cenſebitur volitum, & repetitum in ſecundo termino, quatenus in eo expreſſum fuerit: quia illud obligationi non inductæ, ſed inducendæ adijcitur. At in terminis, & caſu ampliationis noſtrę tempus appoſitum eſt potius exactioni: vt conſiderat idem Blan. in loco citato, ſub nu. 17. quaſi in fine.

Quarto contra eandem ampliationem adducitur, quod de fideiuſſore dicitur, qui ſi interuenit in obligatione pro certo tẽpore; eo prorogato, non cenſetur proro-

prorogata eius obligatio: vt id notat Ioan. Andr. ad ſpecul. tit. de fideiuſſ. §. 1. ver. illud autem: & Abb. in c. conſtitutus, in fi. de fideiuſſ. Deci. in l. lecta, num. 12. atteſtans de communi. ff. ſi cert. pe. Alex. in l. vbicumq. ff. de fideiuſſ. ſi vis plures, adeas Reper. Bert. ver. fideiuſſor liberatur, & Felin. qui hanc oppoſ. ponit in c. 2. præall. concl. 4. parũ poſt prin. de ſponſ. Sic ergo iuram. interueniens quaſi loco fideiuſſionis, non extendetur ad hãc obligationem prorogatam. Huic obiectioni reſpondetur, declarando notanter cum Felin. poſt Hoſt. dictam ampliationem, ſeu illam ſuam rationem, quod tempus prorogatum intelligitur cum ſuis acceſſorijs: nam procedit in his quæ ex partium poteſtate pendent, vt ſunt iuram. pena, pignora propria, & ſimil. Secus in his quæ non dependent ab eis, ſed ab alijs: vt ſunt fideiuſſores dati, & res alienæ obligatæ, vt per Hoſt. in c. præterea, de appel. per l. labeo. §. pen. & fi. ff. de arb. & l. ſi cum Hermes. C. loca. & alia iura, & à Felin. relata in d. loco. Et pro declaratione adeundus eſt Abb. in præall. c. conſtitutus, de fide. Bal. in d. l. ſi cum Hermes, & Bar. in l. paulus, 2. §. lucius. ff. de admi. tuto.

Et prædictam ampliationẽ tenuit etiam Deci. in l. lecta præallegata, nu. 14. ff. ſi cert. peta.

Eandem quoq, reprobato Cardin. in Cle. 1. §. nos itaque, de iureiur. tenet, & de communi pro ea teſtatur D. Anton. Maſſa Galleſi. in tract. oblig. ad Fòr. Cam. Apoſtol. par. 3. tit. de vi inſtrum. nu. 19. & ſeq. per dictam rationem; quia per ſimplicem prorogationem temporis nihil cenſetur immutatum de priori obligatione, & alias ſupra adductas. Ex quibus ſingulariter infert † quod procedi poterit exequutiue in ipſa obligatione prorogata, ſi taliter in ea ante prorogationem procedi potuiſſet. 40

41 Et † ad cognoſcendum regulariter quæ à prorogatione facta intelligantur innouata, & repetita, & quæ non, ſed cenſeantur ſublata & omiſſa, pro regula tradit id quod ex Hoſt. adduxi paulo ſupra pro reſpon. ad 4. oppoſ. videlicet, Quod omnia, etiam acceſſoria prioris obligationis, quæ dependent a voluntate partium, vt iuramenta, pignora propria, & ſimilia non cenſentur omiſſa, ſiue remiſſa, ſed repetita, & innouata. Secus quoad extrinſeca, & extranea, vt ſunt fideiuſſores, & ſimilia, vt ibi per eum. Adde quoque Felin. pro hac parte in cap. 1. num. 4. & 5. de iureiur. vbi ad comprobationẽ plura adducit.

42 Cuiuſmodi † autem oportet eſſe factam prorogationem, vt nõ cenſeatur immutaſſe obligationẽ, ſed idem de ea ſit cenſendum; docet modum, & formam idem Galleſ. vbi ſup. num. 24. poſt Par. conſ. 43. prorogationes, lib. 1.

43 Subampliari † ergo poteſt eadem prædicta ampliatio de termino ſolutionis prorogato, vt in illo perduret vis, & virtus iuramenti, vt procedat, ſiue prorogatio ſit facta cum repetitione expreſſa iuramenti; quo caſu nullum eſſet dubium; ſiue ſit facta ſimpliciter ſine vlla mentione iuramenti: nam nihilominus ſi non

S 2 ſoluat

ſoluat debitor in termino prorogato, efficitur periurus vigore iuramenti à principio præſtiti: ad ſupradicta, & ita concludit Bal. ſupra citatus in d. c. venerabilem, de elect.

Et multo ergo magis procederet in caſu, in quo licet non eſſet expreſſe renouatum iuramẽtum; aliqua tamen de eo mentio facta eſſet, iuxta id quod habetur in c. clericus, in tex. & per Doctores, de iureiur.

44 Iſta † tamen aliqualis expreſſio, ſeu mentio iuramẽti, ſeu eius nominatio, ſiue relatio iuramenti prius præſtiti non ſupplet pro iuramento, neque pro iuramento habetur, vbicunque iuramentum requirebatur, ſeu vbicunq. quæritur, an iuramenti prçſtatio facta ſit, vel non; & an quis teneatur ex iuramento, vel non: vt in caſu illius. c. clericus, vbi id aperte deciditur. Item pone caſum in ſubdito qui primo iurauit Domino, & conueniunt quod illud iuramentum poſtea extendatur ad alia, vt exemplificat Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de iureiur. in fi. ſpecialius pone, quia recepit feudum, & iurauit fidelitatẽ, & poſtea recipit aliud feudum, & conueniunt, vt iuramentũ prius prçſtitũ extendatur ad aliud feudum: quia non extenditur, nec tenetur ad fidelitatem ſecũdi feudi vigore iuramenti. Et ratio ho-

45 rum eſt † quia iuramentum non extenditur ex ſimplici conſenſu, vel promiſſione. Sed vbi quis debet teneri ex iuramento, & quæritur an teneatur, requiritur ex-

46 preſſa iuratio, † quia forma, & actus iurandi eſt de ſubſtantia: vt aperte definitur in d. c. clericus, vbi id notabiliter probatur, & melius quam alibi, teſte Abb. Pan. ibi nu. 3. in fine. De qua re egregie conſulit Burſat. omnino videndus in conſ. 220. præall. n. 22. cum ſeq. lib. 2.

Limita † tamen & declara hoc quod dictum eſt, extenſionem primi iuramenti non fieri ad alia, vt non procedat vbi ad ea primum ipſum iuramentum extendebatur ex ſe, ſeu ex natura rei, ſecundum Ioan. Andr. in d. c. clericus, quem refert, & ſequitur Ab. pan. ibi nu. 4. 47

Secundo limita, & declara, vt non procedat † vbi quoquo modo poteſt conſtare, quod quis intendebat nouiter iurare: quia tunc cenſeretur obligatus ex iuramento per relationem primi; idque ex verbis adhibitis cõijci poſſet; ſcilicet an voluerit iurare, ac ſe obligare iuramento, vel extendere primum. Nam ſi dixerit, exẽpli gratia, volo teneri ex primo iuramento iam præſtito, vel promitto per primum iuramentum; ſic videtur extendere velle primum, & non teneretur iuramento, quia non poteſt fieri extenſio, vt eſt dictum: Si vero diceret iuro per primum iuramentum; vel obligo me medio iuramenti, ſicut feci prius: & cenſeretur ex nouo iuramento obligatus: vt latius iſta explicat Abb. in d. c. clericus, nu. 4. verſ. Ego quantum. Sequitur Burſ. in alleg. conſ. 220. n. 26. 48

Et in dubio ſatis videtur voluiſſe iurare, ſi expreſſit verbum iuro, vel conſimile, vt dictum eſt: & ita dicit Abb. d. nu. 4. in fi.

Inferri poteſt ad materiam noſtram

ſtram abſolutionis, vt illa non ſit
neceſſaria; & ſuperfluum ſit eam
petere in caſibus, in quibus dictũ
eſt non fieri extenſionem iura-
menti. cõtra in caſibus cõtrarijs.

Extende & ſubamplia ſecundo
eandem ampliationem, vt ſit ve-
49 ra † etiam ſi prorogatio eſt facta
cum longiori termino, quam pri-
mus; quia nec propterea cenſe-
tur ſublatum iuramentum per
iſtam longiorem dilationem, vt
id tradit Feli. in d. c. 1. nu. 4.

Tertio principaliter amplia
50 † prædictam Concluſionem in
præſenti quæſtione firmatam, vt
non excuſaretur, nec defendere
ſe poſſet iurans à periurio incur-
ſo auctoritate ſtatuti annullantis
tale iuramentum: vtputa quia
ſtatutum caueret, quod non va-
leat contractus initus etiam cum
iuramento ſine certa ſolemnita-
te: nam nihilominus contrahens
cum iuramento, illa ſolemnitate
non ſeruata, & contraueniens iu-
ramento, ſit periurus, nec excuſa-
tur à ſtatuto annullante iuramẽ-
tum: Alex. conſ. 38. col. 3. Par. 4.
latius Roma. conſ. 437. Ego ple-
ne dicam infra in Parte quarta
in caſu xij. maxime in prima am-
pliat. in ver. Et prædictam diffi-
nitionem: & intellige, vt ibi.

Amplia quarto principaliter,
51 † vt neque remiſſio iuramenti fa
cta à Parte quicquam prodeſſet
poſt terminũ lapſum, & periurio
conſequenter incurſo, ad excuſan
dum ab illo: notat Feli. in d. c.
1. nu. 3. & in cap. 2. in 4. concluſ.
prope finẽ, ver. modo limitatur,
de ſponſ.

Suppetias tamẽ ferret ipſa re-
miſſio, ſi tantillum temporis re-
maneret, necdum termino lapſo;
licet intra illud non eſſet poſſibi-
le, vt expediri poſſet id, quod ex
iuramento erat adimplendum:
nam nihilominus Partis remiſſio
excuſat, & releuat, licet pro abſo-
lutione non ſufficeret illud tan-
tillum ſpatij: vt id notat Fel. vbi
ſupra: & Barto. in l. labeo, in fi.
ff. de iureiur. & alibi ſup. eſt dictũ.

† Exceptio quoque periurij re 52
mitti poteſt, vide caſum per Bar.
Soc. conſ. 65. in 1. Par.

Et prædictam Concluſionem,
ad quam nonnulli Iudices Eccle-
ſiaſtici noſtræ huius tempeſtatis
parum aduertunt, bene nouit ob-
ſeruarique voluit, & mandauit vi
gilantiſſimus pariter, & Illuſtriſ-
ſimus Archiepiſcopus, & Cardin.
ſactæ memoriæ Borromeus in ſua
Curia Archiepiſcopali Mediola-
nenſi, & in alijs illius prouincię;
vt eſt in Concil. Prouinc. v. de Epi
ſcop. & epiſcopa. iuriſd.

Limitanda eſt eadem præmiſſa
Concluſio, ſecundum Abb. Primo
vt non procedat in caſu, † vbi 53
periurus, petendo abſolutionem,
non perſeueraret in eo peccato
periurij; nam tunc poſſet petere
abſolutionem poſt terminum, li-
cet per lapſum termini, ſemel de
facto contraueniendo, inciderit
in periurium; id quod ſecundum
eum contingere poſſet ratione
obligationis inſtantis; vt per eum
in cap. 1. nu. 13. ver. puto tamen
de iureiur. & in diſput. ſeu quæſt.
2. incipit ſtante ſtatuto, col. pen.
ver. vnum tamen; vbi clarius.

Exemplum ponit Abb. † in ven 54
dente rem per metum, & iurante
non contrauenire: licet enim de
facto contrauenerit, non petendo

prius

prius abſolutionem à iuramento, & ſic inciderit in periuriũ: nihilominus poterit abſolutionem petere poſtea, vt ſic licitum ſit ſibi venire contra venditionem ratione obligationis inſtantis; cum illam petendo non peccet denuo, nec perſeueret in peccato; quia illud fuit momentaneum peccatũ & non ſucceſſiuum: vt per eum in loco citato per plura, quæ adducit, & inſerius referam.

Verum quidam non ſpernendæ doctrinæ, & auctoritatis mihi ad hoc exemplum Abbatis opponebat ſe non videre cur magis abſolutio denegetur ei, qui eam petit poſt incurſum periurium ex eo, quia non ſoluit in termino per dictam rationem, quia petendo eam ſemper eſt in mora, & perſeuerat in peccato, ad ea, quæ dicta ſunt ſupra in principio huius quæſtionis; quam in hoc Abbatis exemplo: cum etiam in caſu huius exempli is, qui in periurium incidit non adimplendo venditionem in termino, videatur ſemper eſſe in mora, & perſeuerare in peccato ſimiliter petendo abſolutionẽ: vnde ſecundum eum pręmiſſa limitatio parum firme prædicto Abbatis exemplo ſuſtineri poſſe videbatur.

Quocirca vt cuique inſtar prędicti eandem difficultatem excitanti ſcrupuli auferantur, & differentia inter caſum, ſeu Thema præſentis quæſtionis, & hanc eius fallentiam ex dicto Abb. exemplo conſtitutam clarior apparere habeat; illam explicatiori, quamuis fortaſſe non vſque adeo neceſſaria, declaratione demõſtrare operæpretium duxi. Itaque vt differentiam ipſam facilius percipiamus, conſiderare nos oportet, quod in illo debitore, qui ex non ſolutione in termino incidit in periurium, actus periurij durat etiam poſt terminum ratione moræ; neque in eo eſt noua inſtans obligatio in futurum adimplẽda, cuius intuitu peti habeat abſolutio: pone exemplum in mutuo ſibi facto, ex quo ipſe remanet obligatus ad vſuras, quas iurauit ſoluere, & non ſoluit in termino iurato; vt ponit exemplum Abb. in d. q. 2. col. antepen. in decimo caſu. hic enim patet, quod perſeuerat in peccato, & multiplicat periuria petendo abſolutionem; quia durat actus periurij, etiam poſt terminum ratione moræ commiſſæ non ſoluendo in termino, vt eſt dictum: neque enim ſubeſt obligatio inſtans adhuc adimplẽda, cuius gratia peti habeat abſolutio, vt ſimiliter dictum eſt: nimirum ſolutio, ex qua obligatus remanet, & ex qua in periurium incidit; ex contractu iam abſoluto, & qui ab altero erat adimplendus, & fuit adimpletus, nempe ex mutuo ſibi facto, ſibi incumbit: & ſic merito abſolutio non petitur ab eo ratione inſtantis obligationis, vel contractus, qui adhuc ſibi incumbat implendus, & contra quem abſolutionis remedio adhuc contraire habeat: prout eſt in exemplo prædictæ limitationis, in quo petitur abſolutio intuitu obligationis inſtantis, ſeu contractus adimplendi, vt non adimpleatur. ideo petitio eius hoc reſpectu non inducit perſeuerantiam in peccato, ex quo pendet ex cauſa de futuro non de

præ-

præterito, & ſic non durat actus periurij. Et hoc eſt, quod dicit Abb. quod peccatum periurij admiſſi non adimplendo venditionē in termino fuit momentaneum, & non ſucceſſiuum, & petendo abſolutionem, nō peccat denuo, nec perſeuerat in peccato, ex quo petit eam ratione obligationis inſtantis, ſcilicet in quantum vult contrauenire venditioni, quæ adhuc inſtat ſibi adimplenda; & ſic ex cauſa, quæ de futuro inſtat ſiue in futurum reſpicit. quamquam enim, vt Abb. inquit, iurarit non contrauenire, & ſemel contraueniendo peccauerit; nihilominus deſiſtendo poſtea, & petendo habilitationem, vt ſic licitum ſit ſibi venire contra venditionem ratione obligationis inſtantis adimplendi contractus, non peccat denuo; ſed hoc caſu ceſſat perſeuerantia in peccato: non enim peccat denuo petendo abſolutionem ad contraueniendum; quia hoc non iurauit: arg. c. ad audientiã: de his, quæ vi met. ca. & c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. intelligitur enim quod non contraueniet, ſtante iuramento, arg. c. ſicut, de ſponſ. vt per ipſum. Et ſic habito reſpectu ad obligationem inſtantem, ſeu à parte ante, non eſt mora, ex qua durare habeat actus periurij poſt terminum: & conſequenter non eſt cur impediri habeat abſolutio in caſu prædicti exempli, & prædictæ fallentiæ, vt ſubtiliter conſideraũit Feli. in c. 1. ſub quæſt. 7. in primo illius caſu, in fine de iur.

Item cogita ſi poſſet etiam poni exemplum pro dicta limitatione, vbi poſt periurium incurſum ob non adimpletum contractum in termino, ceſſaſſet mora ob implemētum poſtmodum ſequutum; quia eo quoq; caſu videtur, quod ſit neceſſaria abſolutio à iuramēto, ſi amodo vult contrauenire, nihil ſuffragante implemento ſequuto. † nam propter iuramen- 55
tum adiectum contractui, videtur, quod neque etiam poſt obſeruatum contractum licitũ ſit amodo cōtrauenire; quia c. 2. de pact. lib. 6. ſecundum Abb. vult per eã dictionem omnino, quod propter adiectionem iuramenti ſit excluſa omnis contrauentio, vt ipſe declarat latius in c. cum contingat, ſub num. 8. quaſi in fine, in verſi. Placet tamen mihi, de iureiuran. idque tenuiſſe ait Archid. in d. c. 2. & ad idem dicit eſſe tex. in authen. ſacramenta puberum: in ea dictione inuiolabiliter. C. ſi aduer. vendi.

Et ad illud exemplum Abbatis adde, quod ipſe requirit, quod imponi debeat pænitentia de periurio illi, qui poſt periurium vult habere abſolutionem, vt poſſit contrauenire.

Et eſſet bona cautela, ſecundũ Fel. vt pænitentia imponatur ei ante omnia, & ſic ante petitam abſolutionem: & poſt peractam pænitentiã admitti poterit. nam alioqui non videtur, quod poſſet admitti ad petendam abſolutionem; quia periurus repellitur ab agendo, vt per ipſum in prællegato. c. 1. q. 7. in primo illius caſu, ver. ſed conſidera: de iureiur. ad hoc allegat Specul. in tit. de actore, §. 1. ver. Item quod eſt periurus: per l. ſi quis maior. C. de tranſa. & not. Gloſ. in c. paruuli. 15.

li 15.q.5. ita admonet Felin. in d. cap. 1. ſub nu. 28. præall. ver. ſed conſidera.

Sed tamen idem Felin. ibidem ſentit, quod iſta ſua cautela non ſit neceſſaria, & quod illa non adhibita, & ſic abſque iſta impoſitione pænitentiæ tranſire poteſt dictum Abb. quod dicit eſſe not. neque enim obſtat quod dictum eſt, periurum repelli ab agendo;
56 quia † idem Feli. reſpondet id verum eſſe & procedere quando venit contra contractum iuratum celebratum ſuper actione quam intentat: & ſic in cauſa in qua periurus reperitur: iuxta caſum, & diſpoſitionem d. l. ſi quis maior. alias non reperitur, quod periurus repellatur ab agendo: alleg. ad hoc Gloſ. & Doctor. in c. dilecti. de except. & docto. maxime Anto. in c. intelleximus, in
57 fi. de iudi. At † petere abſolutionem non eſt venire contra contractum, vt ibi per eum. Et eſt regulare, quod (extra tamen terminos, & caſum d. l. ſi quis maior)
58 † periurus non repellatur vbicũque ius ſuum perſequitur, etiam abſque emendatione, vel pęnitentia. c. omnibus, 4. q. 6. & per illum tex. declarat Abb. in d. c. intelleximus, n. 14. & eſt ratio, quia periurium non repugnat directe facultati agendi. imo hoc eſt, inquit, in quolibet criminoſo, qui alias repelleretur ab agendo pro publico intereſſe, nam admittitur cum ius ſuum proſequitur.

Et ex his quæ idem Felin. ibidem dicit eſſe notanda, ipſe elicit ſingularem hãc limitationem ad ea quæ dicta ſunt de periurio, quod impedit abſolutionem: videlicet, † vt non procedant niſi 59
quando actus periurij durat etiã poſt terminum ratione morę, vt ibi per eum, & admonui ſupra.

Verum eſt animaduertendum quomodo prędicta circa hanc primam limitationem ex Abb. & Felin. relata procedere, & locum habere valeant propter difficultatem quæ oritur ex diſpoſitione d. l. ſi quis maior. C. de tranſa. quia manendo in terminis iuramenti, de quo loquitur Abb. & limitatio præmiſſa, ſcilicet de iuramento interpoſito pro obſeruantia contractus, ſeu cõuentionis initæ; non videtur, quod remaneat amplius remedium aliquod ipſi iuranti, qui iam contrauenit, ad ueniendum contra ipſum contractum: † quia contraueniendo 60
iam cecidit ab omni iure ſuo, d. l. ſi quis maior: † quæ locum habet 61
non in tranſactione ſola, ſed in quocumq. contractu, & in quacumq. pactione, vt oſtendit ibi Barto. nu. 13. & ibi tenent omnes vt teſtis eſt Alex. ibi nu. 1. Et tradit Abb. in c. per tuas, in prima lect. nu. 14. de arbitr. late Anto. Gab. in commu. concluſ. tit. de tranſact. concl. 1. ampliat. 4. nu.
5. † Item locum habet, tam in 62
actore quã in Reo contrauenien te, vt tenent omnes in illa lege.

Et † incurritur pęna illius le- 63
gis ex eo ſolo, quod quis eſt in mora non ſeruando, ſeu nõ adimplendo promiſſa, vt dicitur in ea, & declarat ibi Alex. ſub nu. 6. & tradit Bal. in c. querelam, nu. 2. in fi. de iureiur.

Item † locum habet pęnalis il- 64
la eius diſpoſitio etiam de iure canonico, & in terris Eccleſię, vt tradit

tradit idem Gab. d. concl. 1. am-
65 pliat.26. Et † in tantum afficit in his terminis iuramenti tranſgreſſio, vt non habeat locum moræ purgatio, etiam de iure canonico in foro fori: idem Gab. ibi in tertia declaratione ſextę ampliationis. nu. 13. nec mirum ſecundum Abb. ſi hoc caſu iuramenti tranſgreſſio tantum efficit: nam hoc caſu iurans plus delinquit, quam in alijs iuramentis; quia iurans feſellit Deum, & proximum; ita conſiderat Abb. differentiam inter hoc, & alia iuramenta in c. teſtimonium, nu. 7. in fi. de teſti.

Vnde fruſtra conſequenter videtur, quod petenda dandaq. ſit abſolutio, quæ nihil habet ſuffragari. ideo non videtur quod debeat cōcedi ſi illa petitur, ex quo impetranti non remanet remedium, nec competit actio, ad dicenda infra in quarta parte, in decimo caſu. Et his conferunt quæ cōnſulit Paul. de Caſtro in conſ. 13. viſis, & conſideratis, nu. 4. ver. ſecunda ratio, li. 2.

Niſi dixeris, quod ob prætenſum, & allegatum metum veniat
66 audiendus, † quia illa l. ſi quis maior, vt locum habeat eius pænalis diſpoſitio, requirit quod cōtractus ſit factus libere, nulla coactione interueniente: vt ibi legitur, & notatur præſertim à Iaſon. num. 14.

67 Et præſertim, † quia in dubio facienda eſt interpretatio, vt nō ſit locus diſpoſitioni illius legis ſi quis maior. Gab. in alleg. concl. 1. limit. 16. nu. 37.

68 Abſolutio autē † in caſu huius limitationis obtinenda eſſet à Papa; cum petatur poſt periurium incurſum, & agatur conſequenter de præiudicando iuri parti aduerſæ quæſito ex ipſo periurio, exceptioniq. ex eo reſultanti vigore d. l. ſi quis maior, ad ea quæ dixi in par. 1. q. 2. in fi. & dico latius in par. hac 3. q. 20.

Secunda limitatio, ſeu declaratio eiuſdem huius quartæ quæſtionis concluſionis eſt, vt † licet 69
periurium obſtet in obtinēda abſolutione; non tamen in repetitione indebiti ſoluti: quia ſi poſt terminum, & ſic admiſſo iam periurio, ſoluerit iuxta cautelam traditā à D. Anto. in c. debitores de iureiur. relato à Pan. in allegata q. 2. col. pen. in prin. poterit poſtmodum repetere. quamuis enim periurium impediat abſolutionem, iuxta iam dicta, non tamen impedit repetitionem indebiti ſoluti; quia per illud repelli non debet periurus à proſecutione iuris proprij. 4. q. 3. per tot. & dixi ſupra. probari enim non poteſt, quod ius repetendi ſit ſublatum ex eo quod incidit in periurium, vt dicit Abb. in loco citato.

Tertio limita ſecundum Felin. vbi Iudex intra terminum pręcepiſſet debitori ne ſolueret; † quia 70
ex lapſu termini non incurriſſet periurium propter tale pręceptū, vt per eum d. c. 1. quæſt. 7. prope finē, ver. ſecundus caſus, ex Arch. in c. auctoritate, 15. q. 6. Vnde ſubdit, cautela eſſet, quod ante aduentum termini, facta aliquali fide de turpitudine iuramenti, obtineretur tale præceptum: In hoc enim caſu ex quo iuramentū inducit ad ſoluendum contra ius, excepta intelligitur in illo auctoritas

T

ritas, & Ius Iudicis,ad dicenda
inf.q.ſeq. verſus fi. ver. remanet
ſolum. Et intellige de præcepto,
ſeu iuſſu iuſte & rite emanato;
quia iuſſus,vel auctoritas non ri-
te interpoſita non excuſat: l. iu-
ſte poſſidet, & ibi not. ff. de acq.
poſſ. & conſulit.Fed. de ſen.conſ.
251. num.3.

De qua re quando & quomo-
do præceptum Iudicis excuſet
contra iuramentum,videndus eſt
etiam idem Fed. de ſen. conſ.31.
minori 25. per tot.

Adde quod vtilis eſſet præci-
pue hæc cantela vbi inſtaret ter-
minus ſolutionis ita, quod non
poſſit in termino obtineri abſolu
tio ſeu relaxatio, vel ob citatio-
nem Partis in caſu quo fieri debe
ret, vel ſimilem aliam difficulta-
tem. Poſſet enim proponere ali-
quid Iudici, quod mouere poſſet
eius animum ad hoc præceptum
concedendum. Et ratio huius li-
71 mitationis eſt; † quia auctoritas
ſuperioris excuſat à periurio. c.
venientes, de iureiur. l. fi. ff. qui
ſat. coga. & ibi Alex. Specul.de
72 cita.§.1. ver.pen. † Et nomina-
tim,quod iuramentum intelliga-
tur ſaluo præcepto Superioris,di-
xit Bal. in l. 1. §. in computatio-
ne. col.2.C. de iure deli. hoc idē
tradit, & perbelle cōprobat Iaſ.
in d.l.ſi quis maior,num. 18.cum
duobus ſeq. C. de tranſa. De qua
re videndum eſt omnino, quod di
ectur infra in ſequenti proxima
quæſt. verſus fi. vbi declarabitur
qualiter ſit intelligenda hæc limi
tatio,& illud,quod dixi de aucto-
ritate ſuperioris in iuramento
excepta.

Quarto limita ſecundum eun-
dem Fel.vbi ſupra,† quando per- 73
iurium eſſet incurſum abſque do-
lo,puta, quia non ſoluit in termi
no ex culpa, non autem ex dòlo;
† vel ſi aliter excuſaretur à periu 74
rio, vel ratione neceſſitatis, vel
difficultatis, & poteſt poni caſus
ſi propter paupertatem impedi-
tus eſſet,vt in c. querelam,de iu-
re. & ibi per Bal. in 2. notab. &
num.4. Et ratio huius limitatio-
nis eſt;quia pœna impoſita periu-
rio non habet locum ceſſante do-
lo, vt per Bal. ſingulariſſime,ait,
in l. obſeruare.§. proficiſci: ff.de
offic. procon. & ait probari per
Gloſ. in c.breui.eo.tit. de iureiu.
cum cōcordantijs, de quibus ibi.
Adde Alex. in l.fi.nu.6.ff.qui ſat.
cog. & Caſſa. Deciſ. vn. de mut.
peti. vbi quod ex cauſa neceſſi-
tatis receditur à regulis iuris
comm.

Et pari ratione,immo maiori,
tali caſu danda eſſet abſolutio, ſi
eam peteret in vltimo momento
termini adeo, quod labitur inte-
rim dum expeditur abſolutio, ſi,
vt eſt dictum,non fuit in culpa ma
litioſe ita ſe nimium coarctan-
do:

† Intelligenda tamen eſt hæc 75
limitatio ſane, vt procedat vbi-
cumque caſus ille, qui habet ex-
cuſare à periurio,adhuc tempore
petitæ abſolutionis exiſtit, & vi-
get: alias ſi deſijt, & ceſſauit, &
ipſe iurans præparat ſe ad non ſa-
tisfaciendum, non excuſaretur à
periurio petendo abſolutionem;
vt prudenter conſiderauit etiam
D. Anto. Gagliar. in præalleg.
ſuo opuſculo abſol.§.1. nu.40.41.
Et huius ratio eſt; † nam ceſſante 76
neceſſitate, ceſſat conceſſio facta

ratione illius neceſsitatis: & eſt regulare. l. 1. §. fi. vbi Barto. ff. de ſer. Et ille item remanet in mora, quæ induceret perſeuerantiam in peccato periurij. ſtante vero illa neceſſitate, ex quo illa impediuit periurium incurri, tunc is, qui eo impedimento tenetur; ſi volens conſulere eius futuræ cautelę abſolutionem petit, non poteſt dici prætendi abſolutio à periurio, cum illud non cenſeatur incurſum: ideoque non eſt cur à regula recedi habeat, quæ permittit abſolutionem.

Pro quinta limitatione affini præcedentis ſubijce regulam,
77 † quod omnia, quæ impedirent contrahi moram, eadem impediunt periurium committi; quam regulam ponit Bar. notabiliter in l. labeo, in fi. ff. de iureiur. per c. breui. extra eo. & remittit pro ea ad ſeipſum in l. quod te: ff. ſi cert. peta.

Ex qua regula, eademque quinta hac limitatione, prout etiam ex quarta proxima præcedenti, inferri poteſt in materia noſtra ad plurimos caſus ſpeciales. Et
78 exempli gratia. † Quod ſi debitor, puta, exbannitus fuerit ante terminum, & bona illius fiſco fuerint incorporata, ita quod ex hoc ſoluere non valuit; non erit cenſendus periurus ex lapſu termini, neque ſubinde excluderetur à petitione abſolutionis ad effectum agendi, vel excipiendi, prout hũc caſum ex alijs quos citat ponit D. Ioan. Baptiſ. Marcheſ. in alleg. tract. de commiſ. Par. 1. commiſ. 1. cap. 2. num. 37.

Sexto limita eandem Concluſionem ſupra in præſenti quarta quæſtione firmatam, vt ex lapſu termini, ac ſubinde ex incurſo periurio excludatur quis à petitione abſolutionis, vt procedat vbi appoſitum eſt certum tempus in promiſſione, ſeu obligatione: ſecus ſi certum tempus non eſt adiectum, ſed eſt obligatio pura, & ſimplex; quia tunc requiritur interpellatio, & abſque illa non cenſeretur mora commiſſa, nec incurſum periurium non ſoluendo. Bal. in repet. l. iuriſiurandi. col. 41. ff. de iureiur. Et hoc ſentit Feli. in cap. 1. num. 28. in prin. de iureiur.

Idque amplia † etiam ſi appoſita eſſet dies incerta, vtputa cũ idoneæ fueris ætatis, vel ſimile. Anto. Gabri. in communi. conclu. tit. de ſolu. concluſ. 9. limit. 14. nu. 32. 79

Cogita ex eo, quod dicitur iuramenti † effectum eſſe, vt conſtituat in mora abſque miniſterio interpellationis, ſecundum vnam opinionem, quam magis communem vocat Gabr. in tit. de iure. concl. 2. 80

Sed tu pro veritate, vt ſcias in quo iuramento id locum habeat, pro nunc recurras ad diſtinctioně quam ponit Bar. in l. eum qui. §. 1. nu. 3. ff. de iureiu. quam approbat Alex. ibi, & in l. quod te, num. 8. ver. idem vbi quis iurat: ff. ſi cer. pet. & ibi etiam addi. ad eum. Et Deci. ibidem nu. 11. & addi. ibi ad eum, lit. e.

Septimo limita † niſi facta fuerit prorogatio termini à Parte; quia tunc non poſſet dici terminus finitus ex quo prorogatus eſt 81

antequam lapſus ſit: etiamſi prorogatio hæc facta ſit in vltimo momento termini, adeo quod certum eſt quod non poſſet expediri in termino id quod iuratum eſt: nam nihilominus debitor euitaret periurium; id tradit Fel. in d.c.1.nu.3.de iureiur. facit quod notatum eſt ſup. in 4. Ampl. ver. ſuppetās tamen.

QVAESTIO V.

De Moratorijs, vtrum concedi poſsint, & debeant in debito iurato. Et de poteſtate, pariterq. voluntate legis, ſeu iuris ciuilis circa iuramentum. Necnon de facultate Principis ſecularis, tum quorumcumq. in remittendo iuram.

SVMMARIVM.

1 *Moratoriam inferior principe concedere nequit etiam ſi non adeſt in debito iuram.*

2 *Inferior Principe ſupremo eſt ſubtus ius, & non poteſt contra ius diſponere.*

3 *Inferior, vel minor non poteſt tollere legem Superioris.*

4 *Iudicis eſt curare, vt pacta ſeruentur.*

5 *Moratoria minuit creditum, ſeu ius creditoris quoad tempus, & nu.38.*

6 *Inferior ius ſuum nemini poteſt auferre, etiã ex cauſa n.7.*

8 *Papa diſpenſat in iuramento etiam ad fauorẽ hominis præſtito ex iuſta cauſa.*

9 *Moratorias concedit Papa tã clericis, quam laicis in debitis iuratis. Amplia vt nu. 10.*

11 *Princeps ſecularis ſupremus, ideſt Imperator, & Domini iura imperialia habentes, moratorias regulariter concedere poſſunt.*

12 *Duces Italiæ ex inueterata conſuetudine ea poſſunt de iure in ſuo dominio, quæ Imperator in toto orbe.*

13 *Moratorias in debitis iuratis an concedant de iure Imperator, & alij Domini iura imperialia habentes, quod non, à nu.24. & ſeq. & nu.252.265. 277. Limita, vt nu.281. tempora limit. vt nu.289.*

14 *Argumentũ à minori ad maius affirmatiue procedit, & neceſſario, nu.192.*

15 *Differre minus eſt, quam tollere.*

16 *Princeps ſecularis, ideſt Imperator, ius diuinum diſtinguere, & interpretari poteſt. intellige, vt nu.42.46.*

Prin-

17 *Princeps ſecularis dicitur Dei miniſter.*

18 *Poteſtas omnis etiam Principis ſecularis à Deo eſt, & qui ei reſiſtit, Deo reſiſtit.*

19 *Auctoritas Superioris etiam ſecularis excepta, & ſalua intelligitur in iuramẽto: Explica, vt nu.253. In qua materia procedat, vel non, num. 266.267.268. In quibus perſonis, nu. 270. Amplia vt nu. 272. Limita, vt num. 274. 275.276.*

20 *Princeps ſecularis ſupremus actionem, & exceptionem cuique competentem, nedum differre, ſed auferre poteſt.*

21 *Princeps ſecularis ſupremus habet plenam poteſtatem ſupra ius ciuile.*

22 *Princeps ſecularis ſupremus ius alicui quæſitum tollere poteſt ex cauſa.*

23 *Princeps ſecularis ſupremus moratoriam concedere poteſt regulariter, etiam ſine cauſa.*

24 *Princeps, ſeu poteſtas ſecularis non poteſt ſe de iuramento intromittere, & nu.68. limita, vt nu.69.70.*

25 *Iuramẽtum eſt res ſpiritualis.*

26 *Princeps ſecularis circa ſpiritualia nihil poteſt.*

27 *Moratoria aperit viam periurio.*

28 *Periurijs via non eſt aperienda.*

29 *Iuramento quod ſine interitu ſalutis æternæ, & ſine peccato ſeruari poteſt, ſolum per viam abſolutionis contrauenniri poteſt, & nu.47.*

30 *Princeps ſecularis diſpenſare non poteſt in iuramento, nec à periurij incurſu excuſare, & nu.36.*

31 *Obligatio ex iuramento acquiritur Deo principaliter.*

32 *Inferior ius ſuperioris tollere non poteſt.*

33 *Diſpenſatio in iuramento non poteſt fieri, niſi ab eo qui Dei vices gerit in terra.*

34 *Moratoria præiudicat Iuramento eneruando eius virtutem.*

35 *Iuramenti taciturnitas inducit ſurreptionem in moratoriæ impetratione.*

36 *Periuriũ ex auctoritate Principis ſecularis euadi, ac euitari nequit.*

37 *Princeps ſecularis etiam ſupremus contra ius canonicum diſpenſare nequit.*

38 *Lex imperialis de rebus pertinentibus ad eccleſiam, & ius canonicum non valet, etiam ſi non contradicit canonibus.*

39 *Leges C. de ſacroſan. eccl. & ſimiles non valent.*

40 *Seculares Domini tenẽtur obſeruari facere iuramentum, non impedire eius obſeruantiam.*

41 *Symbolum in habentibus facilior eſt tranſitus.*

42 *Ius diuinum an, & quando à poteſtate ſeculari diſtingui, declarari, vel interpretari valeat, & nu.46.*

43 *Diſpenſare plus eſt, quam diſtinguere, vel declarare.*

44 *Diſpenſatio vulnus vocatur, quia ius dicitur vulnerare.*

45 *Diſpenſatio dicitur actio, quia agit in patiente, & poteſtatẽ ſupponit in diſpenſante.*

47 *Reſtitutionis in integrum remedio*

Digitized by Google

medio non poteſt etiam Princeps cuiquam contra ſuum iuramentum ſubuenire.

48 *Exceptio quod metus cauſa, vel alia ſimilis non poteſt opponi contra iuramentum coram Iudice ſeculari, vt eius prætextu excipiens audiatur contra iuramentum.*

49 *Secularis iuriſdictio ſeu poteſtas, minor ſeu minus digna eſt Eccleſiaſtica.*

50 *Inferior impedire nequit aditum ad Superiorem directe, vel indirecte.*

51 *Secularis poteſtas non poteſt infringere quod ortum habet à iuriſdictione Eccleſiaſtica.*

52 *Excommunicationē Bullæ Cœnæ Domini incurrunt domini temporales impediendo Eccleſiaſticam iuriſdictionem.*

53 *Creditor adire poteſt Iudicem Eccleſiaſticum, vt cogat debitorem ad obſeruantiam iuratæ obligationis Moratoria non obſtante, & nu. 280.*

54 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens in obligationibus iuratis etiam inter laicos.*

55 *Moratoria ſine fideiuſſione de ſoluendo in fine illius, dari non debet.*

56 *Moratoriā petens videtur confiteri, & approbare debitum, & ſententiam contra ſe latam.*

57 *Rei incumbere melius eſt quam actioni.*

59 *Moratoriæ odioſæ, & reſtringendæ.*

60 *Leges ciuiles diſponentes circa iuramentum non valent ſecundum vnam opin. quomodo ſint intelligendæ, vt ſuſtineantur, vide nu. 73.*

61 *Lex ciuilis remittere poteſt iuramentum, & de eo diſponere quātum ad uires quas eadem lex illi tribuit, non quo ad eas quas habet à iure diuino, & canonico.*

62 *Lex ciuilis, ſeu Princeps ſecularis habet vim Apoſtolici, ideſt Papa in remittendo iuramentum. Reg. iſta quando & quomodo procedat, & nu. 72. 248. 269.*

63 *Statutum, ſeu lex municipalis nedum imperialis, & generalis poteſt diſponere circa uires iuramenti ſibi à iure ciuili tributas.*

64 *Authenticæ ſacramenta puberum, C. ſi adu. vendi. derogari poteſt per ſtatutum.*

65 *Lex, ſeu poteſtas ſecularis an tollere poſſit iuramentum, ſeu eius vim, & virtutem impedire quantum ad actum à ſe prohibitum, ne imprimat ſaltem in eo virtutē ſuam. quod non, nu. 66. latius nu. 67. remiſſiue inf.*

68 *Princeps ſecularis, ſeu lex ciuilis de iuramento, & quacūque re ſpirituali directe ſtatuere nullo modo poteſt.*

69 *Princeps ſecularis indirecte ſtatuere poteſt circa iuramentū tollendo eius vim, vbi per ſuā diſpoſitionem obuiat peccato: alias non, & nu. 70.*

69 *Iuri diuino an, & quando, ac quomodo derogari poſſit à lege, ſeu Principe ſeculari, & num. 70.*

71 *Statutum poteſt præſumere dolum in actu geſto ſine forma ab eo*

ab eo inducta, & hoc reſpectu reſiſtere iuramento.

74 *Lex adigere. ff. de iure patron. circa iuram. declaratur.*

75 *Matrimonijs reſiſtere vniuerſo iuri contrarium eſt.*

76 *Coniugium ab omni iure introductionem, & approbationem habet.*

77 *Matrimonij vtilitas quæ, & quanta ſit.*

78 *Matrimonium impediens grauiter peccat, & quare.*

79 *Reipub. intereſt liberis ciuitatem repleri.*

80 *Matrimonia impediens rempublicam lædit plus quam ſi eius pecunias diriperet.*

81 *Hominibus imperiũ ampliari vtilius eſt, quam pecuniarum copijs.*

82 *Parẽtes filiorum matrimonia impedientes puniuntur de iure ciuili, & qualiter.*

83 *Parentes filijs, & filiabus conditionem nubendi, ſeu vxorẽ ducendi quærere tenentur de iure ciuili.*

84 *Malum facere videtur qui nõ ſtudet ad bonum.*

85 *Iuramentum per quod impeditur matrimonium dicitur contra bonos mores, & non eſt obligatorium.*

86 *Item dicitur eſſe contra publicam vtilitatem principaliter.*

87 *Iuramentum contra publicam vtilitatem non valet etiam de iure canonico. de ratione, num. 90.*

88 *Lex ſi. ff. ad munici. & de incol. quoad iuramẽti remiſſionem declaratur.*

89 *Vtilitati publicæ pactis, & iuramentis priuatorum derogari non poteſt, & nu. 110.*

91 *Lex iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. quo ad remiſſionem iuramẽti declaratur: aſſertur item illius l. intellectus, nu. 127.*

92 *Iuramentum non ligat ad illicita.*

93 *Legis tranſgreſſor quando peccet mortaliter, & num. 112. & 130.*

94 *Lex ſi quis inquilinos, §. ſi. ff. de leg. 1. quoad remiſſionem iuramenti declaratur.*

95 *Lex quæ ſub conditione. ff. de condi. inſti. circa remiſſionem iuramenti declaratur.*

96 *Iuramentum de futuro, id eſt promiſſorium quãdo dicatur continere periculum peierandi, & reprobetur, & quando non.*

97 *Contractus à principio, ſeu ab antea dicuntur voluntatis, poſtea fiunt neceſſitatis.*

98 *L. fin. ff. qui ſat. cog. quo ad diſpoſitionem de iuramento declaratur.*

99 *Iuramentum ex iuſta cauſa tranſgredi quis poteſt.*

100 *Obligatus ex quacumq. obligatione non tenetur, & excuſatur propter iuſtam cauſam, ſeu impedimentum.*

101 *L. ſi. C. de non num. pecu. circa remiſſionem iuramenti declaratur.*

102 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non excluditur à iuramento, & ibi de ratione, & nu. 106. 107.*

103 *Iuramento ineſt conditio ſi fides, & promiſſio ex aduerſo ſeruetur: alias non ligat.*

104 *Fidẽ ſi quis ſibi ſeruari ab altero po-*

ro poſtulat, eam illi ſeruare tenetur.

105 *Naturæ præceptum eſt, vt quodcũq. volumus vt faciant nobis homines, eadem illis nos faciamus; & è contra.*

108 *Iuramentum ſine conſenſu dicitur eſſe ſine ſpiritu, & eſt nullum.*

109 *L. non dubium. C. de legibus, quo ad annullationem iuramenti declaratur, & oſtenditur verus illius legis intellectus ex multis noue adductis.*

110 *Ius publicum pactis, & iuramentis priuatorum remitti non poteſt.*

111 *Lex quando edita dicatur in fauorem iuris publici, vel priuati, vt ſciatur quando ei poſſit renunciari, vel non, remiſſ.*

112 *Legem in fauorem publici iuris, & vtilitatis conditã tranſgrediens mortaliter peccat, & num. 130.*

113 *Iuramentum contra legem, quod nam dicatur, & n. 117. 150. 161.*

114 *Iuramentum non ligat etiam ſi peccatum ſolum veniale contineat.*

115 *Monopolia ſi continent ſtatuta etiam iurata, non ligant ſtatuentes.*

115 *Alienatio rei dotalis, & pactũ de non ſuccedendo an pro nullis, & vetitis habeantur à lege ſtante iuramento, quod nõ, oſtẽditur multis numeris ſeq.*

116 *Lex ciuilis iuramenta tantum illicita reprobat.*

118 *L. ſi ex falſis. C. de tranſ. quod attinet ad remiſſionem iuramenti declaratur.*

119 *Lex vna per aliam declarationem recipit, ſeu prior ex poſteriore, ſeu è contra.*

120 *Alienatio rei dotalis, pactum de non ſuccedendo, & ſimiles contractus de re, ſeu cauſa priuata, qua ratione prohibiti ſunt à lege.*

121 *Leg. 1. C. ſi aduer. vendi. intellectus.*

122 *Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adu vendi. præcipiens obſeruantiam iuramenti, intelligit de contractibus minorũ inualidis. & nullis.*

123 *Correctio legum non eſt præſumenda, ſed euitanda: & quomodo euitari valeat, ibidem.*

123 *Contrarietas inter leges non eſt præſumeda, ſed euitanda, & qualiter debeat, & poſſit euitari, & nu. 124.*

124 *Leges quæ contrariæ ſibi inuicem eſſe videntur, concordari debent, conſiderata ratione diuerſitatis inter illas.*

125 L. 1. §. *inde quæritur. ff. de no op. nun. declaratur.*

126 *Iuſſus ex ſe neceſſitatem importat.*

128 *Pacta à lege reprobata. & pro illicitis habita quænam dicantur: & nu. ſeq.*

129 L. *ſi vnus*, §. *pacta quæ turpem. ff. de pact. declaratur.*

131 *Renunciare quiſque poteſt his quæ pro ſe introducta ſunt. Amplia, vt nu. 132.*

133 *Fœminæ intercedere, ſeu fideiubere prohibentur ex Senat. conſ. Vel. & nu. 139. Limita niſi eidem Senatuſconſulti beneficio renuncient, nu. 134. item limita niſi poſt biennitiũ iterũ conſentiant. n. 136 140.*

Bene-

135 *Beneficio l. Iuliæ, de non alienando fundo dotali, an renũciari poſſit ſicut Velleiani.*

136 *Senatus conſulti Velleiani beneficium, ſiue prohibitio tollitur per conſenſum poſt biennium iteratum, ſeu geminatum, ſicut per renunciationem expreſſam antea.*

137 *Legis Iuliæ beneficium, ſiue prohibitio an tollatur per conſenſum poſt biennium iteratum.*

138 *Res propter nuptias donatæ prohibitæ ſunt alienari ſicut Dos.*

141 *Iuramẽtum habet vim renunciationis expreſſæ, & conſenſus geminati.*

142 *Benedictio elongabitur à quo illam non vult.*

143 *Conſuetudo particularis non poteſt derogare legi generali fundatæ in vtilitate publica: ſecus ſi in priuata.*

144 *Finis legis bifariam ſe habere, ac conſiderari poteſt, ideſt ſecundum duplicem ordinem, videlicet ſecundum ordinem intentionis, & ſecundum ordinem exequutionis.*

145 *Lex quæcumq. ob publicam vtilitatem principalius condita eſſe cenſetur quãtum ad finem iuxta ordinem intentionis conſideratum.*

146 *Lex habere poteſt pro fine priuatam vtilitatem in ordine exequutionis, & hoc ſufficit, vt dicatur eſſe cõdita pro vtilitate priuata ad hoc, vt ei poſſit renunciari.*

147 *Lex quare prohibere potuerit iuramẽtum adijciendũ actui à lege vetito cauſa tuendi iuris publici, ſecus autem, vbi prohibitio legis eſt cauſa tuẽdi iuris priuati.*

148 *Finis legis, ſeu iuris ciuilis eſt conſeruatio ciuilis amicitiæ, ſeu ſocietatis ad beate viuendum in republica, & nu. 219.*

149 *Religio potiſſimum neceſſaria eſt in republica pro communis boni conſeruatione, & ad beate in ea viuendum, & num. 234.*

151 *L. non dubium. C. de legibus quatenus pænalis eſt declaratur cum alijs num. ſeq.*

152 *Pœna quando, & quibus contra legis prohibitionem contrahentibus imponatur.*

153 *Contrahere contra legis prohibitionem quando liceat, vel non.*

154 *Lex pænalis quæ proprie dicatur, ſeu qualiter definiatur: remiſſiue.*

155 *Nullitas actus à lege inducta an ſit pœna: quod dicitur pœna intrinſeca, num. 156. Et quando talis dici poſſit, vide num. 159.*

157 *Vocabulum, quod duplici modo intelligi poteſt etiam proprie, tamen ſecundum magis proprium ſenſum, & ſignificationem accipitur.*

158 *Verba in potiori ſignificatu intelliguntur.*

159 *Nullitas actus à lege inducta ſi pœna eſt dicenda tũc ſolum dici poteſt vbi eſt inducta ratione doli, vel culpæ: Et quando nullo modo pœna dici poſſit num. 160.*

161 *Diſpoſitio an ſit fauorabilis, vel odioſa attẽditur, ad quod principaliter eſt inducta.*

163 *Cap. cum contingat, de iureiur. & cap. quamuis, de pact: in 6. dum ſuſtinent actum de iure nullum, & iuramentum illi adiectum, nō veniunt per modum correctionis ad ius ciuile, ſed per modum declarationis, & additionis.*
164 *Cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. declaratur.*
166 *Sermonem conceptum tenere difficile eſt.*
167 *Veritatis inueniendæ gratia omnia iura comparata ſunt.*
168 *Veritas Doctores primarios quandoq. latere poteſt, & infimo eſſe comperta.*
169 *Doctorum ex numero, & multitudine quod verius, & æquius eſt non eſſe æſtimandum.*
170 *Opinio vnius Doctoris exigui, & deterioris melior eſſe poteſt opinione multorum, & maiorum.*
171 *Leges ſeculares non reijcere iuramentum adiectum actui à lege vetito ob priuatam vtilitatē principaliter, & quod alioqui licitum eſt, ſed vbi eſt contra ius publicum, vel alioqui illicitum, probatur multis num. ſeq. & max. nu. 186. & ſeq.*
172 *Leges ſeculares pœnam imponunt non obſeruanti iuram. in cauſa priuata, & quam, & num. 185.*
173 *Decipiētibus iura non fauent, ſed aduerſantur.*
174 *Decipi quis non debet legis auctoritate.*
175 *L. 2. C. de reb. cred. et iureiur: dum periurij vindictam Deo relinquit, declaratur.*
176 *Periurus in iuramēto litis deciſorio quare non puniatur, cum duobus ſeqq. num.*
177 *Periurium in iuramento litis deciſorio non præſumitur, nec de eo quæritur, et quare.*
178 *Iuramentum litis deciſorium quare non retractetur, vt conſtare poſſit de periurio.*
179 *L. 2. C. ad leg. iul. maie. vbi periurium non imputatur, declaratur.*
180 *Iracundiæ calore quod fit lex pro rato non habet, etc.*
181 *Ira eſt vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans.*
182 *Ira eſt vnum ex ſeptem peccatis mortalibus, cardinalibus, ſeu capitalibus.*
183 *Ira producit ex ſe ſeptem alia vitia, ſeu peccata: remiſſiue.*
184 *Promiſſio, quæ ſcelere adimpletur impia eſt.*
186 *Lex ciuilis obſeruari vult iuram. etiam actui de iure nullo adiectum, et reputat periurium, ſi iuram. concernit fauorem priuatum principaliter, et alioqui licitum eſt, et num. 187.*
188 *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vendi. quo ad obſeruantiam iuramenti in actu nullo, extendenda eſt multo magis ad contractus aliorum quam minorum, et nu. 190.*
189 *Socini diſtinctio, ac differentia quas facit in virtute iuramenti de iure ciuili, tum reſpectu ſui, tum reſpectu habito ad ius can. reprobantur, et num. 194.*

Lex

191 *Lex debet eſſe de dubitabili.*
193 *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vendi. quo ad obſeruantiam iuramenti ſe habet ad ius antiquum non per modum correctionis, ſed declarationis, et additionis.*
195 *Iuramentum pariformis virtutis ſemper fuiſſe apud ius ciuile nedum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu habito ad Ius cano. et nu. 196.*
197 *Iuramentum antiquiſſimum, et propterea nobiliſſimum.*
198 *Iuramentum ſanctum, et inuiolabile etiã apud antiquiſſimas nationes ſemper fuit.*
199 *Iuramentum per Herculẽ ſub dio non ſub tecto præſtari poterat antiquitus.*
200 *Iuramentum à viris ingenuis et nobilibus antiquitus exigere nefas erat.*
201 *Iuramentum veluti tormenti genus reputabatur antiquitus in viris nobilibus.*
202 *Iuramentum pro eius reuerẽtia ſeruis antiquitus non deferebatur.*
203 *Ius canonicum circa obſeruantiam iuramenti non correxit ius ciuile, ſed plus illo quanta ſit vis, et virtus iuramenti declarauit.*
204 *Iuramẽtum eſt actus religionis, et latriæ, etiam ex opinione Ethnicorum. Item omni iure tam naturali, quam ciuili, quam diuino id verum eſt. ibidem.*
205 *Iuramenti vis, atque virtus variationem recipere nequiuerunt.*
206 *Religio erga Deum naturæ animis hominum inſita eſt, et ſubinde immutabilis eſt.*
207 *Ius ciuile circa obſeruantiam iuramẽti non diſſentit à iure diuino, et canonico.*
208 *Leges ſicuti canones ex diuino fonte emanarunt, et de cælo per ora principum promulgatæ fuerunt.*
209 *Leges ſacratiſſimæ nuncupantur.*
210 *Lex dicitur inuentio quædam et donum Dei. Item humanarum, et diuinarum rerum Regina, ibi.*
211 *Abſurda ſunt euitanda.*
212 *Legum auctoritate diuina; et humanæ res bene diſpoſitæ ſunt.*
213 *Lex eſt ſanctio ſancta præcipiens honeſta, prohibens contraria.*
214 *Ius ciuile nonnulla ſtatuit cũ peccato in quibus deuiat à iure canonico, et quando, et in quibus id contingere poſſit, num. 220. 221.*
215 *Finis iuris ciuilis non poteſt eſſe æterna beatitudo, quæ conſiſtit in fruitione veri Dei, et quã Chriſtiani præſtolamur, quatenus ſcilicet ius ciuile naturali tantum ratione conditum eſt.*
216 *Finis nihil cuiquam eſſe poteſt quod ab eo non eſt præcognitum.*
217 *Ratio naturalis non attingit ſupernaturalia.*
218 *Scientia reuelata neceſſaria fuit homini ad aſſequendum vitam æternam.*
222 *Iuris ciuilis diſpoſitio etiam in his quæ cum peccato inducit habet rationẽ boni, et æqui ſecundum ſuum finem.*

V 2 *Vſura*

Digitized by Google

223 *Vſura quare de iure ciuili permiſſa ſit.*

224 *Ius ciuile, ſeu lex, et poteſtas ſecularis nihil quod religioni aduerſetur ſtatuere poteſt, et quatenus naturali tantum ratione ducitur, et mouetur, et nu. 230. 231. 239.*

225 *Religio, et quæ ad illam ſpectant naturali tantum ratione cognoſci, et conſeruari poſſunt.*

226 *Virtus Theologica eſt cuius obiectum eſt ipſe Deus, vt finis vltimus excedens cognitionem rationis humanæ.*

227 *Religio eſt virtus non quidem theologica, ſed moralis, cuius ſcilicet obiectum eſt aliquid, quod humana ratione comprehendi poteſt.*

228 *Religio quid ſit, & quæ eius operatio et effectus.*

229 *Religio conſiſtit in his ex quibus exhibetur Deo famulatus in pertinētibus ſpecialiter ad cultum ipſius.*

230 *Legis naturæ repugnat, vt aliquid ſtatuat religioni contrarium.*

232 *Deus, vt inuiſibilis quo nam modo ex operibus cognoſcatur: remiſſiue.*

233 *Deorum exiſtimatio, et opinio apud omnes homines etiam barbaros fuit ſemper.*

235 *Fines iurium, ſcilicet naturalis, Gentium, Ciuilis, et Canonici reuera, nec inuicem cō- trarij, nec plures ſunt, ſed vnus, ſcilicet conſeruatio, qui tamē varie ſe habet ſecūdum illorum iurium varietatem: et qualiter, ibidem.*

236 *Ius canonicum finem omnium iurium amplectitur perficitq. et qualiter, ibidem.*

237 *Ius canonicum à iure ciuili non recedit, niſi vbi reperitur peccatum.*

238 *Ius ciuile, et canonicum inuicem aduerſari nequeunt in his, quæ ad Religionem ſpectant.*

239 *Ius ciuile etiā ab Ethnico conditum in his quæ ſunt religionis non poteſt aberrare à vero vltimo fine qui eſt Deus.*

240 *Beatitudinem non poſſe conſiſtere in alio quā in ipſo Deo, ne dum iuxta rationem fidei catholicæ, ſed etiam iuxta naturalem percipi poteſt.*

241 *Perſii Ethnici Poetæ ſententia de vero vltimo fine, ideſt Deo.*

242 *Finis iuris ciuilis quatenus conditi à Chriſtianis Legislatoribus poteſt eſſe, et eſt æterna fælicitas quam Chriſtiani cognoſcimus, et præſtolamur: et quare.*

243 *Ius ciuile vtpote à Iuſtiniano Imperatore Chriſtianiſſimo conditum nihil iuri diuino, et canonico contrarium, vel repugnans in neceſſarys ad vitam æternam conſequendam continere cenſendum eſt. Extende, vt nu. 244.*

245 *Ius ciuile in vniuerſum tam digeſtorū, quam Codicis, quā Auth. Iuſtiniani eſſe cenſendum eſt.*

246 *L. non dubium. C. de legi. præcipue, & peculiariter nihil iuri Diuino, & Canonico, ſeu Eccleſiæ conſtitutionibus aduerſari cenſenda eſt.*

247 L. *non dubium*. C. *de legi. peculia-*

Digitized by Google

culiariter ius ciuile Iuſtiniani eſſe dicenda eſt.

249 *Nomina debent eſſe conſona rebus.*

250 *Lex ſeu poteſtas ſecularis verius dicitur habere poteſtatem reſiſtendi illicitis iuramentis, ideſt ne trahantur ad illicita, quam habere uim Apoſtolici in remittendo illa. Declara, vt nu. 251.*

254 *Appellatio concernit ius præeminentiæ, et reuerentiæ ſuperiori debitum.*

255 *Appellationi ad Papam interpoſitæ propter reuerentiam ſemper defertur: alias punitur non deferens.*

256 *Appellari non licet à ſententia Principis ob reuerentiam.*

257 *Fidelitati alicui debita per iuramentum alteri præſtitum præiudicari non poteſt, etiam per iuramentum ſimiliter fidelitatis, vt ibi.*

258 *Papa liberam, & plenariam diſpoſitionem habet in beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcumque.*

259 *Simoniam purgare ſolus Papa poteſt.*

260 *Beneficiorum collatio, & diſpoſitio quotupliciter fiant à Papa.*

261 *Commendat beneficia Papa ſolus.*

262 *Ius ad uacatura beneficia Papa ſolus concedit.*

263 *Vtilitatis publicæ cura ad principem præcipuo iure ſpectat.*

264 *Reſcriptum contra ius publicum non valet, nec eſt admittendum.*

271 *Iuramentum in præiudicium alterius præſtari non poteſt.*

273 *Obediri cui magis debeat ex duobus, vel pluribus ſuperioribus eodem tempore iubentibus.*

278 *Moratoriarum conceſſio in debitis iuramento vallatis diminutionem potius quam augumentum iuriſdictioni dominorum ſecularium afferre poteſt, & qualiter.*

279 *Debitor durante moratoria in ſeculari foro conueniri nõ poteſt: ſed ſic in Eccleſiaſtico, num. 280.*

282 *Compenſatio propter inopiam debitoris admittitur de ſtylo Rom. cur. etiam in obligationibus cameralibus.*

283 *Expoliationis exceptio non excluditur à iuramento propter inopiam debitoris cõuenti excipientis.*

284 *Principis eſt ſubditos à malis quibus premuntur ſubleuare. Item paterno affectu ſe erga ſubditos gerit. ibi. Item Pater omnium vocatur. ibi. Item remedijs ſubditorum inuigilat, ibi.*

285 *Creditor exigens à debitore inope inuito, vix à peccato imunis eſt.*

286 *Difficultas & neceſſitas recedi faciunt à regulis iuris.*

287 *Difficultas excuſat à periurio.*

288 *Paupertas excuſat à periurio.*

290 *Difficultas nõ præiudicat obligationi dandi.*

291 *Cap. breui, de iureiur. declaratur.*

CAPIT-

Digitized by Google

CÆTERVM circa ſupradictã prorogationem: cũ certum ſit illã fieri poſſe pro ſuo libitu ab ipſo creditore non obſtante iuramento debitoris ſoluendi in d. termino, cum illud concernat principaliter vtilitatem eiuſdem met creditoris: vnde in totum etiam illud debitori remittere poſſet, vt alias dixi ſupra in prima Parte in q. 4. & conſulit Roma. ex multis auctoritatibus quas adducit in conſil. 437. num. 11. ver. ſed certe ſalua reuerentia: Quæro hic obiter opportune, & in dubium reuoco, An dictam prorogationem, ſeu dilationem debitori concedere poſſit ſuperior inuito creditore.

Et ſi de Principe Inferiore quæ-
1 ramus, res dubio caret; † quia clarum eſt, quod Princeps Inferior illam concedere nequit, etiã ſi iuramentum in conuentione illa de certo tempore ſoluendo inter paciſcentes inita non adeſt. etenim Iuris vtriuſque cum Canonici, tum ciuilis præceptio eſt, vt pacta ſeruentur. l. 1. ff. de pact.
2 cap. 1. extra eo. † At Principe Inferiori cum ipſe infra, non ſupra Ius ſit, non eſt permiſſum quicquã contra Ius attẽtare. minor enim
3 † non poteſt ſuperioris legem tollere. 10. diſt. cap. 1. & de hoc per Spec. in tit. de diſpenſa. §. nunc de Epiſcoporum. num. 23. ver. Item cum Epiſcopus, & num. ſeq. Bar. & alij in l. de quibus. ff. de legi. Paul. de Caſtr. conſ. 290. viſa ſu-
4 pra ſcripta, ſub nu. 2. lib. 2. † Imo Iudicis partes eſſe debent ſtudioſe curare, vt ea, quæ inter contrahentes conuenta ſunt, opere impleantur. c. qualiter. d. tit. de pact.

† Præterea per talem dilationem aliquid creditori auffertur; 5
quia ex illa minus conſequitur: inſti. de actio. §. plus autem, ver. qua enim ratione. † Inferior autẽ 6
nemini ſuum auferre poteſt: id enim vix Principi ſupremo permittitur. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & latiſſime de hoc per Ant. Gab. in Concluſ. tit. de Iure quæſito non tol. Concluſ. 1. & ſequenti. † Inferiori autem neque 7
ex cauſa permittitur, vt not. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 98. de conſti. neque alterius ſententiæ eſſe videtur. D. Io. Bapt. Mar. d. tract. de commiſ. Par. 1. comm. 1. cap. 1. num. 20. ver. hoc tamen ſcias. aliter tamen cantare videtur D. Cuccus in tract. de mora. num. 36. ver. ſexto amplia: Cuius ego rei, vtpote extrariæ à tractatione mea alijs certamen relinquo.

Sed quæro de ipſo Principe, de quo ſcilicet dubium eſſe poteſt, an ipſe d. dilationem, quam & Moratoriam vocant, debitori inuito creditore concedere legitime valeat: Et reſtringo quæſtionem in caſu vbi adeſt iuramentũ, vt non egrediar terminos materiæ noſtræ.

Et ſi de Papa intelligimus, quæſtio hæc haud difficulter definitionem recipiet: † cum in huiuſ- 8
modi quoque iuramento ad fauorem hominis præſtito Papa, iuſta tamen ex cauſa, diſpenſare valeat nedum dilatiue, ſed etiam extinctiue, vt habetur per Abb. in

c. quan-

c. quanto, num.8. verſus fi. ver. aut iuramentum reſpicit: de iureiuran. late Feli. in cap. conſtitutus.ver. auctoritas Papæ: limi. 2. num.15. & inferius in ver. generaliter,de reſcript.& in cap.2. num.17. in Concluſ.1. & inferius ſub num.20.limi. 1.de ſponſ.& dixi ſupra Par.2.q.2.in ſexto membro.

9 Et ſic videmus, † quod Papa tam Clericis, quam laicis ex ſua gratia,& ſignatura dilationes ad tempus vigore commiſſionum, quas Moratorias, ſiue etiam ſaluos conductus vocant ſub diuerſis modis,& formis, iuxta perſonarum, locorum, temporum, & negociorum qualitatem concedere ſolet. De qua re quomodo, cui,quando,quibuſue concurrentibus concedantur, non eſt huius tractatus intentionis diſcutere; remitto ad D.Ioan. Bapt.March. in illo ſuo tract. de commiſ.Par.1. commiſ.4.de dilatio. morat.c.1. & 2.vbi materiam ex intentione, & luculenter pertractat. Et de hac materia tract. compoſuit D. Marc. Anto. Cuccus ſuperius alleg. vbi num.60. tangit de moratoria conceſſa à D. Papa in debito iurato. Et vide quatuor bona verba Felini ſuper hoc puncto in præall. cap. conſtitutus. ver. ſtatuta iurata,verſus fi.limi.5.verſi. eſt tamen; & inferius, in verſic. Generaliter. ibi,exceptis duobus

10 caſibus:vbi † ampliat hanc facultatem Papæ in moratoria,ſeu dilatione danda in debitis iuratis, vt etiam ſine cauſa pro libitu eã concedere valeat: dummodo tamen ſit facta mentio de iuramento in impetratione, vt ibi per eum.

De qua modificatione, ſcilicet de requiſita mentione iuramenti videto aliquid plus perD.March. in loco antedicto.

Dubium eſt in Principe ſeculari, ſuppoſita alioqui in eo facultate concedendi dictas moratorias ſiue ſaluos conductus, atque dilationes, † vt ſupponi ſine dubio 11
poteſt in Regibus,ac item in principibus,ſiue Ducibus,qui ſunt hodie non recognoſcentes ſuperiorem, & iura imperialia habentes in ſuis dominijs, vt ſunt Duces Italiæ. † hi enim ex inueterata 12
conſuetudine in ſuis terris ea poſſunt, quæ Imperator de iure poteſt in toto orbe, vt poſt multos citatos, de magis communi teſtatur Burſat.conſ.138.num.3.lib.2. Vnde ſecundum Doctores reuocare in dubium an omnia poſſint, ac diſputare de eorum poteſtate eſſet ponere os in cælum, & totũ mundum reuangare, vt poſt Bal. & Cor.dicit Burſ. in d.conſ.nu.4.

Sed dubium eſt propter iuramentum, † an in debitis iuratis 13
eas pariter legitime concedere valeant. Et quamuis practica de facto forte pro affirmatiua increbuerit, operę tamen pręcium fuerit,cum res periurij periculum ſubindeque ſalutis animæ diſcrimen concernat, quid Iuris ſit inueſtigare.

Affirmatiuam Partem multum fouere videntur.l.adigere.§.quãuis.ff. de iurepatr.l.fi.ff.ad muni. & de Inco. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar.in fine.ff.de pact.l.ſi quis inquilinos.§. fi.ff. de leg.1.l. fi.ff.

qui

qui ſat.cog.l.fi.C.de non num.pe. l.quæ ſub conditione.ff.de condi. inſti.l.non dubium.C.de legi. in quibus legibus apparet manifeſto, quod poteſtas, ſeu Princeps ſecularis remittit iuramentum. & ex illis conflatum elicitumque eſt illud vulgatum Axioma, quod lex, vel Princeps ſecularis habet vim Apoſtolici, ideſt Papæ, vt remittat iuramentum, quod notandum proponit Gloſ.fi.in d.l. adigere: quod confirmat Guido Pa. in Deciſionib. Grationopolitan. Deci. 194. incipit Princeps, & prius in Deci. 178. ver. Sed an princeps.& Tho.Gram.Deciſ.12. num. 15.

Ergo multo magis ſibi concedendum eſſe videtur, vt illud poſ-
14 ſit differre, † argumento ſumpto à minori: ſi enim conceditur vt tollat, quod minus concedendum videtur, cum ſit plus; ergo vt differat, quod magis videtur concedendum cum ſit minus, per dictũ arg. de quo late Euer. in Topi.
15 Iuris, in d. loco à minori. † minus enim eſt diferre, quam tollere vim iuramenti, vt patet de ſe, & expreſſim notat Feli. in c. conſtitutus præallega.ver. ſtatuta iurata: verſus finem, ſub limit. 5. verſ. Eſt tamen. de reſcri.

16 † Secundo pro hac Parte facit, quod Princeps ſecularis de iure quoque diuino ſe intromittere poteſt ſaltem diſtinguendo illud, ac interpretando, vt eſt Gloſ. in l.fi.& ibi Doct. poſt eam.C.ſi contra ius, vel vtil.pu. Abb.in c.quæ in Eccleſiarum, num.9. de conſt.
17 nec mirum; † quia eſt Dei mini-
18 ſter.Rom.13. Tit.3. † & eius poteſtas à Deo eſt, ideoque qui eius poteſtati non obedit, Dei ordinationi reſiſtit. Rom.13. & 1.Pet.2. late per Alfon. Aluarez in Spec. ſum.Pontif.c.54.

Tertio eidem Parti affirmatiuæ multum fauere videtur cap. venientes, de iureiur. Et regula vulgata, quæ inde elicitur, † quod 19
ſalua, & excepta eſt ſuperioris auctoritas in iuramento, & alia iura cōcordantia allegat ibi Glo. in ver. ſuperioris. Et ſpeciatim expreſſimque de auctoritate Principis ſecularis notat Gloſ.in cap. petitio: ver. declaramus, de iureiur. Hoſt. in ſumm. eo. tit.§.3. quot ſunt ſpecies, circa prin.Bar. in l.Imperatores, quæ eſt vlti. ff. ad munici. & de inco. Docto.in l.fi. ff. qui ſat. cog. Itaque cum diſponat ſuper materia ſua: † nā- 20
que certum eſt, quod poteſt nedũ differre, ſed etiam auferre Actori & Reo actionem, & exceptionem. l.3.§. ſi is pro quo, vbi Paul.de Caſtro, & Alexan. ff. quod quiſque iur. idem Alex. in rubr. ff. ſi cert. pet.Abb. & alij in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionib.
† habet enim plenam poteſtatem 21
ſupra Ius ciuile, ſeu poſitiuum: vnde ea, quæ inducta ſunt à iure ciuili, etiam ſi magni præiudicij ſint, poſſunt à Principe tolli.c.1. de conſti. in 6. & tradit Alex. in d.§. ſi is pro quo, num.5. ver.& ex his; † & ex cauſa poteſt tol- 22
lere Ius alteri quæſitum, vt not. Spec.tit. de lega.§.4.ver.ſed nunquid legatus.refert Aluar.in Spe. ſum.ponti.cap.55.de poteſt. Imp. ver. & inter legitim. & facilius ergo poterit differre: non debet iura-

iuramentum eius diſpoſitioni obſiſtere; cum eius auctoritas in eo intelligatur excepta, vt eſt dictũ:
23 † & in ſpecie quod etiã ſine cauſa poſſit dare dilationem debitori, vt non poſſit interim conueniri à creditoribus, not. Abb. in d. c. quæ in Eccleſiarum, nu. 12. per l. quoties. C. de precib. Imper. offer.

Contra vero pro Parte negante eſt tex. in cap. venerabilem, de elect. vbi expreſſe determinatur,
24 † quod poteſtas ſecularis non poteſt ſe de iuramento intromittere; quippe quod ad Eccleſiæ Iudicium noſcitur pertinere, vt dicitur in illo textu, & ibi per Innoc. & omnes.
25 Coadiuuat ea ratio, † quia cũ iuramentum ſit quid ſpirituale, vt patet ex eius diffinitione, de qua Bal. Abb. & alij in rubr. extra
26 de iureiur. † merito non videtur poteſtas ſecularis de illo ſe intromittere, nec quicquam de eo, vel circa illud diſponere poſſe. c. tua de ordi. cogni. c. contingit, de arbi. c. decernimus. c. quanto, de Iudi. c. cum laicus. de reb. Eccl. non al. & diſt. 86. c. bene quidem: & per iſta iura tradit Roma. in conſ. 437. incipit omnipot. &c. In caſu propoſito: ſub num. 6. ver. Prima quia. Bart. in l. omnes populi, quæſt. 3. princ. num. 22. ver. vnde tu diſtingue: ff. de iuſti. & iure. Et eſt vinculum tam forte, vt neque ipſi Papæ libera omnino ſuper eo diſpenſatio permittatur, vt patet ex Specul. tit. de lega. §. 6. nunc oſtendendũ. ver. 24. quando dubitatur, per tot. & ex Gloſ. ordinaria in materia, in c. quanto, ver. abſolui: & ibi etiam late per Abb. de iur.

Secundo hæc Pars firmatur ex eo; † quia per moratoriam via 27
periurijs aperitur; quia per eam venitur contra iuramentum de certo termino ſoluendo ſuſceptũ:
† id quod iure Canonico fieri nõ 28
debere cautum eſt, vt in c. debitores. c. ſi vero. c. verum. c. & ſi Chriſtus, poſt medium, ver. redde Deo: de iureiur. cum ſimil. Inn. in c. ad aures, num. 3. de his, quæ vi. met. ca. Sed & princeps ipſe ſecularis expreſſe profitetur nolle ſe eſſe auctorem periurij: vt in l. 1. C. ſi aduer. vendi. & l. 2. C. de indic. vid. tol. notat Rom. in alleg. conſ. 437. ſub d. num. 6. ver. Secunda quia: & idem ipſe alibi præcipit iuramenta inuiolabiliter debere obſeruari, vt in auth. ſacramenta in d. ti. C. ſi adu. vendi.

Certum eſt autem, † quod cõtra iuramentum, quod ſine interitu ſalutis æternæ, ſeu ſine peccato ſeruari poteſt, nõ niſi per uiam abſolutionis ſiue relaxationis veniri poteſt, vt bene probatur in c. 1. & expreſſius in c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. & per Innoc. in alleg. c. ad aures. de his, quæ vi. 29

† At in Principe ſeculari huiuſmodi poteſtatem diſpenſandi ſuper iuramento, ſiue excuſandi à periurio non adeſſe verius eſt, c. venerabilem, prælleg. de elect. cum alijs adductis paulo ſuperius in ver. Coadiuuat, & in his terminis ſentit aſtruitque Salic. in l. fi. in fi. C. ſi contra ius vel vtil, & dixi in Par. 2. in prima quæſt. idque ſatis aperte oſtendit Spec. 30

Digitized by Google

in tit. de diſpenſ. §.8. poſt mediũ. ver. Princeps quoque, nu. 8. dum inter caſus ipſius diſpenſationis hunc non recenſet: qui ſi Principi competeret, illum vtique veluti potiorem, principalioremq. receſſere haud prætermiſiſſet. Hoc idem patet ex omnibus, qui de hac materia diſpenſandi à iuramento differunt; quorum nemo eſt, qui huiuſmodi facultatem diſpenſandi ſuper iuramento ſeculari Principi tribuat, vt videre eſt in c.1. penes Abb. & Feli. & in c. ſi vero, & c. quanto, vbi late de materia per Abb. de iureiur. Et per eundem Abb. latiſſ. in diſput. 2. incipit ſtante ſtatuto. & per Dom. Soto, in tract. de iuſti. & iure. lib. 8. q. 1. art. 9. & per alios alibi. Sed neq; Reſtaurus ipſe Caſtal. in ſuo tract. quẽ de Imperatore compoſuit, in quo luculentiſſime de Imperatoris poteſtate diſſerit, & maxime in quæſt. 110. ſub qua quadringentos caſus paucis minus Imperatoriæ poteſtati reſeruatos recollegit; hanc ipſi in iuramento diſpenſandi poteſtatem tribuit: immo quod hæc diſpenſatio Imperatori ſit denegata, idẽ expreſſe ſentit traditque ſuperius in illa eadem quæſt. caſu 24.

Ad hæc quod Principi ſeculari non competat facultas diſpenſandi ſuper iuramento, conuincitur
31 ea ratione; † quia per iuramentum acquiritur Deo obligatio principaliter: cap. debitores. vbi Abb. de iure. cum ſimil. merito ergo non videtur poteſtas ſecularis auferre poſſe Deo hoc ius ſibi ex iuramento quæſitum, cum ſit
32 clarum, † quod inferior Ius ſuperioris tollere non poteſt: Clem. nẽ Romani, de elect. c. cum inferior, de maio. & obe. c. inferior, 21. diſt. l. minor autem magiſtr. ff. de mino. & l. pen. cum ibi nota. per Bar. ff. de aqua. plu. arc. bonus tex. in c. venientes de iure. cum ſimi-
libus. † Sed vbi diſpenſatio venit 33
ex cauſa fienda, neceſſe eſt eam fieri per eum, qui Dei Vices gerit in terra, vt id notat Abb. in c. 2. nu. 2. in fi. de iure.

Et nihil præſtat ſi obijcias, quod in præſenti caſu non ſumus in diſpẽſatione, ſeu remiſſione iuram. quia non agitur de tollendo vim & effectum iuramenti, nec per cõſequens Ius ſuperiori, id eſt Deo quæſitum; ſed ſolum de ſuſpendendo, ſeu differendo: quod eſt minus, vt de ſe patet, & expreſſim id not. Feli. in c. conſtitutus, ver. ſtatuta iurata, verſus finem, ſub limi. 5. verſ. Eſt tamen aliquid minus. de reſcri. Vnde hoc ſecundum poteſt Papa etiam ſine cauſa, cum primum, id eſt tollere, non poſſit ſine cauſa, vt id ſimiliter notat Feli. in eodem loco.

Nam reſpondetur, † quod etiã 34
iſta elongatione, quæ fit per moratoriam, & ſi non in totum, ſaltẽ in parte fit præiudicium iuramento: quia eneruatur eius virtus, vt dicit Feli. in dicto loco paulo ſuperius in verſ. tamen iſta elongatione: & eſt eius præiudicium efficax, & conſiderabile, quod pa-
tet; † quia ex eius taciturnitate 35
inducitur ſubreptio, vt per eundẽ Feli. ibidem.

Vnde merito neque in hoc caſu Princeps ſecularis ſe de iuramento intromittere poteſt: ac po-

tiſſimum

tiſſimum ea ratione; quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum. c. debitores, vbi Abb. de iureiur. cum ſimil. ideo nullo modo poteſtati ſeculari poteſt eſſe ſubiectum: Roma. in alleg. conſ. 437. in fi. per iura, quæ allegat: & per iura & auctoritates adductas ſuperius pro hac ſecunda Parte in prin. & in ver. Coa-
36 diuuat, & in ſequen. † Et præſertim, quia non poteſt diſpenſare ſuper periurio, quod per dilationem incurrit debitor non ſoluendo in termino, vt fuit oſtenſum, prout hanc impotentiam diſpenſandi ne incurratur periurium conſiderat in Principe ſeculari Salic. in præall. l. fi. in fine. C. ſi contra Ius.

Et præterea obſtat aliud de Iure impoſſibile eidem Principi ſeculari in iuratoria obligatione differenda: quoniam negari non poteſt, quin debitor non ſoluendo in termino promiſſo & iurato, veniat contra iuramentum, vt eſt dictum: id quod expreſſe vetat Ius Canonicum in c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. cum alijs adductis ſup. in ſecundo fundamento huius partis, & paulo inf. in ver. non obſt. quod in ſecundo, in reſponſione ad ſecundum fundamentum Par. affir. Et conſequenter diſpenſare, vt quis veniat contra iuramentum, eſt diſpenſare con-
37 tra Ius Canon. † Hoc autem Principi ſeculari etiam Imperatori non competit: non enim Imperiali iudicio poſſunt Eccleſiaſtica iura diſſolui, inquit tex. in can. lege Imperatorum, diſt. 10. decet namque ſecularem Principem Eccleſiaſticam formam ſequi non huic velle humanitus ſequenda iura præfigere, & in ſanctionibus ſuis Eccleſię dominari: cuius clementiæ Deus voluit ipſum colla ſubmittere, inquit tex. in c. certū. ead. diſt. 10. ad idem quod legitur in Clem. ne Romani, de elect. cum alijs adductis paulo ſuperius in ver. Ad hæc quod Principi: iuncto cap. ſolitæ, §. præterea noſſe: de maio. & obe. merito, &c.

† Imo etiam lex imperialis quæ 38
non contradicit Canoni, tamen eſt de rebus ſpectantibus ad Eccleſiam, ſeu Ius Canonicum; non valet ſecundum Doct. in c. Eccleſia ſanctæ Mar. de conſti. † vnde 39
dicunt, quod leges. C. de ſacroſ. Eccl. & ſimiles, non valent, vt nominatim id not. Deci. ibi nu. 91.

Et non ſolum, † non poteſt ſe- 40
cularis poteſtas diſpenſare, ſeu venire contra ius Canonicum ad impediendam obſeruantiam iuramenti; vt immo ipſa teneatur facere illud à ſuis ſubditis obſeruari: tex. eſt apertus in cap. licet mul. de iure. in 6.

Non obſtat quod eſt dictum, quod hoc ſecundum, ſcilicet differre; ex eo, quia eſt minus, poteſt Papa facere ſine cauſa; quia id prouenit ex facultate, quæ in eo exiſtit diſpenſandi. non ergo inde infertur, quod aliquo modo id facere valeat Princeps ſecularis, cui talis facultas non ineſt. Ideo pro Papa facit illud vulgatum,
† In habentibus ſymbolum faci- 41
lior eſt tranſitus, de quo Ariſtot. in li. 2. de gener. & corrup. tex. 25. Et è noſtratibus Abb. in c. pręſentata, num. 6. ante medium, de teſtib. in cap. cum homines, num. 4. de decim. & magis ad propoſitū

in c. atſi clerici, ſub num. 22. circa medium: de Iudi. idipſum facit contra Principem ſecularem idem facultatis diſpenſandi ſymbolum non habentem.

Non obſtat, quod in ſecundo fundamento prioris Partis affirmantis dictum fuit de Principe ſeculari, quod ſcilicet diſtinguit atque interpretatur ius diuinum, & quod eſt Dei miniſter; quia ad
41 hoc reſpondetur, † quod lex Dei poteſt diſtingui in his, quæ non inducunt peccatum: ſecus vbi ex diſtinctione, ſeu interpretatione induceretur peccatum, vt reſpondet Bartol. in proœmio .ff. in princ. num. 6. circa finem: & Salic. in præall. l. fi. C. ſi contra Ius. quod eſſet in hoc caſu, inducendo debitores ad veniendum contra proprium iuramentum, contra id, quod expreſſe vetitum eſt de iure diuino, & canonico: vt in c. debitores, in ſecundo reſpon. & in c. & ſi Chriſtus, poſt mediũ, ibi, Redde Deo iuramentum, & in c. ſi vero, & c. verum, & in c. quem admodum, in fi. de iureiu.

43 Item eſt aduertendum. † quod diſpenſatio, & diſpenſare plus eſt, quam diſtinguere ſiue interpretari, vt colligitur ex Specul. ti. de diſpenſat. §. 1. in princ. ibi, quandoque tamen: quod patet etiam
44 † ex eo, quia Ius vulnerat; vnde & vulnus vocatur, vt dicit Spec. ibidem ver. Vocatur autem, ex c. ipſa pietas, circa fi. 24. quæſt. 4.
45 † Et eſt actio quæ imprimit, agitque in patiente; & ideo præſupponit poteſtatem habilem in agente, ideſt in diſpenſante: vt habetur in eodem Speculat. d. §. 1. verſus finem, ver. Tertij dicũt.

Alio etiam modo reſpondet Panor. videlicet, † quod Princeps 46
ſecularis poteſt interpretari Ius diuinum ſtatuendo in his, in quibus habet iuriſdictionẽ, ſcilicet in rebus profanis: ſed in ſpiritualibus interpretatio pertinet ad Papam: ita declarat notanter Abb. Panor. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 9. de conſti. per tex. in cap. venerabilem, præalleg. de elect. non ergo in iuramento, quod eſt materia, & res ſpiritualis, & ad Eccleſiam pertinet; vt dicit littera in eo. cap. venerabilem. & hæc Abb. diſtinctio eſt de mente Bartoli; qui prior eam poſuit in l. omnes populi, in quæſt. 3. princ. num. 22. in verſi. Vnde tu diſtingue: ff. de iuſti. & iu.

† Immo contra iuramentum 47
non poſſet Princeps etiam per viam in integrum reſtitutionis ſubuenire; quia aduerſus propriũ iuramentum non poteſt quis tale, vel aliud ſimile remedium præter abſolutionem intentare, vt eſt dictum Innoc. in cap. 2. quem ſequitur Abb. ibi num. 2. de iure.

† Vnde nec per exceptionẽ, nec 48
actionem, quod metus cauſa poſſet iuranti ſubueniri: vt tenet idẽ Abb. ibidem contra Gloſ. in cap. auctoritatem. 15. q. 6. quod defendit Abb. hac ratione, videlicet quia, cum obligatio ſit Deo per iuramentum quæſita, oportet, quod remittatur per eũ, qui tenet vices Dei, & non per reſtitutionẽ in integrum, vel actionem, quod metus cauſa.

Præterea & tertio vltra prædicta, quæ ſatis concludunt Principem ſecularem non poſſe concedere dictam moratoriam debitoribus

ribus contra proprium iuramentum ex defectu poteſtatis diſpenſandi, adducitur etiam pro eadem ipſa Parte negante, quod per dictam dilationem, ſeu moratoriã ſi teneret, induceretur quid iniuſtum, & abſurdum; nempe, quia impediretur & læderetur Ius atque iuriſdictio Eccleſiæ; quia poteſtas ſecularis ex hoc tolleret, ſeu impediret aditum, quem habet laicus ad Curiam Eccleſiaſticam pro obſeruantia iuramenti: ex.c.ſi.cum traditis ibi per Ioan. Andr. & alios, de for.comp. in 6. cum ſimilibus. Et ſic ſequeretur abſurdum iniquum, & inconueniens, quod ſcilicet per inferiorẽ Ius ſuperioris læderetur: quod oĩ iure vetitũ reperitur, vt in Clem. ne Romani, de elect. c.cum inferior, de maio. & ob.can.inferior, 21.diſt.cũ ſimil. & in l.minor aũt magiſtr. vbi Bar. ff. de mino.cum
49 ſimil. † Certum eſt enim minorem eſſe poteſtatem, ſeu iuriſdictionẽ ſecularem, quam Eccleſiaſticam: vt in c. ſolitæ. de maio. & obe. diſt.96. can. ſi Imperator, & in Clem. paſtoralis, ad fi. de Iudi. not. Gloſ. penul. in cap. 2. de except. lib. 6. merito non permittendum, nec aſſerendum: argum. ab abſurdo, ad late de illo tradita ab Euer. in eo loco in ſua top. Iur.

50 Et in ſpecie, † quod non poſſit inferior impedire aditum ad ſuperiorem directe, vel indirecte, aperte probat tex. in c. venientes, de iureiur. in c. ex inſinuatione, de appel. & in l. pen.cum ibi not. per Bar. ff. de aqua plu. ar. conſulit in his terminis Rom.
51 in conſil.437. num.7. & ſeq. † non enim poteſt ſecularis poteſtas aliquid infringere ortum habens à iuriſdictione Eccleſiaſtica: cap. 2. de except. lib. 6. notat Rom. in d. conſ. nu. 9.

† Demum ſi de facto Domini temporales hoc Ius ſibi in præiudicium fori eccleſiaſtici vendicare ſatagerent, eſſet iſte caſus vnus ex illis excommunicationis Papalis Bullæ Cænæ Domini; ille ſcilicet, qui eſt decimus ſextus in ordine aliorum in d. Bulla. Sibi ergo bene conſulant Domini temporales, ne illo formidabili excõmunicationis vinculo ſeſe illaqueent, impedire inhiantes cum dictis moratorijs vim atque obſeruantiam iuramenti; & ne pro ea haberi poſſit aditus ad Curiã Eccleſiaſticam: † quam adiri poſ- 52
ſe nihilominus ijs moratorijs durantibus, & nihil opitulantibus, ac peti coram Eccleſiaſtico Iudice, vt non obſtante dilatione obtenta, cogat, & compellat debitorem ad obſeruantiam iuramenti: tenet, traditque hanc poſteriorẽ negatiuam Partem ſecutus D. Io. Bapt. Marcheſ. in tract. de commiſ. Par. 1. commiſ. 1. cap. 3. nu. 9. Et in commiſ. 4. de dilatio. mora. cap. 1. num. 29. cum dubitari non
poſſit, † quin Iudex eccleſiaſticus 54
ſit competens in hoc. d. c. ſi. de foro comp. in 6. vbi Ioan. Andr. & omnes: præſertim cum adeundus ſit pro obſeruantia iuramenti, vt in hoc caſu abſque ſcrupulo fatentur ijdem ipſi, qui eccleſiaſticam iuriſdictionem quoad hoc alioqui reſtringere conati ſunt; nominatimque hanc facultatem eccleſiaſtico Iudici cõcedit Oſaſ. Cacher. in Deciſ. pedam. Deciſ. 78.

78.num.14. hoc idem tenet idem D.Marcheſan. eadem commiſ. 4. cap. 2. in fi. Atque eo libentius abſtinere debent Domini temporales ab ipſis moratorijs in debitis iuratis,quò vltra præiudiciũ, atque iniuriam, quæ irrogatur religioni iuriſiurandi, ſi per eas vni conſulunt, ſcilicet debitori, alteri nempe creditori damnum, & præiudicium inferunt. Neque aliquid præſtat,quod moratoria videtur in aliquo prodeſſe creditori; quia per eam vallatur ſuum
55 creditum noua actione: † quippe cum moratoria ſine fideiuſſione de ſoluendo in termino dilationis conceſſæ dari non debeat. l. vniuerſa.C.de precib.Imp.of. idem D. Marcheſ. d. commiſ. 4. cap.1. num. 7. Marc.Anto.Cuc. in tract.
56 de morato. præall. num.53. † Et item quia eam petens cenſetur approbare debitũ ſiue ſentẽtiam qua eſt condemnatus. D. March. in d. loco nu.22. His enim & ſimilibus reſpõderi poteſt vno ver-
57 bo, † quod melius eſt incumbere rei,quam actioni, Bar. in l. nemo. ff. de reſti. in integ.
58 † Et per dilationem immo extenuatur creditum,ſeu ius creditoris: minus enim conſequitur, inſti. de actio.§. plus autem,ver.
59 qua enim ratione. † Vnde huiuſmodi moratoriæ odioſæ reputantur, & propterea reſtringendæ: vt notat D. Marcheſ. in d. commiſ.4. cap.2. nu. 44.

Et pro hac parte negante tenuit Cucc. in allegato tract. de morator.num.62. quæ etiam cõfirmatur auctoritate Felini in c. conſtitutus, præalleg. in ver. auctoritas Papæ, in ſecunda eius ampliat. verſi. ſcias tamen: de reſcrip. vbi conſtituit differentiã inter auctoritatem Papæ, & Imperatoris ad inuicem circa iuramentum:aſſeritque auctoritatem Principis ſecularis in re,ſeu materia ad ſeipſum non pertinente, ſeu Ius, ac intereſſe ſuum non tangente,non poſſe cuiquam ſuppetias afferre; vt liceat ſibi contra ſuum iuramentum venire: ex auctoritate Salic.ſuperius allegati in l.fi. in fi. C. ſi contra ius,vel vtil.id quod ſufficienter hactenus fuit deductum,& demonſtratum.

Quod ſupereſt modo, eſt vt diluatur cõtrarium illarum legum, quæ pro priori parte affirmatiua fuerunt allegatæ, & paſſim allegari ſolent;ſcilicet.l.adigere,cum alijs adductis ſupra pro primo fundamento eiuſdem partis affirmantis. ex quibus deſumpta eſt regula illa vulgata, quod Princeps ſecularis habet vim Apoſtolici, ideſt Papæ in remittendo iuramentum. Et ſimiliter reſpondendum reſtat ad contrarium. c. uenientes, de iureiur. & regulæ vulgatæ, quæ inde deſumitur, & ad Principem ſecularem extenditur, videlicet quod ſalua & excepta eſt Principis, ſeu ſuperioris auctoritas in iuramento,vt ſupra pro tertio eiuſdem partis affirmantis fundamento allegabatur. quorum quidem iurium,ac regularum contraria alijs præponderant, & plus vrgent in præſentis articuli diſceptatione.

Verum nec prædicta iura, nec regulæ ex illis deſumptæ negociũ faceſſunt parti ipſi negatiuæ, & firmatæ illius Concluſioni, ſcilicet Principem ſecularem non poſ

ſe di-

ſe dilationem, ſeu moratoriam
cōcedere in debitis iuratis, eiuſ-
que auctoritatem non poſſe tueri,
nec excuſare debitorem, quin in-
cidat in periurium non ſoluendo
in termino promiſſo, & iurato.

Neque obſtant, inquam, iura
prædicta in contrarium adducta,
nec regulæ ex illis formatæ. Et
primo quantum ad leges illas, de
quibus in primo fundamēto prio
ris Partis affimatiuæ, euitari po-
teſt earum contrarium multipli-
citer reſpondendo.

Et primo reſponderi poteſt,
60 † quod illarum Deciſio parum
firma videri poteſt, eo quia ſecu-
laribus legibus auctoritas mini-
me competit de huiuſmodi mate
ria eccleſiaſtica diſponendi: tex.
eſt in c. bene quidem, in can. cū
ad verum, & in can. ſi Imperator,
diſt. 96. Doctores omnes, in c. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ, & in c. quæ in
eccleſiarum, de conſtit. conſulit
eleganter Soci. in conſ. 77. lib. 1.
tradit Bartol. in his terminis in
l. omnes populi, in quæſt. 3. prin.
num. 22. in fi. ff. de iuſti. & iure.

Et ita illi legi adigere, ff. de iu-
repatro. & alijs cum ea pro prio-
ri parte affirmatiua vbi ſupra al-
legatis, reſpondet D. Reſtau. Ca-
ſtal. in præall. tract. de Imperato-
re. quæſt. 110. caſu 24. vbi dicit
quod hodie illæ leges non valent,
poſt Fortun. Gargi. Hiſpanum in
libello quem compoſuit de vlti-
mo fine iuris Canonici, & ciuilis,
fol. 20.

Secundo ſaluando eas leges, &
ſi quæ ſunt aliæ ſimiles annullan-
tes, ſeu remittentes iuramentum;
ita quod iuris Canonici auctori-
tati, & diſpoſitioni nequaquam
aduerſari, nec ſubinde ab eo irri-
tari, ſed ſarctę tectæ relinqui de-
beant in ſua diſpoſitione; reſpon-
deri poteſt notanter ex Paulo Ca
ſtren. † quod huiuſmodi leges lo- 61
cum habent quantum ad vires,
quas haberet iuramentum de iu-
re ciuili, iuxta auth. ſacramenta
puberum. C. ſi aduer. vendi: & l.
ſi quis maior. C. de tranſ. cum
ſimilibus. † & quantum ad hu- 62
iuſmodi vires, exaudiendum eſt
illud, quod dicitur, ſcilicet quod
poteſtas ſecularis, ſeu lex ciuilis
habet vim Apoſtolici, ideſt Papæ
in remittēdo iuramentum, iuxta
Gloſ. vulgatam in d. l. adigere,
in fi.

Et hoc reſpectu atque hac rela
tione habita, impediri poteſt iu-
ramenti effectus, nedum per legē
generalem, ſiue imperialem, † ve 63
rum etiam per municipalem. † Et 64
ideo diſpoſitio auth. ſacramenta
puberum præallegatæ, cum ſit de
iure ciuili, tolli poteſt per ſtatu-
tum, quod ſimiliter eſt Ius ciuile.
l. omnes populi. ff. de iuſti. & Iu.
id quod deducit, firmatque idem
Paul. de Caſtro in illa auth. & in
conſ. 305. incipit notandum, nu. 2.
Par. 2. Secus autem quantum ad
vinculum, & vires quas iuramen-
tum habet à iure diuino, & cano-
nico; cui ius ciuile non poteſt de-
rogare, & conſequenter, nec tol-
lere, nec impedire vinculum iura
menti, & eius vires, & effectus: &
ideo quantum ad hoc, prędictæ le
ges intelliguntur eſſe correctæ, &
abrogatæ de iure Canonico; quia
inducunt peccatum ſecundū Do-
ctores; & ideo opus eſſet abſolu-
tionem à iuramento habere re-
ſpectu iuris canonici, nihil opitu-

lante

lante remiſſione iuris ciuilis: ita notanter conſulit Paul. Caſtren. in allegato conſ.305. num.2.

Tertia afferri poteſt reſponſio atque ſolutio affinis præcedenti, ex qua prædictæ leges à iure Canonico ſimiliter remaneant incorrectæ, ex Ioan.de Imo. in c. cũ contingat, ſub num. 46.verſ.Quid igitur tenendum in hac varieta-
65 te, de iureiur. videlicet, † quod prædictæ leges procedant, & ſuſtineantur intra limites ſuæ iuriſdictionis, & poteſtatis, hoc eſt, reſpectu actus taliter fiendi, vel non fiendi;& ſic quoad nullitatẽ actus aliter geſti, vel quoad incurſum pœnæ impoſitæ; vt horum, & ſimilium reſpectu earum diſpoſitio locum habere debeat, iuramento in contrarium non obſtante, ſeu nihil ſuffragante: prout exemplificat Imola in loco allegato: Et quoad iſta, & ſimilia, quæ ſunt ipſius poteſtatis, & iuriſdictionis ſecularis, procedet prædicta regula illarum legum, quæ habet poteſtatem, ſeu legem ſecularem vim Apoſtolici, ideſt Papæ, habere, vt remittat iuramentum, vt in vulgata illa Gloſ.in d.l. adigere:ff.de iurepatro. non autem vt prohibere poſſit iuramentum, ne ſuper actu ab ipſa lege prohibito præſtetur: & minus ne iuramentum ipſum præſtitum valeat, & ne operetur effectus ſuos quoad vires, & vinculum, quod recepit à iure diuino, & Canonico:& ſic ne iurans teneatur ad eius obſeruantiam, ex quo ius Canonicum præcipit illud eſſe obſeruandum; cui lex ciuilis reſiſtere nequit; cum inferior non poſſit tollere, vel impedire legem ſuperioris: Clem. ne Romani: de elect.c.cum inferior: de maior. & obe. cum ſimilibus. Et hæc ſunt de mente Imolę in loco citato cuius dicta extollit Feli.in cap.2.ſub num.32.ad finẽ, de ſponſal. Ex quibus ait haberi verum intellectum ad illam Gloſ. vulgatam in d.l. adigere, in fi. ff. de iurepatro.

Et ſecundum hanc declarationem Imolæ, remanente ſalua prohibitione legis quoad nullitatem actus ſecundum ipſum, dicendum eſſet vinculum iuramenti vim atque effectum ſuum ſortiri reſpectu perſonæ iurantis; quia perſona obligata remaneret nihilominus ad obſeruantiam; quia ſcilicet iuramentum in perſona imprimeret, non in contractu: ad dicenda infra hac Par. q. 14. & ad ea, quæ tradit Rom. in conſ.437. ver.quoad ſecundum, num. 5.

Et ſic iuxta has quoque Caſtrenſis, & Imolæ reſponſiones, ſiue declarationes prædictæ leges nihil poteſtati ſeculari ſuffragantur in moratorijs in debitis iuratis concedendis, vtque habilitare valeant debitores, vt venire poſſint contra iuramentum, non ſoluendo in termino conuento, & iurato; & firma remanet conſequenter poſterior firmata opinio negatiua.

Cæterum quantum ad ipſam Imolę declarationem, ſeu ſolutionem vlterius eſt aduertendum, † quoniam immo, neque etiam reſpectu nullitatis actus remanet 66
& ſuſtinetur prohibitio, ſeu diſpoſitio legis propter iuramentum; quippe quod ſuſtinet, & validat actum, vt poſt Card. Fed. de ſen. Archi. Cald. Ioan. Mon. & Ioann. Andr.

Andr. per eum citatos concludit Abb. in c.cum contingat, ſub nu. 8.de iureiur.& dicit hanc eſſe cõmunem opinionem. Sed neque in prædicto alio exemplo, de Pęna ſcilicet incurrẽda ſuſtinetur prohibitio legis, quia etiam in hoc reſiſtit iuramentum, ne legis prohibitio locum habeat, vt deducitur inf.par.4.caſu 12.in ſubampliatione primæ ampliat. num.7. Et ſic nullo reſpectu videtur eſſe locus prædictæ regulæ, quod lex ſecularis remittat iuramentum, & quod in hoc habeat vim apoſtolici: quia imo non tenet, nec valet lex, vt eſt dictum, & in terminis expreſſe tradit Bar. ſupra alleg.in l. omnes populi, in quæſt. 3. prin.nu.22.in fi.vbi expreſſe dicit quod non valent leges, quæ volunt impedire iuramentum ne liget contra à ſe diſpoſita: & exemplificat in illis legibus de alienatione rei dotalis, & de pacto facto à filia de non ſuccedendo; ſtatuentibus alienationem, & pactũ non valere, & nolentibus ea iuramento confirmari. nam iſtę leges, inquit Barto. non valent: id quod iure canonico cautum eſt, vt in c.cum contingat, de iureiur. & c.licet mul.eo.in 6. & c.quam-
67 uis, de pact.eo. lib.6. † Ego autem de hac re diſputationem habeo longiorem infra ſuper l. non dubium. C. de legi. pro illius l. intellectu: vbi per plures chartas noue neruoſeq. oſtenditur, quæ ſit legis mens in hoc articulo, ſcilicet quo ad iuramentum adiectũ actui à lege vetito.

Verumtamen quoniam immo etiam in caſibus reperitur poteſtas ſecularis reſiſtere poſſe iuramento, ne vllo modo obtineat, & obſeruetur; & habilitare iurantẽ ab eius obſeruãtia, iux.d.Gl.vulg. in pręalleg. l.adigere: vt infra patebit: vnde videri poſsẽt prædictę ſolutiones, ſeu declarationes Caſtren.& Imolæ minus ſufficiẽtes. Idcirco, vt nullus ſcrupulus in mente remaneat, & firmius clariuſq. oſtendatur quo pacto prędictæ leges ſuperiori affirmatiuę parti nequaquam ſuffragantur; vtque materia iſta de poteſtate quam ius ciuile, ſeu Principem ſecularem habere dictitant in iuramento, patentiſſima reddatur; Quarta proferenda eſt reſponſio, atque declaratio ex mente Bartoli ſuperius allegati in l.omnes populi, in quæſt.3. prin.ff. de iuſt. & iu. nu.22. vbi Bar. definit illum articulum, an Imperator, vel populus ſtatuere, ac ſe impedire poſſit de his quæ diſpoſita ſunt à iure diuino. Qua in re, quantum attinet ad propoſitum & caſum noſtrum, ſcilicet quo ad materiam, ſeu rem ſpiritualem in qua ſumus, ſcilicet in iuramento de quo agimus; hæc in effectu ex mente,& ex dictis Bartoli fieri debet diſtinctio, videlicet † 68
aut lex, ſeu Princeps ſecularis directo, & principaliter ſuper iuramento, ſeu re ſpirituali ſtatuere vult: & de tali re lex ciuilis non valet indiſtincte. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. & ibi per Doct. facit. C. de Epiſ. & cleri. auth. clericus, in fine, & auth. ſtatuimus, & per ea iura tradit ipſe Bart. vbi ſupra d.nu.22.ver. vnde tu diſtingue, in primo membro diſtinctionis ipſius: bonus tex. in c. imperium, & in c. quoniam, in fi.

diſt. 10. Aut non diſponit directo & principaliter ſuper iuramento, ſed indirecte, & in conſequentiã, quia ſtatuit ſuper materia ſua principaliter, & ſecundario ſuper
69 iuramento: † Et tunc aut cauſa legis non tendit ad excludendum peccatum; & ſimiliter non valet lex volens derogare iuri diuino in remittendo iuramentum. Exẽplum de iure ipſo imperiali; Alienatio rei dotalis non valet inſt. quibus al. in pri. cum concor. ibi not. nec cõfirmatur per iuramentum ſecundum Bart. per l. non dubium. C. de legib. cuius cauſa eſt fauor dotis, l. 1. in prin. ff. ſol. mat. Item pactum factum à filia ne ſuccedat, non valet, nec confirmatur iuramento ſecundum eundem Bart. per d. l. non dubium: ratio quia pactum eſt de futura ſucceſſione, vt C. de colla. l. pactũ cum ibi not. iſtæ leges non valent propter iuram. in contrarium appoſitum: & ea eſt ratio, quia propter tales cauſas non excluditur peccatum; cum propter eas non ſit licitum deierare, vt extra de iureiur. c. cnm contingat, & eo. tit. in 6. c. licet mul. & de pact. eo. lib. 6. c. quamuis. Et hæc eſt notabilis Theorica Bartoli, vbi ſupra citati ſub d. num. 22. in vlt. mẽbro ſuæ diſtinctionis, ver. Aut cauſa legis: quam confirma, & exorna ex dictis Abbatis in d. c. cũ contingat, col. 3. nu. 4. ver. Nunc attingendo Gloſ.

Sed quantum ad exempla propoſita dictarum legum de alienatione fundi dotalis, & de pacto de non ſuccedendo, forte conſiderari poſſet nullam eſſe diſcrepantiam inter ius cano. & ciu. ſtante iuramento, nam lex reſiſtit dictæ alienationi, & pacto abſque iuramẽto; & nullibi reperitur quod nolit ea ſuſtineri cum iuramento: prout bene facit in caſibus, vbi non vult iuram. ſuffragari: vt in exemplis illarum legum ſup. in primo fundamento affirmat. partis allegatarum. Nam quantum ad l. non dubium, quam pro hoc Bart. allegat, non videtur vetare iuram. in caſibus dictarum legum de alienatione, & pacto prædictis & ſimilibus; in quibus ſcilicet iuram. præiudicat fauori, & vtilitati priuatæ, non autem aduerſatur legi habenti perpetuam, & inuariabilem cauſam prohibitionis: ad latius dicenda infra in declaratione d. l. non dubium: Et ex his confirmatur magis hæc diſtinctio.

† Aut cauſa legis tendit ad excludendum peccatum: & tunc valet lex, vel ſtatutum derogans iuri diuino; & ſic poteſtas ſecularis hoc caſu ſtatuendo obſiſtere poterit iuramento, ne operetur circa à ſe diſpoſita. Et ideo infert Bartol. in loco citato, nu. 25. ver. Item ſi ſtatutum diceret, quod ſi lex, vel ſtatutum diceret, quod contractus minoris non valeat etiam ſi fuerit iuratus, niſi interuenerit conſenſus duorum cõſanguineorum, vel alia ſimilis ſolẽnitas; huiuſmodi lex, vel ſtatutum ita ſimpliciter diſponens non valet, nec impedire poteſt effectum iuramenti: quia non apparet cauſa ob quam velit obuiare peccato. † Sed ſi ſtatutum diceret, quod ſi contractus aliter factus fuerit, præſumantur minores dolo inducti ad contrahendum; tunc valeret ſta- 70 71

ret ſta-

ret ſtatutum; quia ſi dolus ineſt, non valet contractus, nec iuramentum: ſed quia præſumitur dolus per legem, ſeu ſtatutum; poteſt iuramentum merito ſine pœna contemni: d.c. cum contingat, de iureiur. & c. licet mul. eo. in 6. & c. quamuis, de pact. eo. lib. apparet enim cauſa legis, quæ venit ad excludendum peccatum, nempe dolum: ita Bartol. in eodem loco, ſubdens ſic ſe iam vidiſſe iudicari.

Et hæc diſtinctio eſt notanda, quia eſt magiſtralis in hac materia: nam habetur ex ea perfectior, & clarior doctrina, & intelligentia, quam ex præmiſſis declarationibus, & alijs, quæ afferri poſſent circa hunc articulum de poteſtate Principis ſecularis, ſeu iuris ciuilis circa iuramentum, † & quando, & quomodo procedat vulgatum illud dictum, quod lex, vel Princeps ſecularis habet vim Apoſtolici, id eſt Papæ, vt poſſit remittere iuramentum: quod eliciunt ex l. adigere ſæpius allegata, ff. de iurepatro. & alijs citatis ſupra in primo fundamento Partis affirmantis, ver. Affirmatiuam partem: & quæ leges valeant, & quando diſponentes de iuramento, ita vt allegari mereantur, & quæ, & quando non. quam diſtinctionem, & declarationem per omnia approbat Roma. in conſ. 437. ſuperius alleg. num. 10. ver. nec refragatur: cuius verba in pluribus Codicibus mendam habent, & correctione egent.

73 † Et ſecundum hanc quoque diſtinctionem, & declarationem omnes illæ prædictæ leges ſuſtinentur in ſua diſpoſitione, etiam quoad remittendam obſeruantiã iuramenti: neque tamen plus quicquam ſuperiori affirm. parti opitulantur; quoniam in ſingulis earum eſt ratio ſiue cauſa vrgens, & iuſta, ob quam iuramentum non ſit obſeruandum. nam omnes illę leges ſiue obuiæ fiunt peccato, & turpi alicui facto, ne fieri habeat; ſiue alia iuſta cauſa iure reſiſtunt iuramento; nempe quia illud honeſte, & licite obſeruari nequit. id quod palam eſt in l. adigere, quę prior fuit citata: ff. de iure patro. † Quid enim execrabilius 74
eſt, & magis iuri contrarium, quã adigere quempiam, ſeu maſculum ſeu fœminam ne nubat? † cum id 75
vniuerſo iuri aduerſetur. † coniu 76
gium namque ab omni iure ſcilicet diuino, naturali, Gentium, Ciuili, & Canonico introductionem atque approbationẽ habet: vt eſt Gloſ. pulchra de hoc inſti. de iure natur. in prin. in ver. matrimonium: vbi etiam Por. ſuper ea, ſub num. 3. ver. Circa ſecundum: & eſt ad eo honeſtum, & vtile matrimonium, † vt humano ge 77
neri videatur immortalitatẽ artificioſe introducere; quippe ex filiorum procreatione renouata genera manent, & humana ſoboles renouatur: vt notanter dicit Imperator in auth. de nuptijs, in prçfatione circa princ. ad hoc l. 1. ff. ſol. mat. † ideo grauiter pec 78
cat, qui illud impedire ſatagit; quia principium, & fundamentum humani generis quantum in ſe eſt tollit: de hoc eſt Gloſ. in præfatione prędictæ auth. de nupt. non longe ab initio, in ver. ampliori.

Item quia conſequenter Rem-

publicam lædit, & damnificat,
79 † cuius ſcilicet intereſt, cuique
immo neceſſarium eſt liberis ci-
uitatem repleri, vt dicitur in alle
80 gata. l. 1. in fi. ff. ſol. matr. † &
plus eam lædit in hoc, quã ſi eius
81 bona, ſeu pecunias diriperet: † cũ
dicat lex ſe malle ampliari impe
rium hominum adiectione, quam
pecuniarum copia: vt in l. fin. §.
ſed & diuus. ff. de bon. damnat.
82 † Vnde iure ciuili ex conſtitutio-
ne diuorum Seueri, & Antonini
cautum eſt, vt qui liberos quos
in poteſtate habent iniuria pro-
hibuerint vxorem ducere, vel nu-
bere, vel qui dotem dare non vo-
lunt, per iudicem cogantur in ma
trimoniũ eos collocare, & dota-
re, vt legitur in l. qui liberos. ff.
83 de ritu nupt. † Quinimmo tenetur
Pater pro filijs, & filiabus, vt nu-
bant conditionem quærere, quod
ſi non facit, ex hoc ſolo prohibe-
re cenſetur, vt in eadem lege ca-
uetur in fine. Ex quo Gloſ. ibi
84 notat, † quod malum facere vide
tur, qui non ſtudet ad bonum.

Ergo iure quidem merito iura
mentum, de quo in illa. l. adigere,
85 venit remittendum; † quia immo
non valet, nec tenet de ſe, nec eſt
obligatorium; cum ſit contra bo-
nos mores naturales: inſti. de iu-
re natur. in prin. & in auth. de
nup. in præfa. in prin. præallega-
tis, cum vtrobiq; notatis, iuncto
c. non eſt obligatorium, de reg.
iur. in 6. Notat Abb. in c. cum
contingat, ſub num. 5. in verſ. vn-
de formalius; de iureiur. ſimile
iuramentum eſt, quod Imperator
remittit. C. de nupt. in auth. quod
eis: & in corpore vnde ſumitur
in auth. ſcenicas. §. 2. col. 5.

† Item cum ſit contra publicã 86
vtilitatem directo, & principali-
ter; vt in præalleg. l. 1. ff. ſol. mat.
& l. fi. §. ſed & diuus, ff. de bon.
damn. merito iuramentum non
eſt obſeruãdum in tantum, vt ab-
ſolutio non ſit neceſſaria, ſed pro-
pria auctoritate iurans poteſt cõ-
trauenire: vt not. Abb. in c. cum
contingat, num. 22. in caſu octa-
uo, de iureiur. † quoniam de iure 87
Canonico ſimiliter huiuſmodi iu-
ramentum non eſt obligatorium,
vt in c. ſi diligenti, de foro comp.
notat Abb. in loco proxime cita-
to, ver. Quandoque lex fundatur.
Paul. de Caſtro conſ. 346. circa
bona, num. 6. lib. 1. & ſtatim ſub-
ijciam.

Et ob hanc eandem rationem
† in l. fi. ff. ad muni. & de inco. ſe- 88
cundo loco allegata, recte iuriſiu-
randi gratiam Imperatores An-
toninus, & Verus facere potue-
runt ei, qui iurauerat ſe Decurio
num ordini non interfuturũ: quo-
niam agebatur de vtilitate, & in-
tereſſe publico, quod ille eſſet in-
ter Decuriones: meritò, & c. per
proxime dicta: & ita reſpondet,
& declarat Deci. in c. conſtitutus,
ſub num. 19. ver. Et in lege. extra
de reſcrip. & de hoc eſt Gloſ. in
l. 1. §. huius ſtudij, ver. ſacris. ff. de 89
iuſti. † Quod enim pro communi
iure, ſeu pro publica vtilitate, &
fauore ſtatutum, & introductum
eſt, priuatorum pactis, & renun-
ciationibus remitti non poteſt,
etiam quod in conſequentiam
concernat fauorem priuatum: d.
c. ſi diligenti, & ibi not. Abb. in
pluribus notab. Et iuramentum
pariter adiectum eſt nullum, &
non obligatorium: † & huius ra- 90
tio

tio, quare ſcilicet iuramentum
contra ius publicum, ſeu legem
in fauorem publicum editam non
ligat iurantem eſt ea; quia iura-
mentum non ligat ad illicita: cap.
quanto, de iureiur. cum ſimil. &
veniens contra huiuſmodi legem
peccat. cap. 2. de maio. & obe. Et
ita dicit Ab. in d. c. ſi diligenti, in
6. notab. quod vltimum latius de-
clarat in d. c. cum contingat, nu.
6. per tot. de iureiur. de hoc etiã
pulcre Paul. de Caſtro conſ. 190.
Cum tempore, ſub num. 2. in prin.
ver. nam fundam. lib. 1. Et dice-
tur inferius in declaratione ad l.
non dubium. C. de legib. vbi ſpe-
cialius declarabitur quę lex dicã-
tur principaliter condita ob vti-
litatem publicam.

Præterea alia ratione illud iu-
ramentum non tenet, nec eſt obli
gatorium, nempe quia eſt teme-
rarium, & ea ſpecie temeritatis,
ſecundum quam iuramentum di-
citur vergere in peiorem exitum,
& non eſt obligatorium; ad late
tradita ſupra in 2. parte, quæſt. 4.
ſub primo mẽbro, in ſecunda eius
extenſione. verſ. in peiorem exi-
tum, num. 2. cum tribus ſequenti-
bus, & inf. par. 4. caſu 6. in ſecun-
da ſpecie temeritatis, ſcilicet de
temeritate ex audacia, in tertio,
& quinto capite tertij modi, nu.
12. & 14.

91 Et ſimiliter l. iuriſgentium, §. ſi
paciſcar. ff. de pact. prouidet pu-
blicæ vtilitati directo & princi-
paliter, irritando ſolum pactum,
& iuramentum quę fiunt contra
publicam vtilitatem, quæque dã-
num, & læſionem publicam conti-
nent principaliter; prout id aper-
tiſſime innuit imo exprimit lit-
tera illius contextus, ibi, in ver.
labeo autem diſtinguit, & paulo
inferius, ibi, quæ non ad publi-
cam lęſionem, &c. Ideo iure re-
mitti, ac irritari debuit, ad dicta
paulo ſuperius in verſ. Item cum
ſit contra publicam, cum ſequen-
ti. nam huiuſmodi iuramentum,
quod præſtatur cõtra ius editum
in fauorem publicum principali-
ter, eſt illicitum: & ideo immo
de ſe irritum eſt, & non tenet; id
quod à iure quoque canonico de-
mum comprobatum eſt; vt in d. c.
ſi diligenti, & ibi id not. Ab. in
notab. 3. & 6. de foro cõp. & con-
uincitur quoque ratione manife-
ſta. † Nam iuramentum non li- 92
gat ad illicita, in c. quanto, de iu-
reiur. cum ſimilibus, † & venire 93
contra talem legem illicitum eſt,
& peccatum, vt in c. 2. de maio.
& obe. & probatur Rom. 13. me-
rito, & c. & ita ratiocinatur Abb.
proxime citatus in d. notab. 6.

† Quo vero ad l. ſi quis inqui- 94
linos §. ſi. ff. de leg. 1. littera ipſa
exprimit, quod ex cauſa excludẽ-
di peccatum promulgata eſt: ve-
tat namq. ne quid fieri debeat ex
Teſtatoris præcepto, quod con-
tra ius eſt, vel contra bonos mo-
res, vel quod turpe ſit alioqui:
merito iuramentum pręſtitum
de tali re, vtpote illicitum, venit
remittendum: immo de ſe non
eſt obligatorium; prout ius cano-
nicum comprobauit, vt in d. cap.
non eſt obligatorium, de reg. iur.
in 6. & in c. quanto, de iureiur.
cum ſimilibus, & multo ante iure
quoque diuino extitit reprobatũ
iuxta illud Hierem. & iurabunt
uiuit Dominus in veritate, iudi-
cio, & iuſtitia, vt in can. & iura-
bunt,

bunt, 22.q.1. & ad late explicata ſupra in quarto præludio.

95 † Similiter in l. quæ ſub conditione, ff. de conditionibus inſtitutio. cauſa patentiſſima eſt quæ excludit peccatum: quippe lex illa diuino impulſu ad religionē iuriſiurandi ſarctam tectam conſeruandam, quod fieri debere iure diuino cautum eſt, vt late explicatur in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. ac item ad ſuperſtitionem ab eo propulſandam lata fuit; quā ſimiliter iuri diuino in iuramento exoſam eſſe in eodem cap. & ſi Chriſtus, videre eſt. Atque eo potiſſimum reſpicit mens, & cauſa illius legis, ſcilicet vt claudatur via periurijs, vt ex ea patet. Hoc autem iure diuino prius, demum iurecanonico cautum fuit: vt de vtroque habetur in c. debitores, & latius in d.c. & ſi Chriſtus, & in c. ſi vero, & in c. verum, de iureiur. ob hanc enim cauſam potiſſimum ea lege iuriſiurandi conditio adiecta remittitur, ne Hęredi, vel Legatario via, & occaſio prebeatur veniendi de facili poſtmodum contra iuramentum.

Sed quoniam hac ratione attenta videbatur obijci recte poſſe quod ergo non eſſet licitum iurare de futuro, & conſequenter, quod omne iuramentum de futuro pręſtitum foret remittendum; cum in omni iuramento de futuro ineſſe poſſit periculū deierandi; quod eſt contra multa iura cum ciuilia, tum canonica: vt in l. 1. C. ſi adue. vendit. & in l. ſi quis maior. C. de tranſa. & in l. præſenti. §. ſane, C. de his qui ad Eccleſ. confu. & in auth. iuſiuran. quod præſta. per totum: vbi præſtatur iuramentum de futuro, & in auth. ſacramenta puberum d. tit. C. ſi aduer. vendi. vbi quod iuramenta de futuro inuiolabiliter ſunt obſeruāda: & de iure canonico patet id toto tit. extra de iureí. & eo. tit. in 6. Idcirco in hoc puncto † An, & quando reprobetur 96 iuramentum de futuro, Bart. in d.l. quæ ſub conditione, nu. 1. ver. extra Gl. tradit notabilem theoricam ex Pet. Cy. & Gulie. vt per eum citatis, videlicet quod iuramentum quod eſt de futuro, & ſuper eo, quod eſt voluntas, idest liberum arbitrium, non debet interponi: & ita intelligitur d.l. quę ſub conditione: quia implere conditionem eſt voluntatis, non neceſſitatis. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. ca. teſta. etenim quis auiditate lucrandi relictum ſub conditione facile iurabit ſe eam adimpleturum, quam poſtea facile non adimplere continget; cum ſit voluntatis, vt eſt dictum: & ſic præbetur materia deierandi: & ita dicit Bart. intelligenda eſt Gloſ. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. ſed eſt in Auth. decernit, in illa lege inſerta, in ver. ſacramenti, & ſimiliter ita intelligenda erit alia Gloſ. in d. l. quæ ſub conditione, in ver. interuenit, & alia in l. ſi cum patruo. C. comm. vtri. iudi. dum loquuntur de iuramento de futuro.

Sed ſi iuramētum præſtatur ſuper eo, quod eſt neceſſitatis, licet ſit de futuro; tunc eſt ſecus: quia poteſt interponi, & eſt obſeruandum, vt in iuribus pro contrario allegatis; † nam contractus licet 97 à principio dicantur eſſe voluntatis; poſtea fiunt neceſſitatis: & contra-

Digitized by Google

contrahentes coguntur manere promiſſis.l. in cõmodato.§. ſicut, vbi Bart.ff. commo.

98 † Ad. l. fi. ff. qui ſatis.cog.breuior faciliorque eſt reſponſio: Nam in ea lege non tantum fit remiſſio iuramenti, quantum declaratio quando iuramentum nõ liget,& iurans ab eius obſeruantia excuſerur, videlicet quando iuſta cauſa interuenit, vt illud nõ ſeruet: non dico, quod hoc lex

99 ciuilis ſtatuat, vel inducat: † Sed talis eſt natura iuramenti; nam

100 † & hoc idem eſt in quacumque re, & ex quacumque cauſa quis tenetur,vt ſcilicet ex cauſa excuſetur,& non teneatur,vt in c. beatus, & can. faciat homo. 22.q.2. & ſpeciatim in iuramento patet eadem cau. q.4. in c.2.3.4. 5.6. & fere per totam. & in c. querelã, in c. breui,& in c. quemadmodũ, cum notatis,de iureiur. Inno.in d.c. quemadmodum,num.1.& late notat Hoſt. in ſum. eo.tit. §.3. quot ſunt ſpecies, per tot. ad idẽ c.3.& c. venientes.vbi bonus tex. de iureiur. & c. conſtitutus, de reſcrip. cum vtrobiquẹ notatis à doctoribus cum multis ſimil. Et declaratio ergo legis eſt facti,nõ iuris: namque notiſſima eſt huiuſmodi iuramenti natura atque proprietas.

101 † Ad.l.fin.C.de non nume. pecu. duplex accommodari poteſt reſponſio: Vel vt ad proximam ſuperiorem legem fuit reſponſum quod ſcilicet ea lex non tantum remittit obſeruantiam iuramenti, quantum declarat potius iuramentum de reſtituendo pecuniam non excludere exceptionẽ; non numeratæ pecuniæ: non quia id velit, & inducat lex,quia ſcilicet ipſa tollat,ſeu impediat vim, & virtutem iuramenti in hoc, † ſed immo,quia ea eſt natura iu- 102 ramenti, vt eam exceptionem excludere,& impedire non debeat, hanc iuramenti naturam lex ipſa refert, & declarat.

† Enimuero natura atque pro 103 prietas iuramenti ea eſt, vt cum interponitur ratione pacti,ſeu fidei, ſeu promiſſionis ſeruandæ, non aliter iuratorem conſtringere intelligatur,quam ſi ex aduerſo ſibi fides, ſeu promiſſio ſeruetur: de hoc eſt tex. in cap.3. in ſecundo reſpon. & ibi not. Inno. de iureiur.

Porro autem huiuſmodi naturam iuramentum non ab ipſa lege ciuili, ſed à naturæ lege ſortitum eſt: † rationi enim naturali 104 conuenit,ſi tu fidem tibi à me ſeruari poſtulas,eandem mihi tu ſeruare debeas: nam fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat: vt in regula fruſtra, de reg. iur. in 6. † Quæ regula ab eo 105 naturæ præcepto deducta eſt, quo iubemur, vt quodcunque volumus vt faciant nobis homines, eadem & nos: &c. & è contra, vt habetur Tob.4. & Matth. 7.

Immo ab ipſo Deo,qui naturæ omniumque iurium eſt auctor, huiuſmodi natura atque proprietas iuramento tributa eſt, ſcilicet vt cum hac conditione intelligatur, ſi tu mihi promiſſa præſtiteris. hanc enim rationem Deus Samueli reddidit quare Saulem à Regno proiecerit; quia ſcilicet ille à ſe adimplenda nõ adimpleuit,vt in lib. Samuel.ſeu 1.Reg.cap.15.lit.

C. ibi

C. ibi, pænitet me quod, & c. & paulo inferius, lit. e, ibi, pro eo, quod abiecistiu & c.& in cap.ſeq. in primis verbis.

Itaque ad propoſitum, naturæ atque ſubſtantiæ iuramenti repugnat, vt non remaneat in eo ſalua exceptio non numeratæ pecuniæ, cum iuramentum non valeat nec ſit obligatorium, niſi demum pecunia ex aduerſo ſoluta; merito ſi non ſoluitur,& quouſque ſoluitur,exceptio non numeratę pecuniæ ex natura iuramenti competit, & hoc eſt, quod declarat & indicat illa. l. fi. & nihil ergo ex ſe circa iuramentum inducit.

106 † Item alio reſpectu de natura iuramenti eſt,vt non ſit excluſa ab eo exceptio non numeratæ pecuniæ; nempe quia alioqui eſſet iniquum,& vinculum iniquitatis, ſi eius vigore cogerer ſoluere tibi pecuniam,quam non recepi; & conſequenter, immo potius non eſſet obligatorium in tali caſu: vt in c. quanto.de iureiur. cum ſimil. & d.c. 3. ſecundo reſpon. eo. tit.

107 † Item alio reſpectu ſequeretur abſurdum, & impoſſibile de iure, ſi debet eſſe excluſa exceptio non numeratæ pecu. quia iuramentum ligaret in caſu, in quo non eſt obligatorium alia ratione. nam iſtud iuramentum non habet conſenſum,ſi pecunia non

108 ſoluitur: † & iuramentum ſine conſenſu remanet nullum, & non eſt obligatorium; quia non habet ſpiritum, vt dicit Bal.in l. 1.col.1. ver. modo ſolet. C. de opc. liber. & notat Abb. in c.vni.nu. 19. de commo. & dicetur inf. in 4. Par. in quinto caſu,nu.6. Merito ergo his quoque reſpectibus attentis, fit conſpicuum exceptionem non numeratæ pecuniæ à iuramento ex ſuapte natura non excludi; & legem illam fin. de hoc ſolum admonere: non autem eam eſſe,quæ iuramentum remittat, ſiue quæ eius vim, & virtutem impediat, vt exceptionem illam non valeat excludere.

Vel ſecundo modo reſponderi poteſt ad illam.l.fi.ſi quis contendere velit per eam remitti iuramentum, quod cauſa Deciſionis ipſius excludit peccatum: dum enim ſtatuit exceptionem non numeratæ pecuniæ locum habere debere, etiam ſi cautioni de reſtituendo adiectum ſit iuramẽtum; fit obuiam peccato ne committatur, ne ſcilicet quis vigore iuramenti exigat pecuniam à ſe non mutuatam,& ſibi indebitã: quod eſſet iniquum & iniuſtum,& contra rationem, & naturam iuramenti, quod non debet eſſe vinculum iniquitatis,vt paulo ſuperius dictum eſt in ver. Item alio reſpectu de natura, cum ſeq. Et ſic nimirum ſi ea lex tale iuramẽtum remittit; quia ex cauſa quã monetur lex excluditur peccatũ; & propter eam licitum eſt deierare, ſeu contra iuramentum venire. quinimmo iuramentum ſi deberet impedire dictam exceptionem,eſſet iniquum, & de ſe nullum, & non obligatorium: ad dicta ſuperius in dicto ver. Item alio reſpectu, cum ſeq.

Atque hoc modo d. lex comprehendetur ſub diſtinctione ex mente Bartoli præmiſſa,& ſecundum eam ſuſtinebitur.

† Poſtremo lex non dubium. 109
C. de

C. de legib. quæ audaćtius, & expreſſius omni alia iuramentum remittendi auctoritatem ſibi attribuere videtur; & ad hoc principaliter ſemper allegatur: & ipſa quoque ſub dicta diſtinctione comprehenditur; quoniam ſimiliter cauſa illius legis eſt excluſiua peccati, dum obuiat iuramento contra legem preſtito: intelligitur enim illa lex de iuramento interpoſito contra ius commune, ſeu publicum, ideſt contra legem editam non fauore certarum perſonarum, vt lex prohibens alienationem fundi dotalis, vel rerum minorum, vel pactum de non ſuccedendo, vt in l. pactum. C. de colla. & ſimilis: ſed continentem ius publicum, prout eam intelligunt Dyn. in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. & Archi. in c. quamuis, de pact. eodem lib. quos refert Abb. in c. cum contingat, num. 5. prope prin. de iureiur. ſupple tu, & quæ eſt fundata ſuper bono publico principaliter, licet ſecundario concernat vtilitatem certarum perſonarum; vt ſupplet Abb. ibidem paulo inferius, videlicet cuius vterque finis primus, & principalis, nempe tam ſecundum ordinem intentionis, quam ſecundum ordinem exequutionis eſt publica reipublicę vtilitas: iuxta Nauar. in Comment. de finib. huma. act. num. 28. 29. & ita Abb. dicit eſſe intelligendam d. l. non dubium: quæ ita intellecta merito, & iure obſiſtere debet iuramento contra huius

110 modi legem interpoſito: † cum pactis, & iuramentis priuatorum ius publicum remitti non poſſit: c. ſi diligenti, præalleg. de foro comp. l. ius publicum, ff. de pact. c. contingit, il primo, de ſen. exco. & tradit Nau. in loco citato, vbi eleganter explicat iuxta prædicta hunc articulum, † quando dicatur lex edita in fauorem priuatum, ita vt ei poſſit renunciari, & 111 quando in fauorem, ſeu vtilitatẽ publicam, cui ſcilicet non poteſt renunciari.

Et conſequenter. d. l. non dubiũ in hoc excludit peccatum; † quia 112 peccat mortaliter, qui facit contra prohibitionem legis, quę emanata eſt in fauorem alterius, quã prohibiti, hoc eſt in fauorem publici iuris, & vtilitatis; vt notanter declarat Paul. de Caſtro in conſ. 190. inci. cum tempore, nu. 2. circa prin. lib. 1. & latius deductum eſt ſupra in declaratione legis adigere; ff. de iurepatro. in ver. Item cum ſit contra publicam, & in declaratione. l. fi. ff. ad municip. in ver. Et ob hanc eandem, ibi prox. ſequen. & probatur optime in c. contingit, il primo præalleg. de ſent. exco.

Et quod d. l. non dubium dum remittit iuramentum interpoſitum contra legem intelligatur de huiuſmodi iuramento, cuius obſeruantia continet peccatum, patet; † quia hoc eſt iuramẽtũ, quod 113 dicitur eſſe contra leges, vt dicit Ang. Aret. poſt alios quos allegat inſti. de excep. in §. æque, num. 9. ver. Quæro quando dicatur. & aperte innuit. l. ſi quis inquilinos §. fi. præall. ff. de leg. 1. Et ita communiter intelligitur d. l. non dubium, ſcilicet, vt loquatur de actu ac iuramento contra legem habentem perpetuam cauſam prohibitionis, & inuariabilem: vtputa

quia prohibet ea, quæ in ſe turpia ſunt, vel talia ſunt ſecundũ quid, vtputa in læſionem publici iuris, publicæque cauſæ principaliter, vt vltra prædictos eam intelligit Bern. in c. pen. de ſponſ. duorum: in vlt. Gloſ. & Gloſ. in cap. vides, diſt. 10. & Gloſ. in Reg. quæ contra ius, de reg. iur. in 6. & Gloſ. in d. cap. cum contingat: de iure. & inferius ſubijciam.

Exemplum huiuſmodi legum quarum prohibitio reſpicit principaliter iuris publici, publicæq. cauſæ conſeruationem, ac ſubinde cauſa ipſius eſt perpetua, & inuariabilis; videre eſt in l. prohibente contractus, & cõuentiones inducentes Monopolia, vt. C. de monop. l. vni. contra quam faciũt artifices in multis locis, vt Gloſ. ibi not.

At vero iuramentum in tali caſu de ſe nullum eſt, & non obligatorium, vt dictum eſt ſupra ad l. adigere. ff. de iurepatro. & ad l. fi. ff. ad municip. in ver. Item cum
114 ſit contra: & in ver. Et ob hanc eandem; † Iuramentum enim nõ ligat etiam quando continet peccatum veniale, vt notat Deci. ex alijs à ſe citatis, in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 99. de conſti. dixi ſup. Par. 2. q. 2. in primo mem bro in ſecunda extenſ. ver. In di-
115 ſpendium. † vnde ſtatuta dictorũ artificum etiam iurata, quæ ſapiunt monopolium, non ligant artifices. Quapropter prædictum iuramentum, de quo in d. l. non dubium; non tantum eget remiſſione, quantum declaratione illud nihil operari, nec locum habere debere; & hoc facit d. l. non dubium in fine, vt ſuadet littera ibi, nec ſtipulationem tenere, nec Sacramentum admitti. Et eſt eius declaratio facti, non iuris; vtpote cum iam notiſſima eſſet huiuſmodi natura iuramenti, ad dicta in d. ver. in diſpendium, & pro vt ius ipſum canonicum demum declarauit, vt in d. c. ſi diligenti: de fo. compet.

Et ex his ſequitur † quod d. l. 115
non dubium non poteſt intelligi, quod voluerit reijcere iuramentum, quod eſſet interpoſitum ſuper contractu alienationis fundi dotalis, vel ſuper pacto de non ſuccedendo, de quo in l. pactum. C. de colla. & in c. quamuis, de pact. lib. 6. quod paulo ſuperius adnuimus, vel ſuper alijs ſimilibus contractibus, qui non habent rationem, & cauſam prohibitionis perpetuæ, & inuariabilis, vt puta quia nõ ſunt de his quæ ſunt de ſe turpia, nec in læſionem iuris, et vtilitatis publicæ, iuxta prædicta, nec alioqui contra bonos mores naturales, vel in præiudicium tertij, ſed ſolum priuati ipſiuſmet contrahentis, et iurantis principaliter, quicquid aliter viſum fuerit Bartolo ſuperius allegato in d. l. omnes populi, in 3. q. prin. nu. 22. prope finem, verſ. Aut cauſa legis, ff. de iuſti. et iu. vbi dicit dictas leges de alienatione fundi dotalis, et de d. pacto de non ſuccedendo de iure ciuili non confirmari iuramento per d. l. non dubium: et quod dictæ leges non valẽt, iure canonico contra ſtatuente vbi interuenit iuram. vt in c. cum contingat de iureiur. & cap. quamuis de pact. lib. 6.

Et ad hoc tenendum, dictamq.

l. non

Digitized by Google

l. non dubium, ita vt ſupra contra Bartolum intelligendam ſuademur teſtimonio Imperatoris in auth. quod eis. C. de nup. vbi Imp. expreſſe declararat, & te-
116 ſtatur † ſolum illicita iuramenta à legibus reprobari: dicit enim legibus expreſſum eſſe illicitæ rei iuſiurandum ſeruari non oportere: non ergo quod eſt de re licita & licite ſeruari poteſt, vt in alienatione, & pacto prædictis; quod latius explicat in corpore vnde ſumitur in auth. Scenicas, & c. Colla. V. & propterea Imp. reprobat illud de quo ibi, quia turpe erat, & illicitum: & ad hoc Glo. ibi in d. aut. ſcenicas, in ver. Deo, pro concordantia allegat d. l. non dubium, ex hoc indicans intelligere eam ſecundum hunc intellectum, ſcilicet in iuramento rei illicitæ: Et eodem modo intelligit
117 eam in d. auth. quod eis, † videlicet quod d. lex nō dubium illud ſentiat eſſe iuram. contra leges quodq. ipſa reijcit, nempe quod eſt aliqua ratione de ſe illicitum, & de ſe honeſte præſtari, & obſeruari non poteſt: nam ibi pro concordantijs in hoc cum ipſa l. non dubium allegat l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ver. generaliter. ff. de pact. quas iuramenta de ſe turpia, & illicita reijcere abunde ſupra demonſtratum eſt. Et hoc idem ſuadent omnes aliæ leges, quot quot ſunt, quæ repeRiuntur reijcere iuramētum; quia omnes hoc faciunt in iuramento, quod eſt de ſe illicitum, vel alioqui non obligatorium, vt videre eſt in omnibus alijs ſup. in primo fundamento partis affirm. allegatis, & in authenticis mox allegatis, † & in l. ſi ex falſis. C. 118
de tranſa. vbi iuramentum remittitur cum tranſactione, quia detegitur nullum, & iniuſtum, quia ex falſa cauſa, ideſt ex falſis inſtrumentis præſtitum fuit: & ſic eſt nullum ex defectu conſenſus, quem non affuiſſe falſitas detecta manifeſtat. nihil enim magis cōſenſui contrarium eſt, quam error, l. nihil conſenſui, in fine. ff. de reg. iur. cum ſimil. & ita eam legem intelligit, & declarat Gl. in l. 1. in glo. in ver. ſpecialiter, in vlt. ſol. ibi, vel ibi non retractatur. C. de reb. credi. Et ſic cauſa illius legis eſt excluſiua peccati in hoc, ſcilicet obuiando falſitati, ne ex ea alter damnum, alter lucrum percipere habeat. & idem ſemper videre eſt vbicumq. lex reperitur remittere iuramentum. Et ad hæc facit † quod vna 119
lex ex alia declaratur, tam prior ex poſteriori, quam poſterior ex priori, l. non eſt nouum, cum duabus ſequentibus ff. de legi. Et hunc intellectum eadem Glo. in d. auth. quod eis, clarius aperit dum ſubijcit eam rationem, quod ſcilicet tolerabilius eſt iuram. non implere, quam turpiter facere, 22. q. 4. c. 1. & c. vnuſquiſq. & ſic patet eam intelligere de turpi iuramento, dum reijcitur à lege. Item quia prædicta Gl. in d. auth. ſcenicas, in d. ver. Deo, expreſſe dicit, quod vbi licitum ſacramentum eſt, ſeruandum eſt.

Et hæc fuit opinio Mart. antiqui, & magni Gloſſatoris, qui intellexit d. l. non dubium in perpetuo prohibitis, iuxta prædicta in l. 1. C. ſi aduer. vendi. quem

Accur. ibi ſequitur in Gl. 1. vlti-
mo loco referendo , vbi ponit
exemplum .

Ergo non videtur d. lex quod
poſſit intelligi, & locum habere
in iuramento , quod eſſet inter-
poſitnm ſuper contractibus alie-
nationum mulierum , Minorum ,
& pacto prædicto de non ſucce-
dendo, & ſimilibus: ſuper tali-
bus enim iuramentum,quantum
ad ſe,honeſte adijci , & obſeruari
poteſt ; cum iſta non ſint de ſe
illicita , & contra bonos mores
naturales , nec in læſionem iuris
publici , ſeu publicæ cauſę,& vti-
litatis directo & principaliter: vt
euidenter patet in c.cum contin-
gat , præallegato , de iureiur. &
in c. licet Mul.eo. in 6. & in cap.
120 quamuis,de pact.eo.li.6.† Sed ius
annullat ſimiles contractus prin-
cipaliter ob priuatam cauſam, &
fauorem, ſcilicet mulierum , mi-
norum,& ſimilium,iuxta Glo. or-
dinariam in l. 1. §. huius ſtudij .
ff.de iuſti. & iu. & conſulit Ab. in
conſ.8.omnipot.Dei,& c. tria,ſub
nu.3. ver.venio ad ſecundum,lib.
2. & ſic non habent perpetuam,
& inuariabilem cauſam prohibi-
tionis ; neque conſequenter pro-
hibiti ſunt quia illiciti, ſed ſolum
illiciti ſũt quia prohibiti.Et ideo
in talibus materijs iuramentum
etiam à lege ciuili non reijcitur,
ſed iubetur obſeruari , prout id
vltra prædicta aperte declarat, &
definit imper. in l. 1. præall. C. ſi
121 aduer. vendi. † quæ lex loquitur,
& intelligitur indiſtinctè, ſcilicet
etiam in venditione facta à mino
re ſine decreto , & ſic in contra-
ctu de iure nullo,ſecundum intel-
lectum Mart. quem ſequitur ibi
Glo. Accur. † Id quod etiam cla- 122
rius , & firmius declarauit, & de-
finiuit Imp. in Auth. ſacramenta,
ibidem poſita , vt ſcilicet etiam
ſi ſuper contractu inualido iure-
tur,non poſſit minor contraueni-
re, vt in ea patet, prout ita illam
auth. intelligit , & declarat Bar.
ibi non longe à prin.ver. his præ-
miſſis , & Gloſ. ver. contracti-
bus: idem Bart. in l. 1. præall.
prope fi. Nã vt tolleretur diſcor-
dantia opinionum , & omnis ceſ-
ſaret ambiguitas,Imp.Fridericus
condidit illam Auth.ſacramenta,
ſequendo , & approbando prædi-
ctam opinionem, & intellectum
Martini in d.l.1. vt dicit Bar.pro-
xime citatus ſuper d. Auth. & ibi
atteſtatur eundem Martini intel-
lectum ab omnibus teneri , & à
conſuetudine approbari .

Et ſic à paritate ergo rationis
confirmantur prædicta : Etenim
qua ratione ſecũdum leges tenet
contractus puberis alioqui inua-
lidus de iure ſi pubes ſuper eo iu
rauerit, vt definitur in d. auth.
eadem ratione tenere debent prę
dicti alij contractus ſimiliter de
iure prohibiti,& nulli , prout ar-
gumentatur Gloſ. in c. quamuis,
præallegato , in ver. ſeruari: de
pact.in 6.

Adde quod imo à maioritate
rationis neceſſario ita eſt conclu
dẽdum per ea quæ ſubdam infra,
in ver. & hanc mentem legis.

Et quãuis intelligant aſſerant-
que prædictam Auth. in hoc cor-
rexiſſe d. l. non dubium , vt per
Bart.ibi in d.auth. Dicas tu quod
hoc non videtur verum , nec be-
ne dictum:†cum nõ ſit præſumen- 123
da , nec de facili inducenda con-

trarie-

trarietas,& correctio inter leges:
vt admonet imp. Iuſtini. in l. 2.
poſt mediũ, ver. cõtrarium autẽ
C.de vet.iu. enu.cum ſimil. Et ex
declaratione Imper.in d.auth.ſa-
craměta nulla certe inſurgit con
trarietas inter eam, & d.l. non
dubium,ex qua cogamur dicere
eam l.fuiſſe correctã per d. auth.
124 † Sed potius ſubtili animo diuer-
ſitatis rationes inter eas diſcu-
tiendæ erant,vt fieri debere idem
Imp. præcipit in dicto loco; quæ
conſpicuę factę ſunt ex prædictis,
ita vt omnis diſſonantiæ querela
inter eas facile diſſolui queat. nã
l.non dubium loquitur de eo con
tractu inualido, cuius materia
apta non eſt à iuramento vali-
ditatem recipere, quia ſcilicet
iuramentũ ſuper ea honeſte adij-
ci,& obſeruari non poteſt ex cau
ſis ſuperius adductis, & explica-
tis: Secus eſt in caſu d. auth. ſa-
cramenta, quia licet ſit contra-
ctus de iure nullus,& prohibitus;
tamen licite recipere poteſt iu-
ramentum,illudq. honeſte obſer-
uari poteſt,ad ſupradicta.

Et ad hęc faciũt alia quę dicen
tur inf. hac eadem par.3.q.14. n.
5. 6. 7.

Et hunc intellectum prædictæ
l. non dubium indicant præterea
aliæ leges; ex quibus aperte di-
gnoſcitur quinam ſunt actus, qui
reputantur fieri, & eſſe contra
legem; qui ex partium conſenſu,
& conuentione ſuſtineri nequeũt;
& ſuper quibus iuramentum ho-
neſte præſtari, ac obſeruari non
poteſt; hi nempe,qui in lęſionem
iuris publici, ſeu publicæ cauſæ,
& vtilitatis geruntnr: ac proin-
de de talibus ipſam .l. non dubiũ
ſentire dum loquitur de actu, &
iuramẽto contra legem;non autẽ
vbi concernunt principaliter pri
uatam cauſam, ſcilicet fauorem,
& vtilitatem ipſorum contrahen
tium, † provt indicat l. 1. §. inde 125
quæritur,ff. de noui ope. nun. vbi
interdictum noui operis nuncia-
tionis, eo quod introductum eſt
principaliter in fauorem priua-
torũ; ideo ſuper ipſo poteſt pactũ
iniri, poteſtq. illud remitti non
obſtante prohibitione legis, ſeu
iuſſu Prętoris ne fiat opus,prius
emanato. Et belliſſime propoſi-
tum probat ratio,quam ibi aſſi-
gnat lex: ſubijcit enim ibi nota-
biliter tex. non eſſe periculum ne
pactio priuatorum iuſſui prætoris
anteposita videatur: quid
enim aliud agebat prætor quam
hoc, vt controuerſias eorum di-
rimeret? à quibus ſi ſponte re-
ceſſerint, debebit hoc ratũ habe-
re,&c. Ex quibus verbis ſingula-
riter ꝓbatur,ꝙ licet Prætor, ſiue
lex iubeat in fauorem principali-
ter priuatorum; poſſunt tamen
partes, de quarũ fauore agitur,
licite in contrarium conuenire
non reluctante prohibitione, ſeu
iuſſu Prætoris vel legis;quippe id
lege ipſa minime inuita ferente;
quamuis † iuſſus ex ſe importet 126
neceſſitatẽ,l.1.ff.quod iuſſu:& ita
eã legem pro hoc inducit Abb. eã
ad hoc multum commendans in
illa ſua ſolemni diſputatione,inci
pit ſtante ſtatuto,quæ eſt 2. inter
ſuas quæſt.col.mihi nona,ſub nu.
12. circa medium,ver. Ad prædi-
cta beliſſime.

† Ad idem eſt tex. notabilis, 127
& elegans in l. iuriſgentium, §.
ſi paciſcar. alias allegatus, & de-
clara-

Digitized by Google

claratus, ff. de pact. vbi apertius lex indicat, & conſtituit hanc differentiam, quam oſtendere ſatago inter intereſſe, atque vtilita-
128 tem publicam, et priuatam.† etenim lex illa expreſſe declarat, eã conuentionem cenſeri à lege illicite initam, ac ſubinde à lege reprobatam, & pro illicita habitã, quæ abſona eſt à iure communi, ſeu publico, atque ad publicam læſionem reſpicit: Secus ſi ad rei familiaris, ſeu priuatæ vtilitatis læſionem reſpicit; nam talem conuentionem lex non reputat illicitam, & contra ius, non obſtante legis contradictione, et imperio: et ſic patet, quod lex in tali materia non reijceret iuramentum: prout eam quoque legem ad hoc propoſitum inducit Abb. in loco præallegato.

129 † Ad idem eſt pulcher tex. in l. ſi vnus §. pacta quæ turpem: eo. tit. de pactis, vbi ſimiliter lex declarat, illud pactum ſe reputare illicite fieri, et non eſſe obſeruandum, quod aduerſatur legi in eo quod publicum ius, ſeu publicam cauſam, et vtilitatem contingit: ſecus ſi rem, et vtilitatem priuatam cõtingit principaliter, quia huic lex non reſiſtit, vt ibi habetur.

Et ſi obijcias, quod dictæ leges non probant propoſitum, eo quia et ſi videatur aduerſari legi non agendo furti, vel iniuriarum, vel interdicto vnde vi; vel non vtendo noui operis nunciatione poſt imperium, ſeu iuſſum Prætoris interpoſitum, vt in exemplis illarum legum; cum imo lex velit, vt agatur furti, et iniuriarũ, vt toto tit. de fur. et iniu. immo expedit, vt dicitur in d. §. pacta quæ turpem, in d. l. ſi vnus: tamen non eſt lex quæ prohibeat ne non agatur illis actionibus; vel illis interdictis ne quis non experiatur, et quin poſſint remitti in caſu vbi non ſit contra ius publicum, ſeu publicam vtilitatem, ſed ſolum contra priuatam: nimirum ergo ſi ſuper eis pactũ iniri eiſq. renũciari poteſt, vt in illis legibus, quia non extat expreſſa legis prohibitio. Secus ſi in cõtrarium extaret legis prohibitio, quæ paciſci vetaret, vt in d.l. non dubium, & nos præſupponimus. Reſponderi poteſt quod neque eſt lex quæ ſpecialiter, & expreſſe prohibeat, ne etiam cum iuramento fieri habeat alienatio rei dotalis, vel pactum prędictum de non ſuccedendo; & ne etiam ſi cum eo fiant, valeant: quemadmodum neque in alijs ſimilibus caſibus eſt lex quæ reijciat iuramentum, ſcilicet vbi tangitur ſolum priuata res, atque vtilitas; ſicuti bene reperiuntur multæ leges quæ illud reijciunt, vbi adijcitur contra prohibitionem legis occurrentis peccato ne fiat, & ne lædi contingat ius publicum, ſiue publicam cauſam, & vtilitatem; vt ſunt illæ allegatæ ſuperius pro primo fundamento prioris affirmatiuæ partis cum alijs eis additis hucuſq. Et cum ergo ex eiſdẽ ipſis legibus de iure ciuili determinatũ habeamus quando lex ciuilis reijciat, ſeu remittat iuramentum, ſcilicet vbi eſt ſuper materia, ſeu conuentione illicita, ſeu vbi honeſte illud præſtari, & obſeruari nequit, iuxta iam dicta: & in illis proxime indu-

ctis

Digitized by Google

ctis legibus, ſcilicet l.1.§. inde quæritur,ff.de no.op.nunc,& l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar. de pact. & l.ſi vnus. §. pacta quę turpem, eo.tit.declaretur quando, & quibus caſibus reputet lex materiam conuentionis,& ſubinde iuramenti illicitam, & non ſeruandam; ſequitur vt d.l.non dubium, dum reijcit iuramentum ſuper cōtractu à lege reprobato interpoſitũ, iuxta eas intelligi debeat,vt euitetur repugnantia, & contradictio inter eã,& omnes leges prędictas:quæ in iure non eſt admittenda, teſte Imperatore in l. 2. poſt medium, ver.Contrarium autem aliquid. C. de veteri Iu. enu; & vt magis cum illis concordari debeat, vt ibidem præcipit Imp.& hoc fieri debere not. Spec. tit. de actore. §. 1. ver.verum quoniam. Et item quia ſimiliter de iure eſt, vt lex vna ex altera declaretur, ſeu prior ex poſteriore, ſeu poſterior ex priori. l. non eſt nouum,cum duabus ſequentibus ff. de legib. Et ſic illæ leges poſtremo loco inductæ bene probant propoſitum.

Enimuero haud verũ eſt, quod iuramentum interpoſitum contra legis prohibitionem ſemper, & indiſtincte ſit illicitum, cũ verum pariter minime ſit,quod qui facit contra legem peccet ſēper,
130 & indiſtincte:†ſed hoc verũ eſt ſolum, vbi quis venit contra legem continentem ius publicum publicamq. cauſam, & vtilitatem principaliter, ſeu alioqui conſeruantem bonos mores naturales: non autem vbi agitur de re, & vtilitate priuata principaliter, ad ſupra abunde deducta; & neruoſe deducit Ab. in c.cum contingat, ſub num.6.ver. Ego in hac materia: per totum illum num. de iureiur.& copioſius in præalleg.ſua diſput.2. col.mihi 8. ſub num. 12. prope prin.ver. Nec etiam placet dictum Bart. per duas ſequentes columnas. Et conſulit Paul. de Caſtro conſ. 190. ſub nu.2.ver.nã fundamentum. lib. 1.

Et hæc omnia confirmãtur ratione valida, & manifeſta,†quia 131
lex vult omnes licentiam habere his quę pro ſe introducta ſunt renunciare, vt dicit Imperator in l.ſi quis in conſcribendo, quæ eſt pen. & dicit hanc eſſe regulam iuris antiqui. C.de pact. Et item quia legum auſteritas pactis contrahentium mitigatur,vt in l. fin. in fi.C.de temp. appel. cum alijs adductis ad hoc à Gui. de Suza. in l.pen. C.de dona. relat. à Ioa. Andr. in addi. ad Spec. tit.de inſtrum.edi. §.14. in fi.in addi.magna. in prin.

Nec dicas regulam procedere in his in quibus non adeſt prohibitio legis: ſecus ſi adeſt prohibitio legis,cui conſequenter quis contraueniret per ſuum pactum, ſeu renunciationem, quod non licet per d.l. non dubium, quæ in hoc caſu loquitur.

Quia reſpondeo † quod regula 132
procedit etiam vbi adeſt prohibitio legis expreſſa, & ſic etiam quod quis per ſuum pactum veniat contra legem, quia nihilominus id ſibi à regula in his terminis permittitur ex quo non lædit ius publicum, & publicam cauſam principaliter;ſed eſt ius concernens principaliter fauorem,& cauſam priuatam ipſius iurantis,

& re-

& renunciantis, licet ſecundario cõcernat vtilitatem publicã, quo caſu d.l. non dubiũ nõ loquitur, vt ſuperius demonſtratũ eſt; Et horum ratio eſt, quia fauor principalis præualet, & attenditur, nõ ſecundarius: quia fauore alicuius dicitur fieri, quando principaliter non ſecundario fit propter eum. Bal. in l. 2. C. de leg. Vnde merito huic priuato fauori renunciari poteſt non obſiſtẽte legis prohibitione; nimirum, quia tunc legis prohibitio obſiſtit, vbi eius fauor, ſeu beneficium inductum eſt magis, & principalius ob fauorem, & vtilitatem tertij, ideſt alterius, quam renunciantis, vt tradit Ioan. an. in addi. præall. & Old. conſ. 173. Quis hæres. Exemplum in caſu l. ſi vnquam. C. de reuo. do. cui renunciari non poteſt etiam cum iuramento, quia eius beneficium eſt magis in fauorem filiorum, quam donantis, vt. pulchre conſulit Rom. conſ. 269. per tot. Id ꝙ ſpecialius ẽt & expreſſius demõſtratur per inſtãtiã.

133 † Nam lex prohibet, ne pro vllo fœminæ intercederent, quod Senatus conſulto Velleiano cautum fuit, vt in l. 1. in prin. & toto illo tit. ff. & C. ad ſenatus conſ. Vel. & ſi contra faciunt non tenet quod agunt, vt toto illo tit. in ff. & C. Et tamẽ videmus quod mulier contrauenire poteſt inter

134 cedendo † ſi illius Sen. conſ. prohibitioni, ſeu beneficio expreſſe renũciet, vt id indicat lex ipſa. ſ. in l. fi. §. fi. d. tit. ff. ad ſen. cõſ. vell.

Et ſi obtrudis, quod in hoc eſt permiſſio legis expreſſa; Reſpondeo quod permiſſio legis nõ aliunde prouenit, niſi quia Senatus Conſultum, & ſi prohibuit ne fœminæ intercederent; non tamen prohibuit, quin huic beneficio, quod eis tribuit, renunciare poſſent. Et ideo lex declarat eas renunciare poſſe; nolens recedere ab illa regula iuris antiqui, quod iuri pro ſe introducto quiuis renunciare poteſt, d. l. penult. C. de pact. Et quod verum ſit hoc quod dico, ſcilicet quod iſta permiſſio legis nõ aliunde proueniat, quam ex permiſſione illius regulę, quam ſenatus cõſultũ non excluſit per dictam ſuã prohibitionem; indicat Gloſ. in d. l. pen. in ver. antiqui, vbi pro exemplo eiuſdem regulę inducit d. l. fi. d. §. fin. ff. ad velle. vbi lex indicat, quod prohibitioni, ſeu fauori ſenatusconſulti poteſt renunciari: & ſic ex Gloſſa illa manifeſto colligitur, quod iſta permiſſio ſiue mauis atteſtatio legis, quoad ipſum Velleianum, non eſt aliunde, niſi per dictam regulam.

† Ergo ex his conſequitur pa- 135
riformiter cenſendam eſſe permiſſam renunciationem legis iuliæ de alienatione fundi dotalis, tum quia ſimiliter, & ſi lex prohibet ne fiat alienatio, non tamen prohibet quin ipſius legis prohibitioni, ſeu beneficio, ac fauori poſſit renunciari; tum quia prędicta regula pariformiter locum habet in caſu huius legis, vt in illo Senatusconſulti Velleiani: non enim eſt maior, ſeu minor ratio in vno, quã in altero caſu: cum in vtroque caſu legis prohibitio fundata ſit ſuper vtilitate ac fauore priuato principaliter; quæ eſt ratio ob quam prohibitioni Velleiani renunciari poteſt vt di-

vt dixi: vt de prohibitione ipſius legis Iuliæ tenet Gloſ. Ab.& omnes, in d. cap. cum contingat de iureiur. & eſt Gloſ.ſuperius alleg. in l. 1.§.huius ſtudij, ver. ſingulorum. ff. de iuſti.& iur. ita intellecta, & declarata à Nau. in Comm. præall. de finibus huma. act. nu.29. ver. altera.

Imo ſpeciatim quo ad renunciationem ſunt æquiparatæ prohibitiones Velleiani, & ipſius legis Iuliæ; quia vtraque per conſenſum poſt biennium gemina-
136 tum tollitur, † vt de Velleiano habetur in l. ſi mulier. C. ad ſe-
137 nat. conſ. velle, † & de lege Iulia quo ad prohibitionem alienanationis rei dotalis habetur ibi in auth. ſiue à me, ante d.legem, prout eam intelligit Gloſ. in d.c. cum contingat, verſus fin. Gloſ. magnæ, ibi præterea prohibitio; licet alij intelligant d. auth. ſolũ in donatione propter nuptias per rationem, quia fundus dotalis non poteſt alienari; vt dicit Bar. in d.auth. ſiue à me.

Sed hæc ratio non videtur ſuf-
138 ficiens, † quia etiam res donatæ propter nuptias non poſſunt alienari, etiam quod mulier decies conſenſerit ante biennium,vt ha-
139 betur in d. auth. ſiue à me; † Et ſimiliter interceſſio mulieris non valet contra prohibitionem Velleiani,vt toto tit.ff. & C.ad Velleia. etiam ſi decies interceſſionẽ ipſam, ſeu cautionem fecerit intra bienniũ: vt dicitur in præall. l. ſi mulier, d.ti.C.ad ſenat.conſ. Velle. quia eadem ratio, ſcilicet fragilitatis mulierum viget tam in prima vice,quam in ſubſequentibus,vt dicitur in eadem lege.

† Et tamen poſt biennium in- 140
terceſſio repetita tenet ob libertatem,& firmitatem propoſiti, & voluntatis, quæ ex perſeuerantia tanti temporis apparet;vt habetur in eadem lege. Et hæc eadem poteſt eſſe ratio, quare ſimiliter expreſſa renunciatio ſuſtinet interceſſionem, quæ alias ſimpliciter facta non valet contra Senatus Conſulti prohibitionem.

Et ex his ergo à paritate rationis eadem hæc videntur procedere debere in alienatione rei dotalis; & in alijs ſimilibus caſibus; in quibus pariter prohibitio legis fundata eſt ſuper iure,ac fauore priuato principaliter,per dictam regulam iuris antiqui, de qua in d. l. pen. C. de pact. & per alia ſupradicta. Adeo vt firmiter iam concludi poſſit illam. l.non dubium. C. de legibus in talibus locum non habere, nec de talibus
loqui ſtante iuramento, † quod 141
ſupplet pro expreſſa renunciatione, & pro geminato conſenſu ad ſuſtinẽdum actum in caſu, in quo talis conſenſus ſufficeret; prout hanc eſſe naturam, & vim iuramenti clare probat tex. in c. ex reſcripto, vbi Gl.in ver. vxorem, & ibi Abb. ad hoc illum tex. extollit, de iureiur. & habetur per Gloſ. in c.cum contingat,præall. in Gloſ.mag.in tertia ſol.quam in hoc approbat ibi Abb. num. 5. ver.nota ſingulariter,d.tit.de iureiur. Vnde nimirum accedente iuramento, merito cenſenda eſt lex velle,vt dicto fauori à ſe intro ducto renũciari poſſit: cũ indubie verũ ſit, quoties priuato fauore principaliter lex aliquid introducit, licet ſecundario publicam

cauſam annexam habeat; per expreſſam, & ſpecialem renunciationem huic fauori renunciari poſſe. l. 1. vbi Roma. ſpeciatim, ff. ſi quis in ius voc. & notat D. Petr. Pech. in ſuo tract. de iureiſiſt. cap. 9. num. 2. Doctor. in l. ius publicum, ff. de pact. Alcia. in l. pen. num. 33. & ibi etiam alij. C. eo. Bar. in l. vniuerſi, num. 2. C. de legatio. lib. 10. præſertim cum legem ipſam ciuilem, ſeu ſecularem non lateat iuriſiurandi Virtus, & Religio, vt ex infra dicendis conſtabit. Tunc enim in talibus lex dicere poteſt illud vulgatum.

142 † Qui non vult benedictionem elongabitur ab eo: quod in ſimili adducit Ab. in quæſt. 2. prææalleg. ſub num. 12. circa medium, ver. & ſic aperte. Et ad horum confirmationem adde alia dicenda infra Par. 4. caſu 12. per tot. maxime in verſi. & quamuis Gemi. cum ſeq. vbi oſtenditur idem eſſe etiam quod fauor reſpiciat fragilitatem perſonæ renunciantis.

143 Item ad hæc facit, † quod per conſuetudinem particularem, licet renunciari, ſeu derogari non poſſit legi conſeruanti publicam vtilitatem principaliter; tamen bene renunciari, ſeu derogari poteſt ſaltem ſpecialiter legi generali conſeruanti ius, & vtilitatem priuatam principaliter: vt not. in l. de quibus, & ibi præſertim per Bar. num. 5. prope fi. ff. de legib.

Et iſta, licet noua alicui videri poſſint, ex meo tamen cerebro non ſunt deducta, ſed vltra prædictas rationes, & auctoritates iurium, & doctorum nituntur etiam auctoritate Placen. magni, & antiqui Gloſſatoris in l. pactum dotali, præall. C. de colla. vbi ea tenet. nam quęſtio quę ibi excitata fuit, vtrum ſcilicet ſuſtineretur illud pactum ſi ei adiectum foret iuramentum, intelligenda eſt ſecundũ leges; & ſecundum illas Plac. ibi tenuit affirmatiuã: nam ſecundũ Canones quæſtioni non fuiſſet locus; quia de iure Can. res apertiſſima extitiſſet, per regulam eo iure indubitatam, & vulgatam, quod ſeruandum eſt iuramentũ, quod non vergit in interitum ſalutis æternæ: in qua fundata eſt decretalis. cap. quamuis. de pact. in 6. prout hunc Placent. intellectum refert Gloſ. in l. 2. poſt medium Gloſ. mag. ibi, Item quid ſi iuraui. C. quod met. ca. Et eiuſdem ſententiæ, quod ſcilicet ſaltem per iuramentum lex ceſſare velit in talibus ſuam prohibitionem, fuit quoque Ioan. And. ſupra alleg. in addi. ad Spec. tit. de inſtrum. edit. §. 14. in fi. in addi. magna parum poſt princip. per auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi.

Neque prædictis obſtat, quod Fortu. Gargi. Doctor Hiſpanus in ſuo libello de vltimo fine vtriuſque iuris in princ. niſus eſt oſtendere, quod omnis legis prohibitio fundata eſt principaliter in fauore, & vtilitate publica; ſecundario vero in priuata: per quod conſequenter deſtrui videtur tũ Gloſ. præallegata in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iu. tum prædicta iuxta illam firmata de lege prohibente ob fauorem priuatum principaliter, vt ei renunciari poſſit, nec in talibus obſiſtere velle, aut poſſe legis prohibitionem obſeruantiæ iuramenti. Namque huiuſ-

huiuſmodi diſſenſio inter Fortu. & Gloſ. prædictam, prædictaque ſupra ex ea deducta, & firmata conciliatur ſecundum Nau. præallegatum in Coment. de finibus huma. act. num.29. verſi. altera,
144 † intelligendo quod dicit Gloſ. legem eſſe ad fauorem, & vtilitatem priuatam principaliter, ſcilicet attento fine ſecundum ordiné exequutionis, & non ſecundum ordinem intentionis: Fort. vero è contra intelligit de fine iuxta
145 ordinem intentionis. † & ſecundum hunc finem intelligitur omnis lex condita eſſe ob vtilitatem publicam. Verum hoc nihil præ-
146 dictis obſtat; † quia ſufficit, vt vtilitas priuata ſit finis primus & principalis legis ſecundum ordinem exequutionis, vt locum habeant prædicta; licet alioqui omnis lex dicatur eſſe condita principalius ob vtilitatem publicam, attento fine ſecundum ordinem intẽtionis, vt eſt dictum: ſat enim eſt, quod vtilitas publica non ſit vterque finis legis; iuxta Nauar. proxime citatum, qui per hæc videtur conſentire prædictis. Et ſecundum hanc finium prædictorũ diſtinctioné, & conſiderationem conciliari item poſſunt prædicta, & Gloſſ. præalleg. cum Archi. & commu. in cap. erit autem lex. diſt.4. ſecundum Nau. vbi ſupra.
147 † Et conſpicua porro eſt differẽtię ratio; quare debuerit ac potuerit ipſa.l. non dubiũ prohibere iuramentũ adijciendũ actui à lege vetito ex cauſa tuẽdi iuris publici, publicæque cauſæ, & vtilitatis principaliter; non autem vbi prohibitio legis, & nullitas actus ſunt cauſa tuendi iuris priuati, ſeu priuatæ cauſæ, & vtilitatis principaliter; nempe quia quemadmodum obſeruentia iuramenti in primo caſu obuiat fini à lege principaliter intento; ſic obuiat eidem fini tranſgreſſio iuramenti in ſecundo. † Finis enim legis eſt ordinatio, ac conſeruatio ciuilis ſocietatis, ſeu amicitiæ ad beate viuẽdum in republica, iuxta Ariſt. 1. Ethi. & ad inf. dicenda: huic fini impedimento eſſet iuramentum, ſi illud deberet obſeruari, ac præualere contra legem in primo caſu, vt eſt manifeſtum: perturbaretur enim ſtatus reipub. ac diſſolueretur ſocietas, ſeu amicitia ipſa ciuilis, ſi homines prætextu iuramenti, id quod pro communi bono, ac publici iuris conſeruatione à lege inductum eſt, pro ſuo libitu tollerent; & ſic deſtrueretur finis legis, qui eſt bonum ipſum cõmune, & vtilitas publica, qua nititur ciuilis ſocietatiſ ordinatio, & conſeruatio. Ita è contra eidem huic ſuo fini lex ex ſemetipſa obuiam fieret, ſi per ſuã prohibitionem ob priuatum pecuniarium commodum retrahere vellet homines ab obſeruantia iuramenti, quod licite alioqui præſtari, & obſeruari poteſt: ſic namque malum graue faceret in repub. & rem in ea induceret valde perniciosam exemplo; quia inſtrueret, immo cogeret homines pro re familiari ac priuata cauſa, nedum ſibi ipſis, ſed Deo fidem fallere: cum iuramentum ad Deum principaliter ſpectet, & dirigatur, vt alias eſt dictum, & inf. dicetur: & ſic induceret eos ad denegandum ſubinde Deo cultum, & venerationem, quę illi per 148

iuramentum exhibetur: ac inſuper inſtrueret eos ad cōtemptum religionis, quæ iuramento ineſt; vt inferius oſtendetur. Quæ omnia ſunt contra finem legis; tum quia ſic diſſolueretur, non conſeruaretur ciuilis ipſa ſocietas, & amicitia, nec beate in Repub. viueretur: Tum quia ſolus ipſe Religionis defectus, ac contemptus huic fini præcipue aduerſatur:
149 † cum ipſiſmet Ethnicis compertum fuerit diuinum cultum, & religionem ad bene beateque viuēdum in republica cum primis eſſe neceſſariam, vt ex Ariſt. inferius oſtendetur.

Neque obijciat quis, quod prohibitio ergo legis fuit vana, & inutilis; quia reſpondetur, quod munus legislatoris fuit, quantum in ſe erat, priuatorum iuri, & vtilitati proſpicere, & huic muneri per ſuam prohibitionem ſatisfecit. præterea illa non fuit inutilis; tum quia volenti ea uti illa vſui eſſe poteſt; tum quia ea ſtante, fauor, & vtilitas per eam inducta ſeu facilius conſeruabitur, ſeu difficilius ſaltem ei derogabitur. At ſtante iuramento, lex virtuti eius reſiſtere noluit, & nequiuit; tum quia regula iuris habet, vt iuri pro ſe introducto quis poſſit renunciare, vt eſt dictū; tum quia ſi par in parem non habet imperium. l. nam & magiſtratus. ff. de arbi. cum ſimil. multo minus inferior in ſuperiorem. cap. cum inferior. de ma. & obe. cap. inferior. 21. diſt. cum ſimil. tum ne ſequatur abſurdum, monſtruoſum, & de iure impoſſibile, videlicet vt eademmet lex ſuo fini aduerſari velit, iuxta mox dicta.

Addo vt illuſtriora fiant prędicta circa intellectum d. l. non dubium noue deducta, & nullus ſcrupulus remaneat, † quod dum 150
ea lex reijcit iuramentum adiectum actui contra legem eum interdicentem geſto, intelligit ſolum de iuramento fouente actum contra ius, ideſt contra id quod fas, ſeu iuſtum, & honeſtum eſt; iuxta ipſius iuris præcepta, vt inſti. de iuſti. & iu. §. iuris præcepta, & prout ponitur diſt. . can. 2. Non autem vbicumque contrahitur de re familiari atque priuata ipſorum contrahentium, & ſic abſque læſione iuris publici principaliter, atque item bonorū morum naturalium. Addo inquā hunc illius legis intellectum conſpicuum fieri ex eo, † quod in il- 151
lius legis initio Imperatores illius legis auctores contrahentibus contra leges minantur pęnas legibus eiſdem inſertas: ex hoc namque clarum eſt non poſſe d. l. intelligi de contrahentibus contra legem fundatam in fauore priuato principaliter; † quia hu- 152
iuſmodi legi pęnæ impoſitio non conuenit; † cum contrahere ſu- 153
per tali materia contra legem, lex non reputet illicitum, & culpabile: vt ex l. 1. §. inde quęritur, ff. de no. ope. nun. ex l. iuris gentiū §. ſi paciſcar, de pact. & ex l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem: ff. eo. & ex Abb. in cap. cum contingat, num. 6. ver. Ego in hac materia, de iureiur. & in quæſt. 2. num. 12. non longe à princ. ver. nec etiam placet. & ex Paulo Caſtr. cōſ. 190. num. 2. lib. 1. demonſtratum eſt ſupra. in ver. & inſuper quod, & ver. Enimuero: & ad alia dicta ibi

ibi in ſeq. ver.& hæc omnia.Ergo non cõuenit pæna. l.ſancimus, in princ.C. de pæn. cum vulgaribus
154 ſimil. † Et patet ex definitione legis pænalis tradita ab Fra. Alfon. à Caſtro.in tract.de lege pæna.lib.1.cap.3. verſus ſi.

Et caue ne erres cum alijs quibuſdam, exiſtimans eam legem pro pęna intelligere annullationem actus; nam omiſſa pro nunc
155 illa diſceptatione,† An actus annullatio ſiue nullitas dicatur pæna,de qua Bal. & alij in d.l.non dubium. Bar. in l. prætor ait.§.1. ff. de no. op.nun.& ibi late Alex. in addi. ad eum.Bal.item & Paul. de Caſtr. in l. nemo martyres. C. de ſacros. Eccl. Fel. qui plures alios hanc rem tractantes colligit,in cap.2.vbi etiam Abb.& al. de teſti.Canoniſtæ in cap.cognóſcentes, vbi præſertim Dec. de cõſti. & in c.ſuper litteris de reſcrip. Alex.& Iaſ. in l. turpia: ff. de leg. 1. in qua communiter concluditur,quod ſimplex annullatio actus non dicatur proprie pæna, vt teſtes ſunt Baldus, & Felinus vbi ſupra citati:

Certum eſt, quod etiam ſi da-
156 remus pænam dici, † tamen eſt, & dicitur pæna intrinſeca ſiue tacita, vt colligitur ex Bar. in d. l. prætor. d. §. 1. ver. item nota ex hac.Et hoc ibi expreſſe not. Alex. in addi. Ergo non poſſumus de tali pæna intelligere d.l. non dubium; quia dicit pænas legibus inſertas, & ſic aperte loquitur de legibus habentibus pænas extrinſecas, ideſt vltra annullationem actus adiectas;ad ea,quæ tradit Bar. proxime citatus: prout ſimilium legum vltra annullationem actus pænam habentium exempla videre eſt in l. iubemus. C. de ſacros.Eccl.& in l. ſenatus. ff.de contrahen. empt. cum ſimilibus.

Et ad hoc facit, quia † licet vocabulum reperiatur habere duplicem ſignificationem, etiam propriam, ſecundum magis propriũ ſenſum accipitur. c. Rodulphus, de reſcript. quem tex. allegat, & dicit notab. eſſe pro hoc Deci.in Rubri. de proba. num. 18. poſt Matheſ.in notab.94. ibi per eum citatum, & facit regula communis, † ꝙ verba in potiori ſignificatu intelliguntur.l. 1.§. qui in perpetuum: ff. ſi ager vecti. vel emphi. pet.& per Deci.in d.loco proxime citato. 157 158

Sed omiſſis remotioribus ocyſſime rẽ perſtringendo,dico,quod ſi concedimus actus annullationẽ pænam vocari, & dictam l. non dubium pro pæna legibus inſerta annullationem actus intelligere; vel ex hoc ipſo fit clarior, certiorque prædictus eius intellectus. † nam vt annullatio actus dicatur pęna, id verum eſt ſecundum omnes tũc ſolum, vbi inducitur ratione doli, vel culpæ; vt quia inducitur in odium contrafacientis propter delictum, vt concludit Bal. in cap. ſuper litteris, num.13. de reſcri. idem Bal. in d.l. non dubium. Sequitur Ab. in cap. cognoſcentes, prælleg. ſuper Gloſ. diſpendijs.num.5.in fi. de conſti. Petr. de Anch. in c. 1.illo tit.Alex.in l.turpia,num.2. ver. Bal. in lege non dub. ff. de leg.1. vbi id ſpeciatim admonet, ſcilicet non ſufficere,quod ſit inducta in odium contrafacientis 159

ad hoc

ad hoc vt dicatur pœna: ſed requiritur vlterius, quod ſit inducta in odium ratione alicuius culpæ, ſeu delicti: ſequitur Dec. in d. c. cognoſcentes, in prima lectura, ſuper d. Gloſ. in ver. diſpendijs, num. 14. cum duobus ſequen. & in ſecunda lect. num. 30. probatur in cap. decet domum, de immuni. Eccl. lib. 6. cum ſua Gloſ. in ver. proceſſus: quæ intelligit nullitatem, de qua ibi, eſſe pœnam, & pœnalem illam decretalem propter peccatum. Ad idem bonus tex. in cap. ſuper literis, præalleg. ibi in ſuæ peruerſitatis pœnam: & c. vbi eſt euidẽs cauſa peccati, ideſt malitia, & falſitas. Ad idem l. turpia præalleg. in princ. de leg. 1. vbi in odiũ teſtatoris fit annullatio propter delictum, ideſt propter diffamationem legatarij. Ad idem l. ſenatus. ff de contrah. empt. vbi ſimiliter annullatio dicitur pœna reſpectu venditoris, & inducitur propter delictum; nempe quia ea venditio eſt illicita propter deformitatem ciuitatis, & ſic in læſionem iuris publici, ſeu publicæ vtilitatis.

Idem bene probatur in cap. ſi religioſus, de elect. in 6. ibi, in pœnam præſumptionis illius: vbi annullatio electionis eſt propter delictum, ideſt præſumptionis, & inobedientiæ erga ſuum prælatũ. Et idem videre eſſet in ſexcentis iuribus ſimilibus, quæ adduci poſſent; in quibus fit mentio de pœna in annullatione inducta; quia ſemper eſt in odium contrafaciẽtis ex cauſa delicti.

160 † Secus vbi prohibitio legis, ac ſubinde annullatio ob illam inducta eſſet fundata ſuper omiſſione formæ, ſeu ſolemnitatis etiam ob publicam vtilitatem: vel eſſet fundata ſuper fauore contrahentium, ac ſubinde ſuper vtilitate priuata principaliter; quia hoc reſpectu annullatio nõ dicitur pœna: vt concludunt ſupracitati omnes: & clarius ac diſtinctius omnibus Deci. in d. cap. cognoſcentes, in prima lect. vbi copioſius ac profundius omnibus alijs ibi, et alibi, ac ſe ipſo alibi diſcutit hunc articulum: et ibi hoc firmat, nu. 17. ver. ſecundo caſu: et in ſequenti. Ergo ad propoſitum, ſi damus pœnam legibus inſertam in d. l. non dubium intelligi pro annullatione actus, iam inde certior fit, vt dixi, prædictus eius intellectus, videlicet quod dũ annihilat actum cum iuramento, de eo ſolum intelligit, qui eſt culpabilis redoletque delictum ſeu improbitatem; quia ibi eſt pœna per proxime dicta; et conſequenter, quod ea lex nõ poterit intelligi, prout ſuperius dicebamus, vt velit reijcere, ſeu annihilare iuramentum, ac ſubinde actum illo vallatum atque ſuffultum, qui contingit rem ſeu cauſam ac fauorem priuatum principaliter, licet ſecundario vtilitatem publicam; quique ſubinde nullam ſapit culpam, ſeu delictum, nullã improbitatem, nec aliquid iuri exoſum, vel contrarium; vt ſupra ſemel atque iterum ex l. 1. de no. oper. nun. ex l. iuriſgent. de pact. ex Abb. et Caſtr. oſtenſum fuit: quoniam in tali materia annullatio non eſt pœna, ad ſupradicta: Et ratio eſt, quia in tali materia pœna non conuenit, nec locum habere poteſt, vt ſupra dictum fuit,

fuit, per l.ſancimus. C. de pœnis. et ita expreſſe per hanc rationẽ; quia in hoc caſu non cadit ratio delicti, et quia cõſequenter annullatio actus in hoc caſu non eſt pœna; cum pęna non conueniat, nec poſſit habere locum, concludit Deci. in loco proxime citato in d.c. cognoſcentes, per d.l. ſancimus: et per Gloſ. et Bal. in l. fi. C. de bon. libert. et ſic differentia eſt ergo in annullatione inter hos caſus reſpectu iuramenti: quod ſcilicet annullatio fiat in pęnam, et pęna dicatur, vel non. Nam primo caſu vbi fit in pęnã, vt quia prohibitio, et annullatio ſunt ex cauſa perpetua, et inuariabili, vt puta in odium ratione alicuius culpę, ſeu delicti; inficiunt etiam iuramentum; quia ex natura, et qualitate materiæ eius virtus nõ poteſt operari, ad dictã ſuperius. Secus in ſecũdo caſu vbi annullatio non eſt pęna; quia fundata eſt in fauore, et cauſa priuata principaliter: nam tunc virtus iuramenti poteſt operari, et reſiſtere annullationi tuẽdo actum ab illa; quia cum materię qualitas non repugnet; nec item lex vult reſiſtere iuramento: faciunt dicta inf. q. 14. paulo poſt princ. num. 5. et ſeq. et inferius in tertio caſu prin. num. 19. vſque ad 24. et quę ſubdentur inf. hac eadem q. ver. Igitur vltra prædicta. Non obſtat, quod etiam in hoc ſecundo caſu prohibitio, et item annullatio videntur tendere in odium, et prę iudicium contrahentium, nempe eorum qui cum his contrahunt, quorum fauore nititur legis diſpoſitio; quia reſpondetur, quod hoc venit in conſequentiam; et ideo nihilominus diſpoſitio dicitur fauorabilis, quamuis actus annulletur: et ſic annullatio nõ venit in pęnam, vt dicit Dec. in eodem loco, et hoc dicit notare Alex. in l. 2. per illum tex. ff. de lib. et poſth. † nam attenditur ad 161 quod diſpoſitio principaliter eſt inducta, vt dicatur odioſa, vel fauorabilis, vt not. Meno. in tract. de adipi. poſ. Remed. 4. quęſt. 3.

Et Deci. exemplificat hunc caſum ſpeciatim, et nominatim in prohibitione atque annullatione alienationis rerum mulieris, et minoris. Ergo: et ipſe quoque Deci. aperte et expreſſe ſentit, quod alienatio rerum dotalium, de qua et nos ſupra ſpeciatim admonuimus, quemadmodum et cęteri contractus à lege prohibiti principaliter ob priuatum fauorem, et vtilitatem, non comprehenduntur à lege non dubium. inter illos, à quibus et iuramentũ reijcit, et quos pœnas legibus eos prohibentibus inſertas ſubituros eſſe proteſtatur; id quod ex alijs hactenus deductis luce clarius factum eſſe exiſtimo; et Deci. ergo inſuper in eo loco expreſſe confirmat, dum concludit, quod in dicta alienatione, et dictis ſimilibus alijs contractibus annullatio non eſt pęna, nec pęnæ rationem habet rationibus ex eo paulo ante adductis. Et lex non dubium loquitur de legibus prohibitiuis pęnalibus, vt littera ſua declarat in illis verbis in princ. pęnas legibus inſertas; Adeo vt quocunque te vertes, certo certius reperies, quod d.l. non dubium non meretur allegari indifferenter, vt paſſim faciunt, quod ſcilicet illius aucto-

auctoritate, et diſpoſitione iuramentum de iure ciuili non ſuſtinet actum contra legem geſtũ, ſeu de iure nullum indiſtincte, quia ea lex reijcit huiuſmodi iuramentum. quod verum non eſt, vt neceſſario, & ineuitabiliter conuincitur ex prædictis. Nam ſiue ergo mauis eam legem pro pœna intelligere annullationem actus: & neque hoc modo d.l. nõ dubium ſentire poteſt de legibus ꝓhibitiuis prędictę alienationis, & aliorum dictorum ſimiliũ contractuum; quia annullatio ſecundum hanc acceptionem, ſcilicet quatenus pęnę rationem habet,& pœna dicitur, illis non conuenit, vt paulo ſuperius tum ex multis alijs, tum demum ex Decio demonſtratum eſt. Siue dicamus eam legem ſentire de pęna extrinſeca, ſcilicet vltra annullationẽ, ad tradita à Bartolo in præalleg. l. prætor ait §. 1. de no. ope. & iuxta exempla ſimilium legum habentiũ pęnã inſertam vltra actus annullationem adducta ſuperius de l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccl. & l. ſenatus, præall. ff. de contrah. empt. Et hoc modo minus intelligi põt de legibus prohibitiuis dictę alienationis, & dictorum cæterorum ſimilium contractuum; quia minus iuxta hunc modum pęna illis conuenit, vt antea ſuperius dictum fuit per l. ſancimus. C. de pœnis, cum ſimilibus.

Ita vt ad propoſitũ modo ex neceſſaria cõſequẽtia firma,& clara remaneat concluſio ſuperius ſæpe
162 firmata,& repetita, videlicet † verum nõ eſſe ꝙ d.l. non dubiũ. C. de leg. velit,& diſponat indiſtincte, ꝙ vbi contractus eſt nullus, & contra legem factus, iuramentum nõ operetur: ſed illa lex procedit quando contractus eſt nullus,& à lege prohibitus propter aliquam turpitudinem, aut malos mores; adeo quod turpe eſſet obſeruare iuramentum ſuper illo contractu præſtitum, iuxta exempla illarum legum, quę ad hoc ſuperius huc uſque fuerunt adductæ: & ita tandem illam l. intelligit,& declarat Alex. in l. qui Romæ. §. duo Fratres, ſub num. 55. prope fi. ff. de ver. ob.

Vel non dicant ergo Doctores prohibitionem rei dotalis alienationis, quemadmodum etiam illam pacti de non ſuccedẽdo, de quo item ſupra ſpecialiter dictũ fuit, in fauore, atque vtilitate priuata principaliter fundatas eſſe: ſed maiorem vrgentioremq. eſſe earum prohibitionum rationem: vel ſi aſſerunt hoc ſcilicet eas in fauore, & vtilitate priuata principaliter eſſe fundatas, prout certe aſſerunt, vna mecum eos de illis ſentire, vt ſupra neceſſarium eſt per prædicta. Ex quibus cum perſpicuus ſit prædictus illius l. non dubium intellectus, iure quiſquam mirari poterit, quod Doctores parum ad eam legem aduerterint, illius auctoritate paſſim ſimpliciter, & indiſtincte aſſerentes, tam in dicta alienatione, & pacto, quam in cæteris quibuſq. cõtractibus de iure ciuili vetitis, & nullis nihil operari iuramentũ eo, quia dicta lex non dubium, vt dicunt, annihilat vna ſimul etiam iuramentum; quod mihi ſic indiſtincte, & generaliter verum non videtur per prædicta.

† Nec me terrent, c. cum contingat, 163

tingat,

tingat, de iureiur. & c. quamuis, de pact. in 6. imo firmius in eandem me ſententiam inducunt, cũ in illis capitulis referatur diſpoſitio iuris ciuilis circa conſenſum mulierum in alienatione rerum dotalium,& circa pactum de non ſuccedendo ſimpliciter ſine iuramento: nam abſque mentione iuramenti dicit Papa quod de iure ciuili irritatur ille conſenſus & illud pactum;& non dicit quod cum iuramento ille conſenſus, & illud pactum de iure ciuili annullatur, vt videre eſt in illis iuribus. Nam quod in d.c. cum contingat in prin. dicitur de conſenſu in alienatione à mulieribus præſtito, & de iuramento interpoſito de non contraueniẽdo,relatio facti eſt ſuper quo conſultus fuit Sum. Pontif. Et ipſe reſpondens conſultationi, prius refert diſpoſitionem iuris ciuilis qualis ſit,nempe quod eo iure mulierum conſenſus in talibus alienationibus,ſcilicet rerũ dotaliũ, & propter nuptias donatarũ non videtur eſſe obligatorius: & nihil repetit de iuramẽto, quod ſcilicet lex ſtatuat quod conſenſus cum iuramento non ſit obligatorius; nec ſaltem dicit, talis conſenſus; vt vel ſic intelligi poſſet repetitum de iuramento, iuxta præmiſſam narrationem facti in relatione diſpoſitionis iuris ciuilis. & ne forte quis putaret hanc iuris ciuilis diſpoſitionem annullantem conſenſum mulierum in talibus alienationibus obtinere debere etiam ſtante iuramento,prout de facto fuit dubitatum; ideo ne prætextũ huiuſmodi diſpoſitionis iuris ciuilis dari debeat occaſio peierandi, declarat Sum. Pontif. mulieres debere ſeruare iuramentum, vt ibi ſequitur. Et ſic ex illo tex. potius colligitur nullibi extare de iure ciuili prohibitionem, & annullationem huiuſmodi iuramenti: quod ſicubi eſſet, & Papæ compertum id fuiſſet, dixiſſet vtique, & certe dicere debuiſſet, tum vt legum diſpoſitionem eandemmet ad vnguem prout erat referret; vt fieri conueniens fuiſſet: tum vt reſponſionem congruentiorem,& apertiorem redderet, & dubium propoſitũ magis tolleret, & euacuaret;& firmiorem,clarioremq. ſuam Papa diſpoſitionem de iure canonico conſtitueret.

† Nec plus diſſuadet me c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. 164 vbi tribuitur iuri canonico in talibus obſeruatio iuramenti, ibi, ſeruare de iure can. Et inferius, ibi, ad ſeruandum hoc ius can. Et ad idem facit, quia ſi de iure ciuili obſeruari debuiſſet, non fuiſſet neceſſaria alia diſpoſitio iuris canonici. Nam his reſponderi poteſt multipliciter. Et primo fatendo, quod ſpecialiter, & expreſſe in his caſibus de iure ciuili nihil quo ad iuramentum definitum reperiebatur, & prohibitio quæ erat expreſſa quo ad conſenſum à mulieribus præſtitum inducebat eo iure dubitationem. Secundo conueniebat omnimode extare expreſſam definitionem iuris canonici,quippe ad quod ſpectat de hoc, vtpote de ſua peculiari materia, expreſſe ſtatuere: nimirum ſi in eo textu iuramenti obſeruatio iuri canonico ſpeciatim tribuitur. Tertio id fit ad

conuincendum magis negligentiā & contumaciam iudicum ſecularium, ſcilicet vt minus de obſeruantia iuramenti in tali caſu debeant dubitare; quaſi dicat, & ſi de iure ciuili non habetis pro certo; ius canonicum, quod certum, & indubitatum eſt, cum hoc iure expreſſe id cautum ſit, ſeruare debetis. Quarto reſpondetur, quod in eo tex. pariter nihil dicitur ſecus cautum eſſe de iure ciuili reſpectu iuramenti; vt id, ſi fuiſſet, neceſſario exprimi debuiſſet: vt per hoc clarior appareret in hoc illius iuris correctio; & firmior, & indubitatior oſtenderetur iuris canonici in contrarium facta diſpoſitio. Quinto quod in
[illegible] eo tex. nihil culpātur leges, quod ipſæ reſiſtant iuramento: ſed tantum Iudices ſeculares de ſua temeritate, & negligentia circa illius obſeruationem.

Non ſum neſcius facile cuique viſurā fore rem eſſe temeritatis, & inſipientiæ plenā; & quod noſtri dicere ſolent, os in cęlum ponere; & velle quaſi digito montē dimouere: quod axioma apud multos iuris profeſſorum proceres receptum, videlicet apud ius ciuile ex auctoritate d. l. non dubium, indiſtincte ab omnibus contractibus, ſiue actibus eo iure nullis, & inualidis iuramentum, vt pote ea l. reiectum, & annihilatum nullius eſſe momenti; refutare in dubiumq. vocare tentarim:
166 ſed † conceptū ſermonem tenere quis poterit? Iob. 4. in princ.

Etiam Imperatoris teſtimo-
168 nio, ac fide edocemur, † non impoſſibile eſſe veritatem quando q. pleroſq. magnos melioreſq. doctores latere; exiguo autem ac deteriori reuelatam eſſe: vt prouide nos propterea idem Imperator in eodem loco admonue-
rit, † non ex multitudine auctorū 169
quod melius, & æquius eſt fore æſtimandum; † cum poſſit vnius 170
forſan, & deterioris ſententia & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare: vt in. l. 1. circa medium. ver. ſed neque. C. de vet. iu. enucl. Sed & hoc addo, quod ſi quæ contra prædictum Doctorum dogma in medium protuli, tanquam mea dare profeſſus eſſem; iure quidem impudentiæ, & temeritatis notam reprehenſionemq. ſubirem; vt qui imbecilliſſimo prędictus ſim ingenio auctoritati iuris profeſſorum procerum contraire auſus eſſem: ſed cū illa ex iurium, & Doctorum locis, & auctoritatibus; atque item ex rationibus deducta ſint: vt nihil minus, quam vt ingenij mei auctoritate nitantur: certe ſi ea ſeu laudanda, ſeu probanda minime videbuntur; conatus ſaltem meus veritatis amore excitatus, non erit reprehendendus: quam ſi fuero aſſequutus, non fuerit labor inutilis; quoniam, vt vel vnum ſaltem exemplum proponam, iam ex ea facilior fiet reſolutio illius Articuli, de quo diſceptant diſcrepantq. Doctores; videlicet vtrum contractus de iure nullus iuramenti adiectione, & adminiculo validetur. de quo cum illis & ego inf. in hac Par. 3. q. 14. in 3. caſu princ. num. 13. 14. & 22. & verſus fi. ver. poſtremo, diſputabo. ex qua aliæ veluti ex ſua radice pululant vtilitates, quæ notantur eadem q. 14. num. 23. ver. item

Digitized by Google

item ea verba, et inferius eadem illa q.ver.et ne putes. Et quo ad alias etiam, quæ inde conſequi poſſunt vtilitates, dies diei eructabit verbum.

Interim præclare ſatis actum exiſtimandum eſt, ſi illud ſolum egerimus, vt cæſareas leges ſpretæ iuriſiurandi religionis reas haud quaquam eſſe oſtenderimus.

171 Igitur vltra prædicta, † quod ius ciuile neque in d. l. non dubium, neque alibi reijcere intenderit iuramentum, quod licite præſtari obſeruariq. poteſt, vt pote quod non eſt in læſionem iuris publici publicæque vtilitatis principaliter, vel alioqui contra bonos mores naturales, iuxta iam dicta: Sed concernit principaliter fauorem, et vtilitatem priuatam; obſeruariq. intendat, et velit huiuſmodi iuramentum, non obſtante legis prohibitione fauorẽ ipſum priuatum principaliter introducente, et conſeruante; et vtraq. ceſſare intendat propter iuramenti reuerentiam: palam fit ex eo, quod imo leges, ipſoſmet priuatos proprio ipſorum fauori, et vtilitati, iuramenti religionem, et reuerentiam prælaturos fore ratæ ſunt: adeo enim ſanctam, venerandam, metuendamq. religionem iuramenti æſtimauerunt, vt ne ſuſpicari quidem potuerint quempiam adeo impium fore, vt eam priuato commodo, & vtilitati ſit poſthabiturus: quin etiam firmiter crediderunt neminem futurum eſſe, qui pro temporali commoditate peieraturus ſit: intantum abeſt, vt nos hanc legibus ipſis notam inurere debeamus; vt ſcilicet ipſæ inducere velint homines per ſuam diſpoſitionem, vt pro priuato ipſorum commodo, & vtilitate periurium committere debeant: Imo vero propoſita optione lucri capiendi, & periurium committendi, firmiter ratæ ſunt quemlibet electurũ eſſe, vt potius lucrum deſerat, & amittat, quam vt periurium cõmittat; vt proinde lucro capiẽdo impoſitæ conditionis implementum, ſub iuramenti fide, ac religione cuique crediderint: vt hęc belliſſime probantur ex diſpoſitione quondam illius legis Iuliæ Miſcellæ, de qua in l.2. C. de indi. vid. tol. quam poſtmodum Imp. Iuſtinianus moderatus fuit; & quidem non aliam ob cauſam, niſi quia eidem Imperatori ea lex viſa eſt nimis de iurantium fide in iuramenti obſeruatione ſiſa eſſe: quippe ex nimia hac ipſius legis de iuramenti religione, ac veneratione fiducia facile periurij periculũ imminere Iuſtiniano viſum fuit, vt ipſemet declarat in eadem illa l. 2. ad idem l. quæ ſub conditione, ff. de condi.inſti. Et hæc confirmantur ea quoque firma ratione, † quia ſi alia mẽs 172
legibus ineſſet, non imponerent pænã, vt faciunt, non obſeruanti iuramentum, vt in l.fi.ff. de crim. ſtel. & in l. ſi quis maior. C. de tranſ. opportunius in l. ſi duo patroni §. fi. ff. de iureiur. qui tex. multum facit ad propoſitum, cum ſit in terminis materiæ noſtrę iuramenti promiſſorij, ſcilicet vbi quis intra certum tempus iurauit ſe ſoluturum, & non ſoluit; & imponitur ibi pæna non modica nẽmpe fuſtium non obſeruanti huiuſ-

huiuſmodi iuramentum, nam alias certe turpiter, & inique agerent cum iurante, quia illum cum ſua prohibitione, & nullitate actus à ſe inducta deciperent;
173 † quod vitium à legibus exulare debet; cum imo ipſæ decipientibus non faueant. l. 2. C. ſi minor ſe ma. l. 2. §. verba, ff. ad Vel. c. cum vniuerſorum, & ibi notantur concordantia de rer. permu.
174 † Et quod non debeat decipi quis auctoritate legis, notat Spe. ti. de acto. verſ. Sed pone quod. Et belliſſime confirmat prædicta, & ad propoſitum facit, quod Legiſlator in ea l. ſi duo patroni, in fine græcis verbis exprobrat peieranti, videlicet ne velis temere, & præcipitanter iurare.

Non obſtat quod in caſu dictæ l. ſi duo patroni, & aliarum proxime adductarum non adeſt nullitas actus à lege inducta, nimirũ ſi periurium execratur, & punit, tum quia nulla quoque lex reperitur quę annullet actum iuramento vallatum in terminis in quibus loquimur; lex enim non dubium eam non inducit in his terminis, vt plus ſatis oſtenſum eſt: & ex iuribus proxime adductis, præſertim ex l. ſi duo patroni, contrariũ aſtruere cogimur, ne alioqui leges circa obſeruationẽ iuramenti in eadem materia, ſeu eiſdem caſibus, vel terminis contraria velle, & ſentire: & non ſecus in hac re eas agere dicamus, ac ſi equi inſeſſor eidem ſimul & ſemel frænum contrahat, calcariaq. admoueat. Tum quia imo ſupra nu. 125. & ſeq. & proxime ſupra oſtenſum eſt, & inf. num. 186. & 190. oſtendetur, legis mentem eſſe, vt non permaneat ſua prohibitio inuitis his, de quorum priuato commodo principaliter agitur, & ſecus expreſſe volentibus, idque maxime iuramento conteſtantibus: vt id etiam expreſſe ſentit Abb. in c. cum contingat, nu. 5. poſt medium, ver. & eſt iſte, & nu. 8. verſus fi. ver. vnde cum lex, de iureiuran. Tum quia nullitas actus à lege inducta non poteſt variare naturam, & virtutem iuramenti, quin in eadẽ materia pariformiter polleat, & operetur.

Pro contrario tamen frequenter allegari ſolet l. 2. C. de reb. cre. & iure. per quã dicunt quod periurus non à lege, ſed à Deo punitur. Ad idem videtur l. 2. C. ad leg. iul. maie. vbi ſimiliter non ſeruanti iuramentum non imputatur periurium. Verum facilis eſt ad quamlibet harum legum reſponſio.

Et primo ad primam reſpondetur, † quod ea l. loquitur in diuerſis terminis, & in alio iuramento: ea enim lex loquitur in iuramento aſſertorio: materia vero noſtra eſt de iuramento promiſſorio; cui ſoli congruit quæſtio, & diſputatio ſeu de obſeruantia, ſeu de contrauentione, & de pæna contrauentionis. Ac proinde in hoc iuramẽti genere pertinet ad nos oſtendere iniungi à lege obſeruantiam, periuriumq. puniri, quod faciunt d. l. fi. de cri. ſtel. & l. ſi maior. C. de trãſ. & d. l. ſi duo patroni, de iureiur. cum ſimilibus: Lex vero 2. prælleg. C. de reb. cred. loquitur de iuramento litis deciſorio, quod eſt ſub genere aſſertorij, vt prælusimus ſupra in primo prælu. nu. 6. & ita ad noſtrum 175

ſtum

ſtrum propoſitum reſpondent omnes ad eam legem, ibi, & in l. fi. præall. de cri. ſtel. Ergo, &c. argumento vulgatæ l. papinianus exuli, ff. de mino. cum ſimilibus.
176 † Præterea, & verius eſt ratio ſpecialis, & potens quare periurium non puniatur in caſu d. l. 2.
177 nempe † quia lex in eo caſu non reputat periurium, cum iuramentum pro veritate habeatur; non enim aliud quæritur, niſi an ſit iuratum, inſti. de act. §. item ſi poſtulante: & ibi hoc not. Aret. in 4. notab. Fruſtra ergo, ac perperam ibi de pœna periurij ageretur, vbi non intrat, nec reputatur periurium, nec de eo apparere poteſt: merito inquit ea lex, quod iuriſiurandi cõtempta religio ſatis Deum habebit vltorem; ideſt ex quo humano Iudici conſtare non poteſt de periurio, Deum quem habet Iudicem, & cognitorem, ſatis habebit vltorem: ad hoc l. ſancimus, in primis verbis.
178 C. de pœnis. † Quare autem in eo caſu lex non reputet periuriũ, ſeu cur non retractetur iuramentum, ac ſubinde conſtare nequeat de periurio, ita, vt puniri valeat; eſt ratio item æquiſſima, & neceſſaria; quia alias ius in multis labefactaretur, ſubuerteretur que propter vim, & effectus huiuſmodi illius iuramenti: quod oſtendit Abb. in c. fi. in prima par. nu. 7. de iureiur. & Ang. areti. in §. item ſi quis poſtul. inſti. de actio. Et alia ratio ſpecialis aſſignari pôt, quare ius in eo caſu poſt præſtitũ iuramentũ nullã aliã inquiſitionem permittit; quia iniuria alioqui irrogaretur Deo: ideo ipſi relinquitur vindicta. quam rationem conſiderat Fr. Dom. So. in tract. de iuſt. & iu. lib. 8. q. 1. art. 1. non longe à prin. ver. Quare iura: quam ſatis aperte ſuadet tex. in l. quod ſi, in fi. cum l. ſequenti, ff. de dolo. Alijs etiam modis reſpondere poſſet ad d. l. 2. C. de reb. cred. vt videre eſt ex Bart. & alijs ibi, & in prælleg. l. fi. ff. de cri. ſtel. & in l. ſi quis maior. C. de tranſ. Sed prædicta ſatisfaciunt.

† Ad legem ſecundam prællegatam. C. ad leg. iul. maie. non 179
aliunde, quam ex ſemetipſa quærenda eſt reſponſio: eadem enim ipſa lex declarat, quod illud iuramentum fuit temerarium, ibi incõſulte iuraueras: nã ex calore iracundiæ præſtitum fuit, vt ibi patet: merito lex non iniungit obſeruantiam, nec reputat, nec punit periurium ſiue tranſgreſſionem, † quia lex pro rato non habet, quod ſit calore iracundiæ, 180
niſi, &c. vt in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & ſpeciatim de iuramento declarat ius canonicum extra de iureiur. c. ſicut ex litteris. Amplius illud iuramentum fuit de re turpi, & illicita, & nutriebat peccatum graue; quippe quod inducebat ad iram, † quod 181
vitium eſt animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans, iuxta D. Tho. 2. 2. q. 158. relatum à Nau. in Man. cap. 23. De Ira. nu. 115. † & ab Eccleſia inter ſeptem capitalia, ſeu cardinalia 182
crimina reputatur: & merito, † cũ 183
ab eo ſeptem alia vitia dimanent de quibus Nauar. in loco citato. igitur iure merito eius tranſgreſſor nec diuinæ, nec humanæ maieſtatis reus habetur; quia in il-

in illicitis iuramentis peccatum, & periurium potius eſt in iuratione, non in tranſgreſſione: † impia eſt enim promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, inquit canon 22. q. 4. in malis, & probatur hoc per totam illam quæſt. & dictum fuit ſupra fuſe in quarto prælud.
184

185 † Et quod lex intendat punire periurium in iuramento promiſſorio iuxta propoſitum, & tractationem noſtram firmat Bar. in præall. l. 2. in fi. C. de reb. credi. & eſt Gloſ. quæ aſſignat rationem in c. quicunque, 6. q. 1. idque peculiare legum munus eſſe teſtatur Iuſtinia. Imp. in l. 2. præall. in fin. C. de indic. vid. tol.

186 † Et iam ſuperius in declaratione prædictæ l. non dubium. C. de legi. non multum poſt princ. ſub ver. Ergo non videtur, nu. 121. & ſeq. dictum fuit, & nunc replico, quod etiam in contractu alias de iure nullo lex iniungit obſeruantiã iuramenti, reputans tranſgreſſionem periurium, per l. 1. ſecundum intellectum Mart. C. ſi aduer. vẽdi. & expreſſius in auth. ſacramenta, ibi poſita cum ſua Glo. in ver. contractibus: & ibi per Bar. & iuncto tex. inſti. quibus al. li. in §. nunc admonendi in prin. Et per alia hucuſq. deducta. Ad idem l. ſi alterius, in fin. C. ſi minor ſe maio. vbi ſimiliter lex denegat minori reſtitutionem propter iuramentum, quod præſtitit ſuper contractu per eum geſto, iniungẽs ei omnino obſeruantiam iuramenti: vtiturq. verbis præciſis, & efficacibus, inquiens, perſpicui iuris eſſe nullũ ſibi aduerſus iuramentum auxilium cõpetere: & illum tex. ad hoc alleg. Gloſ. in l. ſi ex falſis, in ver. præcipimus, circa prin. Gloſ. & ibi etiam Bar. in prin. in 3. oppo. C. de tranſa. & intelligunt etiam ſi iuram. eſſet illicitum ex parte recipientis, quia ſcilicet malitioſe recepit, ex quo eſt licitum ex parte iurantis, & licite ab eo ſeruari poteſt: Et conferunt huic loco alia dicenda infra eadem par. 3. q. 14. nu. 5. 6. 7. & alia quæ ſtatim ſubdam, in ver. Et hanc mentem.

Ad idem habes etiam alium eiuſdem iuris ciuilis locum, in quo ſcilicet lex aperit hanc ſuam mentem, videlicet ſe nolle prohibitionem ſuam reſiſtere ac præualere iuramento; ſed eam ſubindeque actus prohibiti nullitatem cedere iuramento, vbi illud licite alioqui, & honeſte adijci poteſt; nempe in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. vbi fideicommiſſum alias de iure nullum, propter iuramentum ſuſtinetur. idem ergo in alijs actibus, in quibus ratio nulla eſt vltra inualiditatem ipſorum, quæ reddere habeat iuramentum illicitum, & nõ ſeruandum: cum natura, & virtus iuramenti vna eadẽq. ſit ſemper.

Et hanc mentem legis, † quod ſcilicet non intendat ſtare ſuam 187
prohibitionem, ſed eam, ac vna ſimul nullitatem per eam inductam loco cedere debere accedente iuramento, vbi vertitur principaliter fauor, & commodum priuatum: & ſic iuramentum licite ex parte ſaltem iurantis ſeruari poteſt: palam fecit Imp. ita vt nulla vlterius ambiguitas circa eam remanere poſſet, dum ſuam hac de re declarationem fecit in

cit in

cit in minoribus in l.1.& expreſ-
ſius in auth. ſacramenta ſuperius
ad hoc idem allegatis. C.ſi adue.
vendi.† Nec enim dici debet,nec
188 poteſt,vt Socino viſum fuit,quod
illa eſt ſpecialis diſpoſitio in mi-
noribus, quæ ſpeciatim facta fuit
de iure authẽticorũ,ſed aliter eſt
de iure digeſtorum , ac item de
iure. C. vt ipſe ſentit in conſ. 77.
189 col.7.lib.1. † vbi conſtituit quan
dam differentiam inter hæc iura
circa vires,& virtutem iuramen-
ti per huiuſmodi diſtinctionem ,
videlicet quod de iure digeſtorũ
iuramentum non habebat magnã
vim, ſed aliquos tamen operaba-
tur effectus : alleg.l. ſi duo patro-
ni . §.fi. ff. de iureiur. & l. cum
pater. §.filius matrem. ff.de leg.
2. & l. ſi quis pro eo. ff.de fideiuſ.
actum vero nullum non confirma-
bat illo iure : allegat. l. non du-
bium . C.de legi. & l.iuriſgentiũ.
§.pen.ff.de pact.& l.ſi quis inqui-
linos. §.fi. ff.de leg.1. Succeſſiue,
inquit , de iure . C. cepit ſumere
vires , vt fortificaret contractus
validos , vt in l.ſi quis maior. C.
de tranſ. & in l.1. C.ſi aduer.ven-
di. Sed vbi actus erat nullus de
iure,non confirmabatur iuramen
to, vt d. l. non dubium : imo nec
confirmabatur contractus,qui de
iure cõmuni poterat irritari . l.ſi
ex falſis.C. de trãſ. Tertio ſuper-
uenit ius authenticorũ, quod au-
xit vires iuramenti ; ſed reſtrin-
xit ſuam poteſtatem circa mino-
res , vt tolleret nullitatem con-
tractuum minorum propter defe-
ctum decreti,& curatoris,ſeu mi-
noris ætatis , vt in auth. ſacra-
menta , C.ſi aduer. vendi. Si au-
tem nullitas proueniret alio mo-
do, quam ex defectu prædicto mi-
noris ætatis, nihil diſponit,& ni-
hil addit iuri antiquo:& ſic non
eſt extendenda eius diſpoſitio ad
correctionem iuris antiqui , de
quo in d.l. non dubium. Hæc So-
cin. quæ ſeriatim enarrare operæ
pretium duxi, vt explicatius illu-
ſtriuſque oſtendi habeat , hanc
diſſonantiam,& variationem in
iure ciuili circa vires iuramenti
nuſquam reperiri, vel probari ;
nec etiam eam dari poſſe: & con-
ſequenter certior fiat eiuſdem le-
gis,ſeu iuris ciuilis mens,quam
præmiſi : quam , vt dixi, indu-
biam fecit Imperator ex eo,quod
ſpeciatim , & expreſſim declara-
uit iuramentum etiam in contra-
ctibus minorum,alias de iure in-
ualidis,inuiolabiliter fore ſeruan
dum . † Nec enim , vt prædixi , 190
dici debet , nec poteſt quod hæc
ſit ſpecialis diſpoſitio facta in mi-
noribus : & ideo ad illos eam eſ-
ſe reſtringendã, & non extenden-
dam ad aliud alterius iuramen-
tum , ſeu ad aliam alterius con-
tractus nullitatem , vt Soc. dice-
bat: quia non eſt ratio , quæ ſua-
deat hanc ſpecialitatem,& reſtri-
ctionem in minoribus: immo in
contrarium eſt ratio , quæ ne-
ceſſario nos cogit idem, & multo
magis intelligere in contractu,&
iuramento maiorum , in caſibus
ſcilicet , in quibus iuxta iam di-
cta iuramentum licite, & honeſte
adijci poteſt ; quia ſcilicet mate-
riæ natura, & qualitas non repu-
gnat . Hoc namque minus ineſſe
videbatur in minoribus tum pro-
pter imbecillitatem iudicij, tum
propter multa priuilegia ex hoc
eis à iure conceſſa ;vt patet in
ti. de

non ſuſtinet actum nullum in caſibus illarum legum, quia de ſui natura ratione materiæ, cui licitè nequibat accedere, non poterat habere virtutem, & effectum operari. Et ſimiliter alia differentia quam conſtituit Soc. de iure C. in virtute iuramenti, quod ſcilicet non confirmabat contractum, qui de iure communi poterat irritari, vt ipſe dicit ex l. ſi ex falſis. C. de tranſ. nulla eſt; mirũ enim non eſt ſi iuramentũ ibi nihil operatũ eſt, quia de ſe erat nullum, & inualidum, vt pote ex falſa cauſa præſtitum, vt oſtendi ſupra declarando illam l. ſi ex falſis, poſt declarationem d. l. non dubium, non longe à prin. ver. & hoc idem ſuadent. Ergo iuramentum nullam à legibus variationẽ, vel differentiam, nullum augumentum in ſua vi, ac virtute recepit: ſed eius virtus, & natura vna eadẽq. penes quodcũq. ius fuit ſemper.

196 † At quin etiam rectius veriuſq. cenſendum eſt nedum penes eaſdem ipſas leges vnumq. & idem ius ciuile iuramentum nullam in ſua vi, ac virtute variationem accepiſſe; vt imo non ſecus apud ius canonicum habitum ſit, ita quidem, vt nihil plus virium, ac virtutis eo iure iuramentum habuiſſe, ſed pariformiter, atque vnius eiuſdemq. naturæ, ac virtutis ab omni iure habitum fuiſſe iudicandum ſit. Id quod cum antiquitatis vſus auctoritas, tum ratio euidens, & irrefragabilis manifeſtat. Quantum ad primum id perbelle probatur auctoritate Ariſt. qui lib. 1. Metaph. in ſum-

197 ma 2. cap. 1. & rurſus c. 3. † vocat iuſiurandum nobiliſſimum, quia antiquiſſimum. Et idem lib. 3. Politi. c. 10. prope finem oſtendit † quam ſancta res haberetur 198

iuſiurandum apud antiquiſſimas nationes, etiam ante ipſas leges; vt etiam controuerſias iureiurando definirent: quod cõfirmat Cic. lib. 3. offi. vbi teſtatur, quod nullum vinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt: id quod à legibus ipſis poſmodum volitum ac præceptum eſſe in vniuerſis fere de iureiur. titulis cernitur. Et inter Romanor. problemata apud Plutar. extat, † nemini Herculem ſub 199

tecto iurare licuiſſe; ſed ſub Dio, quaſi palam in Iouis præſentia: vt iuraturus admoneretur quantum iudiciũ præſtando iuramento deberetur. † Et in quã maxima ve- 200

neratione, & ſanctitate iuramentũ apud antiquiſſimas gentes, etiã ſolum naturali lumine, ac ratione pollentes haberetur, conſpicuum pariter ſit ex eo, quod à viris ingenuis, & nobilitate inſignibus, atque integræ vitæ, & intemeratæ fidei iuramentum exigere nefas erat; & ſi quando eis iuramẽtum deferre opus eſſet, † id in eis tor- 201

menti genus erat. † Seruis vero 202

iuramentum nõ deferebatur; ſed tormentorum vi veritas ab eis eruenda erat: vt eſt apud eundem Plutar. inter eadem Romanorum problemata: & refert Fr. Dom. So. in tract. de iuſti. & iu. li. 8. q. 1. art. 10.

Ex quibus, & alijs etiam quæ adduci poſſent; & ne lõgius à propoſito præſentis quæſtionis themate ſermo hic noſter diuagetur, miſſa facio; ſatis compertum cuique eſſe poteſt hoc, quod diximus, ſcilicet iuramentum in omni ætate, & apud omnes gẽtes æquali virtute, ac vi, eademq; potenti viguiſſe; ita, vt ſubinde cenſere

Cc debea-

debeamus nihil diſſonum,vel cō-
trarium circa iuramenti virtutē,
& naturam in iure ciuili, nedùm
quoad ſe ipſum; ſed neq. relatio-
ne ad ius canonicum habita re-
203 periri; † Ita, vt à iure canonico,
quod attinet ad ipſam virtutem
iuramenti, nihil immutari, cor-
rigi,vel addi oportuerit,niſi qua-
tenus ad ipſum quanta eſſet vis,
atq. efficacia iuramenti, vt pote
de re ad ſuam diſpoſitionem pro-
prie,& peculiariter ſpectante, ex-
plicatius clariuſq. docere perti-
nuerit; vt adnotauit doctiſſimus
D.Io.Pau.Lancel.compilator pon
tificij iuris inſtitutionum,in opu-
ſculo de comparat. iuris pontifi.
& Cęſa.in 4 charta,ver.itē quan-
ta. Rationeque præterea id ipsū
efficaci,vt pręmiſi,demonſtratur.
204 † Namque certum eſt,quod iura-
mentum eſt actus religionis, ſiue
latriæ, per quem ſcilicet venera-
tio, & cultus Deo exhibentur:
quod præluſi in 2. Prælu. non lon-
ge à prin.& deducit Fr. Dom. So.
lib.8.de iuſti.& iu.q.1.præall.art.
4. vt nobis breuitate iam egenti-
bus non ſit opus in hoc immora-
ri. Idq. in confeſſo eſt non apud
fideles tantū,ſed apud gentes ſub
lege naturæ agentes ac lumine
fidei carentes receptiſſimum fuit
ſemper; quod docet Ariſt.in Rhe-
tor.ad Alex.cap.17.de iureiu.in-
quiens iuſiurandum dictionē eſſe
cum diuina veneratione: Et Cic.
lib.3.offi.inquiens iuſiurandum
affirmationem eſſe religioſam.la-
tius idem Ariſt d.c.17. per tot.&
lib.1.Rhetoricor.ad finem,in ſer-
mone de iureiur.& Polit. lib.3.c.
10.præalleg.hoc idem deducit Fr.
Dom.Sot.d.tract.de iuſt.& iu.lib.
8.q.2.art.3. maxime col.mihi 4.à
ver.vtrum liceat ab idololatra,&
antea eodem illo lib. q. 1. art.4.
vbi expreſſe docet quod omni iu
re, naturali ſcilicet, ciuili, & di-
uino, iuſiurandum ſvt Religionis
cultus habetur. & eſt lex in iure
ciuili expreſſa, quæ remedium iu-
riſiurandi religionem appellat, &
dicit illud eſſe maximum reme-
diū,vt in l.1.ff.de iureiur. & Imp.
in l.2.C.eo.tit.dicit iuriſiurādi cō
tempta religio Deum habebit vl-
torem. † Ergo ſequitur quod ea- 205
dem ipſa iuramenti religio, ac
ſubinde eiuſdem iuramenti vir-
tus, & efficacia incapax fuerit va
riationis,ſed eiuſdem roboris, &
effectus immutabiliter penes om
nes ætates, & omnia iura habita
fuerit,†per id quod legitur & no- 206
tatur in l.1.in fi. iuncta, l. 2. ff.de
iuſti.& iu.& inſti.de iur.nat.§.ius
autem ciuile,cū Glo.in ver.vtun-
tur, & ver. naturalis, iuncto tex.
in §.ſed naturalia.

Quæ cū ita ſint; vt iam ad pro-
poſitum noſtrum redigamus ſer-
monem; audacter modo conclu-
dere poſſemus † eam fuiſſe men- 207
tem legum in conſeruādo iuriſiu-
randi religionem ſartam tectam,
& inuiolabilem, vt à iure diuino,
& canonico,quo ad hoc minime
diſſenſerint; ita,vt ſubinde exiſti-
mare debeamus voluiſſe eas ceſſa
re ſuam prohibitionē, & nullita-
tem inductam ob fauorem,& cau
ſam priuatam principaliter, &
vna ſimul ipſum priuatum fauorē
& vtilitatem ſtante iuramento:
quemadmodum de iure canoni-
co poſtmodum ſpecialiter expreſ
ſum & declaratum fuit.quod ve-
rum eſſe clare,ni hallucinor,oſtē
dunt ſupradicta:& vlterius ratio
illa efficax;nēpe quia vbi lex eſt
fundata principaliter in fauore
priuato,ideſt iurātis,videtur po

tius

tius conſultoria, quam pręceptoria,& obligatoria, ſecundum D. Ant. in cap. cum contingat, præalleg. de iureiur. quem refert & ſequitur Abb. ibi ad hoc ſub n. 6. ante med. & ſequitur ibi Addit. alios congerens in lit. c. & idem Abb. ibidem inferius num. 8. poſt med. Et aperte hoc idē innuunt hi, qui de comparatione, atque differentijs inter ius ciuile & canonicum ex profeſſo diſſeruerūt; qui nullam in hoc inter hæc iura differentiam cōſtituerunt, vt videre eſt in prææallegato tract. de comparatione iuris vtriuſq. inter ſe prædicti D. Io. Pa. Lancel. inſtitutionum iuris Canonici auctoris,& in eo tract. qui inſcribitur de differentia inter Ius Can. & ci: inter tractatus Bartoli. quā ſi extare horum tractatuum auctores vel nouiſſent, vel ſenſiſsēt; eam vtique, vtpote de materia admodum ſeria, & in iure præalijs principaliori, & frequētiori, non prætermiſiſſent. Et apprime confert quod notāter admonuit Pet. Pech. in tract. de iure ſiſten. cap. 35. videlicet, quod iuris ciuilis,& Canonici maior eſt concordia quam vulgo arbitrantur; ac proinde non eſt inducenda diſcordia inter ea, niſi vbi illa expreſſa reperitur.

Et præterea ad hoc idē ipſum tenendum, & aſſerendum cogit nos ratio ſiue argumētum deductum ab abſurdo euitando, quod concludens, & validiſſimum eſſe dicit, deducitque Euer. in ſua Topi. iuris in eo loco.

Etenim alioqui ſequeretur abſurdum,& inconueniens; nempe quod & leges ipſas de impietate,& irreuerentia erga Deum: & inſuper Imperatorem earundem
Compilatorem de Mendacio notare atque arguere cogeremur.
Vtique impietatem; & irreuerētiam in diuinum Numen admitteret lex, diuinæq. Maieſtati iniuriam irrogaret, religionemq; cōtemneret, ſi iuramentū pecuniario, ſeu tēporali priuato commodo ac vtilitati poſt haberi velletita, vt ob priuatā ipſam cauſam peierandi licētiam præbuerit, periuriumque potius admittēdum eſſe ſtatuerit; quod certe abſurdum, inconueniens,& nefas
eſt dicere: † cum leges æque ac 208
canones ex fonte diuino emanauerint,& diuino nutu de cęlo per ora Principum promulgatæ fuerint, vt dicit Bald. in tract. Schiſmat. col. 1. Et ſunt verba Cano-
nis. 16. q. 3 cap. fi. † vnde & Sa- 209
cratiſſimæ nuncupātur. C. de leg. in l. ſacratiſſimæ. & Martia. iureconſ. li. 1. Inſti. ſcriptum reliquit,
† quod omnis lex eſt inuentio 210
quædam, & donum Dei, vt legitur in l. 2. ff. de legi. Et legem eſſe diuinarum, & humanarum rerū Reginā; teſtatum reliquit Chryſip. ſummus ſapiētiæ ſtoicæ Philoſo. vt legitur in eadem l. 2.

Quamobrem iniurioſum quidem eſſet legibus ipſis diuino inſtinctu, & afflatu, atque ex dono Dei promulgatis, & à Chriſtianiſſimo pijſſimoque Imperatore. ac legumlatore compilatis, aſſerere quidquā per eas circa iuramentum à iure diuino abſonum ſtatutum fuiſſe: ſic enim impie, irreuerenter, & male in diuinis rebus,& quæ ad religionem ſpectant, diſponendis ſeſe habuiſsēt: quod abſurdum, inquā, eſt dicere
per prædicta †: merito,& c. arg. 211
ab abſur. de quo late Euer. præal. in eodem loco.

Digitized by Google

Item id minime eſt dicendum;
quia ſic Imperator earundem le-
gum compilator, & promulgator
212 de mendacio argueretur, † quip-
pe qui ipſarum legum auctorita-
te diuinas, & humanas res bene
diſponi teſtatur profiteturque, vt
in l.1.in princ.C.de vet.iure enu-
cl.quare contrarium nefas, quin
periculoſum etiam eſſet aſſerere,
vt in l.1. C.ſi quis Imp.male.

Item quia hoc ipſius legis na-
213 turæ repugnat, † quæ eſt ſanctio
ſancta præcipiens honeſta, prohi-
bens contraria, vt ex Chryſ.col-
ligitur, qui explicãs naturam le-
gis dixit, quod eſt præceptrix fa-
ciendorum, prohibitrix autẽ non
faciendorum, vt legitur in l. 2.
præall.in fi.& ibi in Gloſ. vlt.po-
nitur d. definitio: ff. de legi.

Et quam impium apud Genti-
les ipſos haberetur à iuriſiurandi
religione deficere, & periurium
admittere, indicat Ariſt. præall.
lib.1.Rhetor.ad fi.in ſerm.de iu-
reiur.& in Rhet.ad Alex.cap.17.
per tot.& addam inferius.

Quocirca iam perſpicue ani-
maduertere quiſq. poterit, quam
immerens ius ciuile conuicijs à
cõpluribus etiã primarijs eiuſ-
dem iuris Doctoribus laceſſitur,
quod obuiet virtuti iuramenti,
eiuſque tollat effectum, inducen-
do peccatum in hoc: & propte-
rea correctum fuiſſe à iure Pon-
tificio; vt horũ nonnullos hucuſ-
que retuli: & nominatim cũ alijs
tradit Paul.de Caſt.in conſ. 305.
ſub nu.2. lib.2. & omnes referre
labor inutilis eſſet. Sed neutrum
horum verum eſt, quia plus ſatis
ex deductis demonſtratum eſt,
quod ius ciuile non reſiſtit licito
iuramento, ſed ſolũ illicito; quod
ſcilicet actui honeſte, & licite
adijci nequit; quale non eſſe illud
quod actui propter fauorem, &
commodum priuatum principa-
liter prohibito adijcitur, ſatis ſu-
perq. demonſtratũ eſt, & eſt Gl.
notabilis Pragmat.ſanct. tit. de
pigno.cul.di. prope fi in ver. iu-
reiurando, & addam inf. nu.237.
quamobrem neq. peccatum in-
ducit, neque ſubinde correctione
eget. † Nam et ſi verum eſt, quod 214
in multis, etiam peccatũ concer-
nẽtibus, ius ciuile à iure canoni-
co deuiauerit; vt propterea eius
correctionis merens ſe reddide-
rit propter peccatũ quod induce-
bat, vt videre eſt per diſcurſum
vtriuſq. iuris, & facilius in præ-
alleg. tract. de differ. iuris ciu.&
can. & in exemplis propoſitis ab
D. Io.Pa. Lancel. in præall. libel-
lo de compa. iuris vtriuſq. in ma-
teria præſcriptionis, & alijs, vt
in prima char.& in 4.cũ ſeq. Cer-
te tamen quoad iuram. quippe
quod ad Dei cultum, & religionẽ
ſpectat, vt oſtenſum eſt, contra-
rietas inter hęc iura dari nequit
per dicta ſuperius, maxime a nu.
204. & alia paulo inferius ad-
denda.

Cuius rei vt certiorem adhuc
teneamus veritatem, poſtremo
conſideranda ſunt ſequentia.
Primum, † quod ſi conſideremus 215
ius ciuile quatenus eſt tantum
tale, & quatenus cõditum eſt per
poteſtatẽ ſecularem naturali ra-
tione tãtum naturaliter ductam,
eius finis nõ poteſt eſſe beatitu-
do & fęlicitas æterna, quæ in
fruitione veri Dei ſummi boni cõ
ſiſtit, & ad quam Chriſtiani, &
fideles tendimus: † quia nihil po- 216
teſt eſſe finis alicuius libere agẽ-
tis, niſi ab eo præcognitum: at
poteſtas ſecularis, quatenus eſt
tantum

Digitized by Google

tãtum talis, non cognoſcit præfa tum finem, quippe qui cõſiſtit in
217 ſupernaturalibus, † quæ non attingit ratio, & cognitio natura-
218 lis; † & ideo neceſſaria eſt homini ſcientia reuelata & ſupernaturalis, vt ſaluetur, & adipiſcatur vitam æternã: prout hæc plenius, & efficacius deducit Nau. præall. in Comm. de finib. huma. act. ſub n. 29. ver. omiſſa: & egregie deducit D. Tho. in 1. 2. q. 62.
219 † Sed finis iuris ciuilis ſecũdũ hunc modum accepti, & conſiderati eſt inducere hominẽ ad bonum commune ſecundum quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter, ac temporaliter viuẽti, dirigendo eius actiones ad beate viuendum in Republica: vt per D. Io. Pa. Lancel. d. libello de cõpara. vtriuſq. Iu. in 2. char. & in ſuis inſtitutio. iuris cano. ti. de iure cano. in §. eſt igitur, in Gl. fi. & per Nau. in Comment. præall. de finibus hum. act. d. nu. 29. ver.
220 ſecundum. † Et hoc fine attento reperiri poteſt aliquid ſtatutum eſſe à iure ciuili, quod huic fini conducẽs, & aptum ſit, & deuiet ab vltimo vero fine ſupernaturali, qui eſt felicitas æterna: vt in materia præſcriptionis, & alijs exemplis, de quibus in ſupra citatis locis, iuxta illud Iac. 4. Amicitia huius mundi inimica eſt Deo: Huius autem rei rationes plures colligi poſſunt ex D. Th. in 1. 2. q. 91. & ex ſuperius dictis: quarum vna eſt ea, quia felicitas ſeu beatitudo æterna excedit ꝓportionem facultatis humanæ; & ideo homo non poteſt dirigi ad eam per legẽ humanam; ſed per legẽ diuinam, & ſupernaturalem
221 dirigi debet. † Verumtamen hoc reperire erit in reſpiciẽtibus nõ altius quam actus ipſos humanos, & homines ipſos, id eſt ſubditos ſolum contingẽtibus, vt exẽpli gratia in præſcriptione cum mala fide, iuxta l. ſicut, & ibi not. & l. cum notiſſimi. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. In permiſſione vſurarum, vt ff. de vſuris, præſertim in l. pecuniæ, & l. Seia: vt filia, vel vxor adultera cũ adultero à patre, vel marito impune occidatur, vt in l. quod ait, & in alijs illius tit. ff. de adult. In reijciendo pactum nudum, vt in l. iuriſgentium. §. igitur nuda: ff. de pact. cũ alijs ſimilibus. † Et in talibus 222
etiam iuris ciuilis diſpoſitio habet aliquem prætextũ, & rationem boni: nempe publica quies atq. vtilitas, vt puta vt ſit finis litium; ne dominia rerum ſtẽt in incerto: ne Reſpub. forẽſibus iurgijs vexetur; † quia vſurarũ per- 223
miſſio vtilis viſa eſt accipienti, & dãti; vnde optimo iure deberi dicuntur in l. 1. C. de vſur. & ibi not. itẽ, vt adulteria & ſtupra à republica arceantur, excuſabilis, ac iuſta viſa eſt ira patris & mariti: Item ne de facili abſque cauſa rebus ſuis quis expolietur, & obligationum vinculis irretiatur: ſingula ſingulis referendo: cum alijs ſimilibus quæ adduci poſſent. cuius boni ratione ac prętextu lex ipſa ciuilis, tanquam talis eſt, iuſtificatur, legiſque rationem habet: quippe cum ſic ad præfatum ſuum finem tendat, ſcilicet vt communi bono vtilitatique proſpiciat, ciuilem ipſam ſeu politicã inter ſubditos ſocietatem conſeruãdo iuxta l. 1. & 2. & l. iura, ff. de legi. & c. erit, diſt. 4.
† At eadem ipſa ſecularis lex 224
iuxta naturalis luminis & rationis ductum, & prædictum ſuum finem

finem circa iuramentum, quippe quod probe nouit Dei Maieſtatẽ directo reſpicere, & ad Dei cultũ & religionẽ ſpectare, vt oſtenſum fuit, & patet ff. de iureiur. in l. 1. in l. non erit, in l. ſed etſi, & in l. qui per ſalutem, & C. eo in l. 2. & in l. cum proponas, cum alijs ſimilibus: vix eſt, vt adeo impie & perperam ſenſerit, vt propter priuatum commodum, & fauorẽ periurandi anſam & facultatem cuiquam præbuerit in Diuinæ Maieſtatis contemptum; ac proinde diuinum cultum & pietatẽ, ſiue religionem Deo per iuramẽti præſtationem exhibitam, vtilitatis priuatorum tuendæ gratia deſerere atque deſtruere voluerit. Repugnant namq. dicta ſuperius maxime a verſ. & prætereа, ſub nu. 207. & præſertim quod num. 213. ex Ariſtotele, & alibi etiam ſuperius ex alijs relatum eſt, ẽt apud Gentes ſub lege naturę agentes iuriſiurãdi religionem, ac fidem in maxima veneratione habitam fuiſſe, & eam deſerere ac violare piaculũ ingens exiſtimatũ fuiſſe. Et apud ipſos iuriſprudentes, & legumlatores quã magnæ auctoritatis, ac venerationis haberetur iuriſiurandi virtus & religio, vltra alia adducta, vel ex eius rememoratione cognoſcere licet, q iureiurando litibus finem impo-
225 ni, † neque de periurio vlterius propter eiuſdẽ iuriſiurandi reuerentiam (quod me alias ſupra ex Panor. & Soto obſeruaſſe memini) diſquiri voluerunt: vt videre eſt ff. de iureiu. per diſcurſum il-
226 lius tituli. † Magnam autẽ fuiſſe apud eoſdem iuriſprudentes, & legumlatores iuramenti authoritatem & virtutem propter religionem, expreſſum eſt in l. 1. & in l. ſed etſi, eodem illo ti. ff. de iureiu. & de lib. ca. in l. fi.

Quam etiã adeo pure & caute cuſtoditam eſſe voluerunt, vt alicuius tunc quoque improbatę ſuperſtitionis admiſtione iuſiurandum fœdari illicitum fore ſtatuerint: vt patet in l. non erit d. ti. de iureiu. 227

† Et valde pernicioſum exemplo, & periculi plenum apud antiquitatẽ habitum eſſe periuriũ, præclare oſtẽdit Plutarchus alias citatus in probl. Rom. dum quærit quam ob cauſam Iouis ſacerdoti, vt ipſe inquit, nõ licet iurare: † & inter alias eam præcipuã fuiſſe oſtendit, quare illius temporis ſacerdotibus iurare permiſſum non fuerit, nempe quia tanti fiebat religio, ac veneratio iuriſiurandi, tãque timebatur, & pernicioſum exemplo periurium habebatur, quod publicum illius periculũ reputabatur, ſi illud in ſacerdote fortaſſe, veluti in viro alioqui legali & pio contigiſſet. Subdit enim, *An quia publicũ eſt periurij periculum, ſi vir religioſus, & periurus preces fundat, & ſacra libet pro ciuitate?* † Notabile item ad idem, atque aureum eſt precceptum, quod de iuramẽti veneratione ſcriptũ reliquit Pythagoras in aureis carminibus, vbi poſt honorẽ Deo, ſeu Dijs debitũ præcipit venerãdũ eſſe iuſiurandum: notatu quidem dignum, & ad noſtram admonitionem, ac eruditionem haud prætereundũ, ſapientes abſque lumine fidei in iuriſiurandi religione, ac veneratione dogmatibus Euangelicis Chriſtianorum appropinquaſſe. 228 229 230

Quamobrem iã vel ex his (omiſſis multis alijs ſimilibus, q eadẽ

de re

de re adduci poſſent)facile quiſque intelligere poteſt,inconueniens, & calumnioſum,atque ſapientiæ, mu neriq. priſcorum ſapientum, & legum conditorum abſonum eſſe eis imponere priuatorũ commodũ, & fauorem pluris, quã Dei pietatem ac venerationem illi per iuramẽti præſtationem, & obſeruationẽ exhibendam, eos feciſſe. Quomodo enim adduci poterimus ad credendũ eos ſuis legibus in periurij permiſſione Deum irritare voluiſſe, quos videmus earundem legũ ſuarum felicem exitũ à Deo expectaſ
231 ſe,precatoſq. fuiſſe: † prout huius rei teſtimoniũ elicere eſt nominatim ex Solone magno illo Atheniẽſium legũ latore in illis ſuis verſibus,qui in hanc extãt ſententiam.

Primum quidem Iouem Saturnium precemur.

Vt legibus his proſperum ſucceſſum,& gloriam largiatur.

Quos propterea ipſum initio legũ ſuarum poſuiſſe fas credere eſt.

Et ne huiuſmodi lex,quæ iuriſiurandi reuerentiæ, ac religioni iniuriam eo modo irroget,vt eam priuato fauori, ac vtilitati poſthabitã eſſe permiſerit, alicubi reperiri valeat; vltrà alia vbertim ad hoc ſuperius adducta, repugnat vlte-
232 rius † quod inconueniens, & vero diſſimile videtur aſſerere à ſapientiſſimis legum conditoribus, & iuriſprudẽtibus legem à iuriſgentiũ præceptis,& à naturali rõne aberrantẽ conditã eſſe: prout eiuſmodi ea fuiſſe,ſi extaret,probatur in l. 1. in fi. iuncta l. ſeq. ff. de iuſt. & iu.& inſt.de iu.nat. §. Ius autem ciuile, cum not.in Gl.in ver. vtuntur. Et conſequenter quę nec lex eſſet,nec
233 legis rationem haberet: † cum lex iuris ſpecies eſſe dicatur; vt in Can ius generale,diſt.1. Et facit ad hoc quod de lege condenda ex Iſidoro traditur in Can. conſuetud. ead.diſt. 1. † videlicet de legis ra- 234
tione eſſe, vt religioni conueniat.

† Item quia eiuſmodi lex,quę iu- 235
riſiurandi religionem,ac ſubinde Dei pietatem, ac venerationẽ per iuramenti præſtationem, & obſeruantiam exhibendã contemneret, fini ſuo,videlicet ciuilis ſocietatis conſeruationi aduerſaretur, illũq. deſtrueret,& iuſtitiã pariter haud quaquam conſeruaret: quã rationem ſuperius explicaui; Et præclara, quæ nunc ſe offert, Ciceronis auctoritate adiuuatur.

† Is enim in primo de Nat. Deo- 236
rum,poſtquam oſtendit Dei pietatem, & religionem arcto ſimul neceſſitudinis nodo eſſe ligatas, & vna ſublata, alteram tolli; ſtatim ſubiungit,Atque haud ſcio an pietate erga Deũ ſublata, fides & ſocietas generis humani, & vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur: quem refert Franciſcus Piccolomineus in ſua morali Philoſophia in introduct.cap.35.

† Neque obijciat quis huiuſmo- 237
di iuramentũ, per quod cõtingere poteſt quem diſpendiũ pati,& valde lædi in rebus ſuis, videri poſſe iniquitatem fouere,præſertim in mulieribus,& minoribus,prout viſum fuiſſe Ant.de Butr.in c.cũ contingat in 4.caſu princ. de iureiur. refert Alex. in l. ſtipulat. hoc modo,n.10.ff de ver.obl.& ideo veluti iniquum optimo iure,ac ratione à lege reijci,ac ſperni potuiſſe; cum iuramentũ non debeat eſſe iniquitatis vinculum; iuribus vulg. Nã reſpondetur,quod iuramentum nõ dicitur cõtinere iniquitatem, nec contra legẽ eſſe,niſi contineat aliquod turpe: vt in his terminis reſpõdet Alex.vbi ſupra in ver. nam poſſet. Et ex dicta cauſa iuramentum etiã penes ius ciuile non debuiſſe

buiſſe, vel potuiſſe reputari iniquũ
238 vel contra leges, † etiam in dictis perſonis, eſt expreſſum in l. 1. & in Auth. Sacramenta, C. ſi adu. vend. & de iure canonico in d. c. cum contingat de iureiu. & c. licet, eod. in 6. & in c. 2. de pactis, eod. lib. & per ea iura deducit Alex. vbi ſupra, & glo. notab. & viden. præall. in Prag. ſãct. ti. de pign. di. cul. prope fi. ver. iureiurando. Faciunt alia dicenda infra in par. 4. caſu 3. nu. 82. quæ ex his viciſsim corroborari poterũt.

239 Et abſq. perſonarũ diſtinctione, & acceptatione periuriũ Deo diſplicere, eiuſq. Maieſtatem offendi antiquitatem ipſam non latuit: vt videre eſt nominatim ex teſtimonio Phocylidis, qui poſt piũ illud, & ſalubre documentum propoſitũ, *ne peieraueris, neque inſcienter, neque ſponte*, ſtatim ſubdit aliud, veluti prioris rationem, videlicet: *Periurium odit Deus immortalis, quicunque iurauerit*.

Id quod ſpeciatim à ſapiẽtiſsimis quoque ipſis legũlatoribus cognitum, cautumq. fuiſſe, ſuperius ex l. fi. præallegata, ff. de lib. ca. & alijs oſtenſum fuit.

Et eadem hæc hactenus pro conformitate inter ius ciuile, & canonicum circa iuramenti venerationem, & obſeruantiam adducta, coadiuuantur vlterius ex eo, quod ſecundo loco conſiderandũ remanet,
240 † videlicet quod ipſorũ iuriũ fines inuicem non aduerſantur, ſed eodẽ ſpectant: imò in effectu vnus eſt finis, ſcilicet conſeruatio, quippe quæ communis omnium iurium finis, & ſcopus dicitur; ita vt ad illũ vnũ aliud coadiuuat, & ſupplet: iuxta ea quę eleganter explicat D. Io. Paul. Lancel. Peruſinus in præallegato opuſculo de comparatione vtriuſq. iuris in 2. char. à verſ. porrò omniũ. Vnde, quantũ ad rem ſufficit, finis iuris ciuilis eſt cõſeruatio hominis, vt rationalis, & politici: Iuris canonici finis eſt cõſeruatio hominis, nedum vt politici, ſed vt Chriſtiani. Et ſic patet, quod hæc iura ad idẽ tendunt: ſed ius canonicũ alterius finẽ amplexũ illũ coadiuuat, & pficit, nempe ad normã Chriſtianæ religionis illũ redigendo, & ad verũ vltimũ finẽ dirigendo. Ex quo infertur multa reperiri penes ius ciuile, q̃ congruunt ſuo fini, ſcilicet conſeruationi ciuilis ſocietatis politicè degentis, ita vt iuris canonici ſuppletione, vel correctione non eguerint, nẽpe eo quia in ijs etiã ipſius iuris canonici finis habetur, & conſeruatur.

Secundo multa è cõtra reperiri q̃ iuris canonici ſuppletione eguerunt, quoniam licet per illa conſeruetur finis iuris ciuilis; non tamen vt conuenit Chriſtianis.

Tertio, quod iuramentũ deputãdum eſt inter prima, non aũt inter hæc ſecunda, per hactenus dicta, & præſertim ex eo, q̧ ſi quid perperã & à iure diuino, & canonico abſonũ ius ciuile in eo ſtatuiſſet, ſuo quoq. fini contraiſſet, iuxta iam dicta.

Quarto mirandum, q̧ ius ciuile altiorem finem non ſpectauerit; cũ etiã quã plures ſapientes ſub lege naturæ agentes opera cũcta noſtra ad verũ vltimum finem, ideſt Deũ, dirigenda fore coniectauerint, ſcriptũq. reliquerint. Et, vt alios omittam, aurea ſcituq. digna ſunt quę habentur apud Aratũ initio ſuorũ Apparentiũ; vnde & Diuus Paulus Athenienſes ſcientiam veri Dei in Areopago docere volens, teſtimoniũ ſumpſit; vt Act. Apoſt. 17. † Eodẽ 241
ſpectat illud Perſij, qui ex Nauarri ſententia, & relatione in præallegatis ſuis Cõment. defin. hum. act. n. 16. ſimiliter hũc finem ob oculos quoſq. verſare debere admonet, dũ oſcitan-

oſcitantiam ſecus agentium increpat his verſibus.

Eſt aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum:
An paſſim ſequeris coruos teſtaq. lutoq.
Securus quo pes ferat; & ex tempore viuis? Et inferius.
Diſcite ò miſeri, & cauſas cognoſcite rerum.
Quid ſumus aut quidnam victuri gignimur.

Tertium eſt, quod conſiderare
debemus, & veritatē prædictorū
242 conſtabiliet, † quod iuris ciuilis
quatenus eſt à Chriſtianis Impe-
ratoribus, & Regibus etiā pote-
ſtate naturali cōpoſitum, aut ap-
probatum, finis poteſt eſſe, & eſt
felicitas æterna, quam Chriſtiani
credimus, et ſperamus: quoniam
licet poteſtas eorum ſit tantum
naturalis, et non poſſit ad ſuper-
naturalia extendi; habent tamen
cognitionem fidei infuſam, et ac-
quiſitam, qua cognoſcunt, et cre-
dunt vitam, quam Chriſtiani quę-
rimus, æternam: et ita, vt omnia
virtutum aliarum opera poſſunt
in eam referre, ac frequenter actu
vel virtute referunt; ita etiam
ſuum ius ſuaſq. leges, quæ ſunt
opera quædam eorum, præcipue
poſſunt in eandem referre, ac re-
ferunt. hęc ſunt formalia verba
Nau. in ſæpe alleg. coment. de
finibus huma. act. ſub nu. 29. ver-
ſus fin. ver. quartum. Quod ſa-
tis conſtare dicit ex inſcriptione
illa Cod. et digeſtorum, In No-
mine D. N. Ieſu Chriſti: et clarius
ex l. 1. et 2. et l. inter claras, quę
eſt Epiſtola Ioan. Papæ ad Iuſtin.
Imp. iuncta epiſtola eiuſdem ad
ipſum Papam quæ ibi ſubditur. C.
de ſum. trini. et l. 1. et 2. C. de
vet. iure enu. et ex tit. de epiſ. et
cle. et de epiſ. aud. et alijs multis.

Ex quibus infertur ſecundum
eundem Nau. ibidem † quod ius 243
ciuile compoſitum à Iuſtiniano,
ex mente ipſius explicita, vel im-
plicita ita interpretandum, vt
non fuerit ei vlla intentio con-
trauenienda ſacris canonibus le-
gitime ab Eccleſia, Papa, et Con-
cilijs oecumenicis ante illum la-
tis, vel poſteà ferēdis, quo ad ea
quæ ad vitam æternā conſequen-
dam ſunt neceſſaria: quod ante
ipſum Nau. tenuit Fortun. in
præall. tract. de vltimo fine vtriuſ
que iuris, in prin. quem refert, et
ſequitur ipſe in fine d. nu. 29. ver.
Ex quibus infertur.

Adde quod ex dictis in hac ter
tia cōſideratione, et ex Nauar. et
Fortunij illatione † aſſerendū eſt 244
conſequenter eandem Imperato-
ris Iuſtiniani intentionem nō eſſe
reſtringendā ſolū ad ius ciuile ip
ſius, ideſt ad leges, et cōſtitutio-
nes ab ipſomet immediate, et ſpe
cialiter conditas; ſed eſſe exten-
dendam ad totū corpus iuris per
ipſum recollecti, et compilati: † 245
quoniam non minus ius digeſto-
rum, quam Cod. et Auth. eiuſdem
Imperatoris eſſe cenſendum eſt:
ſed pro vno, & eodem iure vni-
formiter eſt iudicandum, & eidē
Iuſtiniano Imperatori attribuen-
dum: id quod ſe velle expreſſe
idem ipſe declarat. C. de vet. iu.
enu. in l. 1. præall. poſt medium,
ibi, omnia enim merito noſtra fa
cimus, quia ex nobis omnis eis im
partietur auctoritas: & inferius
compoſitionem digeſtorū, & Pan-
dectarum ſuam vocat, in ver. no-

ſtra autem: Et in l. 2. eo. tit. verſus finem, ibi, noſtriſque digeſtis: & ibi inferius expreſſe profitetur leges digeſtorum eſſe ſuas leges, ibi, leges autem noſtras. vt alia ad idem loca multa omittam.

246 † Et hanc ergo Iuſtiniani Imper. intentionem abſque vlla hęſitatione illi legi non dubium. C. de legib. ineſſe eo facilius cenſere

247 debebimus, † quo illa inter eas leges ac iura per ipſum Iuſtin. repoſita eſt, quæ eiuſdem Iuſtiniani nomenclationis prerogatiuã ſortita fuere: vt clare videre eſt in inſcrip. Cod. & in rubr. & nigro. C. de iuſti. Cod. confir. & in ti. ſeq. & in inſcriptionibus cunctorum librorum eiuſdem Cod.

Ex quibus conſtabilitur, inquã, veritas ex pluribus alijs ſuperius oſtenſa; quod ſcilicet de iure ciuili in nullo caſu, nulloque pacto impeditur virtus iuramẽti, quod actui quamuis eo iure alioqui vetito, & nullo licite adijci poteſt: idque minus omni alia a d.l. non dubium, per proxime dicta.

Itaque, vt iam poſtrema concluſione prædictum articulum de poteſtate iuris ciuilis circa iuramentum terminemus; cum ex hactenus dictis ſatis ſuperque deductum, & demonſtratum fuerit legem ſeu poteſtatem ſecularem nec poſſe, nec velle quidquam contra iuriſiurandi religionem, & reuerentiam conſtituere, neque obſeruantiæ, ac venerationi liciti iuramenti obſiſtere, vel derogare: iam, quod attinet ad illud

248 vulgatum, † quod lex ſecularis habet vim Apoſtolici, vt remittat iuramentum, quod notat Gloſ. vulgata in prææallegata l. adigere, in fi. ff. de iurepatron. quod pro priori Parte affirmatiua præſentis quæſt. vt ſcilicet poſſet Princeps ſecularis concedere moratoriam in debito iurato, allegabatur, cuique fauere videbatur; patet ex præmiſſis qualiter intelligi poſſit, & debeat; videlicet vt illud procedat iuxta eam diſtinctionem, ſiue declarationem ſuperius ex mente Bartoli conſtitutam: ideſt vbi cauſa remiſſionis excludit peccatum; & ſic in caſibus, in quibus iuramentum aliqua ratione redditur illicitum, & de ſe non obligatorium: iuxta exempla illarum legum, quæ in primo fundamento dictæ Partis affirmatiuæ huius quæſtionis fuerunt adductæ; ac etiam poſtmodũ poſt firmatam contrariam opinionem negatiuam declaratæ; vt quia ſit de re turpi, & mala de ſe, vel tendat in lęſionem publici iuris ſeu vtilitatis principaliter, vel aliter in læſionem bonorum morum naturalium, vel alioqui contra ius ſit. Verum in his, & ſimilibus caſibus poteſtas ſecularis remittendo iuram. nihil ſuo marte facit: quoniam iure diuino & canonico certum eſt, quod tale iuramentum non eſt obſeruandũ, immo de ſe eſt nullum, & non obligatorium; iuxta illud Hiere. & iurabunt viuit dominus in veritate: & c. vt in cap. animaduertendum. 22. q. 2. & in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. Et in cap. ad noſtram, il terzo. cap. quanto, & c. quemadmodum, c. ea te. c. quintauallis cum ſimil. eo. tit. & in cap. ſi diligenti, de fo. comp. & c. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. Itaque non eſt remiſſio, cum id

quod

quod nullum eſt, remitti ſeu tolli non poſſit: cum non entium nullæ ſint partes, iuribus vulgaribus. Sed eſt ſimplex declaratio iuramentum non tenere nec debere obſeruari, vt alias ſuperius dictũ
149 eſt. † Et idcirco vt in hac quoque materia habeamus nomina conſona rebus, vt vult Imperator inſti. de donat. §. eſt & aliud: Si quid legi, ſeu poteſtati ſeculari circa iuramentum tribuendum
150 eſt: † pro eo quod dicitur, lex ſecularis habet vim Apoſtolici, idest Papæ, in remittendo iuramentum; verius congruentiuſque fuerit ſi dixerimus, quod lex ſeu poteſtas ſecularis reſiſtere poteſt iuramento, ne trahatur ad illicita: quod dixit Bal. in l. nec patronis. C. de oper. lib. & hoc probatur in d. l. non dubium. C. de legi. iuxta verum ipſius intellectum fuſe ſup. explicatum, & apertius in d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. 1. & in alijs ſimilibus legibus ſuperius pro parte affirm. adductis. Nec enim vere dici poteſt illud, vt habeat vim Apoſtolici, ideſt Papæ; cum immo ſibi nõ competat diſpenſatio in iuramento, vt ſupra oſtenſum fuit: & nominatim in hoc propoſito id notat Fel. in d. cap. conſtitutus, ver. auctoritas, in ſecunda ampliat. verſ. ſcias tamen, de reſcri. & ſolum parificatur eorum poteſtas in his, in quibus eſt excepta ipſorũ auctoritas, vt dicit Fel. in d. loco, & infra dicetur. Et dũ reſiſtit iuramento, ne trahatur ad illicita, nõ eſt remiſſio proprie, vt dixi; ſed in hoc obſequitur iuri diuino, & canonico; non quidem ipſe quicquam diſponendo de iuramento, ſed iuxta diſpoſita à iure diuino, & Canonico ſtatuit ne iuramentum debeat eſſe iniquitatis vinculum. Denique id ſolum agit, ſcilicet quod vetat ſuos ſubditos abuti iuramento, ſiue ad illicita vti.

Qua in re, † vbi poteſtas ſecularis non venit ſtatuendo per viã 151
legis, ideſt obuiando per legem ſuam, quam condit, peccato, ne fieri habeat; prohibendo actum etiam cum iuramento: ſed particulariter poſt factum, & præſtitum iuramentum vult determinare circa illius obſeruantiam: in hoc caſu res definienda eſt iuxta ea, quæ ſupra de facultate iudicis ſecularis circa iuramentũ Par. 2. q. 7. tradita fuere. vbi viſum eſt eius facultatem reſtrictã eſſe vbi non eſt dubium, quin iuramentum ſit illicitum, & non obligatorium.

Nunc igitur, vt iam poſt longã digreſſionem, ſed forte tamen non inutilem, ad Thema quæſtionis noſtræ reuertamur; ex hactenus dictis, ex quibus oſtenſum eſt quatenus ſe extendat, & polleat facultas, & auctoritas legis, ſeu poteſtatis ſecularis circa iuramentum, firmior cuique facile videri poteſt firmata ſuperius concluſio negatiua; † Quod Prin- 152
ceps ſecularis moratoriam concedere non poteſt in debito iurato; quia non poteſt ſe intromittere aliquo pacto de iuramento, impediendo ne liget, afficiatque debitorem in termino contento, & iurato; & quin illud debitor tunc implere teneatur, & quin incurrat periurium contraueniendo; quia talis diſpenſatio ſuper

iuramento, vt tueatur debitorē à periurio, Principi ſeculari non competit: vt in terminis tradit Sali. ſupra citatus in l. fin. in fi. C. ſi contra ius, vel vtil. & ex alijs abunde ſupra deductum fuit. Et quantum ad leges illas pro priori parte affirm. in tertio eius funda mento adductas, ex hactenus pro earum declaratione adductis palam factum eſt, quod nihil in hoc ſibi opitulari habet; qm̄ per Moratoriam in tantū abeſt, vt excluderet peccatum, vt illud potius foueret, & nutriret inducendo debitorem ad peierandum, non ſoluendo in termino promiſſo, & iurato. Et hoc modo non reſiſteret iuramento, ne trahatur ad illicita, quod ei ſolum licere ſuperius ex prædictis legibus vt ſupra declaratis deductum, & firma tū eſt, ſed ipſe eſſet Auctor periurij: quod ſe non facturum profitetur Imperator in l. 1. præalleg. in fine. C. ſi aduer. vendi.

Remanet ſolum contrarium alterius regulæ ex c. venientes, de iureiur. cum ſimilibus deductæ, & pro tertio fundamento prioris partis affirmatiuæ allegatæ; quæ habet quod ſalua, & excepta debet eſſe auctoritas, ſiue voluntas Superioris in iuramento: quam in
252 principe quoque ſeculari vigere, locumq. habere in eodem tertio fundamento demonſtratum eſt.

Verum neque hæc regula aliquid negocij exhibeo negatiuæ firmatæ concluſioni, ſi regula ipſa intra ſuos limites conſiſtet, prout cōſiſtere opus eſt, vt ea ſalua maneat. Et quoniam hæc regula celebris eſt in iure noſtro, ſæpiſſimeq. in ore Doctorum verſatur: &, ſi paulisper extra ſuos terminos porrigatur, confuſionem, & perturbationē in hac ſeria, & primaria iuramenti materia in animarum perniciem (vt etiam nonnunquam de facto euenit) inducere poteſt. Et item quia generalis eſt, vt nedum Principis, ſed cuiuſuis ratione aliqua ſuperioritatis ius habentis, auctoritatem reſpiciat; idcirco operæ me pręcium facturum putaui, ſi eam non ſimplici reſponſione pertranſirem; ſed pleniori, atque explicatiori doctrina explanarē; vt clarius etiam vltra prædicta innoteſcat, quæ & quanta ſit & poteſtatis ſecularis, & etiam Papæ, Eccleſiaſticorumq. aliorū Superiorum circa iuramentum ſubditorum facultas. Vt autem cum primis appareat prædictam regulam Principi ſeculari nō multum quoad Moratoriam in debito iurato concedendam ſuffragari; ſcire præceteris oportet † qualiter intelligatur auctoritas in eo, 253
quod regula habet, auctoritatem ſuperioris exceptuatam eſſe. Et dic auctoritatem intelligi pro iure, & intereſſe Superioris, vt explicat tex. in præalleg. c. venientes, ibi, intelligi ius Superioris exceptum: de iureiur. & not. Deci. in c. conſtitutus: ſuper Glo. in ver. iuramento, nu. 19. de reſcri. & in c. ſignificaſti, ſuper Glo. in ver. excipitur, ſub n. 48. ver. Poſtremo aduertendum, de elect. quia inferior non poteſt derogare, ſeu præiudicium afferre iuri Superioris, d. c. veniētes, vbi eſt exemplū de appellatione, quæ impediri nō poteſt per iuramentum inferiorū, ſeu ſubditorum ne deferatur ad

Prin-

Principem; quia hoc tangit ius ipſius directo, & principaliter: †
254 quia appellatio concernit quoddam ius honoris, præminentiæ, ac reuerentię Superiori debitum: vt bene probat tex. in can. anteriorum, poſt medium, ibi, cum nō oporteat ad compares, 2. q. 6. & probatur per totū illū tex. in eo quod ſecundum maioritatem, & dignitatem iudicum ordo appel-
255 lationum præſcribitur. † Et hinc eſt quod propter reuerentiā Domini Papæ appellationi ad eum interpoſitę ſemper eſt deferendū; alias punitur non deferens. c. de priore, de appel.
256 Et hinc eſt ſimiliter, † quod à ſententia Principis propter ſupremam eius dignitatem, & præminentiam appellare non licet: l. 1. vbi Bar. & not. ibi addi. ad eum ſuper rubri. ff. à quib. ap. non li. Aliud exēplum habes in c. ea te. eod. tit. de iureiur. de fidelitate
257 Principi debita. † nam in hoc iure fidelitatis ſibi competenti non poteſt is, qui fidelitatem debet, per iuramentum alteri præſtitum illi præiudicare: & è contrario poſſet exemplificari, vt per inram. fidelitatis vni domino, ſeu Superiori præſtitum non præiudicetur alteri Superiori, cui alia ratione ipſe vaſſallus deberet obedientiam: quia in d. iuramento fidelitatis intelligeretur ſaluū ius ipſius quoad obediētiam ſibi debitam. Exemplum in clerico recipiente feudum à Rege, vt in ſuo iuramento fidelitatis Regi pręſtito ſit ſaluum ius Papæ, de quo late Deci. poſt Ab. in c. cum parati, num. 25. de appel. Item aliud exemplum eſt in c. conſtitutus, de reſcrip. de numero Canonicorum conſtituendo; in quo ſicuti in ordinatione quorumcumq. beneficiorū conſiſtit præcipue, & particulariter ius, & intereſſe Domini Papæ, † quia ipſe habet plena- 258
riam, & liberam diſpoſitionē omnium, & quorumcumq. beneficiorum, & dignitatum eccleſiaſticarum: vt dicitur in c. 2. de præb. in 6. & in Clem. 1. in fi. vt lit. non conteſt. † vnde ipſe ſolus poteſt 259
purgare vitium ſimoniæ in beneficijs: Rebuf. in praxi ben. par. 3. ti. de reſig. condi. † Item ipſe tri- 260
plici modo, ſeu iure confert beneficia, ſcilicet iure pręuētionis, iure concurſus, & deuolutionis. Rebuf. in eadem praxi, par. 1. tit. de deuol. nu. 46. & ſeq. † Item ip- 261
ſe ſolus ea commendare poteſt. † item dare ius ad vacatura, & 262
quam plura alia quæ longum eſſet referre: Nam in hoc ſuo plenario iure non poſſunt ei per ſuum iuramentum ſubditi præiudicare, neque poſſunt illud coarctare: ſed intelligitur in iuramento ſaluum ius ſuum, ideſt plena & libera ipſa diſpoſitio: d. c. conſtitutus, vbi Ab. Deci. & alij, cum ſimil. ſupra adductis.

Exemplum item eſt in l. fin. in prin. ff. ad municip. nam ne quis ſe ſubtrahat à Magiſtratu, vel Cōſilio intereſt Reipub. vt eſt Gl. in l. 1. §. huius ſtudij, ver. ſacris. ff. de iuſti. Idque contingit intereſſe iuris Imperij, & honoris Principis: † cum ad ipſius ſolicitudinem, 263
& Imperium ſuper rerum communium vtilitate potiſſimum cura pertineat; vt idem ipſe teſtatur in l. vni. §. fi. C. de nouo Codi. fac. & in l. vni. in prin. ti. ſequen. ait ſibi

ſibi cordi eſſe ſemper ſui animi curas rebus communibus auidiſſime impendere.

Vnde in l. fi. C. ſi contra ius.
264 † ſtatuit reſcriptum contra ius publicum, ſeu publicam vtilitatē admitti non debere. Et huic iuri ipſi præcipue competenti non poſſunt ſubditi per ſuum iuramentum in contrarium præiudicare, nec illud minuere, vel coarctare: ſed intelligitur ſaluum, & exceptum in ipſo iuramēto, vt poſſit, eo non obſtante, in contrarium præcipere: vt d. l. fi. & ita illam allegat, & declarat Deci. in d. c. conſtitutus, nu. 19. in fi. de reſcri.
265 † Ex quibus modo ad propoſitum ſufficienter iam liquere poteſt, nullum tale præiudicium, vel intereſſe iuris proprij, & peculiaris Principis ſecularis verſari in iuramento, quod priuati, & particulares homines præſtant ſuper obligationibus, ſeu debitis pro ſuo particulari, & priuato intereſſe, & commodo contractis: ita, vt dici poſſit ius ipſius Principis ſaluum, & exceptum eſſe debere in ipſo iuramento, vnde & moratorias aduerſus illud concedere poſſit. Et conſequenter patet prædictam regulam, quod & ſupradictum eſt, eidem Principi in moratorijs ipſis concedendis neutiquam ſuffragari.

Verumtamen, vt ipſius regulæ, iuxta promiſſa, generaliorem, ac item clariorem doctrinam habea-
266 mus, † ſciendum eſt; hoc quod in ea regula dicitur, auctoritas ſuperioris intelligitur ſalua, & excepta in iuramento, dupliciter intelligi poſſe, prout duplicis modi reperiri, ac conſiderari poteſt materia, ſuper qua contingere poteſt, vt iuret is, qui alterius poteſtati ſubiectus eſt; nempe vel quia materia, ſuper qua iurat, ſpectat principaliter ad ipſum iurantem; quia eſt de re ſua, & ſuum priuatum intereſſe, & commodū directo, & principaliter tangente. vel ſecundo eſt materia, quæ ſpectat principaliter ad ipſum ſuperiorem; quia contingit principaliter ius ſuę auctoritatis, & imperij ſeu ſuperioritatis, iuxta ſuperius dicta, & exemplificata: & inferius dicenda.

† Primo caſu prædicta regula, 267
quod ſalua, & excepta eſt auctoritas ſuperioris in iuramento inferioris, ſeu ſubditi, non loquitur, nec habet locum, ex quo iuramentum non obuiat, & non præiudicat iuri ſuæ ſuperioritatis, quod debet eſſe exceptum, & reſeruatū in iuramento, cuique inferior non poteſt præiudicare, ad ſupra dicta: ſed eſt de re propria, & peculiari ſubditi iurantis, & ſuum intereſſe priuatum principaliter reſpiciente. Et in hoc caſu auctoritas ſuperioris intelligitur excepta ſolum eatenus, quatenus materia eſſet talis, ſuper qua ipſe ſuperior ſuper iuramento diſpenſare poſſet, & deberet: & ſic ſolummodo in caſu, vbi adeſt iuſta cauſa quæ ſuadeat iuramentum eſſe diſpenſandum, vt declarat Abb. in cap. quanto, ſub num. 8. ante medium, ver. Quis autem tunc poterit, de iureiur. & ibi paulo inferius docet, quando adſit iuſta cauſa diſpenſandi: hoc idem expreſſius declarat Feli. in ſępe allegato c. conſtitutus. ver. Auctoritas: limi. 2. num. 15. & ibi etiam

etiam Deci. num. 21. 22. de reſcri. & idem Deci. in cap. ſignificaſti. in Gloſ. in ver. excipitur. nu. 45. & ſeq. de elect.

Ex quo illud conſequitur, quod pro ſuperiore in terminis huius caſus non poteſt intelligi, niſi Papa, & inferiores Eccleſiaſtici quibus competit huiuſmodi facultas diſpenſandi, ſeu abſoluendi ſuper iuramento, de quibus actum eſt ſup. in ſecunda Par. non autem Princeps, nec alius ſuperior ſecularis, cui talem facultatem non competere ſuperius oſtenſum eſt: & ſpeciatim notat hanc differentiam inter Papam, & Principem ſecularem Feli. declarando prædictam regulam in d. cap. conſtitutus. d. ver. Auctoritas, in ſecunda ampliat. ver. ſcias tamen, ibi, aut ſumus in caſu.

268 † Secundo caſu, ſcilicet in materia ſpectante ad ſuperiorem principaliter; quia contingit ius ſuæ ſuperioritatis, regula ipſa loquitur, & locum habet abſolute:

269 quemadmodũ etiam iuxta † hũc caſum, & eius materiam intelligi & ſuſtineri poſſet vulgatum illud ſuperius relatum, quod Princeps ſecularis habet vim Apoſtolici, ideſt Papę, in remittendo iuramẽtum. Nam de tali iuramento ſubditi poteſt ſuperior omnino diſponere; quia in eo intelligitur ſalua, & excepta ipſius auctoritas. Et ideo pro ſuo libitu, nulla requiſita cauſa, impartiri poteſt licentiam ſubdito veniendi contra hoc ſuum iuramentum. Ipſe tamẽ ſubditus, quãtum in ſe eſt, teneretur ſeruare iuramentum, ex quo ſeruari poteſt ſine peccato, ſecundum Lap. Abbatem in conſ. 191. inter conſilia Fed. de ſen. incipit, quæſtio talis eſt: Scholaris, ſub num. 3. non multum poſt princ. quod etiam ſentit Fel. vbi ſupra in d. cap. conſtitutus, ver. auctoritas, limi. 2. num. 15. verſi. & importat.

Sed ipſo ſuperiore non conſentiente, iuramentum non eſt ſeruandum; cum inferior ſeu ſubditus in præiudicium iuris ſuperioritatis, & obedientiæ ſuo ſuperiori debitæ iurare non valeat. c. venientes. præall. cum ſimilibus notatis ibi in glo. ver. ſuperioris, de iureiur. quod cap. & eius concordantia, & dicta regula ex eis deducta in terminis huius caſus ſunt intelligenda, vt not. Abb. in illo. cap. venientes, in ſecundo notab. ſub num. 2. & in cap. quanto, præalleg. num. 8. ante medium, ver. Quis autem tunc. eo. tit. de iureiur.

Amplia hunc caſum, † vt ſuperior intelligatur non ſolum Papa, 270
& Princeps ſecularis, ſed quiuis alius cui ius ſuperioritatis aliqua ratione competat, ſeu is Eccleſiaſticus ſit, ſeu ſecularis; vtputa Pater, Maritus, Epiſcopus, Abbas, Iudex quilibet etiam inferior; ſi enim teneor ſub iuramento aliquid tibi ſoluere, vel facere certo tempore, poteſt Iudex mihi præcipere ne ſoluam, vel faciam, ſi videt ſolutionem, vel factum eſſe contra ius; vel ex alia cauſa ipſe ex debito ſui officij hoc præcipere habet: & ex hoc excuſor; quia intelligitur excepta eius auctoritas, & hoc ſuum ius, quod ſibi incumbit præcipiendi; cum non poſſint partes per iuramentum in hoc ſuo iure, & auctorita-

ctoritate illi præiudicare, vel illum impedire: caſus eſt in l. fi. & ibi per Bar. ff. de lege commiſ. & in cap. ſignificauit, de cenſib. & tetigi ſup. in quæſt. proxima in limi. 3. immo & ſi quis ſit alius, qui habeat ius, licet non ſit ſuperior; quia in omnibus locum habet prædicta regula, quod ſalua & excepta debet eſſe eorum auctoritas, ſeu ius in iuramento; quippe quæ nititur ea ratione generali, † quod in præiudicium alterius iuramentum præſtari nō poteſt: vt in reg. non debet, de reg. iur. in 6. & expreſſius in terminis dicitur in cap. quamuis, in fi. de pact. in 6. & in c. cum contingat, in fine: de iureiur. notat Deci. in ſępe citato. cap. conſtitutus, num. 19. vbi etiam Feli. d. ver. auctoritas Papæ: maxime in ſecunda ampliat. de reſcrip. & per Abb. in d. cap. venientes, vbi etiam alij. de iureiur. Deci. in c. ſignificaſti. num. 48. de elect. & habes plenum conſilium Lapi ſuperius citati in conſ. 191. inter conſilia Federici de ſen. vbi conſulit ſuper iure ſuperioritatis patris, & Epiſcopi præcipientium filio, vel Clerico contra iuramentum alteri pręſtitum, vt excuſentur ab illius obſeruātia propter iuſſum Patris, vel Epiſcopi; quorum auctoritas intelligi debet ſalua in eorum iuramento, prout ipſe id probat multis rationibus, & auctoritatibus iurium, & Doctorū. Et alia exempla & illationes huius caſus in diuerſis ſuperioribus & alijs quibus dictum ius competit, quorum auctoritas ſalua debet eſſe in iuramento, vt in dicta regula, vltra ſuperius in Principe relata, ponuntur ab Abb. & Feli. in locis proxime citatis, vt ſuper uacaneum ſit ea, quæ penes ipſos videri poſſunt, referre.

271

Et adde, † quod quoad hunc caſum, & in hac materia regula prædicta pariformiter procedere habet in prædictis omnibus; quia de illorum omnium auctoritate pariformiter iudicatur in hac materia, vt dicit Feli. in alleg. ſecunda amplia. non longe à prin. ver. ſcias tamen. 272

† Quod ſi duo fuerint ſuperioris ius habentes, & ſimul eodem tempore diuerſa eidem, qui eis tale ius debet, præcipientes; cui potius parere is teneatur: id late tradit Deci. per multa exempla, quæ adducit in cap. cum parati, præalleg. à num. 22. cum pluribus ſequen. de appel. 273

Limitāda ſunt prædicta circa d. reg. de auctoritate ſuperioris excepta in iuram. † Primo vt procedat dummodo ſuperior talis ſit, à cuius præcepto, vel obedietia nō potuerit ſe iuſte ſubtrahere iurans, vt declarat Fel. in d. ver. auctoritas, in alleg. 2. ampliat. in fine. 274

Secundo limita, † niſi ſuperior, cuius auctoritas eſt excepta, pręcipiat aliquid iniuſtum; quia non excuſatur contrauenicns iuramēto propter tale pręceptum: Fel. poſt Io. Andr. & Hoſt. quos citat in d. ver. auctoritas, in 3. limit. num. 16. prope finem, vbi ponit exemplum. 275

† Limita tertio dummodo ſuperior ſciat de iuramento, & nihilominus contrarium ipſe velit, & præcipiat; quia tunc videtur vti velle auctoritate ſibi ſalua, & exce- 276

excepta: Secus ſi de tali iuramento ignoraret: Et ratio eſt, quia ſi ſciret de iuramento, forte difficilius moueretur ad præcipiendũ contraria iuramento, vt per eundem Felin. in d.ver.auctoritas, in prima limit. circa prin. verſi.nunquid autem idem: & Deci. in c. ſignificaſti, præall. ſuper Glo. in ver. excipitur, nu.48.ver.ſecunda concluſio, de elect.

Et per hæc habes enucleatum articulum de poteſtate legis ciuilis, ſeu Principis ſecularis, & aliorum quorumcunq. circa iuramentum; & veram intelligentiam duarum illarum regularum de vi apoſtolica poteſtatis, ſeu legis ſecularis in remittendo iuramentũ; & de auctoritate ſuperioris excepta in iuramento: à quibus pendet eiuſdem articuli explicatio, & intelligentia: neque alibi ſic vbertim hæc lecta reperies.

277 Atque † ex eiſdem quæ pro earundem regularum enucleatione hactenus adducta ſunt, firmius iã concludere poſſumus iuxta ſuperius firmatam partem negatiuã, Principi ſeculari facultatem non competere concedendi moratoriam in debitis iuratis, prædictis regulis in hoc ſibi haud ſuffragantibus: quoniam in huiuſmodi materia non poteſt haberi ratio intereſſe auctoritatis, ſeu iuris ipſius, vnde intelligi debeat, vel poſſit excepta eſſe eius auctoritas in eo iuramento; cum illud non reſpiciat auctoritatem, ſeu ius ſuperioris, nec in illius læſionem tendat: ſed eſt de re tangente intereſſe, & commodum particulare, & priuatum iurantis, ad ſupradicta.

Sed † neque arbitrentur Domini temporales per Moratorias augumento, vel conſeruationi ſuę iuriſdictionis, ſuiq. ſecularis fori auctoritati celebritatiq. cautum iri; ſed potius præiudicium, & diminutionem euenturam: quia † dilatione, ſeu Moratoria durante debitor in ſeculari foro nõ poterit conueniri, c.ſignificante. de appel.& C.de dilat.l.ſiue pars, cum ſimil. latiſſime Lancel. peruſ.in tract.de attenta.par.2.cap. 7. ti.dilat. pend. † Et creditor, ſi ſapiet, ad euitandam moram ſecularis fori, debitorem ſuum interim ad forum eccleſiaſticum trahere, & coram Iudice Eccleſiaſtico conuenire poterit: ad dicta ſupra in tertio fundamẽto poſterioris partis negatiuæ, ver.præterea & tertio, nu.53. Et valde cauendũ foret ipſis temporalibus Dominis ne quomodolibet aditum hunc ad eccleſiaſticum tribunal præcludere, vel impedire ſatagerent, ne tremendam Bullæ cænæ Domini excommunicationem incurrerẽt, ex decimoſexto illius capite, de quo ſupra in d. 3. fundamento partis negatiuæ mentionem feci. 278 279 280

Limitari † tamen poteſt prædicta concluſio negatiua in caſu vbi debitor egeſtate ita premeretur, vt ſolutio facta in termino vel eſſet ſibi impoſſibilis, vel ſaltem futura eſt inſigniter incommoda, & oneroſa; vt puta quia cum magno eius dedecore ſeu mendicare, ſeu filiorum, quorum onere premitur, curam deſerere ſit cogendus, vel quid ſimile miſerendum euenturum ſit, adeo vt maxima æquitatis, & miſerationis ratio ſuadeat Moratoriam 281

E e dandam

dandã fore,ſicq; partes ſuas Prin
cipem interponere debere per id
282 † quod de vſu, & ſtylo Rom. Cu-
riæ in compenſatione in tali ca-
ſu, etiam aduerſus obligationem
cameralem admittẽda,licet alio-
qui non eſſet admittenda,teſtatur
D. Anton. Maſſa Galleſ. in tract.
ad for.Cam.Apoſtol.oblig.par.2.
prin. in 2.quæſt.ad quartam par-
ticulam , nu.7.8.quod etiã Con-
ſilio Neapolit.placuiſſe refert ex
Afflic. vt per eum citato : ſequi-
tur D.Laur.Tennin.Rodul. in tra
ctatu Cautelar. cautela 24. in fi-
ne. & ſimiliter quod in hoc caſu,
etiam ſtante iuramento,compen-
ſatio non impediatur , tenet D.
Ant.Gabr. ex alijs citatis in ſuis
comm. concl.tit. de iureiur. con-
cluſ.7. limit.4.num.11. & dicam
in par. 4. caſu 16. de cõpenſatio-
283 ne.Et per id† quod vult Abb. de
exceptione expoliationis contra
obligationem iuramento firmatã
ſimiliter in tali caſu admittenda,
quæ alias non deberet admitti;ne
excipiens interim differendo ſo-
lutionem,incideret in periurium,
vt per eum in c. cum dilectus,nu.
23. non longe à prin. ibi,niſi om-
nino iſte : de ordi.cogni. iã enim
in hoc caſu incipit verſari intereſ
ſe auctoritatis , ideſt iuris ipſius
Principis ex quo ipſa æquitatis ,
& miſerationis ratio debet illum
mouere ad interponendum par-
tes ſuas . vnde in hoc caſu ſubin-
trat regula ſupradicta , quod de-
bet eſſe ſalua,& excepta auctori-
tas , ſeu ius ipſius in iuramento.
284 † Quippe partes Principis ſunt
ſubditos ſuos à malis, quibus pre-
muntur , ſubleuare , vt dicit Im-
per. Zeno in ſua cõſtitutione,quę
eſt inter græcas in fine Codicis ,
incipit,quoniam pace , in primis
verbis . Et paterno maternoque
affectu ſe erga ſubditos gerere de
bere ipſe Imper. profitetur in
Auth. neque virum quod. §.illud
quoque , ver. res eſt caſtitate .
Colla.8. id ipſum mandans iudi-
cibus ſuis, vt paternam ſubiectis
exhibeant prouidentiam in auth.
de manda. princip. cap.9. §.talẽ.
colla. 3. vnde Pater omnium vo-
catur , vt not. Gloſ. in d. §. illud
quoque, ver. dicimus autem : &
ideo alibi ait Imp. quod ipſe re-
medijs ſemper inuigilat ſubdito-
rum, in auth. vt diui. Iuſſio. in
prin. colla. 8.

Et ideo ius Principis læderetur , & nimis coarctaretur,ſi illo
vbicumq. ius, & æquitas ſuadent
pro ſubditorum remedijs ob iu-
ramẽti obſtaculum vti nequiret ;
merito in eo reſeruata debet eſ-
ſe in huiuſmodi caſu eius auctori-
tas; cum iuramentum intelligen-
dum ſit,vt non habeat lædere ius
alterius : cap.quamuis,in fine, de
pact. in 6. c.cum contingat, in fi-
ne,de iureiur. & dictũ fuit ſupra .
Præterea† ſtãte debitoris ino- 285
pia , improba eſſet creditoris
exactio , & vix ſine peccato fie-
ret. id belliſſime probat auctori-
tas Euang. Matth. 18. vbi pænas
dedit ſeruus creditor,qui conſer-
ui ſui debitoris miſertus nõ fuit.
Quamobrem iure quidem Prin-
ceps Euangelij exemplum ſequu-
tus, iuramento nõ obſtante, debi
torum inopiæ remedio morato-
riarum prouidere poterit, ne ex
iuramento reſultare habeat im-
probitas:ad ea, quæ ſupra ex do-
ctrina Bartoli tradita fuerunt.Et

pro

286 pro hac limitatione facit, † quod propter neceſſitatem, atque difficultatem receditur à regulis iuris, vt in his terminis eſt Deciſ.
287 Caſſad. tit. de mutuis peti. † Et quod difficultas excuſet à periurio, cernitur in c. breui, vbi not. de iureiur. Ad idem bene facit, quod dixi ſupra par. 2. q. 2. in ſecunda extenſione primi membri, circa iuram. vergens in peiorem exitum, ver. tertio cum iuratur. Et bene facit. c. quærelam, quod loquitur in terminis de iureiur. &
288 ibi Bal. expreſſe not. † quod paupertas excuſat à periurio, in 2. not. & nu. 4.
289 Huius † tamen limitationis licentia temporales Domini non niſi parciſſime, & magna circumſpectione vti debent; non enim facile præſumendum eſt in hoc caſu pro inualiditate iuraméti, ſeu quod adſit iuſta cauſa excuſandi à periurio: † quia imo difficultas 290
non excuſat in dando, neque euacuat, vel minuit huiuſmodi obligationem: vt eſt tex. elegans in l. continuus. §. illud. ff. de verb. obli. † Et ſic d. c. breui, parum ſuf- 291
fragatur, quia de difficultate alterius generis loquitur, vt ibi declarat Bal. ſub nu. 2. in 1. oppoſ. Dici tamen poteſt, quod difficultas non excuſat in obligatione dandi, quantum ſcilicet ad hoc, vt minus teneatur reſpectu virtutis, & valoris obligationis, non quantum ad excuſationem periurij ſi ſoluere impeditur.

QVAESTIO VI.

Vtrum mentio facienda ſit de omnibus Iuramentis in impetratione abſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenta plura ſunt quibus ſe quis arctare poteſt ne veniat cõtra ſuum contractum, & quæ ſint.*

2 *Iuramentorum omnium, quibus ſe iurans in cõtractu obligauit, mentio facienda eſt in impetratione abſolutionis petita ad effectum veniendi contra contractum, alias abſolutio non ſuffragatur.*

3 *Abſolutiones tot ſunt neceſſariæ quot ſunt iuramenta.*

4 *Impedimẽta ſi plura fuerint, tot eſſe debent ſublationes impedimentorũ: & ſublatio vnius alterius ſublationem non inducit: num. 6.*

5 *Petitiones plures plurium abſolutionum eſſe debẽt, & vna vnius iuramenti petitio pro alijs tacitis non ſufficeret: Intellige tamen, vt nu. 47.*

7 *Subreptio ex non expreſſione omnium iuramentorum proueniens in abſolutione petita*

à iuramento ad effectum agẽdi, vel excipiendi cur habeat eam vitiare.

8 *Funiculus duplex difficilius rumpitur.*

9 *Subreptio inducitur, habetque vitiare reſcriptum, nedum ob taciturnitatem eius, quod induxiſſet Principem ad denegandum petita, ſed ad difficilius concedendum.*

10 *Iuramentorum omnium contractui adiectorum mentio generalis non ſufficit, vt ſaluetur abſolutio à ſurreptione, ſed requiritur mentio ſpecifica ſingulorum: Et de ratione.*

11 *Surreptio vt euitetur, nedum exprimendum eſt quid eſſe factum, ſed etiam qualiter, ſeu quomodo ſit factum.*

12 *Generalitas qua obſcuritatem parit facile principem fallere poteſt.*

13 *Beneficiorum plurium, quæ quis poſſidet mentio generica non ſufficit, vt impetratio à ſurreptione ſaluetur; ſed requiritur ſpecifica expreſſio eorundem.*

14 *Iuramenta eadem ſi repetita ſunt in altero contractu primi ratificatorio, non ſufficit ſi exprimantur etiam ſpecifice quoad vnum contractum tantum, ſed debet ſpecificari qualiter in vtroque contractu ſunt adiecta.*

15 *Abſolutio iuramenti redditur ſubreptitia nedum ex taciturnitate iuramentorum, ſed etiã eorum, quæ reddere poſſunt ſuperiorem difficiliorem in ea concedenda.*

16 *Expreſſio facta per relationem ad inſtrumentum, vel inſtrumenta non ſufficit pro ſpeciali expreſſione, nec ſaluat abſolutionem à ſurreptione: Declara, vt un. 19.*

17 *Relatum & in eo contenta cenſentur eſſe in referente.*

18 *Genus reſtringitur per ſpeciem præcedentem.*

20 *Iuramentum quamuis dicatur habere vim clauſulæ derogatoriæ; tamen ipſum non tollitur per clauſulas derogatorias etiam ſpeciales, ſed debet nominatim exprimi: limita, vt num. 37.*

21 *Clauſula quorum tenores pro expreſſis habeantur, ac ſi: & c. an ſuppleat pro ſpecifica, & neceſſaria expreſſione: & quatenus polleat; vſque ad num. 46.*

22 *Quid ſi conceſſio fiat à ſacra pœnitentiaria cum d. clauſula?*

23 *Quid ſi à Papa ſiue eam faciat Papa motu proprio ſiue ad poſtulationem Partis, eo. nu. 22. & 26.*

24 *Clauſula generalis non ſufficit vbi requiritur ſpecialis.*

25 *Item non ſufficit ad tollendum actum certum, & determinatum.*

27 *Princeps pro ſuſtinendo actu à ſe geſto ſeu conceſſione à ſe facta fingere poteſt expreſſum eſſe, quod non eſt expreſſum. Item.*

28 *Princeps poteſt velle, quod exprimenda habeantur pro expreſſis.*

29 *Teſtamentum primum habens clauſulas derogatorias ſpecialis*

Digitized by Google

les ad poſteriorem voluntatē, ſeu teſtamentum, quando per ſecundum cenſeatur reuocatum, & quæ clauſulæ ſint ad hoc ſufficientes.

30 *Cognitionem habuiſſe Princeps quando intelligatur in gratia ſeu conceſſione à ſe facta, vſque ad num. 39.*

32 *Clauſulæ generales quandoque poſſunt eſſe ſufficientes exprimere mentem Principis fuiſſe, vt conceſſio etiam in his, quæ ſpecialem expreſſionem requirunt locum habeat.*

33 *Voluntas Principis, ſi quomodo appareat voluiſſe conceſſionem ſuam habere locum etiam in non expreſſis, & quæ nominatim erant exprimenda, ſufficit ad excludendam ſurreptionem, & ad ſuſtinendam conceſſionem: & nu. 34.*

35 *Voluntas teſtatoris ex coniecturis elicitur.*

36 *Clauſulæ ſiue confirmatoriæ, ſiue derogatoriæ prioris voluntatis, ſeu diſpoſitionis habentis ſpeciales clauſulas, quæ ſpecialem mentionem requirunt, quales eſſe debeant, vt ſufficiant pro ipſa ſpeciali mentione, in quacunque diſpoſitione.*

38 *Clauſula, non obſtantibus præmiſſis, & quibuſcunque in contrarium: & c. cum clauſula illi adiuncta. Quorum tenores pro expreſſis habentes ac ſi: & c. ſupplet pro ſpeciali expreſſione.*

40 *Clauſula pro expreſſis habentes: & c. in conceſſione facta motu proprio ſupplet pro ſpecifica mentione exprimendorum, & excludit ſurreptionem.*

41 *Motu proprio intelligitur facta abſolutio, ſiue quæuis alia conceſſio, etiam quod præceſſerit petitio Partis, ſi Princeps aſſerat ſe motu proprio eam feciſſe.*

42 *Motu proprio ſe proceſſiſſe ſi aſſerat Princeps, non admittitur probatio in contrarium, ſcilicet quod ad petitionem Partis proceſſit.*

43 *Motus proprius Principis extinguit ſurreptionem: amplia vt nu. 44.*

45 *Clauſula motu proprio: & c. quos effectus operetur, et quid polleat: remiſſiue.*

48 *Abſolutiones à iuramento noſtra hac tempeſtate ſubreptionis vitio ſæpè laborant, & de facili ſubuerti poſſent.*

49 *Iuramentum ſi vnum eſt, ſed relatum ad plura capita in inſtrumento contenta, an ſufficiat abſolutio petita ſimpliciter à iuramento non expreſſis nominatim illis capitibus.*

50 *Clauſula iurantes: & c. in fine inſtrumenti poſita refertur ad omnia in inſtrumento contenta; perinde ac ſi in quolibet pacto, ſeu capite ſpecialiter iuratum eſſet.*

51 *Abſolutioni fauendum eſt.*

52 *Abſolutio an peti poſſit, vel iſt an ea neceſſaria ſit in iuramento; quo quis iurauit omnia eſſe vera: & c. ſi allegetur ſimulatio.*

53 *An eam petere poſſit à iuramento quo iuraui non petere abſolutionem.*

QVÆ-

QVÆRO ſexto vtiliter pro vlteriori notitia qualiter, quibuſue concurrentibus abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi dari debeat. Aliquis in contractu pluribus iuramentis ſe
1 obligauit: vtputa; † quia vltra iuramentum præſtitum ſuper obſeruantia promiſſorum, & de non contraueniendo, iurauit etiam ſe non petiturum abſolutionẽ à iuramento, vel item de non vtendo illa caſu quo eam obtinuiſſet: nã hic, vt vides, tria ſunt iuramenta ad pręcludendam viam veniendi contra contractum: & eſt caſus ſuper quo conſuluit Roma, conſ. 326. In pręſenti conſultatione. Vel etiam adiecta ſunt plura iuramenta ad confirmandam conuentionem initam; vtputa, quia eſt ſecundus contractus iuratus ratificatorius primi contractus ſimiliter iurati: quem caſum ponit Deciſ. Pedem. 142. num. 14. vtrum ſi habere velit abſolutionem à iuramento, vt poſſit venire contra contractum, ſeu obligationem ipſam iuratam, mentionem facere debeat in petitione de omnibus iſtis, vel ſimilibus iuramentis. Et omiſſis inutilibus argumentationibus, breuiter reſolutiue pono affirmatiuam Con-
2 cluſionem. † Quod de omnibus iuramentis, quibus ſe quis obligauit, mentio fieri debet in impetratione abſolutionis: alias abſolutio obtenta, vtpote ſubreptitia redderetur nulla, & in nullo ſuffragaretur impetranti: vt voluit Bal. in repeti. l. 2. col. 29. ff. de iureiur. & ita hanc Concluſionem firmat Roma. in præalleg. conſ. 326. quem refert, & ſequitur, vocans ipſius dicta aurea & noua, Fel. in cap. conſtitutus, ſub prima limitatione ad ſecundam regulam, num. 14. de reſcri. & pro ea ſcripſit elegauter Soc. in conſ. 59. incipit in cauſa nobilium. lib. 3. copioſe Thom. Grama. Deciſ. 66. à num. 11. & aliquid Deciſ. Pedem. Oſa. 142. prællegata, nu. 14. Et probatur argum. optimo in cap. cum pro cauſa, & c. officij, de ſent. exco.

Ratio huius Concluſionis ea
aſſignatur; † quia quot ſunt iu- 3
ramenta, tot ſunt neceſſarię abſolutiones, argum. d.c. cum pro cauſa, & c. officij. & conſulunt Roma. in d. conſ. 326. num. 2. & 3. & Soc. d. conſ. 59. Tho. Gram. d. Deciſ. 66. nu. 12. & antea Bal. in alleg. rep. l. 2. col. 29. ff. de iureiur. Fel. poſt eum in cap. debitores, in tertia quæſt. de iureiur. cum ſit etiam
alioqui regulare, † quod vbi plu- 4
ra ſunt obſtacula, & impedimenta, tot eſſe debeant ſublationes impedimentorum. l. de pupillo. §. ſi ex pluribus. ff. de noui oper. nunc. notat Gloſ. plures concordantias adducens, in d.c. cum pro cauſa, in ver. tanquam exco. de ſent. exco. Rom. & Gram. in locis
citatis: † ideo conſequens fit, vt 5
totidem eſſe debeant petitiones earundem abſolutionum, neque vna vnius iuramenti petitio, atque abſolutio pro alijs tacitis
ſufficeret; † quia ſublatio vnius 6
impedimenti alterius ad eundem effectum concurrentis ſublationẽ non inducit: ita Roma. vbi ſupra

per

per l: ſi domus. ff. de ſerui. vrba. prædio.& c.ex tuarum: de aucto. & vſu pal. & cap.officij, præallegati, de ſent. exco. & dicunt alij omnes ſupranominati in locis citatis.

7 † Surreptio autem obſtat in preſenti caſu abſolutioni ea ratione; quia ſi ſuperior ſciuiſſet tot impedimenta, & quod impetrans tot iuramentorum vinculis ſe obſtringere voluiſſet; vel non conceſſiſſet abſolutionem, vel dif-
8 ficilius conceſſiſſet, † iuxta illud funiculus duplex difficilius rumpitur.cap.1.de treug. & pa.c. cæterum, de reſcri.c. ex multiplici. de Deci. & C. de adopt.l. fi. §. ſi pater. & in auth. itaque.C.commu. de ſucceſ.& per Rom.in iſtis terminis,in d.conſ.326. num. 10. vnde merito expreſſio non facta de omnibus iuramentis reddit ſubreptitiam, & inualidam im-
9 petrationem;† quia ſurreptio inducitur,& vitiat reſcriptum, ſiue impetrationem, nedum ſi tacitũ ſit id,quo expreſſo ſuperior non fuiſſet conceſſurus; ſed etiam ſi tacitum ſit id, quo expreſſo non fuiſſet conceſſurus ita faciliter,c. poſtulaſti,ver.de leui non ſcriberemus, de reſcrip. & c. ſi proponente. & c. cum adeo,eo ti.& de preben.in 6.cap.ſi motu proprio: & per ea iura,& alijs rationibus, & fundamentis adductis deducit in proprijs his terminis abſolutionis à iuramento Roma.in ſępe allegato. conſ.326. à num.5. cum ſeq. cum alijs quos adducit Mandoſ.ibi in addi.& ſequitur Gram. in allegata Deciſ.66.num.18.poſt Rom. vbi ſupra, & ex notatis à Panor.in c.in noſtra, num.4. in fi. de reſcri.

Et prædicta amplia, † vt non 10
ſuffragetur quod mentio facta ſit in genere de omnibus iuramentis; vtputa quia impetrans narraſſet ſe contractum ipſum iuramento preſtito confirmaſſe,& non ſolum illo, ſed alijs etiam iuramentis ſe obſtrinxiſſe ad obſeruandum,& non contraueniẽdum, petens ſe à prædicto,& alijs omnibus abſolui. Vel ſi narraſſet ſe iuraſſe nullatenus contrauenire, vel per alia ſimilia verba generalia quibus intelligi poſſet comprehendi omnia iuramenta, quibus prohibetur iurans venire cõtra contractum: vt exemplificat Roma.in illo conſ.326. ſub num. 11. quia hęc vel alia ſimilis vniuerſalis, & generica mentio non ſaluaret abſolutionem à ſurreptione,& inualiditate: ſed requiritur expreſſa,et ſpecifica mentio de omnibus iuramentis,vt impetratio ſaluetur à ſurreptione. Et ſurreptio inducitur ex eo, quia expreſſio per ſpeciem potuiſſet retardare Superiorẽ à conceſſione, vt notabiliter dicit Abb. in c. in noſtra, præalleg.num.4. in fi. de reſcri. et per ſimilia efficacia deducit Roma.vbi ſupra: merito inducitur ſurreptio, quę obſtat impetrationi, ad dicta paulo ſuperius in ver. ſurreptio autem, poſt Rom.d.conſ.num.11.

Neque releuat,quod ex dicta, vel ſimili generali expreſſione ſatis percipi poteſt comprehendi, et denotari ex ea omnia iuramẽta,quibus iurãs prohiberi poteſt venire contra contractum,per id quod

quod vult Glo. in Clem. vt hi. in ver. nullo modo: de ęta. et quali. quam ad hoc inducit Roma. in ſępe dicto conſ. 326. nu. 11. quia vltra prædicta de ſpecifica expreſſione, quæ magis potuiſſet retardare ſuperiorem à conceſſione; vlterius ad hoc reſpondet Roma.
11 ibidem, † quod vt impetratio à ſurreptione ſaluetur, non ſufficit exprimi generaliter id factum, quod ſi taceretur reddit reſcriptũ ſubreptitium; niſi etiam exprimatur modus per quem id factum extitit conſummatum: quod ipſe deſumit ex Gloſ. notabili in c. dilectus filius Abbas, in ver. cauſa: de reſcri. quod ipſa elicit ex illo tex. & alijs iuribus per eam adductis, & præſertim ex l. vt reſponſum. C. de tranſa. & illam Gloſ. ſequitur ibi Inno. Ad idem Roma. allegat Oldra. quem feſtum feciſſe dicit de dicta Gloſ. in conſ. 14. quod ego quidem non vidi: & Mandoſ. ibi in addi. ad Roma. dicit, quod corrupte citatur, & quod illud reperire non potuit. & ipſe allegat ipſum Oldr. in conſ. 81. ſolum ad hoc, quod narratio in genere ad euitandam ſubreptionem non ſufficit. Alios tamen congerit in addit. præcedenti pro notabili dicta theorica Gloſ. præallegatæ: pro cuius cõfirmatione idem Roma. in d. loco hanc aliam addit rationem; quia
12 † ex generalitate, quæ obſcuritatem parit, facile Princeps poteſt circunueniri: ex Gloſ. in l. quoties. ff. de ver. obli. per l. fi. C. de dot. promiſ. in fine illius. l.

Ex quibus idem Roma. concludit neceſſariam eſſe mentionem ſpecificam omnium iuramentorum: & hanc eius concluſionem ex prædictis poſt illum confirmat Tho. Gram. in allegata Deciſ. 66. incip. in cauſa excellentis, à num. 11. vſque ad num. 19. Et comprobatur hæc concluſio, quod nõ ſufficiat generica mentio de pluribus iuramentis innominatim, niſi nominatim, & ſpecifice exprimantur per optimum ſimile cap. in noſtra, præallegati, in ver. expreſſam fecerit mentionem: de reſcrip. vbi Abb. not. ex illa littera, † quod ad ſaluandum litteras Apoſtolicas à ſubreptione nõ 13
ſufficit generica mentio de pluribus beneficijs, puta non obſtante quod habeat alia, ſeu plura beneficia, ſiue quod pro eo in alijs eccleſiis ſcripſerimus: ſed requiritur ſpecialis expreſſio de tali, & tali: vt ibi per eum.

Secundo principaliter amplia eandem ipſam concluſionem, † vt 14
ſi eſſent duo, puta, vel plures contractus vnus alterius ratificatorius, ſeu de eodem, & in ſingulis adiecta eſſent eadem ipſa iuramenta; non ſufficeret ſpecialis, & expreſſa nominatio de iuramentis appoſitis in vltimo, ſeu vno ex illis contractibus: ſed debet exprimi, quod eiſdem iuramentis in illis omnibus contractibus ſe obligauit: per eam rationem; quia quot ſunt iuramenta, tot ſunt neceſſariæ abſolutiones, ad dicta ſupra paulo poſt prin. quæſt. in ver. Ratio huius: & eam; quia iſta geminatio, & multiplicatio iuramentorum reddere poſſet ſuperiorem difficiliorem in danda abſolutione, ad dicta ſupra in ver. ſurre-

Surreptio autem, & tangitur in d. Deciſ. pedem. 142. prꝛalleg. numero 14.

Tertio principaliter amplia d.concluſ. in præſenti quæſtione

15 firmatam, videlicet † vt non ſolum ſpecialis, & expreſſa mentio omnium iuramentorum facienda ſit, vt impetratio abſolutionis à ſurreptione ſaluetur: Verum etiã eorum omnium, quæ ſimiliter reddere poſſent ſuperiorem difficiliorem in abſolutione danda: quia militant eædem rationes adductę in ſurreptione ex taciturnitate iuramentorum induſta: vt plene deducit Gram.d.Deciſ.66. à num.1. fere per totam: vbi quampluríma horum recenſet, quæ penes illum videri poſſunt pro notitia illorum, & aliorum ſimilium.

Quarto amplia eandem prædi-

16 ctam conclnſionem, & proximas ampliationes, † vt generalis expreſſio eorundem iuramẽtorum, ſiue aliorum impedimentorum facta per relationem habitã ad inſtrumentum, ſiue inſtrumenta nõ ſufficeret; vt puta quia petita, & obtẽta eſſet abſolutio à iuramento, & iuramentis, vt in dicto inſtrumento, ſiue inſtrumentis. vel dictum ſit à prædicto iuramento, vno ſcilicet ſpecificato, & pluribus, ſi quæ ſunt alia, vt in inſtrumento, vel inſtrumentis: quia talis expreſſio non ſufficit, non ob-

17 ſtante, quod dici ſoleat, † quod relatum eſt in referente, adeo vt omnia cenſeantur eſſe in referente, quæ ſunt in relato: Soc. in alleg. conſ. 59. in cauſa nobilium, lib. 3. & per Gram. in alleg. Deciſ. 66. num. 15. Vrſil. ad Deciſ. Affli. 200. Pariſ.conſ.43.lib.1.

Neque tamen reſtringenda eſt hæc ampliatio ad eum caſum ſolum, ſcilicet vbi eſt facta ſpecificatio de aliquo iuramento, & poſtea de alijs mentio generalis facta eſt per relationem ad inſtrumenta, vt eſt dictum; & abſolutio ſimiliter indeterminate, & generaliter data eſt per relationem ad inſtrumentum, vel inſtrumenta, vt volebat Soci. in d.conſ. ea ratione, quia tunc ſpecifica nominatio, & expreſſio facta de aliquo obſtat abſolutioni indeterminatæ & generaliter impenſæ per relationem ad inſtrumentum, vel inſtrumenta; nempe quia tunc illa indeterminata abſolutio, & illa relatio refertur, & reſtringitur ad ſpecificata: quia † ſpecies præcedens reſtringit genus ſequens, 18 vt in cap. ſedes, de reſcri. & clem. non poteſt, de proc. & l.fin. §. cui dulcia. ff.de vino, tri. & oleo leg. & in ſimili de abſolutione excommunicationis not. Abb. in c.cum pro cauſa, col.fin. ver. ſed concl. de. de ſen. exco. & in alio ſimili not. Felin. c. nonnulli, col. 8.ver. ſed dubito quod d. Glo. de reſcr. Secus ſi nulla præmiſſa ſpecificatione, illa relatio fieret; vt puta dicendo, quæ omnia iuramentis confirmauit, vt in inſtrumento; nam tunc talis generalis relatio operaretur, ſecundum ipſum. Nã hæc reſtrictio non videtur poſſe ſtare; neque ſuſtineri poſſe generalis expreſſio per dictam relationem factam, ſiue præmiſſa ſit ſpecificatio prædicta, ſiue non: et quod ampliatio indiſtinctè procedat, ſi non eſt facta ſpecialis expreſſio de omnibus: per d. c. in noſtra, de reſcrip. & ea quæ ex il-

lo notat ibi Abb. præallegatus in vlt. notab. num. 4. & per alia ſupradicta à prima ampliatione hucuſq. & in Deciſ. pedem. 142. ſupracitata, num. 14. in fine, cum ſeq. & per ea quæ in ſimili de abſolutione excomunicationis tradit Abb. paulo ſuperius citatus in d. c. cum pro cauſa, col. fi. verſus finem, verſi. ſecundo membro.

Sed ſaluari poteſt impetratio
19 † iuxta declarationẽ Socini conſiderando, quod ipſe intelligit, & præſupponit in caſu in quo loquitur, quod imo eſt facta ſpecialis, & expreſſa mentio de omnibus iuramentis in effectu: vt patet ex forma narrationis propoſita, dũ dicitur, quæ omnia iuramentis confirmauit. ex huiuſmodi enim narrationis forma, & exemplo datur intelligi, quod iam ſpeciatim & nominatim expreſſi fuerunt tenores, & continentiæ iuramentorum, ſeu ea omnia ſigillatim quæ cum iuramento, ſeu iuramentis promiſſa fuerunt. Pone quod impetrans narrauerit ſe contraxiſſe cum Titio, & promiſerit omnia habere rata, & firma, ac obſeruare, & non contrauenire, aſſerens ſe maiorem, & promittens non allegare læſionem aliquam, nec petere abſolutionem à iuramento, nec illa obtenta vti; quæ omnia iuramento, vel iuramentis promiſit ſiue confirmauit, vt in inſtrumento. In hac enim impetrationis forma ſatis in effectu apparet ſpecialis, & expreſſa mẽtio omnium iuramentorum, ex quo tenor, & ſubſtantia cuiuſque exprimitur, non ſecus ac ſi dictũ eſſet ſigillatim ad ſingula iurauit hoc, & hoc. & ita intelligendo, illa declaratio Soc. nihil officit dictæ ampliationi, & confirmat prædictam Concluſionem, atque eandem hanc tertiam ampliationem non ſecus ac Roma. & omnes alij ſupra nominati; & hoc modo eidem Socino conſentiet Grat. quia alias ab eo videbatur diſſentire in conſi. 23. lib. 2.

Quinto amplia notabiliter, vt
† quamuis iuramentum dicatur 20
habere vim clauſulæ derogatoriæ, vt per Bar. & ſcribentes in l. ſi quis in principio. ff. de leg. 3. tamen expreſſio iuramenti ſiue eius derogatio atque relaxatio, non poteſt ſuppleri neque induci per clauſulas derogatorias, etiã ſub quacunque forma verborum conceptas, aptas etiam tollere clauſulas ſpeciales; ſed opus eſt, vt fiat mentio iuramenti: vt ſingulariter, neruoſeq. deducit Pau. de Caſt. conſ. 285. in facto præſenti, num. 2. lib. 1. quod tamen non videtur perpetuo aſſerendum per id, quod ſubdit ibi paulo poſt prin. d. num. 2. ver. non ergo cenſetur, vbi conſiderat, quod apparebat de voluntate teſtatricis, quod noluerit derogare iuramento per illas clauſulas ſecundi teſtamenti. Et maxime in diſpoſitione Principis redditur dubitabilis hæc ampliatio per dicenda inf. ſuper 4. modo cognoſcendi voluntatem, & cognitionem Principis, in ver. Hic autem modus. Et ſentit idem Caſt. in d. conſ. col. 3. in 3. oppoſ. per tot.

† Sexto amplia principaliter 21
prædictam concluſionem, & prædictas ſimul ampliationes, vt impetratio, ſiue expreſſio in ea indeterminate, & generaliter facta

per

per relationem ad inſtrumentũ; vel inſtrumenta non ſuſtineretur, nec à ſubreptione ſaluaretur, etiã ſi adiecta eſſet in conceſſione ea clauſula, quorum tenores habeantur pro expreſſis, &c. quia talis clauſula non operaretur expreſſionem ſpecificam neceſſariam ad ſupradicta: vt deducit Thom. Gram. in alleg. Deci. 66. nu. 15.

22 † Etiam ſi obtineretur abſolutio à ſacra pænitentiaria: immo etiam ſi ab ipſomet ſummo Pontifice, ſi tamen eam impenderet non motu proprio, ſed veluti ad petitionem Partis; quia ſimiliter nihil releuaret dicta clauſula; ſed eſt neceſſaria prædicta ſpecialis expreſſio; vt poſt multos à ſe citatos deducit idem Gram. vbi ſupra, nu. 16. 17.

Declaranda eſt hæc ampliatio
23 quoad Papam, † vt procedat quãdo diſponit, ſeu reſcribit ad poſtulationem Partis ſine cognitione, & ſic non informatus; quia tunc per dictam clauſulam derogatoriam, Pro expreſſis: & c. generaliter adhibitam non cenſeretur voluiſſe ſupplere pro his, quæ ſpeciali nota, & expreſſione indigebant; nec eis velle derogare; & ſic tunc non ſaluaretur impetratio per eam clauſulam à ſurreptione: et ſolum operaretur illa clauſula quoad expreſſa in ipſius Papæ conceſſione, ſeu in diſpoſitione ſignaturæ, vt vocant Romani. Hoc enim caſu poteſt præſumi ſurreptio, & quod ad importunam partis poſtulationem conceſſio cum ea clauſula obtenta fuerit: & militant rationes ſupra adductæ, quod ex generali, & implicita narratione facile Princeps potuit circumueniri; & conſequenter habet locum ratio, & diſpoſitio c. in noſtra, præallegati, cum his, quæ ibi not. Abb. in vltimo notab. de reſcrip. Et ita hunc caſum expreſſe firmat Rebuf. in Praxi benefi. Par. 1. tit. de clauſul. Mandat. nu. 19. & Roma. in conſ. 327, iſtę ſunt rationes, nu. 15. ver. aliquando, quem citat Reb. in d. loco vna cum Ang. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, in fi. ff. ſi quis cautio. Deci. in conſ. 165. Viſo. col. pen. & Ay. Crau. conſ. 68. proponitur. col. pen.

Et hoc idem meo iudicio ſentit, & expreſſę firmat Feder. de ſen. in conſ. 138. incipit, Benedictus Epiſcopus, circa medium, ver. ad primum videtur. Vbi expreſſe tenet, quod conceſſio Papæ ad poſtulationem partis, ſeu per modum reſcripti, ſeu per modum iuſtitię, vt ipſe dicit, emanata cũ dicta clauſula pro expreſſis, non operatur vltra expreſſa in ipſa conceſſione; & ſic quoad ea, quę ſpeciali nota, ſeu expreſſione digna erant, & non fuerunt expreſſa.

Et generaliter traditur, † quod 24
clauſulá generalis parum, vel nihil operatur per ſe vbi alias requiritur ſpecialis: hoc dicit idem Feder. de ſen. in conſ. 233. incipit caſus talis eſt, monaſteriis: ſub n. 2 & ad hoc, ait, ſufficit allegare. c. qui ad agendum, cum ſua Glo. de
procu. lib. 6. † Et quod generalis 25
clauſula non ſufficiat ad tollendũ actum certum, & determinatum not. Archi. in c. ei cui, in pri. de præb. & in c. ſi propter tuam, in prin. magnæ Glo. de reſcrip. lib. 6. quem refert Fed. in loco proxime citato.

citato. Et ad idem bene facit
quod dicit idem Fed. in eodem
conſ. 233. verſus fi. ver. Item non
obſt. decretal. videlicet, quod vbi
eſt dubium de mente Principis,
clauſula generalis nihil pollet
quoad ea, quæ ſpeciali derogatio
ne indigent. Item facit. c. 2. de
dolo, & contu. vbi ſpecialis ex-
preſſio requiritur ad tollendum
reſcriptum, vel priuilegium, nec
ſufficit mentio generalis.

Ex præmiſſum hûc caſum, quod
(vbi) Papa reſcribit ad poſtula-
tionē partis, clauſula pro expreſ-
ſis, generaliter poſita non ſuſti-
neat conceſſionem quoad ea, de
quibus ſpecialis, & expreſſa
mentio fieri debebat, nec pro his
ſufficit; & ſubinde non ſaluaret
impetrationem à ſurreptione:
confirmat Feli. in c. nonnulli, præ-
allegato, col. 9. ſub ſecunda decla
ratione: ver. Aut diſponit per
viam reſcripti, de reſcri.

Nec refragantur adducta per
eum paulo ſuperius num. 6. ſub
ſecunda fallentia regulæ per eum
conſtitutæ, num. 2. vbi ex pluribus
quæ adducit videtur velle firma-
re contrarium, maxime poſt me-
dium. d. num. 6. in ver. Addatis
etiam tex. quoniam mox in de-
clarationibus quas ibi ſubijcit in
ver. Hæc & ſimilia, firmius repe-
tit, & explicat quid in hoc arti-
culo ſit tenendum, & concluden-
dum: nempe quod attinet ad ca-
ſum noſtrum, id quod dicit in
allegato ver. Aut diſponit. ſci-
licet quod dicta clauſula, pro ex-
preſſis habentes: & c. ſic genera-
liter poſita non ſufficiat, nec ſup-
pleat in his, quæ ad poſtulationē
partis conceduntur, & ſpecialem
mentionem requirunt, vt in præ-
miſſo caſu. qui eo magis proce-
dere habebit in terminis quæſtio
nis noſtræ, ex quo impetratio ab-
ſolutionis non fit ſine aliquo ſal-
tem præiudicio Partis, ad dicta
ſupra in q. 3. prout hanc præiudi-
cij rationem conſiderauit Fel. cir
ca effectum prædictę clauſulæ in
loco proxime citato, in prin. dictę
ſecundæ declarationis.

† Vbi vero Princeps conceſſio- 26
nem faceret ad Partis poſtulatio-
nem adhibita d. clauſula, pro
expreſſis habentes: & cæt. cum
cognitione, atque ſubinde infor-
matus, prædicta Ampliatio, & di-
cta hactenus in præmiſſa eius de-
claratione non procederent; quia
per dictam clauſulam poteſt ſup-
plere, ſi vult, pro requiſita ſpeci-
fica expreſſione.

Et ſic tunc impetratio ſalua-
retur à ſurreptione per illam
clauſulam: non enim hoc caſu po-
teſt præſumi ſurreptio, ex quo
conſtat, quod Princeps non coa-
ctus, & circunuentus, ſed informa
tus reſcripſit; & ſic ceſſant in hoc
caſu rationes, & præſumptiones,
quæ conſiderabantur in priori ca
ſu, Cum certum ſit, quod Prin-
ceps, nedum hoc potuit, ſed vo-
luit: prout hanc rationem conſi-
derat Fel. ad ſuſtinendam dictam
clauſulam in Papa, in d. c. nonnul-
li, ſub d. num. 6. prope finem, in d.
declaratione, ſecunda in prin. de
reſcrip. † Non eſt enim dubium, 27
quin Princeps ad validitatem
actus à ſe geſti poſſit fingere ex-
preſſum eſſe quod non eſt expreſ-
ſum, ad hoc allegatur l. omnes. C.
de præſcri. 30. anno. vbi Angel. di-
cit illum eſſe tex. meliorem de
corpo-

18 corpore iuris ad hoc,† quod Princeps poteſt velle quod exprimenda habeantur pro expreſſis: quod tradidit Anto. de But. in conſ. 2. ſeu 55. ſecundum aliam impreſſionem, incipit, Viſis litteris legitimat. & illud dictum pro eleganti refert Fel. in d.cap. nonnulli, d. num.6. ver. Addatis primo; et Rebuf. in praxi beneſi. Par.2. tit. de reſcripto, perinde valere: nu. 59. Et pro hoc caſu faciunt ca., quæ adducit Fel. d. num.6. in illa ſecunda fallen. per totam, vſque ad ver. Hæc & ſimilia, quæ in terminis huius caſus procedere intelligemus; prout idem quoque Feli. ſe ea intelligere, iuxta hunc caſum aperte declarat ibi in vltimis verbis ante illud verſ. Hæc & ſimilia, referendo Imol. ibi, ſufficit conſtare de voluntate Principis derogantis alteri diſpoſitioni, licet non fiat mentio indiuidua: ex quibus verbis patet ſe ibi per eum dicta intelligere iuxta hunc caſum, ſcilicet vbi Princeps ad poſtulationem partis cõſcius,& prudens vſus eſt illa clauſula, & conſtat, quod voluit eam ſufficere pro non expreſſis.

Et hanc horum caſuum diſtinctionem, & differentiam quoad effectum, & operationem dictę clauſulę, pro expreſſis habentes, in conceſſione Principis ad poſtulationem partis facta, ſcilicet an dicta clauſula ſine cognitione adhibita ſit; & non operetur: an cum cognitione, & ex certa ſcientia, ac deliberata voluntate; & operetur, iuxta prædicta; expreſſe ſentit Rebuf. ſuperius allegatus in Praxi ben. Par.1. tit. de Clau mand. num.19. Et Roma. in alleg. conſ.327. in quarta ratione, nu. 7. verſi. vel quando confirmando. & Feli. in loco paulo ſuperius citato, & inferius, ſub d ver. Hæc & ſimilia, in declarat. ſecunda. Nã & hi, & omnes alij doctores, dum agunt de prædicta clauſula pro expreſſis habentes: & c. & alijs ſimilibus clauſulis confirmatorijs, vel derogatorijs, an operari habeant effectum ſuum in his, quæ ſpecialem notam, & expreſſionem, ſiue expreſſam, & ſpecialem derogationem requirunt; hoc ſolum in effectu conſiderant, ſcilicet an Princeps ſine cognitione, vel cum cognitione, ac ſciens, & prudens, & cum maturitate talem clauſulam appoſuerit; adeo quod conſtet de deliberata eius voluntate, vt talis clauſula pro ſpeciali expreſſione ſufficiat: iuxta prædicta, vt aperte innuunt Doctores prædicti; & patet ex Federico de ſen. in conſilijs ſuis, quæ præbuit ſuper huiuſmodi materia, ad quem pro ea omnes recurrunt: & præſertim in conſ.47. incipit, Habita ſuper caſu. vbi tenet in illo caſu,† non ob aliam 19
rationem per clauſulas ſecundi teſtamenti non eſſe reuocatum primum teſtamentũ habens clauſulas derogatorias ſpeciales poſterioris alterius teſtamenti, ſeu voluntatis, quæ ſpecialem mentionem, ſiue derogationem requirebant; niſi quia non conſtabat in poſteriori teſtamento teſtatorem prioris voluntatis pœnituiſſe; nempe ex eo, quia non erat ſufficiẽs expreſſio in clauſulis ſecundi teſtamenti, quæ talem eius voluntatem oſtenderit: vt ipſe Feder. deducit in toto illo conſ. idip-

Digitized by Google

idipſum concludens in conceſſione Pontificis. Et in conſ. 233. præallegato, incipit, caſus talis eſt, monaſterijs. vbi ſimiliter totam vim facit in eo, ſcilicet an Princeps conſcius tali clauſula vſus fuerit; adeo quod intellexerit ſe velle eam operari in non expreſſis; & quæ ſpecialem notam, & expreſſionem requirebant, vt id patet in illo conſ. præſertim verſus finem in ver. Item non obſtat decretalis. & illud eſt plenum conſilium in hac materia. Et pondera queſo diligenter hanc mentem Federici iuxta dictam diſtinctionem in iſtis ſuis conſilijs; quia omnes ad ea recurrunt in hoc articulo: & viſa ſunt quibuſdam inter ſe diſcordantia, vt videre eſt ex Feli. in c. accedentes. col. 3. de præſcri. & Rom. in d. conſ. 327. ſed non eſt verum: quia immo Fed. in omnibus idem ſentit: ſi bene perſpicis eius mentē iuxta prædicta: & patet etiam ex alijs dictis paulo inf. ſub quarto modo, ver. Hic autem mod. Et pro prædicta diſtinctione, ac differentia inter confirmationem, ſiue derogationem factam cum cauſę cognitione, vel ſine, vide Glo. bonam, & pulchram in cap. 1. ver. exorta. de confir.

Difficultas ſolum eſt in eo, ſcilicet An & quando Princeps cum cognitione; & ſic conſcius, & prudens cenſeatur vſus eſſe tali, vel ſimili clauſula; adeo vt conſpicuum ſit eum voluiſſe eam extendi ad ea, quę ſpecialem, & expreſſam mentionem requirebant, & non fuerunt expreſſa.

30 † Hanc autem rem explicat egregie Roma. in ſępealleg. conſ. 327. iſtæ ſunt rationes, in quarta ratione, num. 7. vbi inter plures modos, quos recenſet ad hanc notitiam aſſequendam, eſt ille, videlicet quando Princeps apponens talem clauſulam confirmādo, vel derogando, dicit ſe id feciſſe cum cauſæ cognitione: ad hoc allegat Gloſ. paulo ſuperius allegatam, in cap. 1. ver. exorta, de confirm. vti. † Tunc enim prædicta clau- 31
ſula, pro expreſſis habentes: & c. etiam ſic ſimpliciter poſita ſufficeret pro ſpeciali, & expreſſa mētione; & ſic ſuſtineret impetrationem, non obſtantibus non expreſſis; quia ibi non præſumitur ſurreptio, ex quo Princeps cum cognitione proceſſit; ſed ſumus certi quod nedum potuit, ſed voluit; quia à ſe fuit motus, & cum maturitate, & ex certa ſcientia.

Secundus modus affinis priori eſt, vbi Princeps in ſuo reſcripto exprimeret ſe ex certa ſcientia eo modo reſcripſiſſe, quem ſimiliter ponit Rom. vbi ſupra ex Glo. in clem. & ſi principalis, in glo. fi. de reſcri. & glo. in c. ſtatutum, in ver. litterarum, dicto tit. de reſcri. lib. 6. & per tex. in l. idem Vlpianus. §. fi. ff. de excuſ. tuto. ſequitur Deci. in cap. porrecta: num. 15. ver. Quarto quando: de confir. vti. Neque contra hanc principis aſſertionem audiretur Pars aduerſa volens probare contrarium; quia eſſet velle redarguere illum de mendacio, vt dicit Reb. in praxi bene. præalleg. par. 1. de clau. mandat. numero 23.

Item & tertio cum apponit in ſuo reſcripto verba, ſeu tenorem priuilegij, ſiue inſtrumenti cui

vult

vult derogare, vel quod vult confirmare: cap. pen. de confir. vti. & per illum tex. tradit Rom. vbi ſupra. ex quo enim inſeruit tenorem inſtrumenti in ſuo reſcripto, conſtat quod cum cognitione, & ex certa ſcientia conceſſionem fecit, vt not. Glo. in d.c. pen. ver. inſertus, & ibi Deci. num. 1. & 12.

Quarto cum cognitione Princeps conceſſionem feciſſe cenſeretur, licet id non expreſſerit, ſi tamen ex narratis, ſeu ex verbis ſuæ conceſſionis, vel reſcripti poſſet apparere de eius cognitione atque ſcientia. Id notat Abb. in c. ad hæc, quaſi in fine, de reſcri. ex Inno. in c. ſtatutum, eo. tit. lib. 6. quod Abb. ibidem commendat pro notabili dicto. & illud ſentit Roma. in loco ſuperius citato, ex Glo. quam citat in cap. paſtoralis. §. præterea, ver. ex certa ſcientia: de offic. deleg. ſequitur Deci. in cap. porrecta, præallegato, num. 15. ver. Quinto etiam, de confir. vtili, alios etiam allegans.

Hic autem modus præcipue lo
32 cum & effectum habere poſſet in practica de facili † ob clauſulas appoſitas in ipſo reſcripto, ſeu conceſſione Principis, ſi eſſent tales, quæ eſſent ſufficientes exprimere mentem, & voluntatē Principis, quod voluerit extendere conceſſionem ſuam, eamque locū habere debere etiam in his, quæ ſpecialem, & expreſſam mentionem requirebant, etſi non fuerunt expreſſa, etiam quod ipſę clauſulæ illa in indiuiduo, & nominatim non exprimerent, ſed eſſent Generales, ſed tamen alioqui ſufficientes; puta ob illarum prægnationem, & amplitudinem: prout hoc expreſſe ſentit Feder. de ſen. in præallegatis conſilijs, ſcilicet. conſ. 47. Habita ſuper caſu: & conſ. 233. caſus talis eſt: monaſterijs, in pluribus locis illorum: vt patet in d. conſ. 47. ſub num. 1. ver. Et hoc intelligo, ex Paulo de Leaz. in Clem. 2. in fi. de ſepul. & maxime ibi in ver. in iſto caſu. Et inferius, ſub num. 2. ver. immo dicimus. per c. quia ſæpe: de elect. & c. vt officium. de hæret. lib. 6. & c. 1. de ſen. exco. eo. lib. 6. & clem. 1. & 2. in fi. de ſepul. Et in d. conſ. 233. num. 6. in fi. ver. Et quod tales generales. poſt Io. And. & Dyn. vt per eum allegatos: Et inferius ſub num. 7. ſemet ipſum clarius explicans, in ver. ſi vellemus tenere: vbi exemplificat per extrauagant. Bonif. 8. incipit rem non nouam, in fine: de dolo & contu. inter commu.

Et ibidem paulo inferius, in ver. nam fateor, quod per verba generalia: Et hæc eſt Mens Federici in illis ſuis conſilijs, & hic verus eorum intellectus, ſecundū quem nulla in eis reperitur diſcordantia, vt notaui paulo ſuperius: adeo quod non ſit opus, quærere alium modum, ſeu aliam diſtinctionem pro illorum concordia, vt quidam facere conati ſunt: incidentes in ſcyllam, dum cupiunt euitare Charybdim.

Et hæc concluſio, iuxta hunc quartum modum firmata, quod ſcilicet ex ipſis clauſulis reſcripti etiam generalibus, ſed tamen alioqui ſufficientibus, mens, & voluntas reſcribentis patefieri valeat ad excludendam ſurreptionē

à con-

à conceſſione, etiam quod in eis mentio indiuidua non fiat eorum quæ nominatim erant exprimenda; probatur vlterius ea ratione;
33 nempe † quia in hoc ſolum voluntas reſcribentis attenditur, c. dilecto, cum ibi notat. de ver. ſigni. & per illum tex. not. Inno. in c. cum eccleſiaſticæ, num. 2. de excep. melior tex. in l. omnes, circa prin. & ibi not. C. de præſcript. trig. vel 40. ann. † & in ta-
34 li voluntate declaranda non eſt data forma: ergo ſufficit quocunque modo colligatur. l. certũ: ff. ſi cert. pet. notatur in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſ. & ita hanc rationem adducit Deci. in cap. porrecta, num. 35. ver. Et iſta concluſio; de cõfirm. vtili. Et corroboratur hæc eadem concluſio ſecundum Deci. ibi per ſimile, quod videmus in
35 teſtatore, † cuius voluntas etiam ex coniecturis inſpicitur. l. licet imperator, vbi Bar. ff. de leg. 1. l. cum auus. ff. de condi. & dem. cum ſimil. vt per Deci. ibidem.
36 † Pro notitia autem talium clauſularum derogatoriarum, ſiue etiam confirmatoriarum prioris diſpoſitionis, ſeu voluntatis, habentis clauſulas ſpeciales derogatorias poſterioris, quales eſſe debeant, & ſufficiant, ſiue in teſtatore, ſiue in Principis conceſſione, ſiue in quacunque diſpoſitione cuiuslibet; videndus eſt omnino Paul. de Caſt. conſ. 206. in facto præſenti: limit. 1. quod plenius repetit in conſ. 285. ead. par. 1.

Et hanc ſententiam, quod ipſa prægnatio, & amplitudo clauſularum ſufficiens eſſe poſſit ad indicandam voluntatem Principis, vt ex eis ſuppleri habeat pro indiuidua, & expreſſa mentione omnium in inſtrumento, ſiue inſtrumentis contentorum, perinde ac ſi nominatim, & ſpecialiter ea expreſſa fuiſſent Pontifici; in terminis iſtis abſolutionis à iuramento confirmat, & amplectitur Tho. Gram. in ſæpeallegata Deciſ. 66. num. 34. in fine, & in ſequenti ex Fed. de ſen. in alleg. conſ. 47. habita ſuper caſu. Et ex multis alijs, quos allegat. Et ibi ponit exemplum talium clauſularum: Idem repetit inferius in eadem Deci. num. 60. ex eiſdem ſuperius citatis, & alijs additis. Quod nõ tantum intelligendum eſt verũ eſſe quoad alia, de quibus præter iuramentum facienda eſt mentio in impetratione abſolutionis iuramenti, iuxta dicta ſup. in 3. ampl. verum etiam in iuramento vel iuramentis; quia, & ſi iuramentum requirit ſpecificam expreſſionem, quæ non ſuppletur per clauſulas quaſcunque, per dicta in quinta ampl. † tamen non 37
ſic in tali conceſſione principis: vt ibi notaui.

Et multo magis ſuſtineretur conceſſio facta à Papa cum ipſis clauſulis, ſi inſimul præmiſſa, vel ſuperaddita eſſet clauſula, Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſcunque in contrarium, & c. per ea quæ tradit Gram. in eadem Deciſ. 66. nu. 37. 61. de qua late Abb. & Fel. in c. nonnulli: de reſcri. Et ita in ſpecie ſentit Pau. de Caſtr. in conſ. 285. In facto præſenti, col. 3. in fi. & in princ. ſeq. vbi dicit ita eſſe in vſu.

† Et ſufficit ſecundum eum ta- 38
lis

Digitized by Google

ſis clauſ. videlicet non obſtantibus quibuſcunque, & c,quorum tenores pro expreſſis,& c. etiam ſi de verbo ad verbum eorũ fienda eſſet mentio ſpecialis: vt etiã per Gram. in loco citato.

Et ex iſtis quatuor modis hactenus in præmiſſa declaratione adductis,quibus dictum eſt apparere poſſe de cognitione, ac voluntate Principis circa ſuam conceſſionem quoad effectum d.clau. pro expreſſis habentes: & c. habes quatuor limitationes ad prædictam ſextam ampliationẽ, quæ habet d. clauſulam pro expreſſis habentes; & c.non ſaluare impetrationem à ſurreptione.

Quæ ampliatio vlterius,& quinto limitanda eſt non procedere
39 † vbi per teſtes, vel alias probaretur de cognitione habita ab ipſo Principe, atque de eius voluntate,quod voluerit eam ſolam clauſulam pro expreſſis habẽtes: & c. vel ſimilem etiam ſimpliciter, & indeterminate poſitam ſufficere, ac ſupplere pro ſpeciali,& expreſſa mentione exprimẽdorum: Roman. in ſæpe citato conſ.327. iſtæ ſunt rationes, nu. 8. allegat Deciſ. Rot. Rom. 226. ſecundum ordinem ſuum, vt ipſe dicit: quam Mandoſ. ibi in addi. ad eum dicit eſſe alias 332. incipit licet Romana,in nouis. Item allegat Oldr. quem dicit hãc rem plenius omni alio declarare in conſ.287. & conſ.293. alias ſecundum Mandoſ. ibi ſunt 295. orta materia: & conſ. 325. Thema quæſtionis. Ad idem allegat Bal. in l. imperatores. C.ſent. reſcin. non poſ. & notata in l. quidam conſulebat: ff. de re iudi. & alios ad idem allegat ibi Mand.in add. litt. H.

Sexto limitanda eſt eadem ſexta ampliatio, vt non procedat vbi Princeps aſſereret ſe motu proprio conceſſionem feciſſe;
† quia tunc videtur, quod ſuffi- 40
ciat implicita mentio facta vigore dictæ clauſulæ pro expreſſis: & c. generaliter, & ſimpliciter poſitæ, ſecundum Roma. in d.conſ. 327.num.8. quaſi in fi. ver. ſecundo reſpondeo,& ita. & Feli. poſt eum, in prealleg. c. nonnulli,nu. 4. in 4. ampliatione, in fine de reſcri.

Et nihil obſtaret petitio Partis, quæ præceſſerit; † quia ni- 41
hilominus abſolutio diceretur data motu proprio; & ſic nihil releuaret probare de petitione
Partis facta. † Immo non admit- 42
teretur quis volens probare Papam ad Partis poſtulationem cõceſſiſſe; quia hoc eſſet redarguere Papam mendacij. Etiam probatio non afferret quicquã emolumenti; quia poteſt eſſe Partis petitio,& tamen Papa motu proprio conceſſit, non habita ratione petitionis; quia non fuit motus ſola petitione,ſed magis motu proprio, & vltronee, ac propria liberalitate: vt declarat Rebuf.in praxi beneſi.prealleg.Par, 1. de clauſul. Mandator.num.21. & ſequen. ex Bal. in c. niſi. col. pen. de offic.del.& Deci.conſ.51.

Et hanc ſolam diſtinctionem, & differentiam ſimpliciter faciebat Rom. vbi ſupra citatus quoad effectum prędictę clauſulę pro expreſſis habentes: & c. in conceſſione Principis, videlicet quod aut ſit motu proprio, & tunc de

Gg clau-

clauſula, et ſimpliciter, & generaliter poſita ſuppleat pro ſpeciali, & expreſſa mentione exprimendorum: idque propter vim, & virtutem motus proprij, qui multum pollet, & operatur in conceſſionibus Principis, ſecundum eum, et ibi recenſet multos eius effectus. Aut conceſſio fit ad poſtulationem Partis; & tunc d. clauſula ſimpliciter poſita non ſufficit pro expreſſione, ſeu mentione ſpeciali; & pront latius per ipſum Rom. in d. conſ. 327. num. 8. quaſi in fi. cum ſequen. vſque ad ver. ſecundo dicebatur.

Et hanc eſſe diſtinctionem cõmunem teſtatur Mando. ibi in addi. ad illum, in ver. prioribus, quam dicit tenere multos quos ibi congerit.

Verum conſpicuum factum eſt ex prædictis eam diſtinctionem ſic ſimpliter ſtare non poſſe. Nam quantum ad illud membrum de conceſſione facta ad poſtulationem Partis, iam ſupra in declaratione circa illud idem membrum adhibita ad prædictam ſextam ampliationem cum quinque illis limitationibus in ea conſtitutis, abunde oſtenſum eſt dictam diſtinctionem ita ſimpliciter poſitam non ſubſiſtere, ſed egere declaratione, ac ſuppletione iuxta iam dicta in ipſa declaratione cum dictis ſuis quinque limitationibus.

Sed quantum ad alterum eiuſdem diſtinctionis membrũ, quod continet conceſſionem motu proprio factam, quamuis Fel. in cap. nonnulli, præalleg. col. 9. in ſecunda declarat. ver. aut diſponit, ſentire videatur non eſſe differentiã vbi Princeps diſponit per viam reſcripti, ſiue id faciat ad poſtulationem Partis, ſiue motu proprio, vt indiſtincte illa clauſula pro expreſſis: & c. ſiue quod obſtantia pro expreſſis habeantur, non ſufficeret; quia dicit quomodocunque reſcribat: & ſic ſecundum eum etiam hoc membrum de conceſſione facta motu proprio videretur ſupplendum eſſe vt alterum de conceſſione facta ad poſtulationem partis, iuxta iam dicta in prædicta eius declaratione cum dictis illis quinque limitationibus: tamen verius videtur, quod dicta diſtinctio bene tranſeat ſimpliciter quantum ad illud membrum circa conceſſionem factam motu proprio, iuxta prædictam ſextam limitationem, per rationem à Romano adductã: † quia motus proprius Principis extinguit ſurreptionem: c. 43
ſi motu proprio: de præb. in 6. vbi notat Ioan. Andr. quod motus proprius, ſicut purgat vitium taciturnitatis aliorum beneficiorum, ita omnem aliam taciturnitatem, quæ alias vitiaret: ad idẽ Clem. ſi Romani, de præben. & refert & ſequitur Deci. in c. ad aures, num. 30. de reſcrip. vbi ad idem alios multos congerit: & ſubdit, † motum proprium hunc 44
effectum, ſcilicet vt tollat vitium ſurreptionis, operari etiam contra veriſimilem voluntatem concedentis: per d. cap. ſi motu proprio: & vt latius per eum. † Et 45
de vi & efficacia huius clauſulæ motu proprio, abunde ſcribit Rebuf. ſuper concorda. in for. Manda. in ver. motu proprio. vbi ponit 47. illius effectus.

Septimo limitanda eſt eadem prædicta ampliatio, vt indiſtinctè
46 non procedat, † ſi ſtylus Romanæ Curiæ haberet, vt mentio implicita facta per illam clauſulam pro expreſſis habentes: & c. indeterminatè, & ſimpliciter poſita, haberet operari ad tollendum ſurreptionem in omni caſu; quia ex huiuſmodi ſtylo ſuſtineretur impetratio per illam ſolam clauſulam: vt conſuluit Butr. in conſ. 2. incipit viſis litteris, alias eſt conſ. 55. ſecundum aliam impreſſionem: & teſtatur de huiuſmodi ſtylo Rom. Curiæ ſuo tempore: prout illum refert Feli. in c. nonnulli, præalleg. col. 5. ſub ampliat. 2. in fine; & inferius ſub ſecunda fallen. ver. addatis primo, & inferius ſub declarat. 2. Idem Fel. in c. accedentes, col. 3. num. 5. ver. ſecundus caſus: de præſcriptio.

An autem huiuſmodi ſtylus vigeat hodie in Romana Curia; non eſt præſentis indagationis: viderint pro nunc Romani Dicanici.

Declaranda eſt eadem prædicta Concluſio ſupra in præſenti
47 ſexta quæſtione firmata, † vt quãuis requiratur ſpecialis, & expreſſa mentio omnium, & ſingulorum iuramentorum per illam rationẽ, quia quot ſunt iuraméta, tot ſunt neceſſariæ abſolutiones. Immo vult Bal. quod ex fine vnius relaxationis, alterius petitionis origo proficiſci debeat; & niſi hoc ordine petantur, ſtandum ſit iuramento, vt per eum in repeti. l. 2. alias alleg. ſub prima quæſt. ff. de iureiur. quem Feli. refert in c. debitores, in 3. q. extra eo. ti. Et Gram. in alleg. Deciſ. 66. nu. 12. tamen vnica petitione atque vnica item abſolutione complecti poſſunt. Vide infra in Parte 4. in caſu 2. in fine. ver. Illud in dubium.

† Et ex prædictis clare infertur 48
ad nullitatem quamplurium ſimilium abſolutionum, quæ paſſim conceduntur vigore precum quibus petitur abſolutio; videlicet quia dicitur à prædicto iuramento, & iuramentis, & c. vel ſimili modo: nam patet ex prædictis huiuſmodi abſolutiones non ſubſiſtere. Sed hodie Iudices eccleſiaſtici nimis ſunt proni in illis dandis, & ſi ſaperet is, contra quem petuntur, eas abſque vllo negocio ſubuerteret.

† Sed quid ſi eſt vnicum iura- 49
mentum, quod tamen cenſetur appoſitum ſuper pluribus Capitulis diſtinctim, & ſpecialiter. Vt puta quia in contractu continentur plura pacta, vel minor aſſeruit in inſtrumento contractus ſe eſſe maiorem abſque iuramento ſpeciali; ſed in fine inſtrumenti apponitur clauſula. iurantes ſupradicta omnia eſſe vera illaque obſeruare; & c. prout mos notariorum eſt ſemper illam apponere. † nam virtus iſtius clauſulæ 50
eſt, vt referatur ad omnia in inſtrumento contenta, perinde ac ſi in quolibet pacto, & Capitulo eſſet iuratum ſpecialiter: Pariſ. conſ. 97. vol. 1. Anch. conſ. 226. & per Dominum Marcheſanum in Com. 1. alias alleg. c. 4. nu. 40. quod verum eſt etiam in materia reſtringibili, iuxta tamen Theoricam, & declarationem Bar. in l. ſi cui. §. ſi à filio: ff. de leg. 1. & l. ſi quis ſeruum. §. fi. num. 5. ff. de l. 2. Nũquid ſat erit abſolutio, ſeu

relaxatio petita, & obtenta ſimpliciter à iuramento ſuper illo contractu interpoſito, etiam ſi de omnibus illis capitulis, vel quod minor aſſeruit ſe maiorem, mentio ſpecialiter facta non fuerit, Vel mentio facienda ſit de præmiſſis omnibus, vt impetratio à ſurreptione defendatur? Idem Mar. in d. loco id expreſſe non affirmat: tamen inquit, pro abundantiori cautela in commiſſione obtinenda, ſeu in precibus mentio de ijs facienda eſſet.

Sed videtur defendi poſſe impetratio relaxationis, etiam ſine prædicta cautela obtenta, ex his, quæ dixi ſupra hac eadē Par. q. 4. in 2. oppo. ver. Secundo opponitur, ſub nu. 26. ex Abb. in c. clericus: de iureiu. nempe de iuramento, quod eſt ſtricti iuris, & odioſũ eſt illud extendere; & ideo de facili id fieri non debet: idque eo magis obſeruandum eſſe videtur in caſu præſenti, ex quo ſumus in pœnalibus, & odioſis; nempe in quo agitur de euitando pœnam ſurreptionis, & inualiditatis impetrationis. vnde non videtur d. iuramentum interpretandum eſſe pro pluribus, ſed pro vno tantũ, vt ſic vnica ſufficiat petitio, & relaxatio, vt ea ſuſtineri habeat: ad hoc reg. pœnas reſtringi, fauores conuenit ampliari: vt in reg. odia: de reg. iu. in 6. & debeat fieri interpretatio pro actus validitate, iuxta iura vulgata. † Et nominatim fauendum eſſe abſolutioni conſulit Neuiz. conſ. 22. 51

† Et quantum ad prædictum iuramentum, quo partes iurant omnia in inſtrumento contenta vera eſſe, & obſeruare: &c. quod proxime dixi ſolere Notarios quotidie apponere in inſtrumentis, vt etiam refert Iaſ. in l. nemo poteſt, in prima lectura n. 46. ff. de leg. 1. Nũquid peti poſſit abſolutio ab huiuſmodi iuramento ob prætenſam ſimulationem contractus; ac ſubinde eiuſdem iuramenti veluti ea peti, & obtineri poteſt à iuramento ſuper obſeruantia cõtractus; cum de huiuſmodi iuramenti abſolutione dubitari contingat; ex eo quia allegando ſimulationem, detegit ſe periurum, & ſubinde turpitudinem ſuam. 52

Et pariter etiam † de eo iuramento, quo iurauit quis non petere abſolutionem à iuramento præſtito pro obſeruantia contractus: de quo ſupra in principio prædictæ tertiæ huius declarationis: Nunquid peti poſſit abſolutio ab huiuſmodi iuramento, vel item an ea neceſſaria ſit; dicetur in 4. Par. in qua agendum eſt, quando abſolutio danda ſit, vel non: ſiue quando non ſit neceſſaria, in caſu primo, & ſecundo. 53

QVAE-

QVAESTIO VII.

Vtrum abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi æqualem vim habeat in minoribus, atque in maioribus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi æqualem vim habet in minoribus atque in maioribus.*

2 *Reſtituitur nemo aduerſus proprium Iuramentum.*

3 *Abſolutio iuramenti ad effectũ agendi, vel excipiendi non præbet minori reſtitutionem aduerſus contractum, ſed aperit ei viam, præbetque habilitatem ad ipſam reſtitutionem officio Iudicis petendam.*

4 *Abſolutio iuramenti præparatoria, ſeu ad effectum: & c. ſub qua forma minori ſit concedenda: ſeu qualiter ſignatura ſit concipienda.*

5 *Reſtitutio in integrum non eſt concedenda, niſi liquido conſtet de cauſa.*

6 *Minor petens ſe reſtitui propter appellationem omiſſam, quid probare habeat.*

7 *Minor aduerſus contractum iuratum iuxta materiam, & terminos auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. ex qua cauſa reſtitutionem petere poſſit.*

QVAERO ſeptimo circa naturam & effectum abſolutionis ad effectum agendi, vel excipiendi, de qua ſupra in prima par. q. 1. dict ũ eſt per eam ſolum habilitari perſonam iurantis, vt ſine metu periurij ius ſuum deducere poſſit agendo vel excipiendo contra iuratum contractum ad illum retractandum: ſi eam dari contingat minori, nunquid illa pinguiorem in eo effectum operetur; vt nedum intrepide ſine metu periurij agere, vel excipere valeat ad finem reſcindendi contractum, ſed etiã immediate ex ipſa relaxatione iuramenti reſtitutus eſſe cenſeatur aduerſus ipſum contractum. Et negatiue concludendum eſt, † videlicet æqualem vim eam habere in minoribus atque in maioribus, & æquo iure in vtriſque cenſeri. Id enim tantum minoribus ex hac abſolutione conceditur, quod per eam maiores conſequuntur: ſicut enim maioribus conceſſa non ſtatim impedire habet vim iuramenti, quæ contractui acceſſit, ſed plenarie diſcu- 1

tiendum

tiendum eſt de viribus, & validitate, ſeu inualiditate obligationis, iuxta alias dicta, ita ſit in conceſſa minoribus: ideoque ſi minor, qui iurauit ſuper contractu iuxta auth. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vendi. & ex eo quia reperitur læſus velit reſtitui aduerſus contractum iuramento ipſo ex deciſione prædictæ auth. ſacramenta, roboratum, & petat relaxationem à iuramento, quæ ſcilicet ſibi ad hoc neceſſaria eſt,
2 † cum aduerſus iuramentum non reſtituatur, iuxta ea quæ dixi ſupra in prima parte, in 5. quæſt. de reſtitutione in integrum, vſq.
3 ad ver. Et non ſolum † ex hac iuramenti relaxatione ipſe minor non conſequitur ſtatim reſtitutionem aduerſus obligationem, ſed tantum aperitur ſibi via ad implorandū officium iudicis abſque periurij reatu ſuper reſtitutione, prout in maiore contigiſſet. non enim per hoc, quod ſit conceſſa minori huiuſmodi iuramenti abſolutio, ſtatim cenſetur impedita iuramenti vis, quæ contractui acceſſit ex deciſione d. auth. ſacramenta puberum: ſed nihilominus erit tractandum in ea lite, ſit ne concedenda reſtitutio minori, qui læſionem grauiſſimam dolumque re ipſa contingentem allegat. Et ideo Ioann. Staſil. in tract. de lit. Iuſti. in rub. ſignatura iuſti. ad quid: &
4 c. ſub. num. 8. † ponens formam ſecundum quam fieri debet ſignatura ſuper huiuſmodi abſolutione à minore petita, dicit, quod ſignatura concipi debet talibus verbis, videlicet, quod abſque metu periurij aperiatur ei via ad implorandum officium Iudicis ſuper reſtitutione quatenus de iure ſit ei concedenda.

Quamobrem erit poſtmodum prius liquidanda cauſa ob quam reſtitutio petita venit concedenda. † non enim danda eſt niſi li- 5
quido conſtet de cauſa: Cle. cum ei quem: de præben. l. hæc autē §. 1. ibi liquere conſtareque: ff. quib. ex ca. in poſ. ea. & l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. conſulit Paul. de Caſtro egregie differens de hac re, in conſ. 196. lib. 2. vbi refert Bar. in d. §. ſi minor, notabiliter dicentem, † quod 6
quando minor petit ſe reſtitui aduerſus appellationem omiſſam, non ſufficit ad probandum læſionem, quod tempus appellandi tranſiuerit, & quod non appellauerit; quia poteſt eſſe quod non intererat ſua appellare, forte quia fouebat iniuſtam cauſam: debet ergo fidem facere, quod fouebat iuſtam cauſam, & quod ſi appellaſſet, veriſimiliter per conſequēs obtinuiſſet: quo facto & non antea debet reſtitui ad appellandū: & appellatione poſtea interpoſita, debebit iterum probare de iuſtitia cauſæ; quia primæ probationes non ſufficerent ad obtinendum in negocio principali, cum ad hoc factæ non fuerint, ſed ſolū ſuper articulo reſtitutionis: cap. veniens, extra de teſti. & per Caſtren. in dicto loco.

Quæ tamen liquidatio fiet poſtmodum in ipſo iudicio reſtitutionis, vt eſt dictum, poſt iuramēti abſolutionem obtentam, adhibitis plenis probationibus. Nam quod attinet ad ipſam iuramenti relaxationem eiuſdem reſtitutio-

nis præparatoriam obtinendam ſufficit minor probatio eademq. ſummaria, ad dicta ſupra hac par. q. 5.

7 † Iuſta autem cauſa concedendi reſtitutionem in integrum in materia d. auth. ſacramenta puberum, & de qua loquimur eſt, ſi vt eſt dictum, de grauiſſima læſione, ſeu dolo re ipſa, deque euidenti iniquitate cōtractus arguatur. nam eo caſu, vt Staſil. in loco citato obſeruauit, iuramentum eſſet iniquitatis vinculum, & per conſequens non ſeruandum: c. ſi vero. c. quanto de iureiuran.

Et ideo de facili relaxatur, cū contra iniquitatem Iudex debeat occurrere. Et ita in terminis d. auth. ſacramenta puberum, dicit expreſſe conſuluiſſe Pet. de Anch. conſ. 83. viſis diligenter. & conſ. 180. viſa diligenter.

De qua re, videlicet qualis eſſe debeat læſio, vt relaxatio, & reſtitutio prædictæ minori concedi valeant, dicetur quoque infra in Parte quarta, in caſu octauo. qui hac de re peculiariter conſtituendus eſt.

Et de huiuſmodi practica in hoc caſu obſeruanda in reſtitutione minori concedenda, videlicet vt non niſi præuia relaxatione à iuramento reſtitutio ipſa eidem concedatur, notatum eſt ſupra in Par. prima in præallegata quæſt. quinta. vbi ampliatur etiā quod interuenerit vis, vel metus, ex Bald. in cap. 2. num. 4. de iureiurando.

Porro quod attinet ad ipſam iuramenti relaxationem, obſeruandum eſt eam neceſſariam eſſe in ſpecie hac, de qua loquimur ex eo, quod conſenſus præſtitus eſt à minore huiuſmodi contractui, & iuramento: arg. c. 1. c. debitores. c. ſi vero, de iureiur. tam etſi neceſſaria non eſſet talis abſolutio vbi dolus ex propoſito contractui acceſſiſſet, cum is conſenſum iurantis omnino impediret: quod obſeruauit Couar. varia. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 6. prope fin. poſt Abb. in cap. cum contingat, de iureiu. De qua re infra in Par. 4. in caſu quinto, de dolo ex propoſito peculiariter agetur.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum abſolutio a iuramento ad effectum excipiendi peræque atque ad effectum agendi concēdatur.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento præparatoria æque datur ad effectum excipiendi atque ad effectum*

ſeſſum agendi iure communi attento.

2 *Exceptiones à iure ſunt inuentæ ſicuti actiones.*

3 *Rei conditio non debet eſſe deterior quam Actoris.*

4 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi quando proprie dicatur: & nu. 13. 15.*

5 *Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum.*

6 *Abſolutio à iuramento ad effectum excipiendi quando proprie dicatur: & num. 7. 14.*

7 8 *Exceptio Senatuſconſulti Macedoniani competens filioſfam. aduerſus mutuum à ſe acceptum excluditur à iuramento, vt non poſſit opponi, ſed efficaciter filiusfam. tenetur ex mutuo.*

3

9 *Exceptio Senatuſconſ. Velleiani competens mulieribus aduerſus fideiuſſionem à ſe præſtitam excluditur vigore iuramenti interpoſiti; ita, vt mulieres efficaciter ex fideiuſſione obligentur.*

10 *Reo competere poteſt tam abſolutio ad effectum agendi, quam ad effectum excipiendi: & nu. 12.*

11 *Obligari diuerſimode quis poteſt ex iuramento.*

4 QVAERO octauo pro clariori notitia terminorũ præſertim pro tyronibus, & in dubium reuoco, An ſicut in confeſſo, & in omnium ore eſt, relaxationem ſeu abſolutionem iuramenti ad effectum agendi concedi, pariter etiam ad effectum excipiendi ea concedatur. Hæc quæſtio ſi intelligitur iuxta terminos iuris communis, modicam habebit dubitationem;
† quia non videtur extare vlla 1
diſcriminis ratio, quare fieri non debeat relaxatio, ſeu abſolutio iuramenti ad effectum excipiendi
ſicut fit ad effectum agendi. † Ex- 2
ceptiones namque de iure ſunt inuentæ, & vtroque iure admittuntur, vt patet in titulis. ff. & C. & Inſti. de except. & in decretalibus eodem tit. Iuris enim rationi congruebat, vt ſicuti actoribus pro iure ſuo perſequendo remedio actionũ prouiſum erat, toto tit. C. ff. & inſt. de actio. ita Reis exceptionum remedio ad ſe contra actorum iniuriam iniquã ve pulſationem defendendos ſuccurreretur: Inſti. d. tit. de except. in principio. Ideoque ſi conceditur relaxatio actori ad agendum deneganda non eſt reo ad exci-
piendum; † præſertim quia iuris 3
ratio non patitur, vt rei conditio deterior ſit quam actoris, vt in Specul. tit. de poſitio. §. 10. ſequitur. col. 2. ver. ſed pone. Quamobrem ſicuti iuri conſonum eſt habilitari admittique actorem, cum ſcilicet, qui vult agere pro reſciſſione contractus, vel actus quem obſeruare eique non contrauenire iureiurando promiſerat; iuſtis ſcilicet cauſis à ſe propoſitis, & allegatis, ex quibus ſi vere eſſent iuramentum non eſſet obſeruandum; vtputa quia dolum vim, vel metum quibus inductus fuit, vel ſimulationem, vel læſionem

nem,vel aliud tale vult detegere
vt iuramento non obſtante poſſit
contra iuratam obligationem
opponere,& de ipſis cauſis doce-
4 re.† Exemplum in creditore,qui
fecit pactum de non petendo cum
iuramento , & vult nihilominus
perſequi quod ſibi debebatur ;
quia dicit aliqua ex dictis cauſis,
puta dolo,vel metu inductus ſe
illo pacto obligaſſe . Vel in ven-
ditore,qui vult retractare vendi-
tionem iuratam ex cauſis prædi-
ctis . Vel in eo qui contra com-
promiſſum iuratum vult agere
pro retractatione laudi , in quo
dicit ſe læſum. Vel in eo qui age-
re vult ad conſequendum aliquod
quod vigore iuramenti dederat
ei,cum quo contraxit, & non re-
petere iurauit . Et nominatim
etiam in caſu quotidiano exem-
plificari poteſt in filiafam. quæ
vult agere ad bona paterna con-
tra renunciationem iuratam à ſe
factam, iuxta caſum. c. quamuis,
de pact. in 6. vel in caſu etiam
c. cum contingat : de iureiur. &
c. licet,eo. in 6. Neque enim re-
luctare debet iuramentum , quo
minus quis agere valeat , ex quo
inique illo ſe obſtringi aſſerit, ſed
eſt eius relaxatio indulgenda ;
5 † quia iuramentum non debet
eſſe iniquitatis vinculum. c.quan
to.ver.ſi falſam, de iureiur. c. in-
ter cetera.22.q.4. Pari ratione
6 † vbi reus aduerſus alterius im-
petitionem exceptionis ſuffragio
tueri ſe vult; vt quia debitor eſt
alicuius rei quam dare, vel face-
re iureiurando promiſit, & per do
lum, puta,vel metum, vel in ma-
teria illicita , puta de vſuris ſol-
uendis ſe iuramento obligaſſe aſ-
ſeuerat; æquum, & iuſtum eſt eum
aduerſus iniquam actoris pulſa-
tionem ſuis exceptionibus ſe poſ-
ſe tueri : Inſti. de excep. in prin.
Et ſic relaxatio iuramenti ad ef-
fectum excipiendi ſibi non eſt de-
neganda , ne alioqui ſine ea con-
tra proprium iuramentum pro-
pria auctoritate veniendo exci-
piendoque , ab actore iuriſiuran-
di exceptione , ſeu replicatione
repelli , ac de periurio imputari
valeat: neque enim prætextu vin-
culi iuramenti detineri debet ,
quin exceptiones ſibi competen-
tes opponere valeat , ex quo ad
ſunt cauſæ, ex quibus relaxatio
iuramenti venit concedenda : et-
enim eadem ratio,quod iuramen
tum non debet eſſe iniquitatis
vinculum,peręque militare debet
in eo, qni vult ſe defendere exci-
piendo, veluti in eo qui ius ſuum
perſequi vult agendo . Et ne do-
ctorum auctoritate, vltra prædi-
ctas rationes concludentes, licet
in re clara, deſtituti eſſe videa-
mur, quod detur debitori relaxa-
tio ad excipiendũ ſentit innuitq.
Benint. in Deciſ. bono. Deci. 14.
in princ. explicatius Feli. in cap.
debitores,num.1.in prin. ibi,nec
poteſt ille excipere , nec abſolu-
tionem petere: clarius in ver. ter-
tio modo ibi, nec debet tunc de-
bitor admitti ad excipiendum ne
incidat in periuriũ : debuit enim
prius eſſe vigilans antequam in-
ſtaret terminus, & impetrare re-
laxationem iuramenti: & ſic cla-
re innuit,& quaſi expreſſis verbis
dicit dari relaxationem ad exci-
piendum:id quod manifeſte oſten
dit D. Anto. Maſſa Gal. in tract.
oblig. ad form. came. in ſecunda

Digitized by Google

quæſt. ſextæ particulę, num. 1. & 2. vbi aperte dicit eam dari de iure communi: id quod expreſſe aſſerit quoque Did. Couar. lib. 1. variarum reſol. cap. 4. ſub num. 6. in notab. 4.

Et ſatis manifeſta redditur huius Concluſionis veritas ex his, quæ adducta, & explicata ſunt ſupra in hac par. in quæſt. quarta quæ habet abſolutionem ipſam præparatoriam petendam fore ante diem ſolutionis, & ſic antequam debitor, ſeu reus ipſe conueniatur, & in periurium non ſoluendo in termino labatur: ad late ibi tradita in d. quæſt. 4. cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, quæ vtique abſolutioni præparatoriæ ad effectum excipiendi, ideſt pro reo ad proponendũ exceptiones ſibi aduerſus à ſe promiſſa competentes conuenire manifeſtò noſcuntur, vt in exemplis Felini ſupra proxime relati

7 videri poteſt. † Et ſi alia quæris exempla, pone in exceptione Macedoniani, qua filiusfam. excipere velit contra mutuum à ſe ac-

8 ceptum cum iuramento, † qua vti nequiret abſque habita abſolutione a iuramẽto, quippe quod excludit ipſam exceptionem Macedoniani; & ipſius iuramenti vigore filiusfam. efficaciter tenetur ex mutuo habito, vt tradit Barto. in l. ſi quis pro eo, ſub nu. 10. ff. de fideiuſ. vel in exceptione Velleiani, ſi mulier ea vti velit aduerſum fideiuſſionem à ſe præ-

9 ſtitam cum iuramento, † cuius vigore efficaciter tenetur, nec iuuatur Velleiano, cuius exceptio excluditur a iuramento: Bar. in d. l. ſi quis pro eo, num. 11. In his enim & ſimilibus alijs quam plurimis caſibus, qui adduci poſſent, reus ipſe, ſeu debitor ſi aduerſus ſui creditoris pariterque actoris pulſationem exceptionis auxilio ſe tueri velit, abſolutionem habere debet, quam ad excipiendum eſſe, vel dari nemo inficiari iure poteſt. Eam autem ante diem termini ſolutionis petere, & obtinere debet, ſi ipſius ſuffragio potiri velit, per ea, quæ abunde adducta ſunt ſupra in d. quæſt. 4. cũ ampliationibus, & limitationibus: quę omnia velut ad hũc quoque locum ſpectantia hic reminiſci poteris, ne ſuperfluo labore reſcribantur.

Cæterum quo res hęc clarior, patentiorque reddatur, nequidue prætermittatur, quod ad huiuſce materiæ elucidationem, & explicationem pertineat, & vt diſtinctius ſciatur quæ & quando ſit abſolutio, ſiue mauis relaxatio ad effectum agendi, & quę & quãdo ad effectum excipiendi, præſertim pro Tyronibus; illud ſubtilius conſiderare poſſemus, † quod in 10
eodemmet reo, in eo videlicet, qui ex contractu, ſeu obligatione quapiam tenetur, vtraque relaxatio, ſcilicet ad effectum agendi, & ad effectum excipiendi dari, conſiderarique poteſt, diuerſis tamen reſpectibus, & modis, ſecundum quos petitur, & ſecundum quos ipſe, qui ex contractu, ſiue obligatione ipſa iurata tenetur, aduerſus ipſam obligationem, ac promiſſionem venire intendit. Id quod plenius vt intelligatur, cum primis prænotanda ſunt hæc, videlicet † quod dupliciter contin 11
gere poteſt, vt quis iureiurando

ſe

ſe obſtringat, quantum ſcilicet attinet ad præſentem inſpectionem; nempe vel conſtituendo ſe debitorem ad aliquid dandum, vel faciendum alteri: vel quod ſibi ipſi iam debitum erat, vel futurum erat, alteri remittendo, ſeu non petere ſe obſtringendo.

12 † Primo modo dari, & conſiderari poteſt in eodem reo, ſeu promiſſore iuramento obligato abſolutio vtroque modo, ſcilicet tam ad effectum agendi, quam ad effectum excipiendi. nam competere poteſt eidem tam actio, quã exceptio: nempe vel quia præſtitit ei, cum quo contraxit, cuique ſe obligauit, id quod ex iuramento ſe ei præſtare, ac non repetere promiſit, & tenebatur, & vult modo agere ad illud repetendum ex cauſa; vtputa quia ſoluit vſuras, iuxta.c.debitores, de iureiur. vel dolo, vi, vel metu inductus fuit.

13 hoc caſu, † ille qui reus erat ex d.contractu dicetur petere, & obtinere abſolutionem ad effectum agendi, ex quo ipſe vult venire, & agere contra eum, qui actor erat

14 ex eodem contractu. † vel non præſtitit, verum abſolutionem petit, vt actoris ſeu petitoris pulſationem excipiendo ex iuſta cauſa quam allegat expellat, iuxta ſupra relatum conſilium Felini in d.c.debitores, num. 1. ver. tertio modo, ibi, debuit enim prius eſſe vigilans, &c. & Gloſ. ibi, ver. cogendi, in fi. & hoc caſu abſolutio erit ad effectum excipiendi; ipſe enim impetrans conuenitur, & excipit.

15 † Secundo modo principali, ſcilicet vbi quis alteri id quod ſibi debitum erat, vel debendum erat remiſit, ac non petere ſe iureiurando obſtrinxit, abſolutio dumtaxat ad effectum agendi conſiderari poteſt, & iuxta hunc modum exemplum habes in creditore, qui fecit pactum de non petendo, & vult modo nihilominus perſequi ius ſuum, & ad hunc finem petit abſolutionem à iuramento, quo non petere pactus fuit, vt ſine metu, & imputatione periurij cõtra ipſum pactum venire, & ius ſuum perſequi valeat. vel item in filiaſam. quæ dote accepta renunciauit hęreditati paternæ, & vult modo agere ad bona ipſa paterna: & iuxta alia exempla, quæ poſui ſupra hac quæſt. poſt prin. his enim caſibus, qui iuxta hunc ſecundum modum poni poſſunt, abſolutio, vt conſtat, eſt ad effectum agendi. Et ſecundum hanc diſtinctionem ſeu ſecundum hos modos intelligemus abſolutionẽ ad effectum agendi, & ad effectũ excipiendi ſecundum propriam earum acceptionẽ, ſcilicet attenta propria acceptione, & natura actionis, & exceptionis. Et iuxta quemcunque ex his modis petatur abſolutio, ſiue ad effectum agendi, ſiue ad effectum excipiendi, iure communi attento, conceditur ex iuſtis cauſis deductis, & propoſitis. Quę concluſio, vltra adducta ſupra ad eius comprobationem, ex quarundam Curiarum Eccleſiaſticarum obſeruantia manifeſta & indubitabilis redditur; quia dari ſolent huiuſmodi abſolutiones ad effectum agendi, & excipiendi: quinimmo inoleuit ſtylus, vt exprimatur ſemper vterque modus, ſcilicet agendi, & excipiendi. Fatendum tamen eſt

Hh 2 abſo-

Digitized by Google

abſolutionem ad effectum excipiendi impetratam ſine cauillationis ſuſpicione non tranſire, vt prudenter propterea in Curijs, in quibus cautius agitur, ea difficilius, vel etiam nullo modo concedatur: vt obſeruari voluit in Curia Archiepiſcopali Mediolanenſi Illuſtriſſimus pariter, & vigilantiſſimus ille Archiepiſcopus, & Card. ſanctæ mem. Borromeus. 51

Et ne fictitiam, & inanem æſtimes præmiſſam ad effectum agen- 52
di, & excipiendi abſolutionis acceptionem, ac diſtinctionem, eius effectum atque vtilitatem diſpicies ex his, quæ dicenda ſunt in
materia appellationis ab huius 1
modi abſolutione inf. q. 25.

QVAESTIO IX.

Vtrum detur abſolutio ſiue ad effectum agendi, ſiue excipiendi in obligationibus ad for. Cam. Apoſtol. contractis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio præparatoria conceditur tam ad effectum agendi, quam excipiendi iure communi attento.*

2 *Abſolutio iuramenti præparatoria ad effectum excipiendi in obligationibus contractis ad formam Cameræ Apoſtolicæ non datur de ſtylo Ro. Cur. & de ratione, num. 4.*

3 *Exceptiones aduerſus obligationem ad for. Cam. initam non admittuntur præter eas, quæ alias de ſe iuramento non obſtante opponi poſſunt.*

5 *Et quanam illæ ſint.*

6 *Exceptiones, quæ aduerſus obligationem Cameralem admittuntur, quandoque habent impedire proceſſum ad vltiora, & exequutionem: Quandoque non: & num. 7.*

8 *Abſolutio ad effectum agendi in obligatione ad for. Cam. conceditur: & nu. 10.* 53

9 *Abſolutio ad effectum agendi non retardat exequutionem in obligatione Camerali.*

11 *Abſolutio à iuramento ſimplex & plena non conceditur aduerſus obligationẽ ad form. Cam.*

12 *Citatio partis an, & quando requiratur in relaxatione iuramenti, vbi petitur aduerſus obligationem Cameralem.*

13 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi eodem iure cenſeri debet in alijs obligationibus paratam vt Cameralis exequutionem habentibus atque in ipſa Camerali obligatione, & nu. 19.*

Obliga-

Digitized by Google

14 *Obligatio in iudicio contracta habet exequutionem paratam ex calore iudicij, vt iudicialis confeſſio.*
15 *Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*
16 *Obligatio ad formam Came. vnde priuilegium paratæ exequutionis ſortiatur.*
17 *Reconuentio aduerſus obligationem Cameralem admittitur, ſed non impedit, nec retardat eius paratam exequutionem.*
18 *Reconueniens dicitur agere.*

VERUM in obligationibus, q̃ fiunt ſecundum formam Cameræ Apoſtolicæ, facilius quæſtioni locus erit: ideoque operæprecium erit hoc loco ſubſequenter quærere, an aduerſus huiuſmodi obligationes ad formam Cemeræ Apoſtolicę initas abſolutio detur ſiue ad effectum agendi, ſiue ad effectum excipiendi. frequentiſſimus enim factus eſt earum vſus nedum in vrbe Roma, & in terris Eccleſiæ immediate ſubiectis, ſed alibi etiam. Et ita in huiuſmodi obligationibus hanc quæſt. formauit D.Ant.Maſſa Galleſ. in ſuo tract. quem de eadem obligatione cõpoſuit, in quæſt. ſecunda, ad ſextam particulam: & ibi ponit quęſtionem quadrifariam, videlicet An detur abſolutio ſimplex, ſcilicet vinculi iuramenti, & quæ apta eſt ex toto tollere obligationem. An ad effectum agendi. An ad effectum excipiendi. Et au vbi illa fieri poſſit, citanda ſit Pars, cuius intereſt, an non: referens prius obſeruantiam ſecundum iuris communis diſpoſitionem generaliter, Et quid ſpecialiter obſeruetur in ipſis obligationibus ad formam Cameræ Apoſtolicæ ſecundum ſtylum Curiæ Romanae.

Cuius dicta in hanc ſummam rediguntur. † Vt attento iure 1
commuui, relaxatio iuramenti, ſeu abſolutio ad effectum agendi, ſeu excipiendi indiferenter concedi poſſit allegando cauſas conuenientes. In obligatione vero ad formam Camerę Apoſtolicæ contracta diſtinguendũ eſt, quando abſolutio petitur ad effectum agendi, & quando petitur ad effectum excipiendi. † Nam ad effe- 2
ctum excipiendi ſtylus Rom.Cur. eſt, vt nullo pacto detur iuramenti relaxatio, id quod fauore, & priuilegio huius Cameralis obligationis inductum eſt: † quod 3
conſiſtit in eo; quia contra huiuſmodi obligationẽ non admittuntur exceptiones, niſi ſolum illæ, quæ alias per ſe iuramento non obſtante opponi poſſunt, vt dicit idem Galleſ. d.q.2. num.5. quare prædictus Rom.Cur. ſtylus non dandi relaxationem ad effectum excipiendi contra hanc ad form. Cam.obligationem, bona, & æqua nititur ratione, nempe illa; † quia 4
vel talis abſolutio, ſeu relaxatio non eſt neceſſaria, vel eſt iniuſta. Nam ſi petatur ad finem opponendi aliquam ex exceptionibus, quæ per ſe iuramento non obſtante opponi poſſunt, & quas ſolum contra hanc obligationem admit-

admitti dictum eſt, fruſtra petitur relaxatio vinculi non adſtringentis. Si vero exceptio ſit de illis, quæ per ſe ſtante iuramento opponi nequeunt, & quas reijci diximus in iſta obligatione, iniuſta eſt, & calumniæ ſuſpecta petitio tendens ad retardandam paratã obligationis exequutionem: eſtq. merito locus vulgato illi remedio, ſolue & repete: c. debitores: de iureiur. ita tradit idem Gall.
5 d. quæſt. 2. num. 5. † Et multas ex illis exceptionibus, quæ per ſe ſtante etiam iuramento opponi poſſunt, & quæ item contra Cameralem obligationem admittuntur, recenſet idem Gal. eodem illo tract. in prima quæſt. ad quartam particulam oblig. Cameral. & aliquam prius in tertia quæſt. primæ par. eiuſdem tract. fol. mihi 29. In quibus tamen eſt animaduertendum, pariterque diſtinguendum; quia non omnes tales exceptiones ſemper vniformiter contra Cameralem obligationẽ
6 admittuntur. † Quandoque enim admittuntur adeo, quod impedire habent proceſſum ad vlteriora, & ſubinde eiuſdem obligationis retardare exequutionẽ: quod accidit vbi alicuius ex dictis admiſſibilibus veritas apparet ex lectura inſtrumenti, & ex rei natura, vel alias eſt notoria, ſeu iuris præſumptione probata: ad tradita per eundem Galleſ. d. qu. 3. primæ partis d. ſui tract. & latius d. q. prima ad quartam particulã oblig. Cam. † Quandoque vero
7 admittuntur, & auditur excipiẽs ſeu eas opponens ſuper illis probandis: ſed tamen propterea interim non retardatur proceſſus, nec ſubinde obligationis exequutio: quod contingit vbicunque propoſita exceptio probanda eſt per extrinſeca, & aliunde quam ex ipſo inſtrumento, vel ex notorio, vel ex iuris præſumptione; Etiam quod opponens offerret ſe in continenti probaturum: vt declarat idem Gall. d. q. 1. ad quartam particulam, num. 17. quem adeas pro vlteriore huius rei declaratione, vbi videbis quod ſtylus Rom. Cur. nititur hac in re prudenti eademque ęqua ratione.

† Ad effectum autem agendi 8
contra Cameralem ipſam obligationem conceditur iuramenti relaxatio, & ea qnidem non eſt iniqua, ſed iuſta: nam illam petenti ſi denegaretur, fieri poſſet iniuria, ſi vere contractus eſſet inualidus aut alias illicitus. Ille vero contra quem conceditur, conqueri iuſte non poteſt, quoniam propterea non retardatur ſibi, ſi quæ facienda remanet, ſuæ obligationis exequutio. † nam ipſa rela- 9
xatione non obſtante, ipſo quoque impetrante abſoluto atque agente, nihilominus ad obligationis exequutionem proceditur: ita Galleſ. in præallegata quęſt. 2. ad ſextam particulam oblig. Cameral. num. 7. Ad idem videto eundem Galleſ. in tertia par. d. tract. tit. de vi inſtr. oblig. Cam. num. 25. vbi deducit infertq. ex prædictis, quod introducta litis pendentia ſuper abſolutione à iuramento coram iudice Eccleſiaſtico, poteſt nihilominus procedi ad exequutionem huius obligationis per Iudicem ad quem ſpectat, quod & in alijs obligationibus

bus refert determinaſſe Conſiliū Neapol. vt per Afflict. Dec. 30. per rationes ab eo adductas. ideo abſque dubio multo facilius id procedet in hac obligatione Camerali per id, quod eſt dictum non dari in ea abſolutionem ad effectum excipiendi: ſed nec ad effectum agendi data poteſt exequutionem impedire, cum vna cauſa ab altera ſit diuerſa; et inſuper obligatio hæc etiam ſine iuramento ſubſiſtere atque exequutionem habere poſſit. Et ex eo, quod ibi ſubdit, habes quod neque inhibitio à Iudice Eccleſiaſtico emanata haberet impedire ipſum iudicem exequentem: de qua re alias etiam actum fuit ſuperius. Et fuit dictum Fed. de ſen. conſ. 300. relatum à Pan. in c. 1. col. 7. ver. dicit etiam: vbi etiam Fel. & alij: de iureiur. Et de ipſa inhibitione quo ad alias obligationes dicā latius inf. hac par. quæſ. 14. neque moueat te id quod de contraria eiuſdem Ro. Cur. ſtyli obſeruantia refert Caſſ. in Deciſ. de mut. peti. & Staſil. in tract. de litteris Iuſti. in tit. an contra religioſ. poſt princ. ver. ſtylus ſignaturæ. vbi dicunt, quod ſtylus ſignaturæ eſt, vt non detur abſolutio ad effectum agendi in obligationibus, quæ fiunt in forma Cameræ; quia vel ſtylus tunc aliter ſe habebat, atque hodie; vel vt dicit Gal. vbi ſupra dictum Staſil. & Caſſad. intelligendum eſt non dari ſcilicet ad effectum retardandi exequutionem: vel eorum dictum eſt hoc tempore falſum.

10 † Et quod immo eo quoque tempore de ſtylo eſſet, vt daretur contra hanc obligationem Cameralem relaxatio iuramenti, ſeu abſolutio ad effectum agendi, videtur ibi Galleſ. velle probare per quoddam priuilegium Leonis X. conceſſum inter alia Auditori Cameræ, ex quo videtur id elici poſſe. nam in eo, vt ibidem refert Gal. conceditur vt ipſe Auditor, eiuſque Locumtenens in cauſis coram eis vigore taliū obligationum introductis, abſolutionibus à iuramento, & alijs ibi expreſſis impedimentis non obſtantibus, tam contra perſonas, quam contra bona obligatorum vſque ad effectualem ſolutionem in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi prędicta non emanaſſent, procedere valeant.

† Abſolutio autem ſimplex & 11
propria, ſcilicet vinculi iuramenti & quæ eſt apta ex toto tollere obligationem, nunquam conceditur contra ipſam obligationem Cameralem etiam agere volenti, vt dicit Galleſ. in proximo citato loco, num. 5. in fine.

Quartus remanet articulus de
citatione, † an in conceſſione re- 12
laxationis iuramenti, vbi ſcilicet illa datur contra obligationem ipſam Cameralem, ſit pars aduerſa citanda. Et de ſtylo Curiæ eſt, inquit idem Galle. quod ſi iam ſit ſuper obſeruanda obligatione lis cœpta; tunc nec datur relaxatio, nec illam dandi commiſſaria facultas conceditur niſi parte citata: vt per eum in loco ante dicto, num. 6. regulariter vero retulit ſuperius ibidem, num. 3. citationem non requiri. Verum de hoc Articulo quid obſeruandum ſit regulariter ſecundum ius com

mune

Digitized by Google

mune peculiarem formabo quęſtionem.

13 † Et eadem quæ dicta ſunt circa obligationem Camaralem de abſolutione danda ad effectum agendi, & deneganda ad effectum excipiendi, extendi poſſunt vt locum quoque ſibi vendicent à paritate rationis in alijs obligationibus paratam, vt illa, exequutionem habentibus, prout eſt, exempli gratia,

14 † promiſſio ſeu obligatio, quæ in iudicio fit, quæ, vt ipſa iudicialis confeſſio, habet exequutionem paratam, vt doct. tradunt, Bal. nominatim, Paul. de Caſtr. & Alex. in l. eum pro quo ff. de in ius voc. habet enim vim

15 ſententiæ, & rei iudicatæ, † vt habet ipſa confeſſio iudicialis, vt l. proinde. §. notandũ. ff. ad l. aquil. tradunt Bar. & doct. in l. 1. C. de confeſſ. Eodem enim ex fonte procedit priuilegium, & fauor harum omnium obligationum, nempe ex calore iudicij. Enimuero

16 ipſa obligatio † Cameralis non aliunde conſequitur priuilegium in parata ſui ipſius exequutione, quam ex confeſſione ipſa iudiciali: fundatur enim illius exequutionis priuilegium in confeſſione potiſſimum iudiciali, quam ipſo ſtatim initio proceſſus facere ſolet vnuſquilibet ex Procuratoribus ad id faciendum in ipſa obligatione conſtitutis: vt declarat idem Gall. qui illius oblig. tract. compoſuit, in prima illius parte. quæſt. 2. num. 11. Et ideo quemadmodum in ipſa obligatione Camerali, ex eo quia ſubſiſtit ſine iuramento, & ſuam vim, & efficaciam quoad paratam ſui exequutionem ſortitur aliunde, quam ex efficacia iuramenti, vt mox eſt præmiſſum; propterea admiſſum eſt non concedi abſolutionem ad effectum excipiendi, & per alia dicta ſupra ex eodem Gall. in ver. cuius dicta: & data ad effectum agendi, exequutioni, vt mox ſubijciam, non præiudicat: prout eam in huiuſmodi quoque obligatione ad hunc finem, & effectum cõcedi firmat idem Gal. ad dicta ſupra ex eo, in ver. Ad effectum autem; quod firmat etiã per rationem deductam à ſimili,

† de mutua petitione, ſeu reconuentione, quam ſi fieri contingeret in Camerali ipſa obligatione, 17
non faceret exequutioni impedimentum, † cum nihilominus ipſe 18
reconueniens dicatur agere, vt idem Galleſ. id tradit in d. q. 2. ſextæ parti. num. 7. in fi. quaſi dicat non eſt inconueniens nec nouum quem vigore abſolutionis iuramenti agere contra hanc ad for. Cam. obligationem abſque præiudicio exequutionis interim fiendæ: cum idem contingat in reconuentione, in qua reconueniens vtique dicitur agere: quemadmodum, inquam, ipſa quoque ad effectum agẽdi data abſolutio non habet impedire paratã eiuſdem obligationis exequutionem,

† eadem hæc pariter intelligenda 19
eſſe videntur in alijs ſimilibus obligationibus paratã exequutionem habentibus, quæ ſine iuram. ſubſiſtunt, & ſuam vim, & efficaciam quoad paratam ipſam exequutionem aliunde ſimiliter ſortiuntur, quã ex iuramento, & eaſdem exceptiones reijciunt: vt in exemplo pręmiſſo: vel ex vigore Guarẽtigiæ, vel ſtatuti, vel ſimili.

QVÆ-

QVAESTIO X.

Abſolutio ad effectum agendi an ſufficiat ad obtinendum etiam contra contractum, vel neceſſaria ſit alia abſolutio plena.

SVMMARIVM.

1 Actus limitatus parit effectum limitatum.

2 Petitio abſolutionis à iuramento, & eius quod principaliter intenditur, an ſimul cumulari poſſint.

3 Abſolutio præparatoria obtenta ad effectum agendi ſufficit ad obtinendum reſciſſionem contractus, vt opus non ſit aliam abſolutionem petere.

4 Abſolutio præparatoria, ſeu relaxatio iuramenti ad effectũ agendi repletur ex poſt facto probationibus, & ſit plena abſolutio, & numero 15.

5 Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas pendente conditione ſub qua hæres, qui eam habuit, inſtitutus eſt, non tribuit ius, ſed nudam facti adminiſtrationem: ſed ſit plenior, & tribuit ius exiſtente d. conditione.

6 Tertius comparens pro ſuo intereſſe, & ſe admitti petens habet ſummarie probare de intereſſe ſuo, & ad hoc, ſcilicet vt poſſit ſe opponere, & agere ſufficit talis probatio.

7 Abſolutio à iuramento data ad effectum agendi cenſetur data etiam ad effectum peragendi, & obtinendi.

8 Abſolutio excommunicationis ad cautelam ad quem finem detur, & de eius natura, & effectu: & num. 13.

9 Abſolutio à iuramento ſub conditione dari poteſt: & num. 10.

11 Abſolutio non poteſt ſtare in ſuſpenſo per conditionem de futuro.

12 Baptiſmus ſub conditione ſcilicet de præterito conferri poteſt.

14 Abſolutio à iuramento, licet dicatur data eſſe ſub cõditione, non tamen pendet à futuro, ſed eo ipſo data intelligitur.

16 Abſolutionis ad effectum agendi natura, & effectus explicantur.

17 Iuramentum promiſſorium ad duo iurantem tenet vinculatum.

18 Abſolutio à iuramento liberat iurantem ab vtroque capite quibus ex iuramento tenebatur.

19 Contrariorum contraria eſt potentia.

20 Cauſa ſicut ſe habet ad effectũ ſuum

ſuum in productione : ita è contra deſtructio cauſæ ſe habet ad effectum ipſum in deſtructione.

21 *Priuatio eiuſdem naturæ eſſe dicitur cuius eſt habitus.*

22 *Oppoſitum operatur in oppoſito idem, quod propoſitum in propoſito.*

23 *Circuitus ſunt euitandi.*

24 *Superflua ſunt reſecanda.*

25 *Pluribus non eſt vtendum, vbi pauciora ſufficiunt.*

26 *Forma defectus ſeu vitium inducit defectum in actu.*

27 *Cognitio cauſæ eſt de ſubſtantia, & eſſe abſolutionis iuramenti: declara, vt nu. 29.*

28 *Cognitio cauſæ in ſententia dicitur eſſe de ſubſtantia: declara, vt nu. 29.*

30 *Cognitio cauſæ plena quando in abſolutione à iuramento requiratur.*

31 *Abſolutioni ad effectum agendi, vel excipiendi ineſſe ſemper intelligitur ea conditio, vt impetrans non cenſeatur abſolutus ſi non probauerit.*

32 *Conditio de ſe actui inhærens extitiſſe neceſſe eſt, aliter actus non habet effectum.*

33 *Abſolutus ad effectum agendi, vel excipiendi remanet ligatus iuramento ſi non probauit, & ſit periurus ſi lapſus eſt terminus.*

DECIMO quæro: aliquis obtinuit abſolutionem ad effectum agendi, per quam ſcilicet fuit habilitatus, vt poſſet docere de vſura, puta, vel alia qualitate, per quam mereatur abſolui à iuramento: vtrum ſi probabit de illa qualitate, erit neceſſaria alia abſolutio à iuramento, vt poſſit poſtea venire contra contractum; an vero ſufficiat prima illa habita ad effectum agendi?

Et pro negatiua parte, quod non ſufficiat, adducitur quod prima illa non fuit plena relaxatio, ſed ſolũ quo ad effectum agẽdi, vt habilitaretur ad illud: vnde videtur neceſſaria alia ad effectũ obtinendi retractationẽ contractus, argumento cap. veniens, il ſecondo, de teſti. & quod not. Bar. in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur.

Secundo pro hac parte arguit Fel. in c. 1. q. 8. quam de hoc formauit, nu. 29. de iureiur. † quod actus limitatus parit effectum limitatum. l. in agris, cum ſimil. ff. de acq. rer. Dom. cum ergo per primam illam relaxationem iurans remaneat ſolum abſolutus ab iſto capite, ſcilicet in quo iuramentum obſtabat ne ageret, videtur adhuc ligatus ex alio capite, ſcilicet obſeruantiæ contractus: vnde actus abſolutionis non debet operari vltra intentionem abſoluentis. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & ita dicit ſentire Bal. in l. hæc ſcriptura: ff. de condi. & dem. Et per hæc dicit ibi Feli. quod tutius eſt tenere quod requiratur ſecunda abſolutio. 1

Et pro huius partis confirmatione adducit ea, quæ ipſe tradit in cap. debitores, in 4. q. eo. tit. de iureiur. vbi ex Baldo in repet. l. edita col. 30. ver. dubitatur de iſto libello. C. de eden. decidit, quod

2 † quod ſi ego petierim contra vſurarium me abſolui à iuramento, & me abſoluto contra eum procedi, & eundem ad reſtitutionem vſurarum condemnari, non poſſum per talem petitionem ob tinere; quia talis cumulatio non procedit; quia non ſum habilis niſi prius ſim abſolutus; & prius perſona eſt habilitanda, quam actio cumulanda: & ego non habeo potentiam proponendi: ergo, & c. & ſic ex his deducitur ſecundum eum ad confirmationẽ eius, quod tenet in d.c. 1. videlicet quod virtute illius primæ abſolutionis non poteſt quis conſequi reſciſſionem contractus: pro his allegat iura, quę dicit cõcordantia, & omnino vidẽda in l. quoniam Alex. C. de adul. & l. quidã referunt, ff. de iure codic. & l. liber nec ne: ff. de peti. hær.

Contrariam partem, ſcilicet
3 affirmatiuam, † quod ſufficiat prima illa abſolutio præparatoria habita ad effectum agendi, tenet Paul. de Caſtro, pro qua conſulit in conſ. 259. Circa primum quæſitum, col. fi. ver. Poſſet etiam dubitari, lib. 2. Et mouetur quia ſi per relaxationem data fuit licen tia vt agat, videtur data etiam vt peragat, vocata tamen parte in peragendo: ff. de procur. l. qui procuratorem dat.

Non obſtat prima illa ratio contrariæ partis, videlicet quod prima relaxatio non fuit plena, ſed ſolum ad effectum agendi, vt habilitaretur ad illud, & ſic videtur neceſſaria alia plena ad finem obtinendi, per d.c. veniens.

Nam ad hoc reſpondet Caſtr.
4 † quod licet relaxatio à principio non fuiſſet plena, repletur ex poſt facto probationibus. Et hoc probat per ſimile, quod adducit de † bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas petita per hęredem ſcriptum ſub conditione, ea pendente; quia licet tunc non tribuat ius, ſed nudam facti adminiſtrationem. l. ſi quis inſtituatur: ff. de hær. inſti. exiſtente tamen vel deficiente conditione, plenior efficitur; quia conuertitur in ſecundum tabulas, vel contra tabul. tribuens ius, ne ſit neceſſe iterum bonorum poſſeſſionem petere. l. 2. §. ſi ſub conditione: ff. de bono. poſ. ſecun. tab. & ibi notatur. Ita & hic, inquit Caſtren. ne ſit neceſſe iterum abſolutionem petere, ſufficere debet prima, vt licet fuerit conceſſa ad finem agendi, ſufficiat ad finem obtinendi, & peragendi ne ſit neceſſe eam de nouo ſuperfluo petere. 5

Nec obſtat ſecundum eum. c. veniens, præallegatum; quia alio caſu loquitur, ſcilicet † in probatione intereſſe ad effectum agendi, quæ fit ſummarie: vnde requiritur plenior ad finem obtinendi: ſed hic pariter & eodem modo fieret ſecunda vice, ſicut facta fuit prima, cum conſiſtat in facto ſolius abſoluentis, & ſic ſecunda fieret ſuperfluo; ergo, & c. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nomi. ca. ita Caſtren. quod dic, in illo. c. veniens variatur modus agendi, & ad alium atque alium finem tendunt illa duo iudicia, ſeu illę probationes. nam prima probatio ſummaria fuit ſuper intereſſe, quod prius erat probandum, ſcilicet quod ſua intererat ad finem volendi cõtradicere; poſtmodum 6

vero agebatur, vt res petita adiudicaretur: & ſic ad alium finē, & effectū agebatur in primo, quā in ſecundo iudicio, vt not. ibi Abb. in ſummario, & num. 12. in prin. & num. 15. nimirum ergo ſi alia atque plenior probatio requiritur ibi in ſecundo iudicio ſuper principali. At in abſolutione non eſt variatio, vel diuerſitas neque in fine, neque in modo dan
7 di. † nam data ad agendum cenſetur data ad peragendum, & ad finem obtinendi, & pariter, & eodem modo fieret ſecunda vice, ſicut facta fuit prima, vt dicit Caſtren. nam factis iam probationibus neceſſarijs, nihil plus eſt agēdum, vel addendum pro abſolutione obtinenda; ideoque merito de nouo ſuperfluo fieret, cum conſiſtat in facto ſolius abſoluentis, vt ait idem Caſtrenſis.

Ad idem adducit Caſtren. in d. loco ſimile de abſolutione excommunicationis, quæ dicitur ad
8 cautelam, † quæ ſcilicet fit ad finem, vt is qui dicitur excommunicatus, & allegat ſententiam excommunicationis nullam, poſſit audiri ſuper nullitate, qui ſimiliter non debet audiri, niſi primo fuerit abſolutus: cap. venerabili: de ſent. exco. ſaltem ex vſu Apoſtolicę Sedis, vt dicitur in cap. per tuas, eo. Namque ſufficit ea abſolutio ad illum finem data, ſcilicet vt poſſit admitti, & audiri, neque alia abſolutio eſt neceſſaria, conſtito quod reuera erat excommunicatione ligatus; quia ſcilicet non docuit de nullitate allegata: nam dicta abſolutio iam data ad dictum finem, vt poſſet audiri, quæ prius dicebatur, & fuit ad cautelām, ſcilicet quatenus apparebit quod ſit ligatus, euadit vera abſolutio, vt alia non ſit neceſſaria, vt in iuribus paulo ſupra citatis. Eodem modo, ait Caſtr. in propoſito, abſolutio à iuramento data ad finem agendi ad hoc vt iurans poſſit admitti, & audiri, conſtito de cauſis abſolutionis, ſufficit; quia conuertitur in plenam, & veram abſolutionē.

Et ſi ex eiſdem cauſis appareret non fuiſſe opus abſolutione, quia iuramentum detectum eſſet inualidum & nullum, abſolutio ipſa iam data videretur ad cautelam data: ita in effectu Caſtr. vbi ſupra.

Et hanc Pauli ſententiā quod ſufficiat illa prima abſolutio pręparatoria, ideſt ad effectum agendi, etiam ad effectum obtinendi, & non ſit opus aliam abſolutionē petere, arbitror eſſe tum iuri, tum practicæ congruentiorem.

Pro cuius confirmatione explicatius materiam declarādo, illud cum primis debemus præſupponere, quod nemo diffitetur, videlicet † in abſolutione à iuramen 9
to conditionē apponi poſſe: quod nominatim concedit Bald. in c. 1. num. 9. in fi. & ibi Feli. poſt eum in allegata. q. 8. in fine: de iureiurando. † Quod exaudiendum 10
eſt in conditione de præterito, ſcilicet ſi verum eſt quod dolo, puta, vel metu contraxerit ac iurauerit: non autem in conditione de futuro: & ratio eſt, † quia abſo- 11
lutio non poteſt ſtare in ſuſpenſo. argum. cap. ad hæc quoniam, de appel. & tradit Nauar. de pęnit. diſt. 6. cap. 1. in prin. num. 62. 65. & in Man. cap. 1. num. 12. quod innuit

huit Caſtr. in d.conſ.259. in fine.

12 † Simile videmus in ſacramento Baptiſmi, quod datur ſub conditione de præterito, videlicet ſi non es baptizatus. c.2. de Bapt.

13 † Et in abſolutione excommunicationis, quæ fit ad cautelam, & intelligitur ſub oonditione quatenus rite & recte fuerit excommunicatus; & ſic quatenus nullitas allegata non affuerit:,de qua

14 dictum fuit ſuperius. † hoc enim modo abſolutio non retinetur in ſuſpenſo, ſed quatenus eſt in abſoluente, illico data eſt, quatenus ſcilicet abſolutioni locus ſit, licet eius veritas atque effectus non prius appareat, quam apparente, ſeu verificata cauſa, ſeu conditione ſub qua data fuit. His ergo ſtantibus, iuremerito dicendum reſtat abſolutionem à iuramento

15 ſemel datam ſufficere: † quippe quę factis iam probationibus, ac verificata cauſa, ſeu conditione à qua dependebat, exhibuit ſeſe veram abſolutionem: interim vero eius effectus ſtetit in ſuſpenſo, & fuit ad effectum agendi, nempe ad hoc vt de eius cauſa & conditione, ſub qua data fuit, haberet conſtare: itaque non eſt opus eam de nouo petere; quia fieret ſuperfluo, ad iam dicta.

Non obſtat illa ratio Felini, quod actus limitatus parit effectum limitatum, & ſic abſolutionem datam ad effectum agendi non ſe extendere ad plenam, & veram abſolutionem, quæ habeat operari effectum ſuum circa obſeruantiam contractus, eximendo ab illa iurantem, & ideo illum remanere ligatum ex alio hoc capite obſeruantię contractus; quia abſolutionis actus non debet operari vltra intentionem abſoluentis.

Nam reſpondetur negando huiuſmodi limitationem in ipſa abſolutione; † quia immo data fuit, 16
vt eſſet abſolutio à iuramēto ſub conditione, ſi veræ apparebunt cauſæ allegatæ, & ob hoc interim habilitatem, & facultatem præſtat agendi, nempe ad finem, & effectum, vt conſtare plene poſſit de cauſis quibus iurans meretur abſolutionem à iuramento: & ſic non fuit reſtricta abſolutio ſolum ad facultatem agendi, nec iſta facultas agendi reuera eſt cauſa finalis ob quam datur abſolutio; ſed eſt mediata, ſcilicet vt conſtare poſſit, & debeat an iurans debeat conſequi abſolutionem: & conſtito quod locus eſt abſolutioni, non eſt cur ea non poſſit & debeat ſuum effectum operari, ex quo ea dari potuit ſub conditione, vt eſt dictum. Et his addi poteſt, † quod ſicut iuramentum ad 17
duo illa tenet iurātem vinculatum, ſcilicet ne poſſit agere, ſeu contrauenire; & vt debeat obſeruare; † ita per vnicam abſolutio- 18
nem potuit ab omni capite liberari: quod deducitur ex infraſcriptis. Primo † quia contrariorum 19
contraria eſt potentia. l. ab emptione, vbi doctores: ff. de pact. † ideo ſicut ſe habet cauſa ad ef- 20
fectum in productione; ita ſe habet deſtructio cauſæ ad deſtructionem effectus: Bal. in l. cum mulier. ff. ſol. mat. † Et cuius na- 21
turæ eſt habitus, eius eſt priuatio notat Euerar. in ſua topi. iuris, in loco à Priua. num.4. † & quod 22
operatur propoſitum in propoſito,

to, idem oppoſitum in oppoſito, not. idem Euer. in loco à contra. num. 8. facit l. nihil tam naturale: ff. de reg. iur.

Secundo quia vera abſolutio dari potuit ſub conditione illa iam probata, & verificata, vt dictum fuit.

Tertio quia alia ſuperfluo fieret, vt deducit Caſtren. & ex eo ſupra recenſui.

23 † Quarto quia circuitus ſunt euitandi. l. dominus, vbi Bart. ff.
24 de condi. inde. cum ſimil. † & ſuperflua ſunt reſecanda: Spec. de teſte. §. iam de interrogatorijs, col. 1. in fi. ver. habita, & tit. de procu. §. vt autem, col. 6. ver. ſed opponitur. & eſt dictum vulgare,
25 † non debet fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora.

Neque obſtat ſi obijcias abſolutionem datam ad effectũ agendi non poſſe operari effectum ſimplicis, & plenę abſolutionis, cum non fuerit data in forma ſimplicis, & propriæ, ſeu plenæ abſolutionis; quippe quæ plenam cauſæ cognitionem plenamque probationem deſiderat: ad dicta ſupra hac eadem par. q. 2. quæ non interuenit in ipſa præparatoria, ad dicta ſupra eadem par. q. 3. merito videtur, quod data ad effectũ agendi non ſufficiat, ſed alia quę ſimplex & plena ſit requiratur:
26 † nam defectus formæ inducit defectum in actu. c. tua nos, in fine: de ſponſal. tex. item pulcher in l. ſi is qui quadringenta. §. quædã: ff. ad leg. fal. c. dilecta, vbi ampliſſime Feli. de reſcri. cum ſimil. & deducit Euer. ex multis ſimilibus, & per multa iura in ſua topi. iuris in loco à defectu for. per totum.

Nam primo reſpondetur, quod & ſi cauſæ cognitio neceſſaria ſit in abſolutione à iuramento, ad dicta in q. 2. & 3. præallegatis, adeo vt dici poſſit † ad eſſe & ſub 27
ſtantiam ipſius abſolutionis eam requiri: † hoc enim generatim 28
in ſententia verum eſſe, ſcilicet ipſam cauſæ cognitionem eſſe de ſubſtantia, ex multis cum iurium tum doctorum allegationibus deducit Vant. in tract. de nullita. tit. de nullita. ſent. ex defectu proceſ. num. 30. Et in abſolutione à iuramento ſpeciatim iuſtam cauſam adeſſe neceſſarium eſt, & ſine ea non valet, vt eſt Gloſ. quæ ad hoc ordinarie allegatur in c. quanto, ver. abſolui: de iureiur. & alias dictum fuit; ac ſubinde cauſæ cognitionem neceſſariam eſſe dicendum eſt: † tamen cauſæ 29
cognitio plena, ſeu talis vel qualis; item talis vel qualis probatio non eſt de forma ſubſtantiali, neque inde inſurgere poteſt nullitas, & defectus in actu, vt id generatim in ſententia verum eſſe ex multis per eum citatis deducit idem Vant. in d. loco nu. 37. & ſeq.

Præterea ſecundo reſpondetur, illud quod dictum eſt † abſolu- 30
tionem ſimplicem, & plenam cum plena cauſæ cognitione pleniſque probationibus dari debere, id verum eſt vbi datur abſolutio ita, vt habeat ſtatim operari effectum ſimplicis, & plenæ abſolutionis; vt quia ſtatim diſſoluere habeat vinculum iuramenti, ac iuramentalem obligationem tollere

lere, ad dicta ſupra hac par. in præalleg. q. 2. Secus vbi datur prædicto modo, ſ. ſub cōditione ad effectū agendi, vel excipiendi: tunc n. minus neceſſaria eſt plena cauſæ cognitio, plenaq. probatio, cū non detur vt ſtatim ſit plena abſolutio; ſed eſt ſub conditione, vt talis ſit ſi cauſa plene probabitur, prout eam taliter dari poſſe dictum eſt paulo ſuperius ex Fel. & Caſtr. & latius ſup. in 1. par. quæſt. 2.

Fatendum eſt itaque, quod ab initio non fuit plena abſolutio; tamen ex quo ex probationibus poſtmodum ſequutis talis euaſit, ſitque ſubinde purificata conditio, ſub qua data fuit, non eſt quare tunc operari non poſſit ac debeat effectum ſuum; vt merito fatendum ſit aliam non eſſe neceſſariam.

Poſtremo ad eam inſtantiam quam Felin. pro confirmatione ſuperioris partis negatiuæ adducit, ex his quę ipſe tradit ex Bal. in cap. debitores, q. 4. de iureiur. reſpondetur, quod illa inſtantia nihil refragatur poſteriori huic opinioni affirmatiuæ Caſtrenſis; quia in illo caſu difficultas ſecundum Bal. non eſt in abſolutione, an ſcilicet illa prima abſolutio petita ſufficiat ad obtinendum contra contractum, vel alia dari debeat; non enim ibi dubitat Bald. de vi abſolutionis petitæ, ſed difficultas ſecundum eum eſt circa cumulationē actionis ad id quod principaliter intenditur, puta pro reſtitutione vſurarum, cum petitione abſolutionis. nam dicit, quod talis cumulatio fieri nequit, per rationē quam ibi allegat; ſcilicet quia prius perſona eſt habilitanda, quā actio cumulanda, & vt latius per eum, & per Feli. qui illum refert in d. cap. debitores. Et ſic ſolum requirit vt prius dari debeat abſolutio, ita quod illa pręcedere habeat; non vt duæ abſolutiones fieri habeant. Ad iura quæ Feli. dicit omnino eſſe videnda pro concordantijs, ſuperfluum eſt hic aliter reſpondere; quia ſufficiunt prædicta: & nihilominus eis reſponſum eſt, in alio tamen propoſito, infra, q. 16. concl. 1. ver. His tamen non obſtantibus.

Et iuxta poſtremam hanc affirmatiuam opinionem Caſtren. vt illa prima abſolutio, ſiue relaxatio iuramenti ſufficiat, practica inualuiſſe videtur: vſus enim & practica omnium curiarum recepit, vt non detur ſecunda abſolutio. Et ego neminem vidi, qui obtenta relaxatione iuramenti, ſeu abſolutione illa ad effectū agēdi, vel excipiendi, reuerſus fuerit pro ſecunda abſolutione, vtpote quæ iuremerito ſuperflua viſa fuerit. Nam vt rem latius, & ceu pro Coronide repetendo concludamus: Aut nulla opus eſt abſolutione; vt quia probata eſt talis cauſa, ex qua detectum eſt iuramentum de ſe nullum eſſe, & inualidum ac ſubinde non obligatorium, adeo vt non indigeat abſolutione: & hoc caſu abſolutio data, fuit ad cautelam data, vt dixit Caſtren. Aut apparuit opus fuiſſe, & eſſe abſolutione, eamque fuiſſe & eſſe concedendam; quia

cauſa

cauſa probata eiuſmodi eſt, quæ non reddit iuramentum de ſe nullum, & inualidum, ſed bene eſſe diſpenſandum; quippe cum ſint caſus in quibus tenet iuramentum ſed tamen extant cauſæ iuſtæ ab eo diſpenſandi; vtputa quia non omnis metus reddit iuramentum nullum: vt in c. ſi vero, de iureiurando, cum ſimil. Et cum ex probationibus factis abſolutio data iam receperit robur, & plenitudinem ſuam: merito operari poteſt & debet effectum ſuum quoad omnia, vt alia opus non ſit, ad ſupra dicta.

Aut apparet abſolutioni non eſſe, nec fuiſſe locum; quia ſcilicet plene non fuit iuſtificata cauſa: & tunc abſolutio eo modo data nihil habet præiudicare, vel operari; quia apparet, quod non fuit, nec eſt abſolutio, vtpote deficiente conditione, quæ illi inerat,
31 † videlicet vt non intelligeretur abſolutus ſi non probauerit; quæ ſemper huiuſmodi abſolutioni ad effectū agendi ineſſe intelligitur, etſi nō dicatur, vt id nominatim Feli. notat in d.c. 1. d.q. 8. in fi. de iureiur. Nam & alioqui generale
32 eſt, † quod conditio actui inſerta debet extitiſſe, aliter actus non ſortitur effectum, vt id nominatim not. Bal. in addi. ad Spec. ti. de inſtr. edi. col. 14. ver. quando conditio; pro quo tot. fere ti. de condi. & demo. ff. & de condi. in ſer. C. & de condi. appoſi. extra. Ac proinde ſtandum eſt iuramento cuius vinculum non fuit ſublatum, ſed eius virtus, & effectus ſolum fuit ſuſpenſus per dictam relaxationem: vt & alias dictū fuit.
† Ideoque & iuramento ligatus, 33
ac ſubinde periurus remanebit iurator, qui reportauit ſententiā contra, ſi interim terminus obſeruantiæ contractus lapſus eſt, & non ſatisfecit, vt tradit Bal. in d. c. 1. num. 5. de iureiur. & alias dixi. Et ita in effectu concludit Caſtren. in alleg. conſ. 259. in fi. licet verbis admodum inuolutis in libro meo, quod Typographorum incuria contigiſſe puto.

Non reticebo tamen tibi, quod contrariam ſententiam vna cum Felino tenuit Benint. in Deciſ. bono. 14. qui tamen nihil amplius, quam ſolum Felinum allegat. ſequitur Viu. com. opin. quem vidi poſt hæc ſcripta, in ſecunda opin. nu. 10. qui tamen ſolum Felin. & Benint. allegat. Adde videndum Ay. Cra. conſ. 7. nu. 7. & quę tradit Lau. Chirco. cent. 3. concl. 96. nu. 29.

Et pro ſupra firmata opin. Caſtrenſis addo vlterius Did. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 4. col. 7. in prin. ver. ſecundo è contrario. Nat. qui eam defendit notabiliter loquens conſ. 166. lib. 1. nouiſſime D. Anto. Gagliar. quem vidi poſt hæc ſcripta in alleg. tract. de abſ. à iuram. §. 3. num. 35. Hanc quoque opin. Caſtr. quod Abſolutio ipſa iuramenti ad effectum agendi obtenta ſufficiat etiam ad effectum peragendi, & obtinendi poſt probationes ad hoc neceſſarias factas, vt eſt pręmiſſum, amplexus eſt Affl. Deciſ. 322. nu. 12.

QVÆ-

QVAESTIO XI.

Probationes factæ pro abſolutione iuramenti præparatoria obtinenda vtrum fidem faciant in iudicio principali pro reſciſione contractus.

SVMMARIVM.

1 Probationes facta ſuper incidenti, ſeu ſuper præparatorio; an & quando produci poſſint, & fidem faciant ſuper principali. Item generaliter quando acta, & probationes vnius iudicij fidem faciant in alio: & extende, vt ibi, remiſſiue.

2 Probationes facta ſuper relaxatione habenda à iuramento non faciunt fidem in ſecundo iudicio ſuper contractu: ſed reiterandæ ſunt probationes.

3 Probationes facta à minore ſuper reſtitutione petita propter omiſſam appellationem, non poſſunt produci vt fidem faciant, & probent ad obtinendum in iudicio ſuper cauſa principali: ſed repetendæ ſunt probationes.

4 Teſtes qui inducti, & examinati fuerunt ſuper abſolutione iuramenti, an produci poſſint ſuper eiſdem cauſis, ſeu capitulis pro obtinendo in obligatione principali.

5 Sententia lata in cauſa vnius ex pluribus hæredibus ſiue pro, ſiue contra non obſtat quominus coheres agere valeat, vel contra eum agatur.

6 Teſtes ijdem iterato induci, & examinari poſſunt ſuper eiſdem capitulis inter diuerſas perſonas, inter quas ſcilicet de eiſdem rebus conſimilis eſt quæſtio.

7 Teſtes ijdem iterato induci, & examinari poſſunt ſuper eiſdem capitulis etiam inter eaſdem perſonas, vbi ad aliud agitur: amplia, vt nu. 8.

9 Sententia inter alios lata, vel etiam inter eoſdem, ſed ad aliud agebatur, non praiudicat.

10 Cauſa ſine probationibus non eſt relinquenda.

11 Teſtes qui ſuper relaxatione iuramenti inducti, & examinati fuerunt, cur ſeu ad quid ſuper principali negocio, ſuper eiſdem cauſis, ſeu capitulis inducantur, & quid, & qualiter deponere habeant, traditur practica: & nu. 13.

12 Quid ſi dixerint contrarium eius, quod primo dixerunt.

14 Teſtes ſi ſuper negocio principali deponunt contrarium eius, quod ſuper relaxatione iuramenti depoſuerunt, quod nam

eorum dictum fidem habebit, prius, ſecundum, vel neutrum.

15 *Teſtium prima depoſitio, licet alias non faceret fidem in alio iudicio, facit tamen fidē ad reprobandam ſecundam eorum depoſitionem contrariam primæ; & de ratione, num 16. 18.*

17 *Probationes non ſunt faciendæ prius quam cauſa fuerit inchoata.*

19 *Probationes factæ in iudicio ſummario ſiue incidenti, licet non faciant fidem in iudicio plenario quoad effectum conſequentem rem, ſeu quoad ſententiam conſequendam, tamē fidem faciunt quantum ad probandum ea, quæ facta ſunt in ipſo ſummario.*

20 *Acta iudicij perpetuo valent, & probant.*

21 *Acta iudicij inducunt Notorium iuris.*

VNDECIMA præcedenti appendix ſubnectenda eſt quæſtio, An probationes factæ in petitione abſolutionis ad effectum agendi, vel excipiendi fidem faciant in alio iudicio pro obtinenda reſciſſione contractus. Pone, quidam prætendens contractum eſſe vſurarium, abſolutionem à iuramento petijt ad effectum agendi ſiue excipiendi, & probationes ad hoc præſtitit neceſſarias, ſcilicet ſaltem ſemiplenas circa vitium ipſius contractus, iuxta id quod voluit Fed. de ſen. conſ. 300. & Gemin. conſ. 16. & dicta poſt eos ſupra. q. 3. nunquid poſtmodum in plenario iudicio habendo ſuper contractu, vt pronuncietur vſurarius, & obtineatur aduerſus illū, probationes illæ antea factæ in iudicio abſolutionis fidem faciāt & recipiantur?

Et ne ſuperfluis argumentationibus immoremur, omiſſa diſputatione ſuper eo, † an & quando acta ſeu probationes factæ ſuper incidenti produci poſſint, & fidē faciant ſuper principali: ſeu generaliter an & quando factæ in vno iudicio probent in alio ſiue corā eodem iudice, ſiue coram alio: Item ſiue primæ illæ probationes fuerint plenarie receptæ, ſiue ſummarie tantum: Et ſiue inter eaſdem perſonas, ſiue diuerſas: de quo per doct. in c. veniens, il 2. infra allegan. de teſti. & doctor. in l. fi. C. eo. tit. Deci. late in cap. at ſi clerici, de iudi. tex. & ibi Gloſ. & doct. in cap. cauſam, il 1. d. tit. de teſti. 1

Breuiter articulum præſentis quæſtionis perſtringendo, conſtituenda eſt concluſio negatiua, † quod illę probationes primo factæ ſuper relaxatione habenda à iuramento non faciant fidem in ſecundo iudicio ſuper contractu. 2

Et ideo vt pronuncietur contractus vſurarius, & obtineat impetrans contra illum, iterato habebit probare; quia probationes factæ ſuper incidenti, ſeu præparatorio relaxationis non faciunt fidem ſuper cauſa principali vſuraria: fuit originalis Deciſio Fed. de ſen. in allegato conſ. 300. incipit, factum tale eſt debitor: ſub

num.

num. 2. ver. Item dico quod ad hoc. per c. veniens, il 2. ſupraallegatum. de teſti. & c. ſolitæ. de reſti. ſpol. & quod notat. de ordi. cogni. c. 2. in Glo. hic patet. quem refert & ſequitur Abb. in cap. 1. col. 7. ſub num. 10. de iureiur.

Et ratio eſt, quia ad aliud actũ fuit, & ad aliud agitur nunc, merito probationes ſunt reiterandę, quæ eſt ratio d. c. veniens: vt ibi notatur per Glo. & doct. præſertim Inno. & Panor.

Pro qua Deciſione facit Theorica, quam de minore petente reſtitutionem aduerſum omiſſam appellationem tradit Bar. in l. nã poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. vbi dicit, quod ad hoc, vt minor illam obtinere valeat, non ſufficit quód dicat ſe læſum ob id ſolum, quod non appellauit, & tempus appellandi tranſiuit: quia poteſt eſſe, quod ſua non intererat appellare; quia fouebat iniuſtam cauſam.

Et ideo oportet, vt probet quod habebat iuſtam, & bonam cauſam, & conſequenter ſi appellaſſet, veriſimiliter obtinere potuiſſet; quo facto, & non ante debet reſtitui ad appellandum: & reſtitutione habita ac appellatio

3 ne interpoſita, † oportet eum iterato probare de iuſtitia ſuæ cauſæ; quia primæ probationes non ſufficerent ad obtinendum in negocio, & cauſa principali, cum ad hoc factæ non fuerint, ſed ſuper articulo reſtitutionis. Refert & ſequitur Paul. de Caſtr. in eiſdem terminis abſolutionis à iuramento in conſ. 196. ſub num. 4. ver. ſecundum patet, lib. 2. per d. cap. veniens, de teſti. & ex Ci. in l. quod tempore, in quæſt. 3. 4. 5. C. de teſta. mili.

Sed vlterius ad quæſtionis elucidationem quærendum occurrit

† Nunquid ijdem teſtes, qui indu 4

cti, & recepti fuerunt ſuper cauſis propoſitis pro abſolutione obtinenda, induci ac recipi poſſint ſuper eiſdem cauſis pro obtinendo ſuper principali, ideſt ſuper contractu, & obligatione principali. Et non videbatur, vt ff. de teſti. l. produci, & ibi not. & notat. in l. fi. in Gloſ. & non opponi. C. eo. & argum. c. cauſam quæ, il primo, extra eo. tit. de teſti.

Dic contra ſecundum Inno. in præalleg. c. veniens, il 2. nu. 4. de teſt. Nam ijdem teſtes, & alij ſunt recipiendi, ex quo ad aliud inducuntur, & in diuerſa cauſa; quod probat à ſimili: Nam ſicuti, inquit, vbi eſſet de eiſdem rebus conſimilis quæſtio inter diuerſas perſonas; exemplum in pluribus cohæredibus. † nam ſi vnus co- 5

hæres ageret pro parte ſui debiti vel contra eum ageretur, alter nihilominus agere poſſet pro parte ſui debiti, & contra eum ageretur non obſtante ſententia lata pro, vel contra in cauſa ſui cohęredis, vt in l. à ſententia, circa

prin. ff. de appel. † hoc caſu teſtes 6

inducti ſuper eodem capitulo in cauſa vnius, inducerentur & in cauſa alterius ſuper eodem capitulo. † hoc idem dicendum eſt ſi 7

etiam ſuper eiſdem articulis inter eaſdem perſonas vtrobique agatur, ſed ad aliud, puta ſecundum Inno. ibi, quia primo fuerunt teſtes inducti ad probandum, quod ſua ſcilicet agentis intererat, vt admitteretur ad agẽdum,

Kk 2 ſecun-

ſecundo autem inducuntur ſuper principali, ſcilicet vt res petitæ ſibi adiudicarentur, quod ſatis probari, inquit, in illo cap. veniens,& C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi quis ad,& in cap. cum dilecti: de elec. Et hoc idem ergo concludendum eſt in caſu præſentis quæſtionis: nam ad alium finem ſecundo inducuntur; quia primo induxit pro abſolutione obtinenda à iuramento, ſecundo vero pro obtinenda abſolutione à contractu, ſiue ab obligatione principali, ſeu vt rem petitam conſequatur: & ſic eſt etiam diuerſa cauſa, & item alius iudex, ideo merito ijdem teſtes,& alij recipiuntur; ita eſt Glo. in præalleg. l. fi. in ver. & non opponi. C. de teſtib.

8 † Et parum refert ſi is qui teſtes produxit, eorum teſtificata didicerit; quia nihilominus ijdem teſtes ac alij ſuper eiſdem capitulis recipiuntur, ex quo ad aliud agitur, vt eſt dictum; & item ex quo ipſæ atteſtationes fidem non faciunt in illo alio iudicio, vt ſimiliter dictum eſt ſupra: & ita per has rationes tradit Abb. in d. cap. veniens, in 6. notab. inquiens, ſic limitanda eſſe cap. fraternitatis, & cap. intimauit, & ſimilia iura illo eod. tit. de teſti. & hoc tenet Glo. ibi, in ver. vtraque pars. in Glo. ibi præterea: & idem Abb. iterum ibi ſuper ea, num. 15. Idem tenet Inno. ibi in illo c. veniens, ſub d. num. 4. maxime in ver. ad ſecundam autem.

Et iſta vlterius probantur alio argumento à ſimili immo à fortiori, ſecundum Inno. in eodem

9 loco: † Si enim, inquit, ſententia non obſtat inter alios lata, vel quando ad aliud agitur etiam inter eoſdem: de re iudi. c. cum ſuper controuerſia: & notatur, de purga. cano. c. cum dilectus: multo fortius nec teſtium receptio habita ad vnum,& ad aliud, nec productio eorundem, vel atteſtationes alibi receptæ.

Accedit quod dicit Abb. ibi d. num. 15. poſt Glo. videlicet quod cum atteſtationes receptæ ſuper incidenti relaxationis iuramenti fidem non facerent ſuper principali, ad ſupradicta, durum eſſet quod teſtes ijdem, vel alij non poſſent induci, † cum non ſit cau- 10
ſa ſine probationibus relinquenda: & ſequitur ibi Feli. ſuper eadem Gloſ. in ver. vtraque Pars num. 19.

Sed contra prædicta omnia opponitur: ex eo enim quod dictum eſt atteſtationes, ſeu probationes ſuper præparatorio relaxationis iuramēti receptæ fidem non facere in alio iudicio ſuper contractu: & item quod ijdem teſtes nihilominus ſuper eiſdem capitulis iterum produci poſſunt: ex inde conſequi videtur inconueniens. Nam hi teſtes aut inducuntur quod dicant idem quod in primo teſtimonio dixerunt; & hoc eſt ſuperuacuum, quod non eſt admittendum. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. cau. Et circuitus vitandus eſt. clem. auditor, de reſcrip. Aut aliud contrarium; & tunc non eſſet eis credendum, immo puniendi eſſent tanquam contraria dicentes: arg. C. de non nume. pec. l. generaliter. Ita in caſu illius c. veniens, opponit ibi Inno. ſuper ver. eoſdem. in verſi. Item hi teſtes.& ſequitur

quitur Abb. ibi poſt eum, nu. 16. ver. Item & ſecundo.

Reſponde vt per Inno. in eodē loco ſub num. 4. verſi. obiectioni
11 autem ſic, † quod teſtes non inducuntur vt idem dicant, quod primo vel contra; ſed vt veritatem dicant teſtes pro vtraque parte inducuntur, ſicut contingit quando inter diuerſas perſonas de eadem re ageretur, ita quando agitur inter eaſdem ad diuerſum finem, iuxta ſuperius dicta: & quiſque capitula pro velle dabit, & teſtes ſuum teſtimonium dicent, & quiſquis habebit licentiam teſtimonium redarguendi,
12 prout poterit. † Et licet dixerint contrarium eius, quod primo dixerunt, poteſt eſſe quod ſe excuſare valebunt; quia ſcilicet aliter & in alio ſenſu intelligebant, arg. C. de non num. pec. l. generaliter.
13 & de accuſa. c. dilecti. † Item addit Abb. vbi ſupra d. num. 16. ver. ad ſecundam, quod etiam per hoc iuri ſatisfit, quod diſponit teſtes recipiendos lite conteſtata, & plenarie quoad ſubſtantiam probationis.

14 † Sed rurſus quæritur ſi illi ijdem teſtes in ſecundo iudicio plenario deponant diuerſum, vel cōtrarium eius, quod depoſuerunt in ſummario relaxationis iuramenti, quid erit. Dic quod neutrum eorum dictum valebit. non primum; quia illud non facit fidem in hoc iudicio, iuxta Concluſionem ſuperius firmatam: neque item ſecundum, licet in alio ſit iudicio, vt in caſu præalleg. c. veniens, il 2. de teſti. tenet Gloſ. præallegata ibi in ver. vtraque Pars, in fine, per c. cum in tua, eo. tit. de teſti. & c. literas, de præſump. & de proba. cap. per tuas, quod ſequitur Abb. ibi in d. c. veniens, num. 16. & dicit hoc eſſe valde notādum, remittens latius ad ſe ipſum in d. cap. per tuas, vbi plene hunc articulum diſcutit, de quo etiam per Fel. poſt D. Anto. in d. cap. cum in tua.

Et ratio huius eſt ſecundum Inno. quia ex primo ipſorum dicto iurato inficitur ſecundum, vt non valeat; quia ex primo dicto notorium eſt in iſto ſecundo iudicio ipſos eſſe periuros, & falſum dixiſſe: ideo reijcitur eorum teſtimonium.

Et hoc dictum Innocentij dicit Feli. in d. c. veniens, nu. 20. quod ſemper allegatur ad hoc, † quod 15
atteſtationes, quæ alias fidem non faciunt in ipſo principali, faciunt fidem quoad reprobandum ipſos teſtes in principali.

Quod aſſignari poteſt pro limitatione Concluſionis ſuperius firmatæ in hac quæſtione, & illius rationis, quod probationes receptæ ad vnum finem, non faciunt fidem cum agitur ad alium finē, ſeu in alio iudicio: nam verum eſt, quod non faciunt fidem quo ad totum; ſed quoad quid: nam quoad ſententiam ferendam fidem non faciunt: ſecus quoad reprobandum ſecundum dictum primo contrarium.

Sed contra hæc opponitur ſecundum Inno. Nam videtur quod ex quo priores atteſtationes valent in plenario, vt reprobent ſecundas, debeant etiam valere ad fidem faciendam in ipſo plenario. Vel ſecundum Abb. ſi hoc non poſſunt, ſcilicet vt faciant fidem

in

in ipſo plenario; eadem ratione nec valere debent ad reprobandum in eo ſecundas atteſtationes; quia non debent duplici iure cenſeri: de Deci. cap.cum intua.

Reſponſio habetur ex Inno. in illo.c.veniens,num.4.ver.ſed oppones: quod diuerſa eſt ratio in
16 vno atque in alio: † nam ad probationem in principali faciendã non valent, quia ipſi teſtes non fuerunt ad hoc inducti, ſed ad aliud,vt dictum fuit ſuperius .oportet ergo vt primo cauſa incipiat
17 & poſtea inſtruatur: † non enim prius debet eſſe probatio cauſæ,
18 quam inchoatio: † ad reprobationem autem ſuam obſtant atteſtationes ipſę prius receptę propter prædictam notorietatem iuris, quæ ex eis reſultat de periurio, & falſitate eorundem teſtium; vnde repelluntur à teſtimonio.c.ſuper eo,d.tit.de teſti. Et ſic diuerſitas rationis inducit diuerſitatem iuris, ſecundum ipſum: & declarat Abb. in d.c.veniens,ſub num. 16. & latius Feli.ibi num. 20.ver. ſed tamen ipſe. Vbi pro confirmatione huius doctrinæ Inno.addit ex Abb. ibi per eum citato,
19 † quod licet atteſtationes prius factæ, puta in ſummario iudicio, ſeu incidenti,non faciant fidem quoad effectum conſequentẽ rem in plenario iudicio; quia factæ fuerunt ad alium finem, ad ſupra dicta: tamen reſpectu eorum,quę facta ſunt in ipſo ſummario,vtputa quod teſtis ſic, & ſic depoſuit,
20 faciunt fidem; † quia acta iudicij perpetuo valent.l.fi.C.de re iudi. † & ex eis elicitur notorium iuris.c.olim: de verb. ſign. Vnde eadem ratione ſi teſtes in plenario iudicio deponunt cõtrarium, ſimiliter illa dicta inducunt notorium; & ideo ex diuerſitate dictorum elicitur manifeſta contrarietas teſtium, & notorie conſtat illos eſſe periuros, & falſos: ad hoc bonus tex. in c. cum in poſitionibus,de iureiur.in 6. ſecundũ ipſum,pro quo alia etiam adducit. 21

Limitanda tamen hæc eſſent ſecundum Inno. niſi ſecundæ atteſtationes ſuſtineri poſſent ex eo, quia teſtes ſe in eis excuſarent tuendo ſe, & illas à contrarietate,& falſitate. nam dicit,quod poteſt eſſe,quod ſe excuſent; quia aliter, & in alio ſenſu intelligebant,arg. C. de non nume.pec. l. generaliter,& de accu. c. dilecti.

Infertur ex prædictis, ex quo iudicium abſolutionis à iuramento non præiudicat iudicio negocij principalis,ſcilicet contractus,& probationes factæ in ipſo iudicio ſuper abſolutione à iuramẽto non probant in alio iudicio plenario ſuper contractu,iuxta prędicta: quod Iudex Eccleſiaſticus cognoſcens de ipſa abſolutione non poterit inhibere iudici laico ne procedat ad exequutionem inſtrumẽti;quia ſunt ſeparata iudicia, vt per Fed. de ſen.conſ.300. in fi. & Ab.poſt eum in c.1. ſub nu.10. de iureiu.De qua tamen re latius agendum eſt infra hac par. q.14.

QVAE-

QVAESTIO XII.

Vtrum Iudex Eccleſiaſticus competens ſit inter laicos in iudicio negocij principalis, ex quo fuit Iudex inter eos in iudicio abſolutionis iuramenti præparatoriæ ad illud conceſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus ex abſolutione præparatoria inter laicos impenſa acquirit iuriſdictionem ſitque Iudex inter eos. etiam in cauſa, ſeu negocio principali.*

2 *Abſolutus ad effectum dicendi de ſimulatione, vel vſura adverſus contractum, debet ad id agere in Curia Epiſcopali, vbi habuit abſolutionem.*

3 *Iudex cauſæ præparantis debet eſſe Iudex cauſæ præparatæ: & nu. 4 declara, vt nu. 18.*

5 *Iudex Eccleſiaſticus, qui cognoſcit de excommunicatione conſequitur cognitionem ſuper æſtimatione iniuriæ: & de ratione, nu 6.*

7 *Iuramentum accumulat forū foro: & nu. 22.*

8 *Iudex Eccleſiaſticus ratione iuramenti conſequitur iuriſdictionem nedum in clericos; ſed etiam in laicos, & nu. 10.*

9 *Fori cumulatio non habet locum in iudice laico.*

11 *Iudex Eccleſiaſticus in cognitione iuramenti cumulatiorem poteſtatem habet, quam Iudex ſecularis: & de ratione diſcriminis inter eos.*

12 *Fori accumulatio in Iudice Eccleſiaſtico ratione iuramenti fit, nedum quoad cognitionem iuramenti; ſed etiam quo ad cognitionem totius cauſæ iure ordinario coram eo agitandæ: & nu. 21.*

13 *Fori nuncupatio deſignat iudicium ordinarium.*

14 *Iuramentum accumulat forū in Iudice Eccleſiaſtico etiam in materia feudali.*

15 *Iudex idem qui fuit aditus, & cognouit ſuper actione ad exhibendum, cognoſcere habet in iudicio directo, & ordinario vendicationis, nec alius adeundus eſt.*

16 *Mandati fines non ſunt prætereundi, ſed diligenter cuſtodiendi.*

17 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtrictiſſimi iuris, & ideo non trahuntur extra perſonas, & res nominatas.*

18 *Iudex approbatus à partibus in præparatoria cauſa debet eſſe Iudex in cauſa præparata, &*

ta, & principali, & non poteſt recuſari amplius.

19 *Recuſare Iudicem in cauſa principali non poteſt, qui illum approbauit in cauſa praparatoria.*

20 *Lex ordinarij. C. de rei vendica. & l. minor 25. an in fine princ. ff. de euict. declarantur.*

21 *Submiſſio intelligitur facta à partibus voluntarie ad forū Eccleſiaſticum ex iuramento in contractu appoſito: & de ratione nu. 23.*

24 *Iuramentum dicitur eſſe Pars contractus cui adijcitur.*

25 *Iudex Eccleſiaſticus ratione iuramenti in contractu appoſiti eſt Iudex competens inter laicos ſuper negocio contractus, nedum vbi agitur vt iuramentum, & contractus obſeruentur, ſed etiam ſi agatur, vt iuramentum, ac ſubinde contractus non debeat obſeruari: & num. 28. 29. 40. Amplia, vt nu. 30.*

26 *Prorogari facile poteſt à laicis iurisdictio iudicis Eccleſiaſtici.*

27 *Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex ordinarius tam clericorum, quam laicorum, & ordinario iure cognoſcit, & iudicat inter laicos: amplia, vt nu. 31.*

29 *Approbans Iudicem Eccleſiaſticum ratione iuramenti in contractu adiecti, vt eius vigore agere valeat coram eo, videtur eumdem approbare, vt & conueniri poſſit coram eo.*

30 *Iudex Eccleſiaſticus ratione iuramenti eſt competens inter laicos, etiam vbi agitur de diſtractu; & ſic vt contractus, & iuramentum non debeant obſeruari, nedum in materia de ſe ad forum Eccleſia ſpectanti, ſed etiam in alijs.*

32 *Prorogari iuriſdictio, & poteſtas Iudicis Eccleſiaſtici à laicis quando poſſit, vel non: & nu. 33.*

33 *Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere de negocio inter laicos, vbi illud non poteſt definiri, niſi ex ſtatuto laicorum: & materia repugnat ne iudicare habeat ſecundum ſtatutum illud. & nu. 60.*

34 *Conſenſus in Iudicem, ſeu approbatio Iudicis non dicitur induci ex actu, qui fit ex neceſſitate.*

35 *Submiſſio inducit conſenſum in Iudicem, & illius iuriſdictionis prorogationem.*

36 *Prorogatio iuriſdictionis inducitur, nedum ex conſenſu expreſſo, ſed etiam ex tacito.*

37 *Prorogatio fieri poteſt etiam de iuriſdictione habitu tantum competente.*

38 *Iuriſdictio* Iudicis *Eccleſiaſtici eſt amplior, & pinguior iuriſdictione* Iudicis *ſecularis.*

39 *Iudex* Eccleſiaſticus *cognoſcit de temporali cauſa laicorum ordinaria iuriſdictione, non ſolum vbi cauſa eſt incidens, ſeu praiudicialis, ſed etiam ſi veniat acceſſorie.*

41 *Actor ſequitur forum rei.*

Forum

42 *Forus contractus an neceſſario debeat eſſe forus diſtractus, & num.45.*

43 *Forus contractus regulariter attenditur, adirique debet in diſtractu.*

44 *Regula eſt non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe.*

46 *Iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictio & poteſtas in cognoſcendo de cauſa temporali inter laicos ratione iuramenti, etiam vbi agitur de diſtractu, ſcilicet de diſſolutione, & inobſeruantia iuramenti, & contractus, vnde proueniat: et num. 55.*

47 *Cap. fin. de foro compe. lib. 6. tribuens iuriſdictionem Iudici eccleſiaſtico ratione iuramenti peræque prouidet fauori iuramenti, eiuſque cui illud præſtitum eſt, vt obſeruetur, ſcilicet ſi licitum eſt, ac contra videlicet vt non obſeruetur vbi eſt illicitum.*

48 *Actor et reus eodem debent iure cenſeri, et ad paria iudicari; vt quod vni licet, alteri litere debeat.*

49 *Iuramenti fauor peræque eſt vt obſeruetur ſi licitum, atq; vt non obſeruetur ſi illicitum eſt.*

50 *Dei maieſtas offenditur peræque ex tranſgreſſione iuramenti liciti, ac ex obſeruantia illiciti.*

51 *Iudicis Eccleſiaſtici partes ſunt curare, vt iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum.*

52 *Præiudicium Domini temporalis, ſeu Iudicis ſecularis ad effectum impediendi cognitionem Iudicis Eccleſiaſtici inter laicos ratione iuramenti non eſt conſiderabile: & nu. 54.*

53 *Dominus temporalis quando impedire poſſit ſubditos ſuos ratione ſui præiudicij ne iuriſdictionem, ſeu forum alterius Iudicis prorogent, ſeu ne in alienum Iudicem conſentiant, eique ſe ſubmittant.*

56 *Ius alicui acquiſitum ei non eſt auferendum.*

57 *Ceſſante cauſa non ceſſat effectus iam conſummatus.*

58 *Iuriſdictionem eccleſiaſticam turbantes in cognitione cauſæ temporalis inter laicos ratione iuramenti, etiam vbi agitur de diſſoluenda obligatione iurata, veniunt contra libertatem eccleſiaſticam, & incidunt in Bullam Cœnæ Domini.*

59 *Dominus temporalis an prohibere valeat ſubditos ſuos ne iuramentum apponant in contractibus.*

61 *Abſolutio conceſſa à iuramento nullo non eſt potens deferre cognitionem negocij principalis in Iudicem Eccleſiaſticum; nec enim poteſt extendere, vel perpetuare ſuam iuriſdictionem.*

62 *Abſolutio impenſa à iuramento prius à parte remiſſo non transfert cognitionem cauſæ principalis in Iudicē Eccleſiaſticum.*

63 *Non entis nullæ ſunt partes, vel qualitates.*

64 *Remiſſio iuramenti facta à parte tollit tam obligationem*

qua ex iuramento iurans ei tenebatur, quam eam qua tenebatur Deo: & de ratione.

DVODECIMO quæro vtrum iudex Eccleſiaſticus, qui relaxationem iuramenti, ſeu abſolutionem ad effectum agendi conceſſit, ſit Iudex competens inter laicos in cauſa principali; vt & coram illo agi poſſit pro reſolutione contractus. Articulus eſt practicabilis, vtilis, & quotidianus, de quo quęrit Feli. in ſępe alleg. cap. 1. quęſt. 6. num. 27. de iureiur. & eſt materia. cap. cum C. laicus, quod eſt vlt. de foro comp. in 6.

1 † Hanc quæſtionem decidit af-
firmatiue Bal. in l. ordinarij: col.
1. C. de rei vendi. vbi determi-
2 nat, † quod ſi quis dicturus con-
tractum vſurarium petat abſolu-
tionem iuramenti coram Epiſco
po, & abſolutus eſt, acturus poſtea
de ſimulatione, vel vſuris, neceſ-
ſario habet agere in eadẽ curia,
non in alia per eam rationem,
3 † quia idem debet eſſe iudex cau
ſæ præparatæ, qui fuit præparan-
tis: & hanc doctrinam, & Deci-
ſionem Baldi ſequuntur compro-
bantque fere omnes: ita vt ſupra
illum refert, & ſequitur Feli. in d.
c. 1. d. quęſt. 6. num. 27. de iureiu.
& in c. cum ſit generale, num. 4.
de foro compe. & ante eum ean-
dem Bal. Deciſionem approbauit
Paul. de Caſtr. in conſ. 210. incipit
viſis, & ponderatis omnibus de
quibus ſupra. num. 2. ver. pręte-
rea Bal. loquitur, Par. 1. in nouis:
per dictam rationem, † videlicet, 4
quod qui fuit vſus iuriſdictione
in præparatorio, acquiſiuit eam
in præparato, pro qua facit, in-
quit, optime, licet Bal. non alle-
get, tex. in l. minor vigintiquin-
que annis, in fine principij: ff. de
euict. & l. cum vendente. C. vbi
cauſæ fiſca. cum ibi nota. per Bal.
poſt Iaco. But. licet idem Paul. in
d. l. ordinarij videatur habuiſſe
alium ſenſum, & Baldo non om-
nino acquieuiſſe. Et pro ea, in-
quit Feli. vbi ſupra, quod eſt for-
te Gloſ. quam vocat peregrinam
in cap. parochianos in Glo. fi. ibi,
ſed hoc intellige: de ſent. excom.
† vbi quod cognitio ſuper excom 5
municatione transfert in Iudicẽ
Eccleſiaſticum etiam cognitionẽ
ſuper æſtimatione iniuriæ: licet
Gloſ. euitari poſſe videatur; † quia 6
habet ſuam rationem ſpecialem;
nempe quia aliter non fit abſolu-
tio, ſcilicet niſi facta ſatisfactio-
ne, & conſequenter æſtimatione
iniuriæ, vt innuit Gloſ. ibi, quia
aliter.

Adde quod eſt ratio item fun-
damentalis huius partis, ſeu opi-
nionis affirmatiuę; † quia, inquiũt 7
iuramentum accumulat forum
foro; & ſic forum ſecularem foro
eccleſiaſtico, per d. cap. fi. de foro
compe. in 6. † vt ſic merito Ec- 8
cleſiaſticus Iudex in contractibus
ſeu diſpoſitionibus iuratis iuriſ-
dictionem habeat, nedum in pro-
prijs ſubditis, ideſt Clericis, verũ
etiam in laicis: non ſic è contra
in Iudice ſeculari; † quia in eo 9
ceſſat cumulatio fori: nam in ca-
ſu,

ſu, in quo cognoſcit ſuper actu iurato, ſcilicet vbi non eſt dubium de iuramento, ſed quæritur tantum de facto, ideſt an ſit iuratum; id ſolum facere poteſt inter ſuos ſubditos, ideſt laicos: ſecus in
10 Eccleſiaſtico; † quia cognitionem habet etiam inter laicos, vt dixi:
11 † id quod prouenit ex cumulatiori poteſtate, quam Iudex Eccleſiaſticus habet in cognitione iuramenti, cum nedum quid facti, ſed quid iuris cognitionem habeat; vt eleganter declarat Ægid. Bellam. in d. cap. cum C. laicus, ſub num. 10. & 11. de foro comp. in 6. & prædictam rationẽ, quod iuramentum accumulet forum in Iudice Eccleſiaſtico, tradit etiam Abb. in cap. cum veniſſent, num. 25. de Inſti. Imo plus voluerunt; nempe vt iuramenti adiectio, nedum accumulet forũ, ſed etiam mutet; ita vt indiſtincte Iudex laicus non poſſit ſe intromittere; & iudicium coram illo non valeret: ſed illud omnimodo ad Iudicem Eccleſiaſticum pertineat, vt ſentit Ægid. Bella. in d. c. cum C. laicus, quod eſt fi. quod dicit ibidem probari: & idem antea tenuerunt ibidem Io. Mo. Arch. Car. & Laud. vt refert idem Bella. & Petr. Fol. in addi. ad Maran. in Prac. diſt. 11. iudiciorũ. poſt num. 14. hoc idem tenet Hippol. Marſ. ſing. 654. Et eadem prędicta ratio fortior redditur, ac tutior pro eadem hac opinione
12 affirmatiua; quia ampliatur, † vt fiat cumulatio fori Eccleſiaſtici, nedum quoad cognitionem iuramenti, ſed etiam quo ad cognitionem totius cauſæ, & negocij principalis iure ordinario agitandi: quod probatur in illo c. fin. ibi, ad cuius forum ratione iuramenti cauſæ huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere; & non dicit iuramenti cognitio; ſed cauſæ huiuſmodi cognitio.

Et non dicit ad quem, ſed ad cuius forum, † quod deſignat ordinarium Iudicium; de verb. ſig. 13
c. forus. & quod legitur, & notatur, in cap. fi. de foro compe. & eod. tit. in 6. in cap. Romana. §. contrahentes. & ita illum tex. expendit ibidem Bella. num. 16. Et hæc ampliatio in tantum recipitur, † vt vera ſit, & procedat 14
etiam ſi materia eſſet feudalis ſecundum Cald. in conſ. 11. tit. de foro compe. & ideo ibi decidit, quod ratione iuramenti poteſt Vaſallus trahi ad forum Eccleſię; adeo quod cognito de iuramẽto, ibidem cognoſcetur de proprietate feudi, dicens eſſe caſum directum in cap. nouit: de iudi. & illum ſequitur Feli. qui illum refert in d. c. cum ſit generale. nu. 7. d. tit. de foro compe.

Contrariam tamen ſententiam tenuiſſe videtur Paul. de Caſtro, quem ſupra retuli in d. l. ordinarij, num. 3. C. de rei vendi. & poſt eum Deci. in rub. de Iudi. col. 2. ver. ſimiliter ad ſuperius dicta, num. 8. vbi recitat præfatam doctrinam, & Deciſionem Bal. in d. l. ordinarij, & eam late diſcutit, inclinans tandem in alteram hãc contrariam ſententiam, ſcilicet negatiuam. Et ex eorum dictis pro eadem hac negatiua opiniona facta eſt Deciſ. in ſenatu Pedemontano, quæ eſt 78. inter De-

ciſ. D. Octauij Cachera. Oſaſ. concludens expreſſe contra præmiſſam partem affirmatiuã, quod vigore d. abſolutionis habitæ à iudice eccleſiaſtico non eſt coram eo ſuper negocio, ſeu cauſa principali litigandum, & quod illa non eſt ab eo terminanda, ſed à Iudice laico, qui ſcilicet Iudex eſt ordinarius, & competens laicorum litigantium. Et in hanc ſententiam allegat Dida. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 4. nu. 8. qui tamen eam non ſimpliciter, & indiſtincte tenet, ſed cum dictinctione. Horum autem omnium hanc ſecundam partem ſequentium ratiocinationis vis, & intentio tota in eo videtur conſiſtere, ſcilicet in diluenda prædicta ratione Baldi, nec non prædicta ratione deducta ex d. c. fi. de foro compe. in 6. quia dicunt verum non eſſe, quod Iudex ex cauſa præparante iuriſdictionem acquirat in cauſa pręparata; & dant inſtantiam de l. 1. C. ad exhiben. licet eiuſmodi inſtantia euitari poſſit intelligendo quod de iudice dicitur in illa l. 1. de eodem Præſide: nec enim eſt verbum ibi, quod ſuadeat intelligendum eſſe de alio Iudice: & quin poſſit, vel debeat intelligi de eodẽ Pręſide. non enim hoc
15 verum eſt, nec iure probatur, † vt alius Iudex adeundus ſit ſuper ad exhibendum actione, & alius ſuper iudicio directo, & ordinario, ſcilicet vendicationis; & quod qui iudex futurus eſt eiuſdẽ iudicij vendicationis, non idẽ fuiſſet competens ſuper ad exhibendum actione. Porro autem non repetit de Pręſide, ſed repetit de Iudice generice, quaſi dicat, vt Iudice mediante, ideſt iudicialiter, ſeu iure medio dominium ancillæ tuæ oſtendere, & conſequi valeas: & facit vt de eodem Præſide intelligere debeamus. l. fin. illius eiuſdem tit. neque item refragantur adducta per Rom. conſ. 300. allegatum in prædicta Deci. Oſaſ. quia in omnibus illis caſibus, quod iuriſdictio delegata, vel facultas data nõ extendatur, prouenit ex eo, quia reſiſtunt mãdata in illis data ad rem certam,
& ſpecialem; † qua propter fines 16
eorum nullatenus ſunt prætereundi, ſed diligenter cuſtodiendi, inſti. de mand. §. is qui: † Et item 17
delegatoria reſcripta, quæ ſunt ſtrictiſſimi iuris, adeo vt nec trahantur extra perſonas, & res nominatas, de offic. dele. c. P. & G. & cap. cum olim Abbas, & de reſcri. cap. fi. prout ita ſe declarat ipſe Rom. in illo conſ. ſub num. 6. & ſub num. 11. quæ rationes non militant in caſu noſtro. Item alio medio conantur euertere eandẽ rationem Baldi, ſcilicet declarando d. l. ordinarij, vnde & vbi Bal. illam rationem elicuit: quia dicũt, in illa l. ordinarij, Iudex non acquirit iuriſdictionẽ ſuper principali ex eo ſolo, quod cognouit ſuper præparatorio; ſed imo erat Iudex competens ad cauſam ipſam præparatam; & ideo non bene infertur ex ea. l. quod ex præparatorio neceſſario influatur ad præparatum, vt neceſſario debeat eſſe Iudex in cauſa pręparata, qui fuit in præparante. Cum ergo in caſu noſtro Iudex Eccleſiaſticus non haberet iuriſdictionem ſuper prin-

principali tanquam ſuper re mere profana inter laicos, non poteſt dici, quod eam acquiſierit ex eo ſolo, quod eam habuit ſuper præparatorio; quia id non probatur ex d.l.vt dictum eſt.

Huic ratiocinationi reſponderi poteſt, eſto quod dicta ratio, ſeu regula ſumpta ex d. l. ordinarij, & l.minor 25. ann. ſic ſimpliciter intellecta, vt illam ponit Bal.non ſit perpetuo vera, & propterea eidem non ſit admodum fidendum; vera tamen erit & firma, ſi cum temperamento huiuſmodi intelligatur, videlicet
18 † vt Iudex, qui fuit approbatus à partibus in præparatorio, debeat eſſe Iudex in præparato, adeo vt non
19 poſſit recuſari. † Et conſtituatur regula, quod ille, qui in cauſa preparatoria Iudicem approbauit, non poſſit illum in cauſa principali recuſare; prout eam ponit Decius in l. ſi conuenerit, col. 6.
20 num.25.ff.de iuriſ. om. Iudi.† ita intelligens d.l.ordinarij.C.de rei vendi.& l.minor 25.an.ff.de euict. & ſimiles. Ex quibus modo ſic intellectis, & ex regula ita ex eis elicita, & conſtituta probe quidē iuuatur, & defenditur prima opinio affirmatiua queſtionis noſtrę, nihil refragantibus prædictis omnibus ex aduerſo adductis pro diluenda illa ratione Baldi; vt iure merito igitur Iudex ipſe eccleſiaſticus cognitionē habere debeat ſuper principali, ex quo de partum conſenſu, & approbatione illam habuit ſuper præparatorio, cognoſcendo ſcilicet ſuper iuramento de abſolutione ab illo danda, vel non: nam ex quo voluerunt contrahentes apponere iuramentum in contractu, † voluntarie 21
conſequenter ſubmiſerunt ſe Iudici Eccleſiaſtico, & eius foro:
† ex quo enim iuramentum interuenit, cauſa ad forum eccleſiaſticum ſpectat: cap.fin. ſæpeallegato, vbi omnes, de foro compe. in 6. & id expreſſe notat Specu. lib. 2. ſui Spec. tit. de compe. Iudi. aditio.§.1. ſub num.1. & Bal. ibi ad eum in principio ſuæ addit. cum alijs pluribus quos remittit Ioan.Firma. in aureo ſuo Repertorio, ver. iuramenti cognitio, 22
num.6. † Et de ratione huius ſubmiſſionis ratione iuramenti vide per Abb. in cap. cum contingat, ſub num.5. poſt medium, ver. ratio eſt hæc: de iureiur. vbi etiam quod nec lex ciuilis, nec etiam Canonica poſſet eam impedire; nimirum quia per iuramentum acquiritur principaliter obligatio Deo; & ideo non poteſt aliqua lex impedire ne quis ſe obliget Deo, vbi iuramentum nihil turpe, vel illicitum continet ex parte iurantis, vel ex parte materię, vt ibi per eum. quod ſi verum eſt etiam quoad negocium principale, vt per citatos omnes, vtiq. omnino verū eſt quoad ipſū iuramentū, omni ambiguitate ac contradictione ſemota. Et facit etiā ad prædicta; † quia iuramentum dicitur eſſe Pars contractus, vt id notat Bellam. in d.c.fi.n.20. 23

24

Quo valido fundamento iacto pro prima opinione affirmatiua, apparet modo, quod nihil ei refragantur ea, quæ contra adducuntur ab Oſaſ. & Didaco declarando d. c.fi. dum illud reſtringere volunt, vt procedat quando ageretur ad obſeruantiam iuramenti

Digitized by Google

menti ſuper cõtractu interpoſiti,
& ſic de obſeruando contractu:
ſecus vbi ageretur vt iuramen-
tum non obſeruaretur; & ſic de
diſtractu: quia tunc, vt Didacus
ait, ille qui vere reus eſt, poteſt
iudicium illud effugere, dicens ſe
ipſum conueniendum eſſe coram
proprio Iudice ex regula, quæ ha
bet oportere actorem ſequi forũ
rei. Et alter qui peteret illud iu-
dicium proponi, ac deduci coram
Iudice Eccleſiaſtico, qui abſolu-
tionem conceſſit, nullo iure hoc
peteret; ſi quidem ratione iura-
menti non eſt hæc quæſtio ad Ec-
cleſiaſticum deferenda. Nam re-
ſpondeo, quod hæc dicta non pro-
25 cedunt; † quia voluntarie ambo
eidem Eccleſiaſtico ſe ſubmiſe-
runt, vt mox fuit oſtenſum; & ideo
ex cognitione cauſæ præparantis
iuriſdictionem habet in cauſa
præparata, ſeu principali: vt ſu-
pra eſt probatum ex regula à De-
cio conſtituta cum d. tempera-
26 mento: † neque enim eſt quid re-
ſiſtat, quin prorogari potuerit iu-
riſdictio eiuſdem Iudicis Eccleſia
27 ſtici, cum ille † ſit Iudex ordina-
rius ſuorum ſubditorum omnium
tam clericorum, quam laicorum,
qui & alioqui propterea ordina-
rio iure cognoſcit inter laicos,
iuriſdictionemque ordinariam
inter eos habet, in quamplurimis
caſibus, de quibus per Maran. in
ſuo Spec. Par. 4. princ. diſt. 11. iud.
Et patet magna iuriſdictio Eccle-
ſiæ in laicos in cap. Adrianus, in
vltimis verbis 63. diſt. & in cap.
28 alius. 15. q. 6. † Nec enim verum
eſt, qnod reus poſſit effugere Iu-
dicium, allegando id quod dicit
Didacus; quia illo ipſo reus con-
uincitur, & repellitur. Et ſibi os
claudit ratio. l. cum papinianus.
C. de ſent. & interloc. omn. iud.
† etenim ex quo per adiectionem 29
iuramenti approbauit Iudicem
Eccleſiaſticum, vt poſſet agere
coram eo vigore iuramenti pro
obſeruatione contractus iurati,
vt fatetur Didacus; eodem modo
contentari debet, vt ratione eiuſ-
dem iuramenti coram eodem Iu-
dice conueniri poſſit per rationẽ
d. l. cum papinianus: iuncta ma-
xime declaratione Glo. fi. ibi, vel
dic verius, & iuncta illa regula
ex Decio ſupra relata, & conſti-
tuta.

† Ex quo infertur non iure 30
quidem coarctandam eſſe primã
ipſam opinionem Baldi affirma-
tiuam; & ſubinde poteſtatem Iu-
dicis Eccleſiaſtici, prout Dida.
fecit, videlicet vt procedat ſolũ
in caſibus, quoties præſtita abſo-
lutione ad effectum agendi, con-
tractus ipſe examinandus eſt, an
habeat vſuræ, ſimoniæ aliudue vi-
tium, cuius cognitio ad Iudicem
Eccleſiaſticum pertineat: ſecus ſi
alio iure cuius cognitio propria
non eſt iudicis Eccleſiaſtici, ad re-
ſciſſionem contractus quis agere
velit. hæc enim reſtrictio non vi
detur bona; tum quia in caſibus
quorum cognitio propria eſt iu-
dicis Eccleſiaſtici, perperam, &
vane quæſtio excitata fuiſſet à
doctoribus: Tum quia nec etiam
quoad alios caſus eſt quid impe-
dire valeat dictam prorogationẽ
Iudicis Eccleſiaſtici; † quippe qui 31
& ſecundum iura ciuilia, & in ma
teria etiam non ſpirituali, & Ec-
cleſiaſtica cognoſcere poteſt in-
ter laicos, & iudicare: bonus tex.
in c.

in c. ſi in adiutorium. 10. diſt. & adde tradita infra in ver. Et prædicta. Et eſt Iudex ordinarius etiam laicorum, vt eſt dictum. Vnde quid mirum ſi eius iuriſdictioni laici ſe ſubmittere, eamq. prorogare valeant? cum immo laicis permiſſum ſit, vt etiam Iudicis non ſui, ſeu alioqui incompetentis, alias tamen iuriſdictionem habentis, iuriſdictionem prorogare eumque competentem facere valeant: vt in l. 1. C. de iuriſ. om. iudi. & in l. 1. ff. de iudi. & in cap. ſignificaſti, de foro compe.

Secundo infertur prudentiori, ac veriori conſideratione poteſtatem Iudicis Eccleſiaſtici in præſenti caſu limitaſſe, ac ipſam Baldi affirmatiuam opinionem declaraſſe melius, quam alius, & quã ipſe alibi Paul. de Caſtro in conſ. ſupraalleg. 210. viſis & ponderatis omnibus, de quibus ſupra, lib.
32 2. † vbi ipſe nullatenus negat quin dicta prorogatio iuriſdictionis Iudicis Eccleſiaſtici fieri poſſit, & quin idem Iudex cognoſcere, & iudicare poſſit vbicumque tale quid in contractu cõtinetur, illudque coram eo proponitur, & allegatur, de quo ipſe poteſt ſe impedire iudicando, ſiue ſecundũ ius canonicum, ſiue ſecundum ius
33 ciuile: † ſed ſolum reſtringit, vt prorogatio ipſa fieri non poſſit, quando ipſe Iudex non poteſt ſe impedire; quia eſt tale quid, de quo nullo iure iudicare poteſt; vt puta quia abſolutus à iuramento ad effectum agendi, ſiue excipiendi vult ſe fundare in aliquo remedio, quod non competit ſibi ex iure Canonico, vel ciuili, ſecundũ quæ ſcilicet Eccleſiaſticus Iudex iudicare poſſet; ſed competit ex municipali iure laicorum: & materia repugnat, ne Iudex eccleſiaſticus ſecundum ſtatuta laicorum in ea iudicare valeat. Exemplum habes apud ipſum Caſtren. in d. conſilio de vſura præſumpta, ſeu inducta à ſtatuto in caſu, qui eſt præter ius Canonicum, vel ciuile; quod reuera per ſtatutum laicorum induci non poteſt; vnde nec valet eiuſmodi ſtatutum; & in curia Epiſcopali non eſſet attendendum: & ideo in d. caſu Iudici eccleſiaſtico non relinquitur locus iudicandi; quia nullo iure id facere poteſt. non quidem iure canonico, vel ciuili; quia illis iuribus de tali caſu non cauetur: non etiam illo municipali iure, quippe quod in eiuſmodi materia eccleſiaſtica non eſt attendendum, neque in eccleſiaſtica curia ſeruandum, vt plenius per eundem Caſtr. in d. loco.

Et ex prædictis patet, quod ſatis reſponſum eſt ad ea, quæ contra obijciebat Dec. ſupra allegatus in rub. de iudi. num. 15. videlicet, quod non ſit facta prorogatio Iudicis eccleſiaſtici, eo quia de neceſſitate petitur abſolutio iuramenti coram eccleſiaſtico; vnde ex hoc argui nõ poteſt, quod etiam' in cauſa principali velit
eum habere Iudicẽ: † actus enim 34
qui fit ex neceſſitate, non infert conſenſum in Iudicem, vt ibi per eum; patet inquam, reſponſio ex prædictis; nam per actum interpoſitionis iuramenti voluntarie ſe eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſubmiſe-

35 miſerunt: † & iſta ſubmiſſio ſatis inducit iuriſdictionis prorogationem, & conſenſum in Iudicem: vt probat l. eſt receptum. ff. de iuriſ. omnium iudi. vbi tantum dicitur de actu ſubmiſſionis: prout illum tex. ad hoc expendit Abb. in cap. 1. ſub num. 18. verſus fi. ver. ad idem. l. de iudi. & ad idem dicit eſſe tex. optimum in cap. ſignificaſti: de foro compe. vbi ex ſola ſubmiſſione inducta eſſet prorogatio iuriſdictionis, & conſenſus in Iudicem, niſi qualitas clericatus
36 ſubmittentis obſtitiſſet. † Nec enim conſenſus expreſſus requiritur, ſed tacitus ſufficit ad iuriſdictionis prorogationem, vt notat idem Abb. in d. loco; allegat Inn. in c. ad petitionem: de accuſ. & Bal. in l. 1. in fine. ff. de iudi. Adde eundem Innoc. in cap. cum veniſſent, de in integrum reſti. & poſt eum id tradit expreſſe Bart.
37 in d. l. 1. in fine; de iudi. † Etiam de iuriſdictione habitu dumtaxat competente prorogatio fieri poteſt, vt notat Feli. in d. cap. ſignificaſti. in princ. de foro compe. Et ipſi parti contradicenti reſiſtit d. L. cum papianus ſupra relat.

Et prædicta omnia, quæ dicta ſunt de ipſa ſubmiſſione, ſeu conſenſu in Iudicem ipſum eccleſiaſticum, eiuſdemque iuriſdictionis prorogatione quoad negocium principale, vt facillime illa fieri potuerit, coadiuuantur ea firma
38 ratione; † quia amplior, & pinguior eſt eccleſiaſtici Iudicis iuriſdictio, quam ſecularis, nimirum ſi de facili illa extenditur, & ampliatur, vt notanter conſiderat, & docet Abb. in cap. lator, ſuper Gloſ. fi. num. 7. qui fil. ſint legi. † ideoque in multis caſibus co- 39
gnoſcit Iudex eccleſiaſticus ordinaria ſua iuriſdictione de temporali cauſa laicorum: & non ſolum ratione incidentiæ, ſcilicet vbi cauſa eſt incidens, ſeu præiudicialis, ſed etiam de cauſa temporali, quæ venit acceſſorie: vt tradit idem Abb. in cap. de prudentia, in primo notab. de donat. inter vir. & vxo. faciunt ea, quę infra dicentur in ſeq. queſt. in ſecunda parte affirmatiua à verſ. Et quid mirum. cum pluribus num. ſequentibus.

Et pro iſta prorogatione iuriſdictionis Iudicis eccleſiaſtici in laicos de facili, ac iure facienda, conſulit etiam Paul. de Caſtr. in conſil. 16. libr. 3. in vltimo impreſſis.

Ex quibus etiam ſatis † rema- 40
net eliſa obiectio, quæ fiebat ex aduerſo, videlicet, quod eccleſiaſticus non ſit Iudex competens in cauſa principali, vbi ageretur vt iuramentum non obſeruaretur, & ſic de diſtractu; ſed eſt competens ſolum quando agitur ad obſeruantiam iuramenti, & ſubinde contractus, ita reſtringendo, & declarando d. c. fin. de foro comp. in 6. vt in d. Deciſ. Oſa. num. 14. & antea per Deci. in rub. præall. de Iudi. num. 18. verſ. non obſt. quæ.

Nam reſpondetur, quod eſt competens ratione ſubmiſſionis, & prorogationis, de quibus ſatis actum eſt ſupra.

Et pręterea ſaluis omnibus prædictis, & vltra ea reſpondetur quod dicta eorum obiectio non poteſt

poteſt ſubſiſtere; quia caret fundamento; non enim admodum firma eſt ratio in qua fundatur; videlicet cũ agatur de diſtractione contractus, Iudex Eccleſiaſticus non videtur competens; quia vbi quis forum ſortitur ratione contractus in aliquo loco, ille forus non attenditur ſi agatur de reſolutione contractus, vt dicit Deci. vbi ſupra per l. 2. C. vbi & apud quem cogni. reſti. Quoniam ſi intelligunt hanc rationem, ſeu hoc dictum, vt ſit pepetuo verũ, quod ſcilicet non attendatur forus contractus vbi agitur de diſtractu, illud eſt falſum, & id minime determinatur in ea lege, ſed ibi ſolum confirmatur illa regula
41 iuris communis, † quod actor ſequatur forum rei, de qua in l. iuris. C. de iuriſd. omn. iudi. vt patet in illa l. 2. ibi, conſequens eſt, iuncta Gloſ. ibidem.

42 † Et hoc ſolum deduci poteſt ex illa. l. ſcilicet non attenditur neceſſario, & ſemper forus contractus quando agitur de diſtractu: ſed ex hoc nõ ſequitur quod nunquam attendatur; & quod nõ ſit Iudex competens in diſtractu, qui alioqui eſt competens in con
43 tractu: † quia immo eſt regulare, quod contractus locus, ſeu forus attenditur, vt in l. hæres abſens. §. 1. 2. & 3. & ibi doctores. ff. de iudi. & eſt bonus tex. in d. l. iuris ordinem. C. de iuriſ. omn. iudi. Et ſi ergo moderanda eſt d. ratio Decij, ita vt non excludat, quin attendi poſſit, & debeat quandoque forus contractus vbi agitur de diſtractu, & quin ſit Iudex competens in diſtractu qui competens eſt ratione contractus, prout certe intelligenda eſt vt à falſitate ſaluetur; & tunc nihil obſtat, & obiectio prædicta ex ea deducta nihil refragatur, † per regulam, 44
quæ habet non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab eſſe, c. inter corporalia, de translatio.

Deberet enim ratio ipſa neceſſario concludere quod non ſit Iudex competẽs ratione diſſolutionis contractus ille, qui eſt competens ratione contractus, vt aliquid haberet officere: ſed in tantum abeſt, vt id de neceſſitate iure aliquo concludi valeat, vt contrarium potius de iure cautum reperiatur. † quoniam immo re- 45
gula prædicta, quod quis ſortiatur forum ratione contractus, & ille attendi debeat, ampliatur vt vera ſit etiam quoad diſſolutionẽ contractus, vt ibi debeat diſſolui, vbi fuit celebratus, & ibi Pars ſit citanda: vt tradit Alex. ſingulariter in d. l. hæres abſens. §. ſiquis tutelam. & ad hoc allegatur pro ſingulari tex. in l. in contractibus §. in communibus, & ibi Bart. C. de non nume. pec. Lap. Alleg. 10. & per Ant. de But. in cap. poſtulaſti. de foro compe.

Immo eadem hæc regula ſic ampliata, & intellecta videri poſſet alicui magis obſtare præmiſſę opinioni affimatiuæ quæſtionis noſtræ, quam prædicta ratio Decij; nempe referendo illam ad Iudicem laicum, & ad eius fauorẽ, qui ſcilicet alioqui erat competens reſpectu contractus.

Cęterum nec hæc, nec illa aliquid obſtat, quoniam opinio ipſa alijs rationibus, & fundamentis

fulcitur, ex quibus ſatis ſuperque ſupra demonſtratum eſt prorogationem Iuriſdictionis Iudicis eccleſiaſtici eiuſque fori competentiam non ratione negocij geſti; ſed aliunde, nempe ex iuraméto, prouenire.

Et hinc prçterea ſubtilius rem perpendendo, aduertere facile poſſemus ineſſe fallaciam prædictæ ratiocinationi Decij, & Oſaſ. & quod illa non facit, vt aiunt, ad
46 rhombum; † quia non inferimus nos ad competentiam fori eccleſiaſtici quoad diſtractionem contractus ex natura, vt dixi, ipſius met contractus, & ex competentia, quæ alioqui eſſet circa illum; ſed aliunde, vt dixi, ſcilicet ex natura, & virtute iuramenti, & ex ſubmiſſione, & conſenſu ſubinde ipſorummet contrahentium, ad late ſupra deducta, atque oſtenſa: id quod bene quidem, vt autumo conſiderauit Couar. qui & ſi alioqui eidem Decio contra Baldi prædictam affirmatiuã opinioné conſentit; tamen inquit Decium falſa ratione vſum fuiſſe.

Neque tamen quidquam plus vrgent aliç rationes adductæ ab ipſo Couar. & Oſaſ. nempe quod d. conſtitutio vlt. de foro comp. in 6. inducta eſt ad fauorem iuramenti, & illius cui iuramentum præſtitum eſt, non autem in fauorem illius, qui aduerſus iuramentum agere contendit: & ideo non debet in illius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. c. quod ob gratiam, de reg. iuris, in 6. Is enim illius conſtitutionis finis eſt, vt Iudex eccleſiaſticus cogat iurantem fidem religione ſtabilitam obſeruare. Nam his & ſimilibus rationibus, vltra ea quç ſupra de ſubmiſſione, & iuriſdictionis prorogatione facta ex cõſenſu ipſarummet partium dicta fuerunt, eiſque addendo, reſpondetur, † quod ius æquitaſque requirit, quod ſicuti iuramentum accumulat forum in fauorem vnius, cumulare debet in fauorem alterius; † quia actor, & reus eodem debent iure cenſeri, & quod vni licet alteri licere debet, & è contra. l. non debet. ff. de reg. iur. & in Speculat. de teſt. §. 2. ver. alias. & de lit. cont. §. nunc dicamus. ver. ſed nunquid. † Et fauor iuramenti perçque conſiſtit in eo, videlicet vt obſeruetur vbi licitum eſt, ac vt non obſeruetur vbi illud illicitum eſt, & non obſeruandum: † nam parimodo offenditur Dei Maieſtas ex tranſgreſſione iuramenti liciti, ſicuti ex obſeruantia iniqui, & illiciti: nec enim minus eſt periurium huius obſeruantia, quam illius tranſgreſſio, vt id ſupra ego explicaui in Præludijs, in 4. in verſ. ſecundus gradus falſitatis; & in verſ. Tertius poſtremo comes, n. 14. & 36. Ideoque perçque eccleſiaſtici Iudicis partes eſſe debent curare vt præſtetur quod licite prçſtandũ eſt, & ne fides iuriſiurandi religione firmata violetur, ac vt minime fiat id, quod iuſte fieri nequit: † quippe cum & illud quoque eiuſdem Iudicis muneris ſit, ſcilicet curare, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum: vt cauetur in cap. quanto, de iureiur. Item facit quod dicitur in l. cum papinianus, in fi. C. de ſent. & interloc.

(Right margin numbers: 47, 48, 49, 50, 51)

loc. & in cap. 1. §. cuius 3. q. 8. ſupra alleg.

32 † Poſtremo conſideratio, quã facit Oſaſ. de præiudicio iuriſdictionis Iudicis laici, non videtur admodum conſiderabilis, quoniã alioqui, illa attenta, eſſet neceſſario fatendum non poſſe fieri cumulationem fori eccleſiaſtici etiã pro obſeruantia contractus ex identitate rationis illius præiudicij, quod ſcilicet & in eo quoque caſu parimodo viget, & conſiderari poteſt. Et ſic cogemur dicere, quod d. Conſider. Oſaſchi aut eſt bona, & de iure ſubſiſtens, & habenda eſt ratio illius præiudicij, adeo quod impedire valeat prædictam accumulationem, ſeu prorogationem iuriſdictionis eccleſiaſticæ; & peræque eam impedire habebit ſiue agatur de obſeruantia, ſiue de inobſeruantia contractus: quoniam idem ipſum præiudicium peræque in vno atque in altero modo ineſſe videtur, vt dixi. Verum hoc eſt falſum; & contra d. cap. vlt. & neque idem ipſe Oſa. neque Dida. neque Decius id concedunt. Aut non eſt bona dicta conſideratio, & nulla habenda eſt ratio huiuſmodi præiudicij; & in neutro igitur prædictorum caſuum erit habenda; quia non entium nullę ſunt partes, vel qualitates.

Et firma remanebit Concluſio, in vtroque caſu fieri cumulationem fori eccleſiaſtici, nec impediri poſſe à ſuperiore laico ſubmiſſionem iam factam à ſuis ſubditis foro eccleſiaſtico; cum neque antea eam impedire potuiſſet, cum facta ſit per talem actum, nempe adiectionem iuramenti, de quo ipſe ſe impedire nõ valet; neque antea, ne ſcilicet apponatur; neque poſtea, ne ſcilicet eius effectum operetur, per ea quę dixi ſupra in ver. huic ratiocinationi, ex Abb. in cap. cum contingat.

Quod ſi etiam (præter tamen materiam, & caſum quæſt. noſtrę) concedere volemus habendam eſſe rationem eiuſmodi præiudicij, adeoque non poſſe ſubditum laicum prorogationem facere iuriſdictionis, ſeu fori alterius Iudicis in præiudicium ſui ſuperioris ſine conſenſu illius; † id non 33
eſt verum regulariter, ſed reſtringendum id eſt verum eſſe in ſubdito Vaſallo; & ſic ratione Vaſallagij.

Secus in alio ſubdito Comitũ, vel Regum ſoluente ſolum tributum: ita aduertit, & declarat oculatiſſimus Feli. in cap. ſignificaſti, num. 2. ver. aduerte. de foro compe. & ita ſentiunt omnes de hac re loquentes, vt patet ex Inn. in c. cæterum, num. 4. & ibi Abb. num. 7. in fi. qui innuunt etiam rationem, de Iudi. & ex Bart. in l. 1. num. 1. de Iud. & in l. 1. §. & poſt operis: ff. de ope. no. nun. & ibi Alex. idem Hoſt. in ſumm. de fo. comp. & ex alijs per eundem met Oſaſ. citatis; & ita in hunc ſenſum eos citat, & recolligit Berta. in ſuo Rep. ver. prorogatio, num. 59. Et ad cap. ex tenore, in quo ſe fundat Oſaſ. ſatis reſpondent, illudque declarant verius, quam ipſe, citati per eum, & Abb. & Barba. in d. cap. ex tenore.

Cęterum quicquid de hoc ar-

ticulo definitum alioqui ſit à doctoribus, haud e re noſtra eſt diligentius hic indagare. Quod attinet ad quæſtionem noſtram, cer
54 tum eſt † nullam habendam eſſe rationem iſtiuſmodi præiudicij; & ſubinde concludendum eſt in terminis quæſtionis noſtræ libere fieri potuiſſe ac poſſe ſubmiſſionẽ à ſubditis laicis foro eccleſiaſtico, nec impediri poſſe à ſuperiore laico, nihil refragante conſideratione illa præiudicij, quam facit Oſaſcus. Quoniam vltra prædicta, ad illam amplius refutandã conſiderandum quoque eſt, quod
55 Eccleſia † in huiuſmodi cognitione contractus iurati vtitur iure ſuo, nempe iuriſdictione ſibi acquiſita ex adiectione iuramenti, ſiue in adimplenda, ſiue in diſſoluenda obligatione iurata, vt ſufficienter ſupra demonſtratũ fuit. ergo de ipſa nemo iure conqueri poteſt. l. nullus videtur: ff. de reg. iur. & in Spec. de Aboli. §. 1. ver. ſed cum ſupra, num. 11. & ſequen. Neque dicendum eſt, prout Did. inferre velle videtur, quod per abſolutionem datam ſit ſublatus effectus iuramenti, & proinde ablata iuriſdictio Iudici eccleſiaſtico: quia reſpondeo quod iuramẽtum iam conſummauit effectum ſuum in accumulando forum, & danda iuriſdictione Iudici eccleſiaſtico, ad ea quæ tradita ſunt ſupra in ver. Huic ratiocinationi: & ver. quo valido.
56 † Ergo ius iam ſibi quæſitum ei auferendum non eſt. l. ſi poſt mortem. ff. de bonor. poſ. cont. tab. l. fi. ff. de pact. l. ſi quiſque: ff. de diuer. & tempo. præſcr. Spec. in tit. de cenſi. §. nunc videndum. ver. quid ſi vniuerſitas.

† Et ceſſante cauſa non ceſſat 57
effectus iam conſummatus: Bar. in l. titia. §. Imperator. ff. de lega. 3. & not. in l. 2. §. fi. ff. de donat. per l. fi. in prin. ff. vnde lib. Deci. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. num. 94. & in conſ. 24. & conſ. 31. faciunt ea, quę ex Bar. & Panor. tradam infra q. ſeq. ver. Et ad hæc.

Quamobrem præiudicium potius inferri diceretur eccleſiaſtico Iudici, prohibendo laicos ne dicto caſu coram eo litigarent:
† & conſequenter in hoc Eccle- 58
ſiam impedire eſſet illicitum, & contra libertatem eccleſiaſticam temere attentare, vt in cap. quoniam: de immunit. Eccl. in 6. & hodie eſt caſus Bullæ Cœnæ Domini.

Illud potius eſſet videndum, videlicet † num ſuperior ipſe ſecu- 59
laris prohibere valeat ſuos ſubditos, ne adijciant iuramentum in contractu: de qua re agit Ægid. Bellam. in ſępealleg. cap. vlt. de foro comp. lib. 6. ſub num. 24. ver. In quarta. q. & bonis rationibus negatiue concludit. & coadiuuari poſſunt eius dicta ex his, quæ tradit Roma. conſi. 437. num. 7. & hanc eandem negatiuam ſententiam firmat Boer. Deciſ. 247. quem refert, & ſequitur D. Laur. Ten. Rodul. in tract. cautela. cau. 19. num. 3.

Alia, ſi qua ex aduerſo adducuntur contra dictam opinionem Baldi affirmatiuam, non curo; quia illa ſatis firma remanet ex iam dictis.

Quam

Quam opin. vltra allegatos in prin. quæſtionis, tenet Alex. dicens hanc ipſam Baldi Deciſionẽ eſſe notandam, in l. quoties. C. de Iudi. & idem Alex. in conſ. 58. circa primum quæſitum, in fi. lib. 1. & conſ. 60. ſeu 63. In cauſa & lite, col. 8. lib. 3. citatus à Deci. in rubr. præall. de Iudi. num. 9. & eandem ſequuti ſunt Curt. Iun. in rubr. C. de eden. num. 14. & Catella. Cotta. dictione Iudex, citati à Couar. d. cap. 4. num. 7. in fi. var. reſol. lib. 1. Et communem eam dicit eſſe idem Deci. in loco ſupracitato, & num. 21. ſubdit, quod in practica ab hac opinione Bal. non recederetur.

Eandem communem eſſe dicit Fran. Viu. in ſuis Com. Concluſ. ver. Iudex ſi aditus. Et antea Feli. in cap. 2. de ſponſal. num. 24. & Rip. in rubr. præall. de Iudi. nu. 23. Et cum putem hanc affirmatiuam Concluſionem tot fundamentis, & auctoritatibus communitam peræque apud omnes gentes ſine contradictione recipi; quo libentius in Neapolitano Regno recipi debeat, adduco doctorem famoſum eiuſdem Regni, qui pro ea conſuluit eius veritatem multis fundamentis, & auctoritatibus oſtendens. Gram. dico, inter ſua conſil. ciuil. conſ. 88. incipit. Redemptoris gentium. In cauſa nobilis mulieris.

Recipit tamen hæc Pars affirmatiua tres limitationes ſecundum Paul. de Caſtro in allegato conſ. 210.

Prima limitatio eſt, quam ex eodem Caſtr. poſui ſupra in ver.
60 ſecundo infertur, † videlicet vt non procedat in caſu quando abſolutus à iuramento vult ſe fundare in aliquo remedio, quod nõ competit ſibi ex iure Canonico, vel ciuili; ſecundum quæ ſcilicet eccleſiaſticus quiret iudicare; ſed competit ex particulari ſtatuto laicorum, & materia eſt talis, de qua ipſa Iudex eccleſiaſticus ſecundum tale ſtatutum laicorum non debet iudicare, vt latius ſupra explicaui.

Secunda limitatio eſt, vt d. opinio ſeu Concluſio Baldi non procedat, † vbi data eſſet abſolutio ſuper iuramento omnino nullo: 61
& ratio huius limitationis eſt; quia tunc nulla abſolutio conſiderari poteſt; nam cum abſolutio tendat ad relaxandum iuramentum validum, & vigorem habens, vbi non ſubſiſtit iuramentũ non cadit aliqua abſolutio, cum priuatio præſupponat habitum: l. decem. ff. de ver. obli. & ſi qua abſolutio fieret, huiuſmodi abſolutio eſſet facti potius, quã iuris: & ſic nec perpetuaret, nec extenderet iuriſdictionem, iuxta notata de citatione inualida in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defun. & in cap. cum plures, de offi. dele. lib. 6. prout hanc limitationem, tacitis tamen dictis rationibus, refert Fel. in cap. 1. num. 27. ver. ſecundo limitat. de iureiu. Pro qua adde alia, quæ dico inf. in par. 4. in caſu xvj. per totum.

Tertia proximę ſuperiori affinis eſt limitatio, † videlicet niſi 62
eſſet prius remiſſum iuramentũ per partem, per dictam rationẽ; quia tunc nulla abſolutio dari, vel conſiderari poteſt, & conſequenter

quenter nec eccleſiaſtici iuriſdi-
63 ctionem extendere poteſt : † cum non entis nullæ ſint partes, & c. bonus tex. in cap. ad diſſoluendũ, & ibi notantur multæ bonæ ſimiles concordantiæ, de deſponſat. impu. & in ſimili not. Spe. tit. de dila. §. 2. num. 4.

Et hanc remiſſionem Pars facere poteſt, prout alias ſuperius dictum fuit: & per eam tollitur tam illa obligatio, qua ex iuramento tenebatur Parti, quam illa qua tenebatur Deo; nam illa habebat in ſe conditionem, ſi Parti placuerit: nihil enim aliud quærit Deus, quantum ad hoc, niſi ſi Pars, cui fuit iuratum, vult iuramentum ſeruari ſeruetur, ſin minus, non vltra quærit Deus: vt notanter tradit idem Caſtr. d. conſ. 210. col. 2. verſus finem, & ſupra alibi ego iam declaraui. Adde pro hac tertia limit. plura quæ dico inf. in d. caſu xvj. in 4. Par. Quæ limitationes placebunt Iudicibus ſecularibus, qui ęgre ferunt ſibi ab eccleſiaſticis Iudicibus prærípi cognitiones cauſarũ mediante iuramenti abſolutione.

QVAESTIO XIII.

Vtrum Iudici Eccleſiaſtico, qui ratione iuramenti, ſiue abſolutionis ab eo conceſſæ habuit cognitionem cauſæ, & negocij principalis inter laicos, competat etiam exequutio contra eos iure proprio facienda.

SVMMARIVM.

1 *Territorio in alieno ſe ingerere non licet.*

2 *Poſſeſſionem dare non poſſunt non habentes territorium.*

3 *In poſſeſſionem realem immittere Imperij magis eſt, quam iuriſdictionis.*

4 *Rector ſcholarium non poteſt in poſſeſſionem realem immittere exequendo ſententiam ſuam.*

5 *Rector ſcholarium non poteſt committere capturam ſcholarium de ſe, ſed debet recurrere ad ſuperiorem.*

6 *Captura perſonæ eſt meri Imperij.*

7 *Iudex eccleſiaſticus in cognitione, quam habuit inter laicos, exequi poteſt ſententiam ſuam in bonis eorundem: & quo iure eam faciat, num. 45.*

8 *Territorium habet Epiſcopus, & in eo ordinariam exercet iuriſdictionem etiam inter laicos, etiam Principem, num. 15.*

Terri-

9 *Territorium Epiſcopi dicitur tota eius Diœceſis.*

10 *Epiſcopus in tota ſua Diœceſi ſolus eſt. Iudex ordinarius.*

11 *Epiſcopus in ſua Diœceſi plenã poteſtatem habet inquirendi, iudicandi, & condemnandi.*

12 *Epiſcopus ſtatuta condere poteſt.*

13 *Statuta Epiſcopi ſunt perpetua etiam poſt eius obitum.*

14 *Statuta Epiſcopi afficiunt ligantque omnes de ſua Diœceſi tam eccleſiaſticos quam laicos.*

16 *Epiſcopus ſuo Territorio præeſſe dicitur quo ad omnia, & in omnibus, quæ iuriſdictionem ſuam concernunt.*

17 *Imperium nedum mixtum, ſed merum quoque habet Epiſcopus.*

18 *Poſſeſſionem in realem, ſeu corporalem mittere poteſt Epiſcopus.*

19 *Iuriſdictionem ac poteſtatem in temporalibus inter laicos Eccleſiæ competere iuſtum & & æquum eſſe.*

20 *Eccleſia, ideſt fidelium collectio, in vnitate ſeu in vno capite à Deo conſtituta.*

21 *Adam cur ſolus ab initio creatus à Deo.*

22 *Adam nomen quid ſignificet.*

23 *Eccleſia, ideſt fidelium ſuorũ Regimen penes vnum Deus conſeruari voluit: & ſic fuit vſque ad tempora Samuelis.*

24 *Poteſtas Regia, & ſacerdotalis penes vnum extitit ab Adamo vſque ad Samuelem: & nu. 25.*

26 *Imperatores Romani antiquitus Pontifices appellabantur, & quare.*

27 *Sacerdotium, & Regnum à Samuelis temporibus inuicem diſgregata fuerunt.*

28 *Poteſtas ſuprema, etiam ſuper Reges, remanſit penes ſummum Sacerdotem poſt diuiſionem ſacerdotalis Regiæque poteſtatis.*

29 *Sacerdotalis, & Regia poteſtas demum conſolidata atque vnita fuerunt in Chriſto in quo ſcilicet Monarchica earum vnio facta fuit in terra: & nu. 33.*

30 *Sacerdotium vetus vile, et ignobile euaſit.*

31 *Sacerdotij translatio in Chriſtum facta.*

32 *Sacerdotium Chriſti quale.*

34 *Chriſtus etiam ſecundum carnem verus Rex, & legitimus terreni Regni ſucceſſor.*

35 *Chriſtus ſe vt hominem verum Regem, & terreni Regni poſſeſſionem quibuſdam actibus oſtendit.*

36 *Verba illa Chriſti:* Regnum *meum non eſt de hoc mundo, declarantur.*

37 *Chriſtus tranſtulit in Petrũ, & in eius perſona in omnes Petri ſucceſſores vtramque, ſacerdotalem ſcilicet & Regiam poteſtatem.*

38 *Imperij adminiſtrationem quare Chriſtus apud Papam eſſe noluerit, ſed apud Imperatorem.*

39 *Imperij iura non abſtulit Chriſtus Vicario ſuo, ideſt Papæ, ſed ſupremam poteſtatem*

etiam

etiam ſuper Imperatorem ei reſeruauit.

40 *Gladij vtriuſque ſuprema poteſtas in Papa reperitur, licet non habeat exercitium temporalis gladij, ſeu temporalis iuriſdictionis actu ſemper, & generaliter in orbe.*

41 *Papa retinet habitu iuriſdictionem temporalem in toto orbe: & an, & quando illam actu exerceat: num. 43. remiſſiue.*

42 *Imperator recepit à Papa immediate exercitium gladij, ſeu poteſtatis tēporalis; quia ab eo recepit Imperiū ex Dei voluntate.*

44 *Iuriſdictionem temporalem, quandoque Eccleſiam in laicos exercere eſt iuri conſonum.*

45 *Exequutionem facit Iudex Eccleſiaſticus in bonis laicorum ex cognitione, quam habuit inter eos, non vigore temporalis iuriſdictionis, ſed ex ſpirituali, ſeu Eccleſiaſtica eius propria iuriſdictione.*

46 *Cauſa alicuius cognitio vbi ad Eccleſiam transfertur, puta propter iuramentum, vel ſimile, dicitur ſibi competere Iure ordinario diſcutienda ac definienda.*

47 *Libellus qualiter ſit formandus vbi coram Iudice Eccleſiaſtico agitur pro obſeruantia contractus vigore Iuramenti.*

48 *Lex Epiſcopale. C. de Epiſcop. aud. declaratur: & nu. 50.*

49 *Epiſcopus per ſemetipſum, ſcilicet per ſuam familiam exequi poteſt ſententiam ſuam in bonis laicorum, vel inuocare auxilium Brachij ſecularis.*

51 *Cap. de perſona: 11. q. 1. declaratur.*

52 *Imperator nihil poteſt ſtatuere in praeiudicium Eccleſiaſticae iuriſdictionis.*

53 *Eccleſiaſtica iura Imperiali iudicio diſſolui non poſſunt.*

54 *Princeps ſecularis Eccleſiaſticam formam ſequi decet, non Eccleſiae ſequendam formam praefigere.*

55 *Leges etiam Imperiales Eccleſiae praeiudiciales inualidae ſunt, remiſ.*

56 *Iudex ſecularis exequitur ſententiam ſuam in bonis clerici coram eo reconuenti.*

57 *Iudex ſecularis in caſibus, in quibus eſt Iudex ordinarius in cauſa Clerici, exequitur ſententiam ſuam etiam clerico reſiſtente, nec incidit in excommun.*

58 *Iudex Domicilij interponere poteſt Decretum, & auctoritatem ſuam in alienatione minoris etiam reſpectu rerum exiſtentium extra ſuum territorium.*

59 *Epiſcopus punit laicos pro criminibus.*

60 *Brachium ſeculare quid ſit, & ab Eccleſiaſtico quādo implorari poſſit, et debeat.*

61 *Brachium ſeculare tenetur Iudex laicus praeſtare Iudici Eccleſiaſtico incūctanter ad ſimplicem requiſitionem in caſibus mere Eccleſiaſticis.*

Idem

61 *Idem vbi Iudex Eccleſiaſticus iudicialiter proceſſit in quocumque caſu ad ſuum forum ſpectante: tempera hoc, vt nu.63.*

DECIMATERTIA hic opportune ſubnectenda eſt quæſtio appendix præcedentis, An Iudex Eccleſiaſticus, qui aditus fuit, & cognouit ſuper obſeruantia contractus iurati inter laicos, poſſit per ſe ipſum cōtra eos exequutionem facere.

In hac re veluti ſæpe in alijs Eccleſia paſſa eſt contradictionē: non enim defuerunt, qui negatiuam partem tenuerint, videlicet eccleſiaſticum Iudicem non debere, nec poſſe ſe de exequutione impedire, ſed illam ad ſecularem Iudicem ſpectare, & ad eum illam fore remittendam. Et hoc dicũt niſi auctoritate l. Epiſcopale. C. de Epiſco. aud. vbi ſententia lata ab Epiſcopo inter laicos remittitur exequenda ad Iudices laicos. Ad idem videtur tex. iuris Canonici, videlicet in cap. de perſona, ver. & ſiquidem, 11. q. 1. vbi ſimiliter inſinuari videtur Iudicium Epiſcopi, qui cognouit de cauſa laici, per loci Iudicem ſecularem exequutioni fore demandandum. Et hæc Pars videtur eſſe firmata per Deciſionem Inno. in cap. ſignificaſti. de offi. & po. Iudi. dele. vbi per d. cap. de perſona dicit, quod Delegatus Papæ non poteſt mittere in poſſeſſionem in rebus laicalibus, quæ non ſunt de temporali iuriſdictione Papæ. Ponit exemplum ſi cognoſcat de Dote quia licet poſſit pronunciare de Dote reſtituenda: non tamen poteſt mittere in poſſeſſionem in rebus profanis ſeu laicalibus; & ita hanc Deciſionem in Iudice quoque ordinario, ſcilicet in Epiſcopo, refert Bal. in d. cap. ſignificaſti, num. 3. in fi.

Et ratio fundamentalis huius Partis negatiuæ ſecundum Bald. eſt quia ſentiunt, quod Epiſcopus non habeat Territorium: & ideo mittendo in poſſeſſionem in bonis laicalibus excederet fines ſuæ poteſtatis, & mitteret manũ in alieno Territorio, † quod non 1
licet l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auct. Iudi. poſſi. † qui enim 2
non habent territorium, non poſſunt in poſſeſſionem mittere, vt dicit Bal. in d. cap. ſignificaſti. nu. 4. Et ſic præſupponunt quod Epiſcopo in huiuſmodi cognitione inter laicos competat tantum ſimplex, ſeu mera iuriſdictio, & conſequenter non poſſit in realē poſſeſſionem mittere; † quia hoc 3
Imperij magis eſt, quam iuriſdictionis, inquit tex. in l. iubere caueri. ff. de iuriſ. omn. Iudi. Ad hoc adducitur ſimile † de Do- 4
ctore ſeu Rectore ſcholarium, qui non poteſt exequi ſententiam ſuam mittendo in poſſeſſionem corporalem, ſecundum Bal. per dictam rationem; quia nullum eſt ei aſſignatum territorium, licet ſint aſſignati ei homines, ideſt ipſæ perſonæ ſcholarium: † & 5
ideo non poſſet etiã ipſos ſcholares propria auctoritate capere

perſonaliter, ſed debet recurre-re ad ſuperiorem, ſecundum eum; quia captura perſonarum eſt ma ior captura rerum: cum hæc ſit
6 mixti Imperij, † illa meri Imperij. ff. de iuriſ. omn. iud. l. magiſtratibus: ita tradit Bal. in d. c. ſignificaſti, in fi.

His non obſtantibus, alteram partem, ſcilicet affirmatiuam,
7 † quod Eccleſiaſticus, qui cognouit inter laicos, per ſe ipſum, & ſuam familiam in eorum bonis ſententiam ſuam exequutioni demandare valeat; & in ſubſidium, ſi vult, implorare poſſit auxilium Brachij ſecularis, tutiorem, & de iure veriorem eſſe arbitror: quã
1 ijdemmet contrariam tenentes recipere debebunt, ſi oſtenſum fuerit falſum eſſe fundamentum, quo eam impugnabant. Nam ratio fundamentalis, qua hæc Pars affirmatiua præcipue impugnatur, ea eſt; quia præſupponunt, vt dixi, quod Epiſcopus non habeat territorium; & ſic Partes coram eo litigando, non potuerunt ei dare iuriſdictionem, vt in alieno
1 territorio exequi valeat, contra d.l. cum vnus. d. §. is qui, & c. poſtulaſti, de offi. ordi. cum ſimil. Falſum, inquam, eſt iſtud præſuppoſitum; & ideo ex contrario, ꝙ oſtendetur, nempe Epiſcopum habere territorium, firma remane-
8 bit hæc Pars affirmatiua. † Porro quod Epiſcopus habeat territorium, & in eo ordinariam conſequenter exerceat iuriſdictionem, etiam reſpectu laicorum, probatur aperte in cap. vlt. de conſti. lib. 6. & per illum tex. notat expreſſe Bal. in cap. fi. num. 6. de offic. leg. hoc idem tradit Abb. in cap. cum contingat: col. 20. in prin. de foro compe. & in cap. poſtulaſti, in primo notab. eod. tit. † Et tota eius Diœceſis dicitur 9
eſſe ſuum territorium, d. cap. vlt. quod dixit expreſſe Inn. in d. cap. cum contingat. & dicit Abb. in locis citatis. † Et ideo quia in 10
illo ſuo Territorio, ſeu Diœceſi ipſe ſolus eſt Iudex ordinarius, & † plenam poteſtatem habet in- 11
quirendi, iudicandi, & condẽnandi, vt in cap. 1. de offi. ordi. † ſta- 12
tuta condere poteſt, vt notat Bal. ſupra allegatus, & eſt tex. clarus in d. cap. vlt. de conſti. in 6. & in cap. 2. vbi not. de maio. & obe. & tradit Bar. in l. omnes populi, ſub num. 8. ff. de iuſti. & iu. † & ſunt eius ſtatuta perpetua 13
etiam poſt obitum, vel receſſum, Gloſ. in d. cap. vlt. ver. ſtatuto.

† Et eiuſmodi ſtatuta Epiſcopi 14
afficiunt, & ligant omnes illius ſui territorij, ſeu Diœceſis ſubditos, tam clericos, quam laicos; vt probatur in d. cap. vlt. & in d. cap. 1. & eſt tex. clarus, & notabilis in can. ſi autem vobis. 11. q. 3. Cum igitur Epiſcopus territorium habeat, & in eo conſequenter iuriſdictionem ordinariam exerceat quoad omnes ſubditos generaliter tam clericos, quam laicos, † etiam Principẽ. d. cap. ſi autem 15
vobis, cum alijs citatis; alienum à iure videri nemini debet ſi in temporalibus quoque cauſis, ad ſuum tamen forum ſpectantibus, inter laicos definiens exequutionem per ſe ipſum ſeu ſuam familiam facere valeat. iam enim ceſſat ratio illa, quæ ex aduerſo obijcieba-

ijciebatur; vt ſic mittat manum
in territorio alieno: quia immo
in ſuo territorio ſuum ius ſuam-
16 que poteſtatem exercet: † etenim
Epiſcopus præeſſe territorio di-
citur quoad omnia, quæ iuriſdi-
ctionem ſuam concernunt, vt in
terminis tradit Alex. hanc affir-
matiuam partem ſequutus in l. à
diuo pio, §. ſententiam, ſub num.
6. ver. tertio limita: ff. de re iudi.
Et ſimiliter falſum eſſe patet ex
iam dictis præſuppoſitum ex ad-
uerſo factum, quod competat Epi
ſcopo mera iuriſdictio, quæ non
trahit ad ſe mixtum imperium,
cuius eſt in poſſeſſionem mittere.
17 d. l. iubere caueri; † quia Epiſco-
pus, nedum mixtum, ſed merum
quoque habet imperium, vt pa-
tet in d. cap. fi. de conſti. in 6. &
in cap. 1. de offi. ordi. iuncta. l. im-
18 perium. ff. de iuriſ. om. iudi. † Ideo
iure poteſt in corporalem poſſeſ-
ſionem mittere. d. l. imperium. &
d. l. iubere caueri.

Et quid mirum, quidue mole-
ſtum alicui eſſe debet, qui modo
à Chriſtiana religione non diffi-
19 deat, † vt in Eccleſia Dei reman-
ſerit poteſtas aliqua in tempora-
libus inter laicos? non eſt certe,
vnde ſeculares Domini de hoc
conqueri habeant: meminiſſe
enim eos oportet, quod Deus
omnipotens, cuius eſt terra, & ple
nitudo eius, orbis terrarum, &
vniuerſi, qui habitant in eo Pſal.
20 23. † Eccleſiam, ideſt fideles ſuos,
(ad alios enim diſputatio noſtra
non pertinet, iuxta illud Apoſt.
prima ad Cor. 5. in fine) in vni-
tate ſeu in vno capite voluit eſſe
conſtitutam, nempe in Adamo,
† quem idcirco ſolum ipſe Deus 21
ſolus & vnus creauit Gen. 1. ad
vnitatem quippe futuræ Eccleſiæ
deſignandam, vt in cap. loquitur.
24. q. 1. † ipſe enim Adam inter- 22
pretatur teſtimonium futurorum
in mundo, ideſt in Eccleſia, ſcili-
cet in congregatione fidelium, vt
dicit Ioan. de ſel. doctor profun-
dus in ſuo tract. de benefi. Par. 1.
q. 5. bene declarans num. 2. † Et 23
ab illo deinceps hanc ſuam Eccle
ſiam, ideſt fidelium ſuorum col-
lectionem, voluit Deus conſerua-
ri, & eſſe in vno capite, † penes 24
quod & Regia poteſtas, & ſacer-
dotalis exiſteret, vt fuſe declarat
idem Io. de Sel. in d. loco. Et ita
permanſit vſque ad tempora Sa-
muelis, quem patet fuiſſe ſummũ
Dei ſacerdotem, & Iudicem to-
tius populi quem ipſe regebat, &
ſuo arbitratu alios ei Iudices cõ-
ſtituebat: vt patet primo Regum
in pluribus locis, & præſertim
cap. 7. per totum, & in ſequen. Et
longe ante eum de Abram ſimili-
ter patet, qui fuit Dei ſacerdos,
& Propheta, ac item Rex, vt ex
Auguſt. & alijs oſtendit idem Do
ctor de Sel. in loco citato. Et de
Moyſe pariter poſt eũ, quẽ Deus
conſtituit legislatorem, ac ſolum
& ſupremum Iudicem, qui vniuer
ſum populum iudicaret, & rege-
ret; ac item ſummum ſacerdotem
cum poteſtate, vt alios in ſacer-
dotes conſecraret: vt hęc patent
Exo. per totum, & ſpeciatim 18.
& ſeq. & cap. 24. & 25. per totũ
cum alijs ſequen. & Leui. 8. in
prin. † Et quod etiam de lege na- 25
turæ ambæ hæ poteſtates, ſacerdo
tium ſcilicet, & Regnum vnionẽ;

& connexitatem habuerint, cernitur ex alijs, qui non fuerunt de populo Iſrael, qui ſecundum legẽ naturę in cultu veri Dei viuebãt. Cuius rei illuſtre teſtimonium atque exemplum videre eſt in Melchiſedech Rege Salem,qui & Rex erat & ſummus Dei ſacerdos,cui & Abram Decimas obtulit, vt Gen.14.& plura de eo per Apoſt. ad Hebræ. cap.7. & Gloſ.in Pſal. 109. Et de Iob ſimiliter oſtendit Ioan.de Sel.d.q.5. ſub num.5. Et huius rei veritatis illuſtre extat teſtimonium Iſid. relati etiam à Ioan. de Sel. vbi ſupra, qui lib.7. Etymol. cap. 12. antea autem, ait, Pontifices, & Reges erant: nam maiorum hæc conſuetudo fuit,vt Rex eſſet ſacerdos, & Pon-
26 tifex.† vnde & Pontifices Romani Imperatores appellabantur: & illum refert Grat. diſt.21.in cap. cleros. §. Pontifex. Illud etiam porro eſt admonitione dignum, quod quando harum poteſtatum, ſeu adminiſtrationum ab inuicẽ diuiſio facta fuit, haudquaquam res Deo placita fuit; quod ipſe-
27 met Samueli declarauit;† ab eo quippe tempore regalis poteſtas ſeu adminiſtratio à ſacerdotali diſgregationem accepit, quando ſcilicet Samuel ad petitionem populiRegnum tranſtulit in Saulem: ab ipſo enim, iubente Deo, fuit ordinata regia poteſtas. nam cũ de hac re triſtaretur Samuel, & ad Dominum propterea oraret, dixit illiDeus audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi; nõ enim te abiecerunt,ſed me ne regnem ſuper eos.conſtitue ſuper eos Regem: vt primo Reg. cap. 8. per tot.maxime in fine: & tradit D. Alfon. Aluerez in ſpeculo ſumm. Pontifi.cap.16.parum poſt princ. Et ab inde remanſit ſacerdotium penes vnum, & Regnum penes alium; & ſic perſeuerauerunt vſque ad Chriſtum. † Re- 28
manſit tamen adhuc in ipſo Samuele, & in alijs deinceps ſacerdotibus ſuis ſucceſſoribus ſuprema quædam poteſtas, vt ipſi Dei monitu eligerent,& vngerent Reges,vt de ipſo Samuele patet,qui elegit Saulem,vt primo Reg.cap. 10. ac item Dauidem, vt eodem primo Reg.cap.16. Et vt eis in arduis quibuſdam,& grauioribus rebus ipſi Reges parere deberẽt, vt id patet eodem primo Reg. cap. 15.

†Demum ambę p̄dictæ poteſtates 29
in Chriſto incarnato inuicẽ recõſolidatæ fuerunt: qui Monarchicam vnionem vtriuſque earundẽ dignitatum, ſacerdotalis ſcilicet
& regalis ad ſe traxit. † Nam 30
cum vetus Sacerdotium per accidens, culpa ſcilicet ſacerdotum, Deo in eorum pęnam permittente, ſeruile, & ignobile factum eſſet, vt patet de Heli primo Reg. 2. num. 30. & de Abiatar lib. 3.
cap.2. num.26. † eiuſdem ſacer- 31
dotij translatione facta,ac ſacerdotij Decore, & dignitate ad libertatem naturæ legis radacta,
† ipſe Chriſtus Ieſus,non quidem 32
ſecundum ordinem Aaron,ſed ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos ſurrexit,qui vt Apoſt.7. ad Heb.ait, non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitę inſolubilis; qui ſacerdotium non temporaneum,

raneum, & morte extinguendum, non inutile, & imperfectum; ſed perfectum, & ſempiternum recepit, quod conſummandi, & ad perfectum adducendi vim habet, vt hæc latius habentur per Apoſt. d. cap. 7. ad Hebr. & in Concil. Trid. Seſſ. 22. cap. 1.

33 † Idem Chriſtus Ieſus regali quoque poteſtate, ac dignitate potitus eſt in terris, non dico vt Deus, cuius eſt terra, & plenitudo eius, &c. Sed vt Homo; id quod Gabriel Angelus nunciauit Mariæ, dicens: Ecce concipies & paries filium, & c. & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in Domo Iacob in æternum, vt Luc. 1. Quamuis enim hæc ſpiritualiter de cæleſti, & æterno regno intelligi debeãt, tamen & ad litteram intellecta

34 vera ſunt: † quoniam Chriſtus ſecundum carnem de Regia ſtirpe Dauid natus eſt, & terrenum illud regnum iure ſanguinis ad illum pertinebat; vt id probat Hilar. in Commentar. ſuis in Matt. cap. 1. in initio; vbi etiam Aug. & D. Hiero. ſuper Matth. c. 17.

Vnde ipſe permiſit à populo ſibi acclamari Rex Iſrael: vt Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12. & Pilato dixit; Rex ſum ego, vt Ioan. 18. verſus finem. Taliſque longe antea à Zach. populo Iſrael demonſtratus fuit illis verbis. Noli timere filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi ſedens ſuper Pullum Aſinæ: vt Zach. cap. 9.

35 † Et hanc ſuam temporalem quoque Regiam poteſtatem dignitatéq. idemmet Chriſtus illo ſuo regio ac triumphali in ciuitatem Regiam ingreſſu facto declarauit: Regiæ namque potentiæ fuit & magnificentiæ inditium, quod ad ſolum iuſſum, & neceſſitatis ſignificationem, Domini iumentorum ceſſerint ei vſum illorum: quod diſcipulis quos miſerat prædixerit ita euenturum; deinde quod Iumento inſidens vectus ſit, cum ſemper ſolitus fuerit pedes incedere; quod illo veſtimentis ornato, vt Dominorum Mos eſt, vti voluerit: quodque tam concordibus animis tantoq. applauſu & veneratione ei à populo multo libere acclamatum eſt, non obſtantibus Phariſeorum prohibitionibus, à quibus etiam pridem cautum erat, ne quis illũ confiteretur eſſe Chriſtum: Et acclamatum eſt non quibuslibet verbis, ſed ſcripturę verbis multo ante de illo prædictis: quod viã ſibi veſtimentis ſtrauerunt, & Palmarum, & oliuarum ramis ei obuiam euntes magna lætitia exceperunt. hac enim ratione expreſſe ipſum Regem victorioſum eſſe profitebantur. Poſtremo q̃ templum ingreſſus cęcos, & claudos curauit, negociantes eiecit, ſeſeque atrociſſimis ſuis hoſtibus formidabilem exhibuit: hiſce enim actibus ſe iure Regem eſſe declarauit, vt eſt Gloſ. in c. quoniam. 10. diſt. & in cap. cum ad verum, 96. diſt.

Et de Monarchia mundana etiam & temporali, quæ fuit in Chriſto vide per S. Tho. in tract. de legi. prin. lib. 4. cap. 15. & Alu. in Spec. ſumm. Pont. cap. 16. præalleg. circa med. † Neque his ob- 36
ſtat quod alibi Chriſtus dixit: Regnum

gnum meum non eſt de hoc mundo, vt Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 18. quia ex his verbis non recte colligitur, quod ipſe aſſerere voluerit ſe non eſſe, vel haberi nolle vt Regem, & Dominum, etiam vt hominem: non enim dixit regnum mũdi non eſt meũ, vel non ſum Rex huius mundi: ſed caute ſcriptum eſt eum dixiſſe, regnum meum non eſt de hoc mundo, ideſt regnum, & poteſtas mea non pendet, nec prouenit ab hoc mundo, nec ab eo originem, & vim habet; quia ab æterno ſum Deus, & Dominus, & Rex cæli, & terræ: quod aperit per id quod mox ſubdit, nunc autem regnum meum non eſt hinc: hoc enim intendit quaſi dicat, nõ veni nunc ponere, & ſtabilire regnum meum in mundo, vt velim armis, & militibus illum nunc mihi ſubiugare; quia ſic miniſtri mei, vt ait, decertarent; ſed immo veni mundum pereuntem redempturus, & Trophęo Crucis meæ de diabolo mortis Principe triumphaturus.

Et de generali Chriſti totius orbis Dominio ſcriptum eſt in Pſalm. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: vt teſtis eſt Apoſt. ad Heb. cap. 2. quod ipſe declarans, In eo enim, inquit, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei: id ipſum Chriſtus ſuomet teſtimonio confirmauit inquiens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra, Matt. cap. vlt. ad finem. Et quod Chriſtus vt Homo Rex ſimul, & ſacerdos eſſet, probat venerab. Beda ſuper Luc. cap. 1. & Hilar. & Aug. ſupra citati, & Gloſ. d. cap. quoniam. 10. diſt. & Glo. in d. cap. cum ad verum, 4. & 5. Glo. 96. diſt. & Alfon. Aluar. in loco citato.

† Et hanc ſuam omnimodam 37
regalem, & ſacerdotalem poteſtatem Chriſtus poſtmodum in Petrum tranſtulit, conſtituendo illum ſuum Vicarium, & Eccleſiæ ſuæ caput, inquiens, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ideſt fidelium meorum cętum. & vocaberis Cephas, ideſt caput. Et item Paſce oues meas, vt Deci. notat in cap. ſignificaſti, num. 8. de elect. et ſic deinceps conſequenter, qui Petri locum tenerent, vt de hac re extat auctoritas plurium Canonũ, vt patet in cap. 1. cum multis concordantibus ibi notatis, diſt. 22. & egregie abundeque probat Abb. in cap. nouit, à num. 11. de Iudi.

Bene verum eſt, † ad hoc vt 38
ſummus Pontifex cæterique ſacerdotes commodius in his, quæ ad Deum pertinent populo præſto eſſe, animarumque ſaluti liberius intendere poſſent, temporalium iudicia, adminiſtrationemque penes Imperatorem eſſe permiſit, vt habetur in d. cap. cum ad verũ: quod & Moyſes quoq; ad Iethri conſilium fecit, vt patet Exo. 18. Cuius rei ratio conſultiſſima cernitur in d. cap. cum ad verum, 96. diſt. & in cap. quoniam, 10. diſt. nam ſicuti Chriſtus ſua humilitate mundum, qui per Superbiam perierat, erexit; ſic Vicarios ſuos voluit humilitate proficere, ne alioqui imperiali poteſtate, ac rerum omniũ adminiſtratione in ſuper-

ſuperbiam elati rurſus cum eis per ſuperbiam in Infernum mergeretur, vt etiam eſt ibi Glo. in ver. rurſus.

39 † Per hoc tamen Chriſtus non abſtulit eidem ſuo Vicario iura terreni Imperij; ſed nihilominus ſupremam poteſtatem etiam ſuper Imperatorem eidem reſeruauit: vt eleganter oſtendit Grego. Nazianz. Imperatoribus Conſtãtinopolitanis in can. ſuſcipitis, 10. diſt. Et eſt expreſſum in cap. quis dubitet, in cap. duo ſunt, & in cap. ſi Imperator: vbi etiam not. 96. diſt. & validis rationibus clare, & eleganter demonſtrat Abb. in d. cap. nouit d. num. 11. cum ſeq. de Iudi.

40 Remanſit enim in Papa, † & adhuc eſt ſuprema vtriuſque gladij poteſtas, quam à Chriſto Petrus eius Vicarius recepit, & in eo ceteri in eodem Vicariatu ſucceſſores receperunt, vt eſt dictum; licet Papa non habeat exercitium temporalis gladij, ſeu temporalis iuriſdictionis actu ſemper, & generaliter in orbe; quia exercitium talis gladij, & poteſtatis Imperatori ex Dei voluntate fuit

41 conceſſum, vt dixi. † Sed Papa habitu iuriſdictionem temporalem retinuit in toto orbe, ſecundum communem opinionem Canoniſtarum, vt poſt Abb. à ſe citatum dicit Deci. in d. cap. nouit, num. 63. & eam communiorem opin. eſſe ex alijs citatis teſtatur Burſ. conſ. 90. nu. 23. lib. 1.

42 Immo plus volunt, nempe † vt Imperator receperit à Papa immediate dictum exercitium gladij, ſeu poteſtatis temporalis; quia dicunt, quod à Papa recepit Imperium ex Dei volũtate: quod diſputant Doct. poſt Glo. in d. c. nouit, & ita tandem concludit, & tenet ibi Glo. & Abb. qui egregie id comprobat, & defendit ſub d. num. 11. per tres ſequentes colũnas vſque ad Gloſ. in ver. Ethnicus; & valide item deducit Alu. in d. cap. 16. per tot. maxime non multum poſt princ. ver. ſed hæc poteſtas. & in fine capit. & hanc opinionem ſequitur, & magis communem eſſe teſtatur D. Fran. Burſat. ex Caſtal. in tract. de Impera. Viuio. Couar. & alijs adductis in conſ. 90. num. 23. lib. 1. ſup. alleg.

Et quod iuriſdictio temporalis Imperij pendeat ab Eccleſia, egregie conſulit Paul. de Caſtro conſ. 16. nu. 5. lib. 3. in nouis. † Ne vero 43
putes inutilem eſſe apud Eccleſiã temporalem iuriſdictionem, quã habitu in orbe retinuit, videas plures notabiles caſus, in quibus illam actu exercet, per Abb. in d. loco num. 13. Et quod valeat ad multa hæc temporalis poteſtas, & iuriſdictio, quam habet Papa in toto orbe; quia eam exercet proprio iure in omnes, etiam in Imperatorem, & Reges oſtendit Aluar. in ſæpe alleg. cap. 16. parũ poſt prin. ver. ſed diceres. & Burſ. in loco citato cum alijs num. ſeq.

At quorſum hæc? inquies, ex quo non negamus, quin diſtinctæ ſint inuicem prædictę poteſtates, ſeu iuriſdictiones, & ſubinde temporalem iuriſdictionem in laicos vniuerſaliter Eccleſiæ vbique haudquaquam competere. Idipſum rurſus concedo. Verumtamẽ

prædi-

prædicta præmiſiſſe operæpretiũ
fuit, vt vel ex his intelligere ha-
44 beas † non eſſe magnum, vel mi-
randum, neque item à iure, vel
à ratione diſſonum, quod Eccle-
ſiæ concedatur quandoque, vt tẽ-
poralem inter laicos exerceat
iuriſdictionem. Profectò parum
ſibi conceditur, ſi ſibi pro mini-
ma parte redditur id quod ipſa
alij conceſſit: neque tamen datur
ſibi quidquam quod non ſuum
quoque ſit, cum temporalis ipſa
Imperij iuriſdictio ab Eccleſia
pendeat; neque item illam à ſe
Eccleſia in totum abdicauerit, vt
iam eſt dictum.

Adde quod in terminis quæ-
45 ſtionis propoſitæ, † non præſup-
ponimus, quod Eccleſia ſimplici-
ter, & ex abrupto vtatur iuriſdi-
ctione temporali inter laicos, vt
ſic dici poſſit quod mittat manũ
in iuriſdictionem alienam, & in
alienum territorium; quia immo
ex ſpirituali, & Eccleſiaſtica ſua
iuriſdictione eam ſibi vendicat;
eo quia cauſa effecta eſt de foro
Eccleſiæ propter iuramentum, vel
aliud ſimile. cap. fin. de foro cõp.
in 6. ideo verius vtitur eccleſia-
ſtica ſua propria iuriſdictione;
nil mirũ igitur ſi procedi poteſt
ab Eccleſia contra laicum, & in
bonis laicalibus per viam ordina
riæ exequutionis, dando etiam
in eis corporalem poſſeſſionem,
cum ſic exerceat propriam iuriſ-
dictionem in proprio territorio,
cui ſcilicet Epiſcopum præeſſe di-
ximus quoad ea, quæ concernunt
ſuum forum, ſeu iuriſdictionem
ſuam, ex Alex. in l. à diuo pio: ſ.
ſententiam. num. 6. ver. tertio li-
mita: ff. de re Iudi. & ex alijs
adductis. † Et in præſenti caſu & 46
ſimilibus effecta eſt de foro Eccle
ſiæ cognitio totius cauſæ, & nego
cij principalis iure ordinario di-
ſcutiendi, & definiendi, vt ſuffi-
cienter probat Bellame. in d. c.
fi. per illum tex. de for. compe.
in 6. † Vbi etiam ex hoc infert 47
non eſſe neceſſarium in libello da
to contra laicum coram Eccle-
ſiaſtico Iudice ſolum concludere
ex medio iuramenti, ſed ſufficit
concludere ex contractu iurato
groſſo modo exprimendo factum,
vt petendo condemnationem, &
compulſionem ad dandum, iuxta
id quod legitur, inquit, & nota-
tur in cap. dilecti. de Iudi. Ta-
men neceſſe eſt, inquit, in libello
deducere iuramentum, & proba-
re. Immo ſi laicus conuentus ne-
gaſſet iuramentum, impediretur
proceſſus ad vlteriora; & ideo ta
lis diſcuſſio, an ſit iuratum, haben
da eſt ſummarie ante lit. conteſt.
vt latius ibi per eũ: Et pro præ-
dicto modo libellandi, & de eius
ratione videndus eſt Abb. in cap.
cum veniſſent, num. 25. de inſti.

Reſtat modo reſpondere ad
contraria pro prima parte alle-
gata, & præſertim ad l. Epiſcopale
qua potiſſimum nititur opinio
contraria, vt dixi: Verum illius
legis obiectio facile retunditur;
† quia illa lex loquitur de iuriſ- 48
dictione prorogata in Epiſcopum
vt in extraordinarium Iudicem,
vt intelligit ibi Gloſ. 1. nempe ex
ſolo conſenſu, puta ipſarum par-
tium nulla alia re interueniente:
ideo, lata ſententia, non habet vl-
terius exequendi poteſtatem, &
hoc

Digitized by Google

hoc quia partes ex ſolo cõſenſu, materia habili ſcilicet nõ exiſtente, nõ potuerunt dare territoriũ, ſiue iuriſdictionem, qua exequatur in territorio alieno: ſecus ergo vbi non ſolus partium conſenſus adeſt, ſed aliud, ex quo cauſa ſpectare poterat ad forum Eccleſiaſticum, vtputa ex adiectione iuramenti, vel ſimili, ad late ſupradicta: ita ſentit, & illam legẽ ita intelligit Alex. in loco ſupra citato, & in Addit. ad Bal. in d. l. Epiſcopale, ver. territorio, vbi ſimiliter tenet, & firmat ſecundam hanc opinionem affirmatiuam.

Et eodem modo ſimiliter illam legem intelligit Odof. ſuper ea, vbi pariter tenet, & firmat hanc eandem affirmatiuam ſententiã,

49 † vt Epiſcopus per ſemetipſum, ſeu eius familiam ſuam ſententiã exequi poſſit, vel ſi vult, implorare poſſit auxilium Brachij ſecularis: quam etiam ita vt ſupra declarando tenet Saly. ibidem, & Pet. de Bellaper. & Ia. Butr. Nec diſſentit Bal. in d. l. Epiſcopale, immo & ipſe quoque pro eadem hac affirmatiua opinione annumerari poteſt, dum dicit fundamentum d. l. eſſe quia intelligitur quod Epiſcopus nõ habuerit territorium: quaſi ergo ſentiat d. l. nihil facere pro contraria opinione, ſi Epiſcopus habet territorium, prout habere ſufficienter fuit demonſtratum.

50 † Addo quod d. l. Epiſcopale, non meretur allegari contra Eccleſiam pro contraria opinione: nihil enim eſt, quod cogat nos intelligere eam, vt quid ſtatuat in diminutionem eccleſiaſticę iuriſdictionis: immo illa eſt in fauorem, & augumentum eccleſiaſticę iuriſdictionis. Nam quia eo tempore debilis erat iuriſdictio, & poteſtas Epiſcoporum; quia non habebant adhuc officiales ſuos; & parum idcirco timebantur iuſſiones eorum; neceſſarium erat adiuuari eorum iuriſdictionem à poteſtate ſeculari, vt exequutionem haberet; alioqui caſſa fuiſſet id quod præſtabat pius Imperator: & hoc eſt, quod dicitur, ibi, ne ſit caſſa, &c.

Ergo nihil ea l. cauetur de impotentia iuris, ſed de impotentia facti. † Et eodem modo declarari poteſt d. c. de perſona, vbi eadem Deciſio habetur; prout hanc declarationem, & hunc intellectũ ſentit Gloſ. ibi, in ver. Iudicem, quæ & ſi parua eſt, notabilis eſt ad hoc. 51

Adde quod d. l. aliter intellecta nequaquam ſubſiſteret; † quia non potuiſſet Imperator aliquid eccleſiaſticę iuriſdictioni præiudiciale iure conſtituere, quippe quem in rebus Eccleſiam tangentibus obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi: vt dicitur in can. bene quidem. §. cumque lecta: 96. diſt. † Non enim Imperiali iudicio poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. cap. lege Imperatorum. 10. diſt. † Decet namque ſecularem Principem potius eccleſiaſticã formam ſequi, non huic velle humanitus ſequenda iura præfigere, & in ſanctionibus ſuis Eccleſiæ dominari, cuius clementię Deus voluit ipſum colla ſubmittere, inquit, tex. in cap. certum, ead. diſt. 10. † Adde quod de in- 52 53 54 55

de inualiditate legis Imperialis præiudicialis Eccleſiæ traduntur late à doctoribus in cap. quæ in Eccleſiarum, & in c. Eccleſia ſanctæ mariæ. de conſti.

Non obſtat Inno. pro contraria parte allegatus in cap. ſignificaſti: de offic. dele. tum quia c. de perſona, quod allegat pro contraria ipſa opinione, nihil ei opitulatur, vt ſupra eſt declaratum: tum quia ſatis oſtendit ſe recedere ab ipſa contraria opinione, quã primo retulit, & hanc ſecundam affirmatiuam opinionem ſe amplecti, quam vltimo loco ibi refert, & quam ipſe dicit eſſe munitam ratione; nempe quia ex quo cauſa eſt de iuriſdictione Eccleſiæ, licet poſſeſſiones ſint laicales, tamen iudex Eccleſiæ ſiue ordinarius, ſiue delegatus etiam in poſſeſſione laicali ſententiam exequetur, vt ibi per eum. Et hanc tenet, & approbat Spec. inquiens, qui eam tenent, bene tenent, in ti. de ſecũdo decreto. §. reſtat, qui eſt v. ſub n. 1. per rationẽ prædictã; & quia alias, inquit, deluſoria talis iuriſdictio videretur, vt extra de offic. dele. cap. ex litteris.

Non obſtat Bald. ſimiliter ſupra in contrarium allegatus, in d. cap. ſignificaſti, tum quia ipſe refert Inno. iamiam concordatũ: tum quia ex eo, quod probatum eſt Epiſcopum habere territoriũ, oſtenſum eſt conſequenter Baldũ ab affirmatiua hac opinione minus diſſentire: vt ſup. in ver. nec diſſentit Bal.

Et eandem hanc affirmatiuam ſententiam amplexus eſt Feli. in d. c. ſignificaſti poſt Moder. quos dicit eandem hanc opinionem eſſe ſequutos, ex alijs infraſcriptis fundamentis. Et primo per dictum Innoc. in cap. 1. de mut. peti. vbi dicit, † quod Iudex laicus exequitur ſententiam ſuam in bonis clerici coram eo reconuenti. Ergo ſi ſecularis non ommittit exequutionem Epiſcopo, eodem modo eccleſiaſticus non committet laico: ita illum poſt Moder. refert Fel. vbi ſupra ſub num. 4. ver. ſed Moder. quod tamen dictum penes Inno. vbi illum allegant, ego non reperi in libro meo. Sed ego allego aliud dictũ eiuſdem Inno. ad idem probandũ non minus efficax & potens in c. verum, num. 2. de foro compe. vbi ponit hanc notabilem doctrinã, † quod in caſibus, in quibus laicus eſt Iudex ordinarius in cauſa Clerici, tunc contra eum exequetur ſententiam ſuam, nec incidit in excommunicationem, ſi eum reſiſtentem compellat: argu. c. olim, il primo cum ibi notatis per eum num. 6. 7. 8. de reſti. ſpol. Exemplum habetur ibidem ex eo in Domino feudi contra Clericos Vaſallos. Idem ergo dicemus in eccleſiaſtico, vt in caſibus, in quibus ordinario iure cognoſcit de temporali cauſa inter laicos, vt in præſenti caſu eſſe demonſtraui, ipſe per ſe exequatur ſententiam ſuam: immo multo magis id dicendum eſt licere eccleſiaſtico, cum eius iuriſdictio in laicos longe potentior & firmior ſit, quã laici in eccleſiaſticos, vt patet ex dictis ſup. q. prox. num. 31.

56

57

Secundo mouetur Fel. poſt modernos

dernos per eum citatos per tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb.
58 eorum. † vbi pupillus, qui voluit alienare fundum, acceſſit ad Iudicem, vt interponeret decretum ad fundum alienandum, qui tamen non erat in territorio Iudicis domicilij: ſicut ergo ibi Iudex domicilij potuit dare auctoritatem, ergo eodem modo erit in propoſito noſtro.

Addit vlterius ibidē Fel. quod opinio contraria procedere poſſet de vrbanitate, quaſi modeſte faceret Epiſcopus remittendo exequutionem Iudici ſeculari; & ita ipſe intelligit Card. qui eam tenet in Clem. 1. de offic. dele. in 10. q. ſed quod poſterior hæc affirmatiua de iure eſt verior, quia Epiſcopus eam facere poteſt, & bene; pro qua etiā adducit, quod Epiſcopus punire poteſt laicum non ſibi ſubiectum pro crimine ſpectante ad Eccleſiam: ergo eodem modo poterit in bonis laicalibus exequi ſententiam ſuper rebus, in quibus poteſt ferre ſententiam: & ad idem adducit Dom. in cap. cum Epiſcopus, de offic.
59 ordi. in 6. dicentem, † quod Epiſcopus pro crimine poteſt retinere laicum in pęnam in perpetuo carcere: quod dicit eſſe notandum. adde tu multo magis poteſt captiuare res in cauſa ad eū ſpectante, ſuam ſententiam exequendo: argum. l. Imperium. ff. de iuriſ. omn. Iudi.

Et vlterius eadem affirmatiua opinio confirmatur ex eo, quod eccleſia in caſibus ad ſuum forū ſpectantibus vendicat ſibi iuriſdictionem in laicos, & eorum bona, & in talibus laici etiam quoad bona ſubſunt eccleſiæ, & illius iudicibus: vt deducit D. Fran. Burſ. alias alleg. in conſ. 90. nu. 28. & ſeq. lib. 1. Et inde deducit, quod laici puniuntur per eccleſiā non tantum excommunicatione, infamia, & ſimilibus pęnis, de quibus in cap. 1. 2. & cap. præterea, de vſur. verum etiam pecuniarijs pęnis, etiam quod alioqui nō ſint ſibi ſimpliciter ſubditi, & etiā non inuocato brachio ſeculari, vt per eum d. num. 28. & 33. vbi multos allegat.

Et quoad id quod dictum eſt ſupra de inuocatione brachij ſecularis, videlicet quod poteſt illud implorare Iudex eccleſiaſticus ſi vult; hic nacta occaſione, de ipſo brachio ſeculari libuit adnotare, quatenus ſcilicet tractatus huius intentio ferre viſa eſt, † quod illud nihil aliud eſt, quam 60
manuum iniectio, ſiue captura perſonæ, vt id nominatim adnotauit Veſtr. in ſua Pract. lib. 8. c. vlt. num. 5. ver. Quod ſi tanta. & patet ex Paul. de Caſtro in cōſ. 332. inci. viſis actis, & actitatis in captura. num. 3. ver. In quantū vero, lib. 1. Et eſt vltimum, & ſubſidiarium remedium, cum illud Iudex eccleſiaſticus implorare non debeat, niſi in ſubſidium, ideſt vbi vires curiæ eccleſiaſticę non ſufficiunt ad demandandum exequutioni quod ſibi incumbit exequendum, cap. 1. in fi. & ibi doct. de offi. ordi. cap. quoniam, in fi. & ibi Glo. in vlt. parte Glo. eod. cap. cum non ab homine, de iud. quod declarant exemplificando vtrobique Abb. Fel. & Deci. Pulcre

cre Veſtr. in loco citato, vbi plures affert rationes; & per Gall. in tract. ad for. cam. obli. Par. 3. prin. in cap. reliqua de proceſſu, num. 52. Folle. in Pra. cri. cano. cap. 10. non comparentes, num. 60. Caſtr. in loco citato. Bellam. qui exemplificat in conſ. 40. factū eſt tale, anno, col. 39. ſub nu. 46. ver. & ſuppoſito, & ante eos Fed. de ſen. conſ. 251. Iacobus, ſub num. 4.

Illud quoque non omittam, de quo altercati ſunt Doctores Pontificij & Cæſarei iuris inter ſe, vtrum Iudex laicus debeat illud præſtare Iudici eccleſiaſtico ad ſimplicem eius requiſitionem, vel ſibi competat in hoc aliqua cognitio, ita quod poſſit inſtare, vt ſibi fiat fides an ex iuſta cauſa petatur; quam rem definiunt Inn. præſertim, & Abb. in cap. 1. præalleg. de offic. ordi. vbi etiam per alios. Et communis & vera
61 reſolutio eſt, † quod in caſibus mere eccleſiaſticis tenetur ſimpliciter, & incunctanter illud præ-
62 ſtare: † ac etiam vbicumque Iudex ipſe eccleſiaſticus proceſſit
63 iudicialiter; † niſi vbi committeret laico Iudici etiam cognitionem; vt quia remittat reum non condemnatum condemnandum: quia tunc poteſt laicus, ſi vult, reuidere acta, & proceſſum eccleſiaſtici, vt per prædictos.

Et hanc diſtinctionem ſequitur Iaſ. qui per illam conciliat diſcordantiam opinionum inter legiſtas, & canoniſtas, in l. magiſtratibus, in ſi. ff. de iuriſd. omnium iudi. ſequitur Graua. in Addi. ad Veſtr. in loco ſuperius allegato, litt. S. qui in materia remittit ad Fran. Mar. in Deciſ. Delphi. 269. 773.

Et de pęnis Iudicis laici detrectantis huiuſmodi auxilium præſtare Iudici eccleſiaſtico, agit Foller. in Pract. cri. can. cap. 10. præalleg. in fine.

Et pauca hæc circa materiam præſentis quæſtionis noſtro tractatui inſeruiſſe libuit; vtpote quæ tamquam illi accommoda, & quatenus intentui ſufficere viſa ſunt, haud prætermittenda erant.

Plura de eadem huius quæſtionis materia, ſcilicet de exequutione Eccleſiæ, eccleſiaſticiſque Iudicibus in laicorum bonis, & perſonis iure proprio facienda, competente; ac item de brachio ſeculari; alias & breui fortaſſe commodius, ſi Deus dabit, ſcribenda erunt.

QVAE-

QVAESTIO XIV.

An abſolutio a iuramento præſtito ad validandum contractum trahat ſecum reſciſionem contractus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationis filiorum effectus non tollitur, nec impeditur per ſuperuenientiam filiorum ex matrimonio poſtea contracto ſuſceptorum.*

2 *Actus perfectus, & conſummatus non deſinit, nec irritatur, licet deuenerit ad caſum, à quo non potuiſſet habere principium.*

3 *Priuilegij vigor, & effectus, qui ad completionem peruenit non deſinit, licet deſinat cauſa priuilegij.*

4 *Lex ſemper loquitur.*

5 *Lex propter iuramentum adiectum contractui à ſe prohibito cenſetur auferre ſuam prohibitionem ab ipſo, & nolle eam amplius redire: & nu. 7.*

6 *Lex non poteſt impedire obligationem quærendam Deo.*

8 *Contractus de iure inualidus, in caſibus in quibus propter iuramentum redditur validus non tamen à ſolo iuramento confirmari, & validitatem recipere intelligitur, ſed ex conſenſu partium vires quoque aſſumere intelligitur. Vide tamen num. 11.*

9 *Iuramentum contractui inualido adiectum duplici modo obligationem inducit, ſcilicet vel addendo validitatẽ contractui, vel perſonam tantum obligando.*

10 *Abſolutio à iuramento adiecto contractui de ſe firmo, & valido nihil officit obligationi ipſius contractus.*

11 *Abſolutio habita à iuramento in caſu, in quo contractus eſt inualidus, & non potuit validari ex iuramento, ſed perſona tantum obligatur, operatur vt ſtatim obtineri poſſit contra contractum.*

12 *Contractus quando dicatur inualidus, & à iuramento non poſſe validari.*

Contra-

13 *Contractus de iure inualidus, quando dicatur à iuramento confirmari, ac validitatem recipere: & nu. 14.*

15 *Abſolutio à iuramento inducit ſimul reſciſſionem contractus qui ab ipſo iuramento validitatem recepit, & eo ſolo ſuſtentabatur: et nu. 25.*

16 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*

17 *Factum non dicitur, niſi duret factum.*

18 *Legitimatio filiorum quare non ceſſet, nec impediatur eius effectus per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium.*

19 *Fauoris cauſa ceſſante, ceſſat fauor.*

20 *Priuilegium datum ob certam cauſam, illa ceſſante, et illud ceſſat.*

21 *Priuilegium regulatur ſecundum eius cauſam ſeu tacitam ſeu expreſſam.*

23 *Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendi. declaratur.*

23 *Cap. 2. de pact. in 6. declaratur.*

24 *Iuramentum vbi confirmat validatque contractum, impedit ſoluti repetitionem tam quoad iurantem, quam quoad eius hæredem: et nu. 30. 33. 35. extende, vt nu. 31.*

26 *Solutum ex contractu de iure inualido, qui neque à iuramento validitatem recipere potuit, ſed tantum perſona erat iuramento ipſo obligata poteſt repeti.*

27 *Hæres poteſt, nedum ſolutum repetere in caſu vbi defunctus obligatus erat ſolum ex iuramento non ex contractu, qui ſcilicet non potuit iuramento validari, ſed poteſt etiam à principio contrauenire.*

28 *Mors iurantis idem operatur, quoad hæredem, quod operata eſſet abſolutio à iuramento in ipſo iurante.*

29 *Abſolutio à iuramento ſponte præſtito non eſt concedenda eo prætextu, quod iuramentum ſit adiectum contractui de iure prohibito, ſeu inualido.*

32 *Iuramentum operatur effectũ retentionis rei ſolutæ, quemadmodum operatur contractus ipſe vbi eſt validus.*

34 *Contractus tranſit ad hæredẽ cum robore ſuo.*

36 *Hæres an, et quatenus teneatur ad obſeruantiam iuramenti defuncti.*

37 *Abſolutio à iuramento quid operetur in contractu, qui non ſolo iuramento ſuſtinetur, ſed aliquo modo de ſe validus eſt: et nu. 40. et 46.*

38 *Contractus in caſu l. 2. C. de reſcin. vendi. et cap. cum dilecti, et cap. pen. de empt. & vendi. non eſt nullus, ſed valet, et venit reſcindendus.*

39 *Contractus metu factus non eſt ipſo iure nullus.*

41 *Iudiciorum ſiue proceſſuum intricatio, et perplexitas iuri exoſa eſt.*

42 *Contractus à minore initus de ſe, et ſine Curatore non eſt nullus*

nullus de Iure.

43 *Puberes contrahendo, ciuiliter et naturaliter obligantur.*

44 *Minor obligatur obligatione legali, et ſtatutaria.*

45 *Abſolutio à iuramento obtenta contra contractum, qui non ſolo iuramēto ſuſtentabatur, non habet impedire exequutionem ipſius contractus.*

47 *Litis pendentia ſuper abſolutione à iuramento an habeat retardare proceſſum, ſiue exequutionem Iudicis laici ſuper contractu, et nu. 51. 57.*

48 *Inhibitio an, et quando fieri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico Iudici laico, ne procedat ſuper contractu iurato ex cauſa abſolutionis à iuramento petitæ: et num. 53. 58.*

49 *Excommunicatio à Iudice eccleſiaſtico comminata in ſua inhibitione Iudici laico an, et quando ab ipſo contemni poſſit.*

50 *Abſolutio à iuramento obtenta contra contractum, qui de ſe nullus eſt, et ſolum iuramenti virtute ſuſtinetur, impedit proceſſum, et exequutionem ſuper ipſo contractu. Vide nu. 52.*

54 *Iudex laicus ſi uigore iuramenti proceſſerit ad exequutionē contractus de iure nulli, uel ex uitio materiæ, uel alias de iure probibiti, non facta ſibi inhibitione à Iudice Eccleſiaſtico, tenet proceſſus.*

55 *Iudex laicus debet compellere creditorem, qui turpiter recepit Iuramentum a debitore, ad illud relaxandum ubi notorium eſt de turpitudine contractus, ſeu iuramenti.*

Declara, ut nu. 56.

59 *Inhibitio concedi non poteſt niſi ratione cauſæ coram eo, qui inhibere debet introductae.*

60 *Inhibitionem facere poteſt Iudici laico Iudex Eccleſiaſticus ratione abſolutionis à Iuramento petita etiamſi contractus non ſit de re turpi, et mala, nec alias de iure inualidus, ſi uidet exequutionem alioqui non ſine peccato creditoris fieri poſſe ob aliquam malam qualitatem, puta contractui inhærentem.*

61 *Eccleſia impedit ſe de peccato laici, nedum poſt, ſed etiam ante, ut illud euitetur.*

62 *Excommunicatio ferri poteſt pro futuro peccato ſi eſt aliqua præſumptio de præſenti.*

63 *Inhibere poteſt Iudici laico Iudex Eccleſiaſticus vbicunque cognoſceret plenarie de abſolutione à iuramento petita, ſcilicet cum citatione partis atque iudiciario ordine adhibito, etiam in caſu vbi contractus non apparet de Iure nullus.*

Intellige, vt nu. 64.

65 *Deuolutio impeditur ob ſeparationem cauſarum, ſeu negociorum.*

66 *Inhibitio fieri non poteſt, & eſt nullius effectus in ſeparatis cauſis, ſeu articulis.*

Limita vt nu. 67.

68 *Inhibere poteſt Iudici laico Iudex Eccleſiaſticus prætextu exceptionis coram eo deducta,*

cta, & ad Eccleſiaſticum forum ſpectantis.

69 *Iudices Eccleſiaſtici ſuis inhibitionibus cum cenſuris multum obuiant proceſſibus, & practicis Iudicum ſecularium.*

70 *Inhibere poteſt Iudex Eccleſiaſticus Iudici ſeculari ne procedat in cauſa, vbi coram ipſo Iudice Eccleſiaſtico petitur ſimul abſolutio à iuramento, & contractu: & nu. 72. Amplia ut nu. 73.*

70 *Abſolutio à iuramento & contractu ſimul peti iure poteſt coram Eccleſiaſtico, & n. 71.*

74 *Inhibitio, vbi alioqui de iure fieri poteſt, non requirit neceſſario cauſæ cognitionem, et partis citationem.*

75 *Inhibitiones ex officio facere Iudices præſupponunt.*

76 *Inhibitionem facere poteſt Iudex inuita parte, & multo magis abſente.*

77 *Inhibitio in dubio emanaſſe præſumitur ex officio, non ad partis inſtantiam.*

78 *Interpretatio pro validitate actus fieri debet.*

79 *Inhibere poteſt Iudex Eccleſiaſticus Iudici laico, ne ad vlteriora procedat ſuper contractu vbicumque ex officio Iudex ipſe Eccleſiaſticus inquirere vult ſuper prauitate, & malitia eiuſdem contractus.*

80 *Inhibere poteſt Iudex Eccleſiaſticus regulariter Iudici laico, & parti, & impedire ne vlterius procedant vbicumque vertitur periculum animæ, & imminet peccatum: & nu. 82. & amplia vt ibi.*

81 *Iudex plura poteſt ex officio, quam ad inſtantiam partis.*

83 *Iudex ex officio, et ſine alicuius requiſitione procedere poteſt, et inquirere in concernentibus periculum animæ.*

84 *Contractus de Iure nullus et prohibitus iuramento validatur ex communi. Limita vt nu. 90.*

85 *Donatio vltra 500. ſine inſinuatione, ſi vallata eſt iuramento, ualet de Iure Canonico.*

86 *Donatio inter virum et uxorē cum iuramento ualet.*

87 *Donatio inter patrem, et filiū in poteſtate cum iuramento ualet.*

88 *Alienatio fundi dotalis cum iuramento ualet.*

89 *Alienatio minoris ſine ſolemnitate cum iuramento ualet de iure Can.*

91 *Abſolutio à iuramento an obtineri poſſit ex ea ſola cauſa, uel prætextu, quod iuramentum præſtitum ſit ſuper contractu de iure nullo, et prohibito: remiſſiue.*

DECIMAQVARTA ſubſequitur Quæſtio principalis reſpiciēs vim & virtutem ſimplicis, & plenæ abſolutionis, An abſolutio habita à iuramento firmante contractum reſcindat

Digitized by Google

ſcindat ſimul contractum, vtpote iuramento firmatum; ita vt contractus remaneat uiribus euacuatus;& liber, & immunis ſit is, qui iurauit ab illius obſeruãtia, adeo vt immediate cum eſt abſolutus poſſit obtinere proſequendo libere ius ſuum, ſi ipſe vult agere aduerſus contractum, ſiue item excipiendo ſi conueniatur, contractu ipſo nihil reluctante.

Et variæ ſunt doctorum opiniones in hoc articulo. Affirmatiuam partem tenuerunt Paul. de Leaz. & Io. Cal. ipſi enim fuerunt eius ſententiæ, videlicet vt reſcindatur contractus ex abſolutione data à iuramento, quod firmauerat contractum. qui propterea voluerunt tunc in tali abſolutione danda vocandam eſſe partem aduerſam; quia agitur de eius præiudicio, ex quo per abſolutionem contingere habet reſciſſio contractus: quos refert Abb. in cap. 1. ſub num. 10. circa medium ver. Sed reſpectu principalis: & in cap. cum contingat, num. 9. ver. ſed Ioan. de iureiura. & in conſi. 12. num. 6. lib. 2. & Feli. qui diſputat hunc articulum in d. c. 1. in q. 5. nu. 26.

Sed contra hanc opinionem Abb. in d. c. 1. d. nu. 10. in fine argumentatur tali medio; quia, inquit; cum contractus per interpoſitionem iuramenti habuerit iam ſuam firmitatem, vt præſupponimus; non debet corruere, licet nunc ceſſet cauſa confirmans, ex quo non ſuperuenit cauſa annullans: mouetur per reg. factum legitime, de reg. iur. in 6.

Ad idem adducit ſimile, quod notat Bar. in l. ex facto: ff. de vulg. & pupil. vbi poſt Rayn. de Forl. concludit, † quod effectus 1
legitimationis filiorum naturalium non tollitur, nec impeditur per ſuperuenientiam filiorum ex matrimonio poſtea contracto, quominus ſcilicet ipſi legitimati ſuccedere habeant cum filijs ex matrimonio contracto ſuſceptis:
† quia ex quo actus legitimationis eſt completus & conſummatus, non debet irritari, licet peruenerit ad eum caſum, à quo non potuit habere principium: vt d. 2
regula factum legitime: † & ſic 3
non ſufficit amodo, quod ceſſet cauſa cõceſſionis priuilegij: quod Abb. ibi dicit eſſe notan.

Niſi tu prædictis reſpondere velles, quod ſublato iuramento per abſolutionem, ſatis ſuperuenit cauſa annullans, ſcilicet prior prohibitio legis, quę prohibuerat illum contractum; ex eo quia
† lex ſemper loquitur vigetque, l. 4
Ariani, vbi Bar. C. de hæret. cum ſimil.

Sed ad hoc replicatur, † quod 5
ſicut per adiectionem iuramenti ſublata eſt prohibitio legis, quippe quæ noluit, & non potuit reſiſtere iuramento; † quia non po- 6
teſt lex impedire, quominus quis ſe obliget Deo, cui ſcilicet principaliter dirigi intelligitur iuramentum: cap. debitores, & c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & declarat Abb. in d. cap. cum contingat, ſub num. 5. poſt medium, ver. Et eſt iſte, & ſub nu. 8. verſus finem, ver. Vnde cnm lex: † ſic non vult 7
lex amplius ſuam prohibitionem redire; quod ſatis aperte innuit

ſuis verbis, vt in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. vbi mandat iuramenta inuiolabiliter obſeruari: quod non tam libenter faceret huiuſmodi fauorabilibus, & validis verbis, ſi retinuiſſet in mente ſuam prohibitionem quandoque remanere, vel redire debere. quinimmo dat intelligere ex adiectione iuramẽti contractum omnimode fore ſeruandum, vt conſiderat Abb. in loco proxime citato in d. cap. cũ contingat, & inferius ſub num. 9. ver. vnde merito. ad idem c. 2. de pact. in 6. ibi, omnino ſeruandum: innuunt enim huiuſmodi verba quaſi de cętero debeat valere, vt contractus; vt dicit Abb. vbi ſupra. Et faciunt ad hæc ea, quę fuſe deducta ſunt ſupra hac Par. q. 5. ſuper l. non dubium. C. de legi. à ver. Et ex his ſequitur: cũ multis ſequen. vſque ad ver. Nũc igitur vt.

Secundo Abb. contra eandem opinionem inſurgit ex eo, quia cum per interpoſitionem iuramenti contractus habuerit iam ſuam firmitatem, validuſque remanſerit, cum lex abſtulerit ſuam prohibitionem, vt mox dictum fuit; ergo licet modo per abſolutionem tollatur iuramentum, & videatur ceſſare cauſa confirmãs, vt ſupra dicebatur; tamen nihilo magis cenſeri debet reſciſſus eſſe contractus; quia immo verius eſt quod non ex toto ceſſat cauſa
8 confirmans: patet, † eo quia non ſolo iuramento, ſed immo ex cõſenſu partium ipſo ſcilicet iuramento vallato contractus vires aſſumpſit; & ſic per abſolutionem iuramenti non debet cenſeri contractus eſſe reſciſſus; quia nõ ceſſauit omnis cauſa confirmans: arg. quando lic. ab empt. diſce. per tot. & l. nihil tam naturale: ff. de reg. iur. & in cap. 1. extra eo. tit.

Vnde merito dicit tex. in d. auth. ſacramenta, inuiolabiliter, & c. & in d. cap. 2. omnino ſeruandum, quaſi de cetero debeat valere, & ſuſtineri vt contractus, vt ſupra eſt dictum: & ita Abb. vbi ſupra citatus, & poſt eum Feli. in d. cap. 1. d. quæſt. 5. contra præmiſſam opinionem affirm. argumentantur.

Pro contraria opinione negatiua, quod ex abſolutione iuramenti nõ reſcindatur contractus quem iuramentum firmauerat, allegatur originaliter Ang. de Peruſ. in conſ. ſeu diſpu. incip. Domina Catherina: vbi diſtinguit duos caſus, † videlicet vbi 9
iuramentum conualidat contractum, & vbi obligat ſolum perſonam ad non contraueniendum, non autem validat contractum. & dicit eſſe magnam differentiam inter hos caſus. nam vbi iuramẽtum ſolum obligat perſonam ad non contraueniendum, & non validat contractum, tunc dicit quod iurans habita abſolutione poteſt venire contra contractum: non enim obſtat iuramentum, quia ab illo eſt abſolutus: non contractus, quia eſt nullus, nec validitatem receperat. exemplũ in eo qui iurauit ſoluere vſuras, vel non venire contra contractũ pignoratitium factum in forma venditionis: immediate enim cum

cum eſt abſolutus, proſequi poteſt ius ſuum; quia iuramentum non firmauit promiſſionem, ſed ſolū obligauit eum ad non contraueniendum. At in primo caſu, vbi ſcilicet contractus iuramento firmatur, licet quis abſoluatur à iuramento, non propterea poteſt venire contra contractum, quaſi illo non conſtringatur, quia ille remanet validus de ſe propter iuramenti interpoſitionem; & abſolutio hoc ſolum operatur, vt contraueniens non incidat in periurium, non autem annullat contractum. Vnde nullus diceret, ſecundum eum, quod minor qui iurauit ſuper contractu, vel maior qui iurauit, & eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, ſi abſoluitur à iuramento per ſuperiorem, poſſit propterea venire contra contractum; quia cōtractus eſt validus, & irreuocabilis. Et ita illum refert Abbas in dicto cap. 1. ſub num. 12. vbi ſimpliciter pertranſit cum hac opinione negatiua; & ſequitur Feli. ibi, in d. quæſt. 5. ver. concluditur.

Sed contra hanc opinionem idem Abb. in d. cap. cum contingat, num. 9. ver. in contrarium, conſiderare ſe dicit, quod ſi ea admitteretur, ſequeretur inconueniens; nempe quod inutilis eſſet ſemper abſolutio, ſi contractus poſtmodum foret irreuocabilis: videtur enim quod parum prode rit abſolutio à iuramento, ſi contractus remanet validus, & irreuocabilis; quod eſt contra cap. ſi vero, de iureiur. vbi abſolutio à iuramētō reſoluit obligationem, quæ alias erat nulla propter metum, niſi fuiſſet iuramentum. & ille eſt bonus tex. pro hoc contra dictam opinionem Angeli, vt dicit Abbas in loco proxime citato; & ſequitur Felin. in d. cap. primo in d. quæſt. 5. in ver. ſed cogitanti.

Ex quibus ergo patet, quod neutra prædictarum opinionum tranſit ſine controuerſia, ſi intelligantur ſimpliciter iuxta caſum vt ſupra ſimpliciter in quæſtione poſitum, prout eas intelligunt.

Quapropter, vt opiniones concordentur & ſuſtineantur, diſtinguendi ſunt ſequentes caſus ex mente Angeli, & Pan. ex quibus tota materia illuſtrabitur, & quęſtionis reſolutio reſolutius, clariuſq. habebitur.

Primus caſus erit vbi iuramentum adiectum eſt contractui alioqui per ſe ſubſiſtenti, & de iure vndiquè firmo, adeò quod nullo remedio impugnari poteſt, prout nihilominus apponi conſueuit ad abundantiorem cautelam, & corroborationem; prout videmus paſſim iuramentum in omnibus contractibus adijci. Et hic caſus eſt extra quæſtionem: non enim recipit dubitationem; † quia ab- 10
ſolutio à iuramento data nihil contractui officeret, nihilq. detraheret eius validitati, quippe quam per ſe habebat, nec à iuramento recepit: & ſublato etiam iuramento, de ſe vndique firmus & validus remaneret.

Secundus caſus erit è contra qui ad quæſtionem pertinet, vbi iuramentum adijcitur contractui qui eſt omnino incapax validita-

tis, adeo quod ſolo iuramenti clypeo protegitur, non quod in ſe aliquid roboris à iuramento recipiat contractus ipſe, vtputa quia materia eſt illicita, puta in vſura: vt in cap. 1. & cap. debitores, de iureiur. & in cap. tuas, de vſu. vel alias turpitudo eſt in recipiente, ita quod in ipſius odiũ prohibetur contractus, vt in cap. ſignificante, de pigno. & not. Abb. in cap. cum contingat, nu. 5. circa medium, d. tit. de iureiur. & ibi inferius, nũm. 8. in fi. & Corn. cõſ. 133. viſo copioſ. lit. G. lib. 1. & Neguſ. de Pignor. Par. 4. principali in principio, num. 3. & ſeq. & Abb. in dicto cap. ſignificante. Qui dicunt contractum non firmari iuramento, vbi nullitas inducta eſt in odium contrahentis cum ipſo iurante, vt in terminis illius cap. ſignificante, & ſimilibus. Sed iuramentum ſolum obligat perſonam ad obſeruantiam contractus, eo quia ſeruari poſſit ſine peccato iurantis. Et ſic imprimit ſolum in perſona, nõ in contractu, vt Bal. ait in d. cap. cum contingat num. 15. qui eſt ſecundus caſus ex duobus quos diſtinxit Ang. quem retuli ſupra in ſecunda opin. in ver. Pro contraria, circa prin. & eum ponunt Abb. in d. cap. cum contingat, d. num. 9. & Fel. in d. cap. 1. ſupra
11 citati. † Et in hoc caſu immediate cum eſt abſolutus, obtinet vt libere venire poſſit contra contractum illo neutiquam obſiſtente: non enim obſtat iuramentũ, quia ab illo eſt abſolutus; non contractus, quia nullus. Vnde qui iurauit ſoluere vſuras, aut nõ venire contra contractum pignoratitium conceptum in forma venditionis, immediate cum eſt abſolutus proſequi poteſt ius ſuũ; quia tale iuramentum non firmauit promiſſionem, ſed ſolum obligauit eum ad non contraueniendum, ſecundum Ang. ſupra relatum, quem refert & ſequitur Abb. dicens hoc bene eſſe notandum in d. cap. 1. ſub num. 12. vbi etiã Feli. num. 26. & idem Abb. in d. cap. cum contingat, num. 9. addens hoc dictum Ang. perpetuo menti eſſe commendandum. † Et 12
quod in dictis caſibus, ſeu exemplis contractus non validetur iuramento, notat nominatim Abb. iam citatus in d. cap. cum contingat, d. num. 5. circa med. & num. 8. in fine, ver. Secus tamen puto. Ideoque merito habita abſolutione à iuramento, non eſt quid iuranti obſiſtat, quominus obtineat veniendo contra contractũ, ſeu promiſſa, ex quo contractus de ſe nullo modo illũ conſtringit, cum de ſe vinculum non iniecerit; & ſufficit ſolum poſtmodum probare de qualitate contractus: Corn. conſ. 6. & 180. lib. 1. Nat. conſ. 166. ſiue 167. lib. 1. & Crau. conſ. 7. lib. 1. & dicetur inf. q. 16. ver. cum primis, & ſeq.

Et in hoc caſu ſine dubio procedet opin. Paul. de Leaz. & Ioan. Calder.

Tertius caſus eſt proximior quæſtioni propoſitæ, magiſque dubitabilis, † vbi ſcilicet contractus 13
eſt iuramento firmatus; vtputa quia iuramentum adiectum eſt contractui, qui licet eſſet de iure nullus, materia tamen non eſt de

ſe

ſe illicita, neque ſubinde repugnat, quin contractui ex iuramento firmitas accedat. Exemplum in caſu cap. 2. de pact. in 6. & in cap. cum contingat, præalleg. de iureiur. & in cap. licet, eo. in 6. ad ea, quæ tradit Abb. in d. cap. cum contingat, à num. 8. vbi copioſe & eleganter diſcutit
14 hunc articulum, † An iuramentũ firmet contractum prohibitum iure ciuili ob vtilitatem priuatã principaliter, & ſecundario ob vtilitatem publicam, concludens affirmatiue, & ſubinde quod iuramentum validat contractum in caſu d. cap. cum contingat, & aliorum prædictorum iurium. quã opin. ſequitur Ioan. Campeg. in tract. de dote par. 4. q. 11. eamq. comprobat ex cap. 2. de pac. in 6. præallegato, & ex alijs, quæ adducit: eandem poſt alios à ſe citatos ſequitur Gui. pa. Deciſ. 226. de quo articulo ſiue prohibitio ſit iuris communis, ſiue ſtatutarij, agit etiam Bal. in eodem cap. cum contingat. & Rom. conſ. 437. Et certior clariorque redditur iſta huius articuli definitio de iure Canonico, iuxta d. concluſionẽ Abb. ex his, quæ copioſe adducta ſunt in hac par. q. 5. ex quibus firmiter oſtenſum eſt, ni fallor, legem quoque ciuilem ceſſare velle ſuam prohibitionem, ac nullitatẽ per eam inductam ſtante iuramento; & ſic eandem hanc Concluſionem Abbatis de iure Canonico conſtitutam, & firmatam, etiam ſecundum ius ciuile obtinere poſſe, ac debere.

Et in hoc caſu pariter dicendũ
15 eſt, † quod data abſolutione à iuramento conſequi habet reſciſſio contractus; quia tollitur illud vinculum quo ſolo ſuſtinebatur: arg. optimo. l. ſticum. §. naturalis. ff. de ſolu. & cap. cum ceſſante. de appellat. ita tandem concludit, & pertranſit Abb. in d. cap. cum contingat, d. num. 9. quaſi in fine: quicquid aliter ſentire viſus ſit in cap. 1. alias alleg. eo. tit. de iureiur. Ideoque agenti ex eo contractu nullo, opponi poteſt de nullitate; quia ille non poteſt replicare allegando vim iuramenti iam ſublati; & ita ex Abb. concludit etiam Feli. in d. cap. 1. in d. quæſt. 5. & ita extat Deciſ. Grationop. D. Guid. Pap. Deciſ. 226. ſub nu. 2. in fi.

Et ſic etiam in terminis huius caſus ſecundum eos vera remanet opinio prædicta affirmatiua Paul. & Io. Cal. quam in eiſdem terminis tenuit etiam Bart. Soc. in conſ. 115. nu. 11. lib. 1. & Ant. Maſ. Gal. in tract. de oblig. ad for. Cam. in ſecunda quæſt. ad ſextam particulam, num. 3. Exempla huiuſmodi contractuum vltra propoſita in iuribus præallegatis videre eſt apud Abb. in d. cap. cum contingat, num. 8. per totum, & nonnulla per Gal. in d. tract. in quæſt. 3. primæ Par. principalis, ſub num. 5. Et hanc opinionem affirmatiuam in his terminis tenendam eſſe in iudicando, & conſulendo, reiecta contraria, dixit Chriſ. Por. inſti. quib. al. li. in prin. nu. 10. in fi.

Neque reuera huic opinioni refragantur ea, quæ ſupra in prin. quæſt. contra eam adducta fuerunt ex regula factum legitime,

& ex

& ex eo quod notat Bart. de legitimatione, quæ retinet effectũ ſuum etiam in caſu, in quo non potuit habere principium, ſcilicet ſtantibus filijs ex matrimonio: quoniam facile his reſpondetur, videlicet quod cauſa propria, & immediata, quæ abſtergit illegitimitatem, & inualiditatem in filijs naturalibus, ſeu illegitimis, inducitque validitatem, & habilitatem in eis in ſuccedẽdo, eſt ipſa legitimatio, quæ durat, & remanet: non enim eſt quid eam abſtulerit, vt ex aduerſo aſſeritur: nil mirum ſi ſuum ſemper operatur effectum; & ſic merito non ſufficit, quod amodo ceſſet cauſa conceſſionis priuilegij, vt dicebat Abb. ex quo remanet, & durat priuilegium iam completum, & conſummatum, vt & ſupra dicebatur.

Sed in caſu quæſtionis noſtræ cauſa, quæ influebat firmitatem contractui, ideſt iuramentum, expreſſe ſublata eſt à ſuperiore mediante abſolutione data: merito cum non ſit, nihil amplius operari poteſt; quia non entis, & c. iuxta axioma in iure notiſſimum;
16 & intrat regula tritiſſima, † Ceſſante cauſa, & c. vt in cap. cum ceſſante, vbi omnes, de appel. l. titia, la 2. §. vſuras, vbi Bar. ff. de lega. 2. Doctores in cap. cum acceſſiſſent, de conſti. & in cap. poſt translationem, vbi nominatim Abb. pleniſſime, num. 17. de renuncia. Euer. in ſua Topica iuris, in loco à ratione ceſſante. Et ſic cum contractus ex cauſa validus remaneat nudatus, & inualidus ceſſante illa cauſa, vt dicit Fel. in d. cap. 1. d. q. 5. quaſi in fine, non dicitur factum legitime, neque ſubinde quicquam obſtat d. reg. factum legitime, prout hanc rationem conſiderauit Andr. Barbac. in addi. ad Abb. in d. cap. 1. num. 11. in ver. corruere, lit. E.
pro qua ratione adde, † quia factum non dicitur niſi duret factũ. 17
l. inter ſtatil. vbi Bar. ff. de arbitr. plura allegat Berta. in Repert. in ver. factum, num. 69.

Velle autem quærere cur legitimatio non ceſſet, & non rumpatur, ſed remaneat cum ſuo effectu etiam in caſu, à quo non incepiſſet, videlicet natis filijs legitimis, & naturalibus, id vtique extra rem eſſet; quatenus enim ad propoſitum attinet, ſat eſt concedi, & præſupponi eam non ceſſare, ſed firmam, & validam perſeuerare, vt conceditur ex aduerſo: vt ex hoc iam haud mirandũ videri debeat, ſi ibi remanet & durat effectus, ex quo cauſa valida remanet, & perſeuerat: & in caſu noſtro ceſſat effectus, ſcilicet validitas contractus, ex quo reſoluta eſt cauſa, nempe iuramentum mediante abſolutione, ad ſupradicta.

Et plures etiam rationes, qua
† re non tollitur legitimatio, ſiue 18
eius effectus per ſubſequentem ſuſceptionem filiorum legitimorum, & naturalium, ex quibus apparere poteſt differentia inter illum caſum & caſum noſtrum, adducit eleganter Roma. in conſ. 194. à nu. 10. Sed ſatis ſufficiens eſt illa ſola proxime adducta quantum ad propoſitum, vt opus non ſit vlterioris inueſtigationis.

Neque

Neque item eidem opinioni Pauli,& Cald. iuxta hunc caſum quicquam obſiſtunt prædicta verba illius auth. ſacramenta , & d. cap. 2.neque reuera inferri poteſt ex eis id ad quod inducebantur , quoniam fauor , & priuilegium illorum iurium dirigitur ad iuramentum,& illi ſoli fauent, vt littera ipſorum declarat , & exprimit: nam dicitur ſacramenta inuiolabiliter obſeruentur in d. auth. ſacramenta, & in d. cap. 2. de pact. in 6. dicitur ſimiliter iuramentum omnino obſeruari debere,cum non vergat,& c. vt ibi. Et ideo ſublato iuramento, quod erat cauſa illius fauoris, & Priuilegij,non remanet amplius fauor
19 & priuilegium . † nam ceſſante cauſa fauoris, ceſſat fauor:tex.eſt in l.titia.la 2. in §. vſuras. ff.de lega.2. not. Deci. per alia iura, & poſt alios quos alleg. in c.cum ceſſante,num.4.de appella. & no-
20 minatim traditur , † quod priuilegium datum ob certã cauſam , illa ceſſante , ipſum ceſſat : cap. ſuggeſtum de Deci.id not.Feli.in cap. cum acceſſiſſent,num. 24. de conſti. inquiens id melius probari in cap. generaliter. 16. q. 1. Idem not. Deci. in cap. cum ceſ-
21 ſante,prælleg. in prin. † regulatur enim priuilegium ſecundum cauſam eius tacitam, vel expreſſam : Deci. in d. cap. cum acceſſiſſent,nu.62. de conſti. poſt multos quos allegat , quos , omiſſo modernorum more,non tranſcribo . Igitur verum eſt,quod dicebat Fel.quod contractus,qui erat ex cauſa validus , remanet nudatus,& inualidus ceſſante illa cauſa . Et conſequenter apparet non eſſe verum quod dicebatur,quod non ex toto ceſſat cauſa confirmans , & non ſuperuenit cauſa annullans; quia immo ceſſat ſublato iuramento,† quod ſolum ſu- 22
ſtinebat contractum,non conſenſus contrahentium , nec aliud,vt eſt conſpicuum in d.cap. cum contingat , de iureiur. & inſti. quib. al.li. in prin.cum ſimil. † Et ver- 23
ba illa in d.auth. ſacramenta,inuiolabiliter obſeruentur, & in d. cap.2. omnino ſeruari , &c. loquuntur de iuramento, vt eſt dictum; & nihil aliud innuunt, quã nolle,& non poſſe legem reſiſtere iuramento,& quod propter illud ſilere debet legis prohibitio , vt Abb. ſentit,& declarat in præall. cap. cum contingat , ſub num.8. verſus finẽ : & ſupra dixi.Et ideo ſublato iuramento,ſatis ſuperuenit cauſa annullans;quia remanet eadem legis prohibitio , per ſupra dicta de ceſſatione cauſæ,fauoris , & priuilegij , & quia lex ſemper loquitur, & viget.l.Ariani prælleg. C. de hæreti. cum ſimil.item ea verba inuiolabiliter, & omnino vt in d.auth. & cap.2. fauorabilia ſunt reſpectu iuramenti propter alium finem, & effectũ abſque eo quod intelligantur velle remanere contractum validum ſublato iuramento , † videlicet 24
propter retentionem poſt adimpletum iuramentum,& contractũ vt ſcilicet etiam poſt adimplementum non poſſit iurans, immo nec hæres ipſius contrauenire, & repetere,vt poſt Ant.& Car.comprobat Abb. adnotans hunc effectum illorum verborum in d.cap.

cum

cum contingat, num. 8. per tot. de iureiuran. & dicetur infra. Et multum faciunt pro hac parte ea quæ tradit Chriſt. Por. inſtit. quib. al. licet, in prin. num. 9. & ſeq. vbi ipſe ex his, quæ ibi adducit, dicit ſe ſemper fuiſſe eius ſententiæ, ꝙ immo in caſu d. cap. cum contingat, & ſimilium aliorum iurium iam ſupra citatorum, contractus non validetur iuramento: fatetur tamen denique hanc ſuam ſententiam in iudicando, & conſulendo reijciendam eſſe. Adde quod contraria, quam retuli tenuiſſe Abb. eſt communis teſte illo in d. cap. cum contingat, nu. 8. poſt mediũ, ver. Concluditur.

Et ne putes ocioſam eſſe horũ duorum caſuum propoſitam diſtinctionem, quaſi parum referre videatur ſiue contractus intelligatur firmari iuramento, ſiue nõ, ſi per abſolutionem iuramenti reſcindi habet etiam vbi erat iuramento firmatus: ſcire operæpretium eſt immo multum referre, an iuramentũ interpoſitum ſuper contractu ſolum ſit ſeruandũ, & ſolum illo ſuo iuramento iurãs ſit obligatus, non autem ex contractu, iuxta ſcilicet ſuperiorem proximum caſum: An vero contractus iuramento firmetur, ita quod iurans etiam ex contractu obligatus cenſeatur, iuxta terminos huius tertij caſus. Nam & ſi quantum ad effectum abſolutionis obtentæ à iuramento idẽ
25 ſit in vtroque caſu; † quia ſcilicet reſoluto per abſolutionem vinculo iuramenti, etiam in hoc tertio caſu remanet contractus viribus euacuatus, eo quia de ſe vinculũ non iniecerat, & vim quam ex iuramento receperat, per ablationẽ iuramenti reſoluta, & exinanita fuit, ad ſupradicta;

Et ſic pariter in hoc quoque caſu abſolutio à iuramento habita operari habet, vt obſtet agenti nullitas contractus; quia agens ex hoc contractu nullo, ſi replicabitur de nullitate, non poterit allegare vim iuramenti iam ſublati, per ſupradicta: remanet tamen alioqui magna differentia inter vtrũq. caſum tũ quoad abſolutionem obtinendam; tum quoad alia, tã quoad ipſum iurantem, quam quoad eius hæredem, vel ſucceſſorem.

† Et diferentia primum eſt reſpectu ſoluti repetitionis; quoniam in terminis ſuperioris proximi caſus, vbi ſcilicet contractus non firmatur iuramento, & iurans ſolum obligatus eſt perſonaliter ad obſeruandum iuramentum interpoſitum ſuper illo contractu; quia ſcilicet iuramentum ſolum imprimit in perſona, non in contractu, vt ibi dictum fuit, ſtatim cum iurans obſeruauerit, poterit repetere condictione ſine cauſa: quia poſtquam impletum, & obſeruatum eſt iuramentum, quod ſoluit incipit eſſe ſine cauſa apud creditorem, vt in cap. debitores: de iureiur. Et ideo in odium creditoris conceditur repetitio; quia ipſius odio prohibetur contractus, vel propter turpitudinem materiæ, quæ de ſui natura turpis eſt, vel alias admittitur turpitudo, & deceptio ex parte ipſius creditoris, cap. 1. & cap. debitores, præall. de iureiu. 26

& d.

& d. cap. ſignificante, de pignori. & per ea iura tradit Abb. in d.c. cum contingat nu.8. in prin.& in fi. & Chriſt. Por. inſti. quib. al. licet,in prin.num.10. Item à principio poteſt petere abſolutionem à iuramento etiam ſponte præſtito,ex quo turpitudo eſt in materia promiſſionis de ſui natura: vt d.cap.debitores,vbi Glo.Inno. & alij. Abb. in loco proxime citato. Item habet alia remedia,quæ leguntur in d.cap.1.de iureiur. & cap. tuas;de vſur. & vtrobique Doct.

Et quantum ad hæredem, poterit ipſe multo magis repetere:
27 † immo ipſe poteſt à principio contrauenire, non obſtante iuramento defuncti,cum iuramentum ſit perſonale, & non tranſeat ad hęredes ſeu alios ſucceſſores:cap. veritatis,de iureiur. Abb.in d. c. cum contingat, nu.8. circa prin. Chriſt.Por.in loco proxime citato: de qua re dicetur ſuo loco in par.4. in caſu 9.

Et contractus eum non afficit, qui de ſe nullus erat, & à iuramento nihil uirium acceperat ob turpitudinem materiæ ipſius, & odium creditoris: d. cap. 1. & c. debitores, de iureiu.& cap.tuas, de vſur. & cap. ſignificante, de pigno. Ideo ſicut potuiſſet defunctus iurator obtinere à iuramento abſolutionem, & ea mediante contrauenire,vt mox dictum fuit, ita poteſt hæres libere ex abru-
28 pto contrauenire; † quia mors iuratoris operatur quoad ſucceſſorem idem quod operata eſſet abſolutio in ipſo iurante, vt notabiliter dixit Cor.conſ.112.lib. 4. & dicetur in par.4.d.caſu 9.

At in terminis huius tertij caſus, in quo ſcilicet cenſetur contractus firmatus eſſe iuramento, & obligatus eſſe iurans etiam ex contractu, ipſo ſcilicet iuramento validato,ad ſupradicta: Primũ quoad id quod dictum eſt de abſolutione obtinenda,patet differentia;† quia abſolutio obtineri non 29
poteſt, ſi iuramentum eſt ſponte præſtitum, ex quo materia contractus non præbet cauſam abſolutionis dandæ;vt paulo ſuperius de ſecundo caſu dicebatur. probatur aperte in d.cap. cum contingat, de iureiur. in cap.licet mul. eo. in 6.in cap.2.de pactis,eodem libro 6. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Et allegatio prohibitionis legis,ſiue nullitatis contractus eſſet minus ſufficiens cauſa, vt dicetur inf. in quarta par. caſu 12. circa fi.ver. quod attinet. Et ergo tenetur ad obſeruantiam iuramenti, & contractus, nec licet ei amodo contrauenire: vt in omnibus iuribus proxime citatis: & tradit Abb.in d.cap.cum contingat, nu. 8. in prin. & latius in queſt.2. incipit,ſtatuto. col.24.in caſu 8. in ver. ſed ſi principaliter: alioqui enim iura illa omnia mox allegata ſeruirent de uento, nihil enim operarentur; quia ſemper peteretur abſolutio: & ita ex hoc & alijs,quæ adducit,hanc ſententiã, quod non competat abſolutio à iuramento in caſu dictorum iurium,alia legitima cauſa non exiſtente, tenet Campeg. in tract. de dote,par.4. q.15. alios allegans.

Et ſecluſa ipſa iuramenti abſo

Digitized by Google

lutione, quia ſcilicet non ſuppetit cauſa eam obtinendi, quia iuramentum, vt dictum eſt, ſponte & libere, non dolo, vel metu præſtitum ſit; ac proinde licitum ex vtraque parte eſt, iuxta cap. cum contingat, cum alijs paulo ſuperius cum eo allegatis; † quantũ ad ſoluti repetitionem non poterit iurans poſtea quam ſoluit adimplendo iuramentum, & contractum conuolare ad hoc remediũ repetitionis, quaſi poſt adimpletum iuramentum iam id quod ſoluit incipiat eſſe apud creditorẽ ſine cauſa, vt in ſecundo ſuperiori caſu fieri poſſe dictum eſt: hoc enim reſpectu non poteſt repetere in terminis præſentis caſus, nec licitum ei eſt contrauenire, licet ſoluendo paruerit iuramento, ex quo tenetur etiam ex contractu, vtpote iuramento validato: Abb. in d. cap. cum contingat, d. num. 8. in princ. & Chriſt. Por. inſti. quibus al. li. in princ. num. 10. ver. ſecunda differentia: Io. Camp. de Dote. par. 4. q. 11.

31 † Immo plus etiam in terminis præſentis caſus non competeret hoc remedium repetitionis poſt adimplementum, etiam ſi daremus contractum non firmari iuramento, prout tenuit Anton. de Butr. in d. cap. cum contingat; quia etiam poſtquam iuramentũ eſſet impletum, non tamen per hoc poſſet iurans repetere, ſecundum eundem D. Anton. quia in terminis huius caſus, etiam quod contractus non cenſeatur firmatus eſſe iuramento, tamen non per hoc dici poteſt, quod ſolutum incipiat eſſe apud creditorem ſine cauſa poſt iuramentum obſeruatum; quia cauſam habet à iurante reſpectu ſecundariæ obligationis ex iuramento; & ſic habet ius retinendi. † nam iuramentum habet illum effectum in retentione rei, quem produceret contractus: & hanc vim, huncque effectum ineſſe debere iuraméto, in terminis huius caſus innuunt illa verba in d. auth. ſacramenta puberum, & in d. cap. 2. in quibus præcipitur iuramentum inuiolabiliter, & omnino eſſe ſeruandũ, ſecundum D. Anto. vbi ſupra, quẽ ibi refert & ſequitur in hoc Ab. d. num. 8. paulo poſt prin. ver. D. Anto. & maxime circa fi. ver. Placet tamen. vbi dicit, quod per illam dictionem, omnino, in d. cap. 2. voluit excludere omnem contrauentionem, etiam poſt adimplementum; & idem per illam dictionem, inuiolabiliter, in d. auth. ſacramenta, & quod ita ſentit Archi. in d. cap. 2. ad idem adducit d. cap. cum contingat, & c. licet mul. eo. tit. de iureiur. in 6. inducendo vt ibi per eum, ſequitur Campeg. in d. tract. de dote. par. 4. d. q. 11.

Et quantum ad hæredem ſimiliter differentia eſt inter hunc caſum, & ſuperiorem proximum; † quia in hoc caſu etiam hęres, vel ſucceſſor non poteſt contrauenire: nam ex quo contractus eſt iuramento firmatus, hæres obligatur; † quia contractus tranſit ad hæredem cum robore ſuo. l. pro hæreditarijs. C. de hæredi. actio. ita tradit Por. ſupra alleg. inſti. quibus alie. li. in prin. nu. 10. & tenet Abb. in d. cap. cum contin-

(Margin numbers: 30 beside "rius cum eo allegatis", 32 beside "bet ius retinendi", 33 beside "quia in hoc caſu", 34 beside "gatur; † quia contractus")

contingat.d. nu.8. in prin. ſequitur Campeg. in præall.q.11.

Et ex hac ratione conſequitur
35 † quod neque ſoluti repetitio competere poteſt eidem hæredi. quod tenuit Anto. de Butr. in d. cap.cum contingat, in fortioribus terminis, videlicet etiam præſuppoſito quod contractus non intelligatur iuramento firmatus in terminis huius caſus, iuxta ſuam opinionem. Neque obſtat ſecundum eum, quod poſtquam iuramentum eſt impletũ ſoluendo, ſolutum videatur incipere eſſe apud creditorem ſine cauſa; quia ipſe reſpondet, prout ſupra retuli, ꝙ cauſam habet à iurante reſpectu ſecundariæ obligationis ex iuramento, vnde habet ius retinendi. Non obſtat quod non tranſeat iu
36 ramentum ad hæredes; † quia reſpondet, quod licet perſonaliter non obligentur ad periurium, ſeruare tamen tenentur, ne lædãt animam defuncti: de ſepul.c.fi.de rapto. cap. in litteris: ſecundum ipſum. Idem tenet Car. in eodẽ cap.cum contingat, quos refert, & ſequitur Abb.ibi in ſæpe alleg. num. 8.ver. Nec obſtat quod, & circa finem, in ver. Placet tamen mihi. quia iura in tantum voluerunt fauere iuramento, vt per eius interuentum velint excludi omnem contrauentionem: & hoc voluerunt per illam dictionem inuiolabiliter, in d. auth. ſacramenta puberum, & per illam dictionem, omnino, in d.cap.2. ſecundum eum, poſt Archi. in d. c. 2. de pact. in 6. Et hanc ſententiam Dom. Ant. amplectitur Cãpeg. vbi ſupra, idem tenens in ceſſionario ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue oneroſa, vt ibi per eum poſt D.Anto.

Et propter iſtas horum duorũ caſuum differentias non eſt modica vtilitas præſentis Quæſtionis.

Et de iſtis effectibus quos importat, & inducit prædicta differentia, ſcilicet an contractus firmetur iuramento, an iuramentũ ſolum liget perſonam iurantis ad ſeruandum iuramentum, agit Bar. in l. ſi quis pro eo.ver.quarto dixi.ff.de fideiuſſ. & Ang. conſ.160. pro deciſione. col.2.

Quartus quoque caſus remanet, videlicet vbi contractus iuramento eſt confirmatus (non dico ſimpliciter firmatus) nempe quia non habet validitatem ſuam totã à iuramento, vt in ſuperiori caſu; ſed de ſe validus eſt, non tamẽ omnino de ſe validus, & firmus eſt, eo quia aliquo medio ſubuerti poteſt ſine adiumento iuramenti. Et tunc iuramentum ergo cõfirmat contractum tuendo illum, ne impugnetur illo remedio, ꝙ contra illũ competebat. † Et ideo 37
hoc caſu, ſublato iuramento, non ſimul concidit contractus, ſed datur facultas interpellandi illud remedium prius competens ad reſciſſionem contractus, quod, obſiſtente iuramento, opponi non poterat. Et hoc eſt quod operatur hoc caſu abſolutio; non autẽ contingere habet ex ea reſciſſio contractus, quoniam in hoc caſu abſolutio ſeparata eſt à contractu, quippe cum eius vis non in ſolius iuramenti virtute, & validitate conſiſtat, vt mox dictum eſt.

Digitized by Google

Exemplum huiuſmodi contra-ctus poni poteſt quando quis in contractu deceptus eſt vltra dimidiam iuſti pretij, vt in l.2. C. de reſcin. vendi. & in cap. cum dilecti, & cap. pen. de emptio. &
38 vendi.† nam hoc caſu contractus de ſe valet, ſed reſcindi poteſt remedio illorum iurium, vt in eis habetur. & notat Abb. ita per hoc exemplum hunc caſum exemplificans in præalleg. c.cum contingat, num.9. circa finem. Vel quando in contractu inito per metum interuenit iuramentum, vt ſimiliter exemplificat Abb. in eodem loco inquiens ſic intelligi
39 poſſe.c.ſi vero. de iureiur. † quo caſu ſimiliter contractus non eſt nullus, ſed valet; ſed reſcindi poteſt per actionem, quod metus cauſa, vt legitur, & not. in cap. Abbas, de his quæ vi, met. & idem Abb.not.in præallegato cap.cum dilecti, ſub num.6. de empt.
40 † Igitur in terminis præſentis caſus abſolutio in effectu quomodocumque detur, ſolum facultatē præbet, & viam aperit ad reſcindendum contractum, propoſitis, & probatis cauſis coram iudice ſeculari ordinario ipſius contractus producentibus remedium quo reſcindi debet: quoniam etiam ſi pro obtinenda abſolutione à iuramento fuiſſet plene probatum de ipſis remedijs, ſeu actionibus, ex quibus abſolutio venit concedenda ad finem obtinendi reſciſſionem cōtractus, mediantibus eiſdem remedijs, & fuiſſet conceſſa abſolutio; tunc nihilominus contractus remanet validus, & firmus, prout de ſe erat. Et de eiſdem ipſis cauſis allegatis, & probatis in iudicio abſolutionis iterum plene probandum eſt in iudicio ordinario ſuper contractu; & ex ipſis plenis probationibus ſequentibus obtinenda eſt reſciſſio cōtractus. & ratio eſt manifeſta, quoniam etiam conſtito de veritate cauſarum abſolutionis, & quod reuera cōpetant remedia deducta contra contractum; tamen adhuc ille ſubſiſtit, & firmus eſt, donec Iudicis miniſterio reſcindatur, ſcilicet per eius ſententiam ſuper illis remedijs iterum plene probatis coram ipſo. quoniam probationes factæ in iudicio abſolutionis non ſufficiunt pro obtinendo in iudicio ordinario circa contractum, vt dictum eſt ſupra hac par. in quæſt. 11.

Quinimmo ex hoc deducitur euidenter neceſſario in terminis præſentis caſus præparatoriam tantum abſolutionem, ſcilicet ad effectum agendi, vel excipiendi, non ſimplicem concedendam fore, ne ſequi habeat perplexitas, & contrarietas iudiciorum, ſi forte fortuna iurans coram Iudice eccleſiaſtico abſolutus eſſet reſpectu iuramenti, & coram Iudice laico condemnatus eſſet reſpectu contractus. † quæ perplexitas, & 41
intricatio Iudiciorum, & proceſſuum exoſa eſt iuri noſtro, vt in c.tuam; de ordi.cogni.

Ex ipſa vero præparatoria abſolutione, ſcilicet ad effectum tantum agendi, vel excipiendi, nullum ſequi habet incōueniens; quoniam ſi impetrans obtinuerit in plenario iudicio ſuper contra-

ctu,

ctu, ex probationibus in eo factis repleatur abſolutio,& ſimplex ac plena euadit, vt non ſit opus alia abſolutione, ad ea, quæ plene hac de re dicta ſunt ſupra hac eadem par. quæſt. 10. Si vero ſuccubuerit, remanebit periurus; quia ſtatim non fuit abſolutio, ſed relaxatio iuramenti,& data conditionaliter, ſcilicet ſi veræ extiterint cauſæ propoſitæ: vnde non fuit ſublatum, ſed ſolum ſuſpenſum vinculum iuramenti, iuxta alias dicta præſertim in prima par. in quæſt. 2. Et ideo ſi lapſus fuit terminus,& non ſoluit, accuſari etiam poſſet de periurio, iuxta alias dicta ſupra hac par. q. 4. & per Nat. conſ. 166. ſiue 167. lib. 1. & Crau. conſ. 7. alias alleg. & Corn. conſ. 6.& 180. lib. 1.

Et in terminis huius quarti caſus ſuſtineri poteſt prædicta opinio Angeli, vt dicit Feli. in præalleg. cap. 1. quæſt. 5. in vltimis verbis, de iureiur. prout eam in his terminis intellexit quoque Bartol. Soci. præallegat. in conſ. 115. num. 11. lib. 1. Et hunc caſum, vt dixi, diſtinguit,& ponit Abb. in d. cap. cum contingat, num. 9. in fine, de iureiur. Et Angelus ex ſemetipſo declarat ſe loqui in terminis huius caſus, dũ dixit, quod abſolutus à iuramento non propterea venire poteſt contra contractum; quia abſolutio ſolum operatur ne incidat in periurium contraueniendo, non autem reſcindit contractum. nam per exempla, quæ adducit de minore, qui iurauit ſuper contractu, vel de maiore, qui iurauit,& eſt deceptus vltra dimidiam, ipſe ſatis aperte ſuadet ſe præſupponere contractum non ſuſtineri ſolo iuramento, ſed de ſe alio iure validum eſſe: in his enim exemplis clarum eſt contractum non eſſe ipſo iure nullum, vt de maiore decepto iam ſupra præmiſſum fuit. † Et de contractu minoris 42
ſimiliter clarum eſt eum non eſſe ſemper,& indiſtincte de iure nullum, etiam ab ipſo minore ex ſe ipſo ſine curatore celebratum:
† quia puberes contrahentes, ci- 43
uiliter,& naturaliter obligantur: tex. eſt in l. puberes, vbi Glo. Pau. de Caſtro,& Iaſ. ff. de verb. oblig. & in l. quod ſi minor. §. non ſemper. ff. de minor. & not. ff. de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi minor. tradit D. Quintil. Mandoſ. in tract. de ætate minor. cap. 5. nu. 32. Et eſt argum. optimum extra de reſti. in integ. & eodem tit. ff. & C. in rubro,& Nigro: alioquì enim non egerent reſtitutione, prout ita argumentatur Gloſ. in d. l. puberes.

†Et quod obligetur minor etiã 44
obligatione legali,& item conſuetudinaria, vel ſtatutaria, notat idem Bartol. in l. ſed hic: ff. de reb. eorum, in ſecunda lectura, quæ adſcribitur Nicolao de Neapoli.

Vtilitas præſentis quæſtionis, vltra notatam ſupra in fine ſuperioris proximi caſus, alio quoque reſpectu dignoſcitur, nempe propter citationem partis in abſolutione obtinenda ad cognoſcendum quando citatio requiratur, vel non: qua de re agendum eſt infra peculiari quæſt. hac eadẽ par. q. 16. maxime in 1. concluſ.

Item

Digitized by Google

Item maxima eſt huius quæſtionis vtilitas propter exequutionem contractuum; ac item propter inhibitionem à Iudice eccleſiaſtico faciendam occaſione abſolutionis. Namque ex conſtitutione atque diſtinctione prædictorum caſuum,& ex dictis circa illos habetur reſolutio atque notitia quando,& quomodo exequutio contractus,atque ipſa inhibitio procedere habeant.

45 † Primo namque,quod ad contractus exequutionem attinet, vbi eſſemus in terminis poſtremi huius quarti caſus, quoniam ex abſolutione iuramenti non habet ſequi reſciſſio contractus,ad prædicta circa eundem ipſum caſum, ſed petitur ſola abſolutio iuramenti inquantum non firmat cõtractum, ſed ſeparata eſt à contractu, vt aperiat viam ad reſcindendum contractum, iuxta paulo ſuperius dicta circa ipſum caſum maxime in ver. Igitur in terminis: Si eſſet talis contractus, qui haberet exequutionem paratam vel ex forma, puta, ſtatutorum, vel calore iudicij, quia celebratus ſit apud acta, vel priuilegio obligationis ad formam Cameræ Apoſtolicæ; etiam obtenta abſolutione à iuramento, & ea non obſtante, adhuc haberet eandem exequutionem antequam denuo factæ ſint probationes ſuper remedijs ſiue actione, vel exceptione aduerſus eum competentibus. Et debitor interim poterit carcerari,ſeu alias exequutio contra

46 eum fieri. † Et abſolutio habita à iuramento non opitulabitur ei quantum ad retardandam ipſam exequutionem; ſed in eo ſolum, videlicet vt poſſit deducere, & proponere dicta remedia, ſeu actionem,vel exceptionem ſibi aduerſus contractum competentia, quæ antea obſiſtente iuramento nullo modo opponere potuiſſet. Et ſi ea probabit,obtinebit:alioqui minime, & exequutio facta remanebit in ſuo robore,eamque interim patietur, nec retardabitur, vt dixi: quod adnotauit nominatim in obligatione Camerali D. Anto. Maſſa Gal. in tract. oblig. ad for. Cam. ſuper ſexta particula, in q.2. num.7. Et nouiſſime ſequutus eſt D.Anto. Gagliardus in opuſculo ſuo de abſol. à iuramento alias alleg. §. 3. num. 44. & ſeq. per dictam rationem; quia in terminis d.quarti caſus abſolutio eſt ſeparata à contractu,& non perimit,nec ſuſpendit vires contractus; quia in his terminis non poteſt peti à iuramento inquantum firmat contractum; & ſic ſimul ſit abſolutio à iuramento, & contractu; ſed petitur ſola abſolutio,vt aperiat viam ad reſcindendum contractum; quippe qui vinculo ſuo ſubſiſtit abſque iuramento, vt dictum eſt ſupra in ver. quinimmo ex hoc. Ideoque cum interim vigor & vires contractus nihil lędantur ab abſolutione à iuramento habita; merito contractus exequutio non eſt immoranda.

† Ergo multo minus litis pendentia ſuper abſolutione haberet impedire ipſam exequutionem, ex quo cauſa eſt ſeparata, vt eſt dictum,& obligatio, ſiue contractus etiam ſine iuramento ſubſiſtit, 47

ſtit, & exequutionem habere poteſt; vt proinde locum non habeat diſpoſitio cap. tuam, de ord. cogni. & ita per hanc rationem nominatim in contractu habente obligationem ad formam Cameræ concludit D. Anto. Maſ. Gal. in d. tract. par. 3. princ. quæſt. 5. de vi inſtrumenti oblig. num. 25. in fine.

48 † Et quantum ergo attinet ad
inhibitionem Iudicis eccleſiaſtici,
ex iam dictis ſimiliter patet in
terminis eiuſdem quarti caſus
concludendum eſſe, quòd neque
etiam conceſſa abſolutione à iuramento,
inhiberi poterit à Iudice eccleſiaſtico
Iudici laico, ne procedat in cauſa corã ſe mota;
cum contractus habeat de ſe vinculum ſuum ſine iuramento, quod
operari poteſt, & debet effectum ſuum quoad exequutionem quouſque
doceatur de remedio, quod prætenditur ad reſcindendum cõtractum,
& quod pro obtinenda abſolutione coram Iudice eccleſiaſtico
fuit allegatum, quodque denuo plene probandum eſt corã
Iudice laico in ordinario Iudicio pro habenda reſciſſione contractus.
Interim ergo non eſt quo pacto Iudex eccleſiaſticus impedire
poſſit exequutionem contractus, & inhibere Iudici laico
ne vtatur ſua iuriſdictione; cum in hoc non ſit eius ſuperior, & cauſa
non eſt dependens, ſed ſeparata, vt proinde non poſſit intrare
diſpoſitio cap. tuam, de ordi. co-
49 gni. vt dictum fuit ſupra. † Quã-
obrem neque excommunicatio
Iudicis eccleſiaſtici eſſet timenda,
ex quo Iudex laicus iuriſdictionem non habet ab ipſo Iudice eccleſiaſtico cognoſcendi talem cauſam neque à cauſa abſolutionis dependet, vt eſt dictum; prout huius ſententiæ fuit Soci. conſ. 99. ſereniſſimus, num. 21. lib. 3. poſt Bald. in l. 1. in fi. C. quomo. & quando Iud. vt illum refert D. Rober. Lancel. Peruſi. in tract. de attenta. par. 2. cap. 20. de attent. poſt inhib. num. 86. licet ipſe ibi num. 90. dixerit tutiorem eſſe contrariam ſententiam quoad timendas cenſuras. Sed opinio Soci. quatenus eſſet ſequenda, reſtringenda foret, & ſeruanda in terminis iſtis prædicti quarti caſus: quam in his terminis reperi nouiſſime tenuiſſe D. Anto. Gagliar. in præall. opuſculo ſuo de abſol. à iuram. §. 3. in fine. poſt Iaſ. quem ipſe allegat. in l. nequicquam. §. vbi Decretum: ff. de offic. proconſ. & Marin. Frec. in tract. de præſenta. inſtru. par. 9. quæſt. 13.

At vbi eſſemus in terminis
præcedentium caſuum, ſcilicet
ſecundi, & tertij, vbi contractus
eſt nullus de ſe, & ſolum virtute
iuramenti fulcitur, iuxta ea quæ
dicta ſunt circa eoſdem ipſos ca-
ſus; † in terminis horum ca- 50
ſuum abſolutio à iuramento impedimento
eſt exequutioni contractus. ex quo enim ex abſolutione
iuramenti contingit reſciſſio contractus, ac proinde ex toto ex ea tolli habet obligatio,
iuxta concluſionem in vtroque dictorum caſuum ſecundum opinionem
Pauli de Leazar. & Ioan. Cal. conſtitutam, & ad dicenda latius
explicatiusque infra hac par.

par.q.16. à ver. Cum primiſ.non eſt cuius vigore procedi poſſit ad exequutionem: non enim ex obligatione contractus, quę de ſe nulla erat: non ex iuramento, quia per abſolutionem ſublatum eſt.

51 † Sed neque pendente Iudicio abſolutionis an danda ſit, vel nõ; proceſſus, & exequutio ſuper contractu videtur locum habere poſſe: quia non poteſt dici cauſa ſeparata, ſed eſt dependens cauſa à cauſa abſolutionis, ſiue iuramenti, ex quo validitas contractus non eſt ſine iuramento: & ſic cauſa abſolutionis, & iuramenti videtur præiudicialis; vt proinde locum habeat diſpoſitio. c. tuam, pręallegati, cum ibi notatis per Gloſ. & Abb. de ordi. cogni.

Cæterum vt clarius ſolidiuſq. teneamus quid iuris ſit in terminis dictorum duorum caſuum, tũ quoad proceſſum Iudicis laici circa contractum, & eius exequutionem, tum quoad inhibitionem Iudicis eccleſiaſtici petita ab eo iuramenti abſolutione, diſtinguendi ſunt ſequentes caſus.

52 † Primus caſus ſit, vbi contractus eſt apparenter ex ſua facie de iure nullus, & inualidus, vel quia ſit in eo vitium formæ, vtputa quia eſt promiſſum, & iuratum de vſuris ſoluendis, vt in c. 1. cap. debitores, de iureiur. & c. tuas, de vſur. Vel alias de iure nullus eſt apparenter, vt in cap. ſignificante: de pign. & in caſu c. cum contingat, de iureiuran. & c. licet mul. eo. in 6. & c. quamuis, de pact. eo. lib. cum ſimil. adeo quod certum eſt validitatem promiſſionis, ſiue obligationis ſolum à iuramento dependere. Et in terminis huius caſus deducta cauſa abſolutionis à iuramento ad Epiſcopum, Iudex laicus non poſſet procedere ad exequutionem huiuſmodi contractus prætextu iuramenti; † & poteſt ſibi inhiberi ab eccleſiaſtico, ne procedat: & habent locum dicta paulo ſuperius in ver. At vbi eſſemus. non enim procedere poteſt Iudex laicus vigore obligationis contractus, quia ille de ſe non iniecit vinculum nec praſtat facultatem agendi: Nec item procedere poteſt ad exequutionem propter iuramentum, vt alioqui potuiſſet: c. licet mulieres: de iureiur. in 6. & argum. cap. debitores, & cap. cum contingat, extra eo. tit. quia cauſa ſuper iuramento introducta eſt coram eccleſiaſtico ad quẽ pertinet, & ad laicum ſpectare non poteſt: cap. venerabilem, de elect. cap. quanto, de iudi. cum ſimil. qui Iudex eccleſiaſticus propterea quia cauſa abſolutionis totum negocium ad eum deuoluit in hoc caſu, iure inhibere poteſt eidem Iudici laico, iuxta c. non ſolum. §. 1. & c. Romana. §. ſi vero. & ſeq. de appel. in 6. & c. tuam. præalleg. de ordi. cogni. & per Lancel. in tract. de atten. par. 2. c. 12. ti. de attent. app. pen. lim. 2. num. 35. & cap. 20. de attent. inhib. pen. in præfa. num. 117. Eſt enim præiudicialis in his terminis cauſa abſolutionis, ſeu iuramenti ad cauſam contractus; & hæc eſt dependens ab illa, cum ex iuramenti abſolutione contingere habeat reſciſſio contractus, & obligationem ex toto tolli; ad

53 (margin, beside "poteſt ſibi inhiberi")

ſupradicta; ac proinde non eſt ſeparata abſolutio à contractu, ad notata à Panor. in conſ. 1?. nu. 6. lib. 2. & ad latius hac de re dicenda infra, q. 16. ante Concl. 1. ver. Cum primis, & ſeq. merito inhibere poteſt, & debet Iudex eccleſiaſticus: inhibitio enim hoc caſu, & iuriſdictio eccleſiaſtici quoad eam habent ſuum fundamentum; quia ex cognitione iuramenti proueniunt; & ab illa emanat, & ad illam dirigitur inhibitio, cum ab illa ſola dependeat exequutio: ideo iure procedit inhibitio: d. cap. Romana. §. ſi vero, cum ſeq. quod ſi obijciatur. & d. cap. tuam, de ordi. cogni. cũ ibi notatis à Glo. & Abb. & per Lancel. d. tit. de atten. inhib. pen. lim. 5. num. 5. & faciunt alia dicenda infra in d. q. 16. non multum poſt princip. in ver. Inſuper pro clara.

Non obſtat quod iuramentum debet ſeruari donec debitor fuerit abſolutus, & quod propterea videtur quod interim ſaltem pendente cauſa abſolutionis non poſſet Iudex laicus inhiberi quominus procedat ad exequutionẽ iuramenti: cap. debitores, de iureiur. vt hanc rationem conſiderauit Fede. de Senis in conſ. 300. num. 2. Nam dico quod in his terminis obſiſtit ſiue pendentia, ſiue introductio cauſæ abſolutionis coram eccleſiaſtico: vnde iure emanare habet inhibitio: d. cap. tuam, & d. cap. Romana. §. ſi vero & §. ſeq. & per dicta mox ſupra. Et Fede. loquitur in alijs terminis; quia in caſu ſuo non eſt vitium formæ in contractu, ſed eſt de mutuo ſimpliciter, & nihil apparet in eo de vſura; & ſic loquitur vbi contractus non eſt apparenter nullus, vt eſt conſpicuũ in facto illius conſ. vnde conſiderat ibi Fed. quod eſt ſeparata cauſa abſolutionis, ſeu iuramenti à cauſa contractus. Et infra dicetur. Non obſtat d. cap. debitores; quia ibi non curauit petere abſolutionem, vt dicit ibi Glo. in fine Gloſ. magnę. Et ita hic caſus eſt de mente Abb. in cap. 1. de iureiur. ſub num. 10. ante mediũ, in ver. Et plus dicit, ibi, qui prima fronte non apparet vſurarius: innuens verum eſſe quod dictum eſt in hoc caſu vbi apparet vſurarius.

† Si tamen Iudex laicus procederet in cauſa non præcedente inhibitione, vel appellatione, dici poteſt quod teneat proceſſus per id quod tradit Abb. in d. cap. tuam, ſub num. 11. ver. Hęc dicta, ea ratione, quia peruertitur tantum ordo cauſæ ad cauſam, non cauſæ ad ſe ipſam; quia ſcilicet prius deberet tractari cauſa abſolutionis, à qua dependet deciſio principalis: & ſic non obſtat. l. prolatam, C. de ſent. & interlo. omn. Iudi. & cap. exhibita. de Iudi. quia loquuntur de peruerſo ordine cauſę reſpectu ſui ipſius, ſecundum Abb. vbi ſupra: & ex alijs quæ adducit. Vide tamen quæ circa terminos huius caſus dicuntur inf. q. 16. in d. ver. Inſuper pro clara. 54

Sed in terminis huius primi caſus, † ſi intelligimus contractũ taliter, ſcilicet apparenter nullũ eſſe ex turpitudine materiæ, puta 55

vſuræ, vel ſimilis, vt eſt præmiſſum; in his terminis, inquam, eſt vlterius animaduertendum, quod hic caſus modicam haberet ambiguitatem: nam ex quo notorium eſt de turpitudine iuramenti ex parte recipientis, in tantum abeſt, vt locus ſit exequutioni, vt immo Iudex ipſe laicus ex officio compellere debeat creditorem ad relaxandum, ſeu remittendum iuramentum, & ab exactione deſiſtendum, vt in cap. 1. de iureiu. & cap. tuas, de vſur. Et ad ea quæ notat Abb. in cap. debitores, ſub num. 4. poſt medium, ver. Item Iudex ex officio. d. tit. de iureiu. & ad alia dicta ſupra in ſecunda par. q. 7. Concl. 3.

56 † Niſi tamen adeo inſtaret terminus ſolutioni, ſiue exactioni fiendæ, vt ex quacunque dilatione, quæ interponeretur in illa compulſione facienda, Iudex manifeſto conijceret, quod debitor incurreret periurium; puta quia creditor ad extremum termini diſtulit exequutionem petere, & debitor non præcauit antea in tempore adire Iudicem eccleſiaſticum pro abſolutione: nam tunc bene quidem etiam in his terminis ad exequutionem deueniri poſſet; quia debet potius admitti creditor cum peccato, quam illum repellendo, permitti vt labatur debitor in periurium, vt tradit Abb. in d. cap. debitores, d. num. 4. poſt medium, ver. nec habet hic locum, & clarius inferius quaſi in fine illius numeri. & in d. cap. 1. num. 6. circa princ. ver. ſecundum remedium.

Secundus caſus erit vbi contractus ex ſua facie non apparet de iure nullus, ſed allegatur eſſe talis vel ratione materiæ, quia dicitur materia contractus de ſui natura turpis eſſe & illicita, vtputa in vſuris, iuxta terminos ſecundi caſus præſentis quæſtionis: vel quod ſit nullus alioqui, puta propter legis prohibitionem, vt in terminis tertij caſus eiuſdem huius quæſtionis, & ad dicta, & exemplificata ſupra in proximo ſuperiori caſu: non tamen talis eſt in ſua facie; vtputa quia cum forte fœneratitius ſit, conceptus eſt ſub forma licita, puta venditionis, depoſiti, locati, vel ſimilis; vel eſt adiectum aliquid in contractu, cuius cauſa non habeat locum legis prohibitio, iuxta exẽpla, quæ habentur infra in quæſt. 16. in concluſ. prima ſub ſecundo illius caſu, in ver. At vbi allegaretur: Et ſolum cauſa abſolutionis deducta eſt ad Epiſcopum; nempe quia non petitur ab eo ſimul abſolutio à iuramento, & cõtractu quaſi firmato iuramento; ſed petitur ſola abſolutio, ſeu relaxatio iuramenti vt aperiat viam ad reſcindendum contractum coram Iudice ſeculari ordinario, ideſt abſolutio tantum ad effectum agendi, ſeu excipiendi: † & in terminis præſentis caſus 57 concludendum eſt, quod pendentia cauſæ ſuper huiuſmodi abſolutione an danda ſit, vel non, non poteſt impedire Iudicem cauſæ principalis quominus procedat ad exequendum inſtrumentum, † & conſequenter inhibitio fieri 58 non poteſt ab eccleſiaſtico eidem Iudici ſeculari ne procedat. Et in

hoc

hoc caſu modica quidem verſatur difficultas, ex quo abſolutio petitur vt ſeparata à contractu: vnde non adeſt neque pendentia, neque introductio cauſæ quoad contractum: ideoque ceſſant rationes, & fundamenta inhibitionis, de quibus in caſu proximo præcedenti.

Et in terminis præſentis caſus conſuluit Feder. de Sen. in præallegato conſ. 300. incipit factum tale eſt debitor, &c. videlicet vbi contractus non eſt apparenter nullus, & ſola abſolutio petita eſt ab Epiſcopo. Nam in illo ſuo caſu allegabatur coram Epiſcopo pro obtinenda abſolutione à iuramento, quod contractus eſſet vſurarius, tamen de vſura nihil apparebat; quia ſolum fiebat mentio de mutuo gratuito, & promiſſio debitoris erat ſimiliter ſolum de reſtituendo eandẽ ſummam, quam mutuo accepiſſe confeſſus erat, vt dicitur in facto illius conſ. & inferius num. 2. circa princ. ibi, nam ſi expreſſe iuraſſet; & c. vbi ponit caſum fortiorem illo, in quo conſulit. Et pro ſola abſolutione ad effectum agendi, ſiue excipiendi aditus erat Epiſcopus à debitore, quæ ſcilicet haberet ſibi aperire viã coram Iudice laico, coram quo exequutio contractus petebatur, vt audiri, & admitti poſſet & deberet ad allegandum coram eo contra contractum, ſeu promiſſionem ſuam iuratam de prætenſa vſura pro obtinenda reſciſſione eiuſdem contractus, ſeu promiſſionis, vt ibi declaratur ſub d. num. 2. ver. item dico quod ad hoc. & patet etiam ex eo, quia creditore non citato, abſolutio petita fuit, vt dicitur in facto illius conſil.

Et in eo conſilio idem Feder. firmat prædictam concluſionem negatiuam, quod Iudex eccleſiaſticus occaſione abſolutionis ab eo petitæ, prætextu pendentiæ ipſius cauſæ abſolutionis non poteſt impedire proceſſum, & exequutionem Iudicis laici ſuper contractu inhibendo ei ne procedat; quia huiuſmodi inhibitio ſibi à Iudice eccleſiaſtico in terminis huius caſus fieri non debet. & mouetur per eam rationem, quia cauſæ ſunt ſeparatæ; quia coram Iudice ſeculari agitur de exequutione inſtrumenti, & coram eccleſiaſtico agitur de facto abſolutionis. quomodo enim, inquit Fed. poteſt fieri inhibitio Iudici ſeculari, ne procedat ad exequendum inſtrumentum, cum ſuper inſtrumento non pendeat lis in Epiſcopatu, ſed an debeat fieri abſolutio? Et ſic ceſſat c. tuam. de ordi. cogni. ſecundum Abb. qui refert & ſequitur hanc opinionẽ, & dictum Feder. in cap. 1. ſub nu. 10. ante medium, ver. dicit etiam ibi, de iureiur.

59 ✝ Inhibitio enim concedi non poteſt, niſi ratione cauſæ coram eo qui inhibet introductæ: vt in c. Romana. §. ſi vero. & §. quod ſi obijciatur, ſupra alleg. de appel. in 6. & ita etiam per eandem rationem tenet D. Quintil. Man. in tract. de inhib. q. 11. poſt Laur. de Rodul. per eum citatum in tract. de vſur. q. 129. num. 14. Et Deciſ. Neapol. D. Math. de affli-

ctis. 30. fuit dubitatum: quam Deciſ. pro hac concluſione refert etiam D. Anto. Maſſa Gal. in prę alleg. tract. de oblig. ad for. Ca. par. 3. prin. tit. de vi inſtrum. nu. 25. & D. Rober. Lancel. in tract. de atten. par. 2. cap. 4. de attent. lite pen. lim. 2. nu. 26.

60 † Adde tamen pro ſingulari limitatione prędictæ præſentis caſus negatiuæ concluſionis, quod ſi inter cognoſcendnm de abſolutione petita an veniat concedenda, detegeretur contractus vitio affectus, quia appareret de mala qualitate, & natura ipſius, vtputa de metu, vel fraude adhibita, ob quam veriſimiliter Iudex eccleſiaſticus timeat de nouitate interim fienda contra debitorem non ſine peccato, & periculo animæ creditoris, etiam quod alias non appareat contractus de re illicita, & turpi de ſui natura, & per conſequens quod non ſit de ſe inualidus: nihilominus ex officio debet præcauere, & inhibere, vt notanter conſulit Gram. conſ. 88. incipit in cauſa nobilis. inter conſilia ciuilia, poſt Lauren. de Rodul. in tract. de vſu. q. 129. & Hoſt. in cap. ad noſtram, de emp. id quod etiam voluit, & conſuluit Fed. de Sen. in allegato conſ. 300. num. 1. Et dicetur infra in 4. caſu. Facit quod notabiliter tradit Abb. in cap. ex litteris, il 2. quaſi

61 in fi. de ſponſ. † videlicet quod Eccleſia impedit ſe de peccato laici nedum poſt peccatum perpetratum, ſed etiam ante, vt peccatum euitetur: de quo eſt Glo. ibi in ver. compellas. Vnde dicit

62 ibi Abb. † quod pro futuris culpis poteſt ferri excommunicatio, ſi eſt aliqua præſumptio de præſenti: vt in cap. Romana. §. caueant, de ſen. excom. in 6.

Quamuis ergo ſit talis contractus, in quo obligatio non innitatur ſoli iuramento, parum refert hoc caſu; quia inhibitio ſuſtinetur ratione peccati imminentis in indebita exactione: poteſt enim Iudex ex officio ſuo ſupplere vt obuiet peccato imminenti, ſiue parti competat remedium, ſiue non: vt eſt Glo. not. in cap. cupientes. §. cęterum, in ver. contumacia: de elect. in 6. & per Feli. in cap. 1. num. 12. vbi plura adducit, de iureiur. Item ratione mixturę iuramentalis obligationis, quæ tribuit Iudici eccleſiaſtico iuriſdictionem: cap. ſi. vbi doct. de for. comp. in 6. poteſt Eccleſiaſticus manus apponere.

Et pro cautela debebit aſſerere in inhibitione ſibi conſtitiſſe, & conſtare, & c. vt prudenter admonet D. Anto. Gagliar. in alleg. opuſculo de abſol. à iuram. §. 3. in fi. Quæ cautela iuxta hunc caſum vſui eſſe poteſt.

Secundo limitanda eſſet eadem concluſio ſecundũ Feder. de Sen. † vbi eſſet citata Pars in abſolutione danda, vt in ea cognoſci plene poſſit de allegata qualitate, ſeu vitio contractus. Nam tunc in terminis præſentis caſus ſentit Feder. quod induceretur pendentia litis coram eccleſiaſtico quo ad totum negocium, ex Clem. 2. vt lit. pen. & ideo inhibitio recte fieri poſſet, & ad eam ceſſare deberet Iudex ſecularis; quia inhibitio eſſet canonica, ex quo 63

pręceſ-

præceſſit citatio partis, iuxta d. Clem. 2. & ita haberet locum diſpoſitio cap. tuam, de ord. cogn. ſecundum ipſum in d. conſ. 300. ſub num. 1. quem refert & ſequitur Abb. in cap. 1. alias alleg. ſub num. 10. ante medium, ver. Et plus dicit. de iureiur.

Et propter hunc citationis effectum D. Anton. Gagliar. in d. ſuo opuſculo de abſol. à iuram. commendabat ſtylum Curiæ Epiſcopalis Caietæ, vt abſolutio à iuramento ſemper cum citatione Partis, & plena cauſæ cognitione iudiciario ordine ſeruato expedienda foret.

Hoc tamen dictum Federici, meo quidem Iudicio, exaudien-
64 dum videtur, † vbi ſimul petita eſt abſolutio à iuramento, & contractu, quod forte ipſe quoque intelligit, & præſupponit dum addit de citatione partis, quæ non interuenerat in petitione abſolutionis, de qua in ſpecie facti ſui conſilij: vbi dicitur, quod ſola abſolutio, & ſine citatione partis petita fuit: alioqui data ſeparatione cauſarum, quam ipſe ſentit & præſupponit in illa facti ſpecie in qua conſuluit, & Abb. poſt eum vbi ſupra citatus, dictum ſuum, & prædicta limitatio ex eo conſtituta non tranſirent de plano;
65 † quia dicta ſeparatio cauſarum impedimento eſſet deuolutioni negocij, ſeu contractus, vt deducit, & oſtendit Franc. in cap. ſuper eo, il 1. col. 2. ver. ſecundus caſus, de appell. quem refert & ſequitur Lancel. d. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. app. pen. limi. 2. num. 35. Et inhibitio conſequenter non ſubſiſteret ſine hoc fundamento; quia ſine illo non haberet fomentum prędictorum iurium, videlicet c. Romana. §. ſi vero. & §. quod ſi obijcitur: & cap. non ſolum. de appel. in 6. & cap. tuam, de ordi. cogni. & tenent Franc. & Lancel. poſt eũ, proxime citati. & idem Lancel. in eodem tract. par. 2. cap. 20. de attenta. poſt inhib. in præfat. ſub quarta quæſt. num. 117. † Et 66
quod inhibitio ſit nullius momenti, & effectus in ſeparatis cauſis, ſiue articulis, latius deducit idem Lancel. ibi in eodem cap. de attent. poſt inhib. in limit. 5.

Niſi velis ſaluare aliter idem dictum Federici, & limitationem ex eo præmiſſam, ex eo quod dicit idem Lancel. in præall. c. 12. de attent. app. pen. lim. 2. præall. nu. 35. videlicet quod dato quod articulus abſolutionis iuramenti contractui adiecti ſit ſeparatus ab ipſo contractu, ſeu ipſo negocio principali; tamen valet inhibitio eius vigore ſuper toto negocio emanata, ex quo non eſt dubium de ea, ſed euidenter facta eſt ab ipſo Iudice ſuper tota cauſa, ſeu negocio principali, per id quod dicit Lancel. in loco mox indicato: † vbi dicit, quod ſepa- 67
ratio obſtaret inhibitioni quoad totam cauſam, vbi eſſet dubium an emanauerit reſpectu totius cauſæ, & aliorum articulorum: ſecus vbi eſt certum quod eſt facta ſuper tota cauſa; quia tunc comprehenderet alios articulos diuerſos, & diuerſas perſonas, ex Decio in conſ. 33. viſo. per tot. & maxime col. 3. ver. his præmiſſis.

ſis. Et hæc Theorica corroborari poteſt ex alia, quam ponit Feli. in cap. cum ſit, ſub num. 1. in quarta declaratione, de fo. com-
68 pet. † vbi ſentit quod prætextu exceptionis deductæ ad Iudicem eccleſiaſticum, quia ſpectabat ad ſuum forum, Iudex ipſe eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudici laico ne vlterius procedat in cauſa, licet ipſe Iudex laicus alioqui iure procedere potuiſſet non obſtante illa exceptione coram eccleſiaſtico oppoſita, & deducta:
69 † inquit enim ibi Feli. quod Curia Epiſcopalis per inhibitionem cum cenſura multum obuiat huiuſmodi proceſſibus, ſiue practicis Iudicum ſecularium, licet non ſemper iuſte: & ſic ſentit, quod inhibitio præſertim cum cenſura debet timeri, & obſeruari: & ita de ſtylo ſeruari teſtatur D. Quintil. Mandoſ. referens hæc dicta Feli. in tract. de inhib. quæſt. 10. in fine.

At ſi illud Federici dictum intelligatur vbi ſimul petita eſt abſolutio à iuramento, & contractu, vt præmiſi, libentius audactiuſq. recipi poterit per dicenda in ſequenti caſu.

Tertius caſus ſit retentis eiſdē terminis proximi ſecundi caſus, vbi petitur coram Iudice eccleſiaſtico ſimul abſolutio à iuramento, & contractu; quia iurans petit ab ipſo Iudice eccleſiaſtico ſibi dari abſolutionem à vinculo iuramenti, & ſimul pronunciari contractum eſſe nullum, & minime ſeruandum: prout hanc formam, & practicam petendi abſolutionem in his terminis vbi præſupponitur, & allegatur contractus iuramento firmatus eſſe, & ſine iuramento de ſe inualidus eſſe, poſuit expreſſe Abb. in conſ. 12. num. 6. paulo poſt princ. ibi, vel ſimul petitur, lib. 1. & eſt ſecundus caſus, vel modus ex tribus quos ibi ponit petendi abſolutionem: & prout eandem formam, & practicam petendi abſolutionem à iuramento in his terminis latius ponam explicaboq. poſt Couar. infra in quæſt. 16. in prima concluſ. à ver. At quemadmodum. & in hoc caſu dubitari poteſt nunquid deducta cauſa abſolutionis à iuramento coram Iudice eccleſiaſtico iuxta huiuſmodi formam, & practicam petendi, poſſit ipſe Iudex eccleſiaſticus inhibere Iudici ſeculari, ne procedat in cauſa ipſa, vel negocio principali: prout de hoc caſu ſpeciatim quærit D. Quintil. Mādoſ. in alleg. tract. de inhi. in duodecima quæſt.

Et pro parte negante adducitur ea ratio, quia non videtur quod in curia eccleſiaſtica poſſit introduci, ac pendere cauſa ſuper ſecunda petitione, ſcilicet ſuper reſciſſione contractus dum pendet indeciſa prima, ſcilicet ſuper abſolutione à iuramento, & quouſque ea non fuerit terminata, & obtentum in ea. Ideo non poteſt Iudex eccleſiaſticus inhibere de eo quod non pendet in ſuo foro; quam rationem pro hac parte conſideraſſe Laurentium de Rodul. refert Mandoſ. in d. q. 12. Et deducitur prædicta ratio etiam ex traditis à Baldo, & Soc. poſt eum in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert.

ſi cert. peta. vbi negant prædictas petitiones ſimul inculcari poſſe, dicentes prius tractandum eſſe de abſolutione, quam agatur ad reſciſſionem contractus; ita quidem vt obtenta abſolutione, non alias de iniquitate contractus tractetur.

70 † Verumtamen quoniam verius eſt huiuſmodi formulam, & practicam ſimul petendi abſolutionem à iuramento & contractu in terminis huius caſus coram eccleſiaſtico recte obſeruari poſſe, iuxta tamen dicenda infra in præallegata. q. 16. in prima concluſ. in ver. His tamen non obſtantibus: ideo in hoc quoque caſu pro inhibitione affirmatiua concluſio fieri poterit; videlicet quod ſi propoſita huiuſmodi petitione à debitore coram eccleſiaſtico, creditor ſtatuerit iam agere velle contra debitorem, cũ iam facultas tum ſibi de iure ad eſſet agendi, inſtaretque propterea coram Iudice ſeculari pro obſeruantia, & exequutione contractus, Iudex eccleſiaſticus inhibere poterit ei ne procedat. Et minor quidem difficultas fieri debet in præſenti caſu, tum ex dictis in proximo præcedenti caſu ex ſententia Fed. de Senis; tum quia multo magis dici poteſt adeſſe pendentiam litis coram Iudice eccleſiaſtico ſuper contractu in forma, & practica petendi huius caſus, ex quo non petitur ſola abſolutio iuramenti, vt ſeparata à contractu, ſcilicet vt aperiat viam ad reſcindendum contractum; ſed petitur abſolutio iuramenti inquantum firmat contractum; & ſic vt ex ea contingere habeat reſciſſio contractus, vtpote firmati iuramento; quin petitur inſuper etiam reſciſſio contractus iuxta hanc petendi practicam coram Iudice eccleſiaſtico, vt patet. † Et non eſt dubium 71 quin ipſe Iudex eccleſiaſticus iure cognoſcere, & iudicare valeat maxime in his terminis, etiam ſuper nullitate, & reſciſſione contractus, tum ratione iuramenti, quod accumulat forum foro, cap. fi. de foro compe. in 6. vbi Ioan. And. & omnes, & dicitur infra in eadem qu. 16. d. concl. 1. in ver. Enimuero: tum ratione connexitatis, ſiue incidentiæ cauſæ contractus ad cauſam abſolutionis; qua ratione bene cognoſcere, & terminare poteſt etiam in ipſa cauſa contractus, vt deducitur in eadem concl. 1. in verſi. Et ſi quidem contractus, & latius inferius in ver. Sed neque iure quiſquam.

† Quamobrem, quod attinet ad 72 inhibitionem, vera erit conſequenter pręmiſſa concluſio, vt iure quidem Iudex eccleſiaſticus inhibere valeat, quia habet locũ hoc caſu ratio & diſpoſitio. cap. tuam, de ordi. cogni. & cap. Romana. §. ſi vero. & §. quod ſi obijcitur: & cap. non ſolum, de appel. lib. 6. & tradit Lancel. Peruſ. in præalleg. tract. de attent. par. 2. cap. 20. de attent. poſt inhi. lim. 5. num. 5. Et ita in terminis huius caſus concludit Mandoſ. in d. tract. de inhib. in quæſt. 12. pręallegata.

† Amplia hunc caſum, & con- 73 cluſionem affirmatiuam in eo firmatam, vt procedant non ſolum

vbi

vbi allegaretur contractus nullus & inualidus ratione materiæ de ſui natura turpis, & illicitæ; vt puta quia dicitur vſurarius, Simoniacus, vel ſimilis; quo caſu non eſt dubium; cum ex natura materiæ contractus cognitio ſit fori eccleſiaſtici: Sed etiam ſi allegaretur nullus ex alio capite, vel ex alia cauſa cuius reſpectu cognitio alioqui de ſui natura non pertinuiſſet ad forum eccleſiaſticũ, iuxta exemplum poſitum infra in d. q.16. d. concluſ. 1. ver. At vbi allegaretur: quia nihilominus ratione iuramenti, & incidentiæ, ſiue connexitatis, vt eſt præmiſſum, procederet caſus noſter, & eius concluſio, vt deducitur in eadem prima concluſione inferius, in d. ver. ſed neque iure quiſquam.

Et ex ibidem dictis redditur conſpicuum, quod nimis anguſtaſſet hunc caſum Laur. de Rodulf. in tract. de vſuris, q.129. nu. 15. ſi intelligenda ſunt eius dicta in terminis huius caſus, dum vult quod deducta cauſa abſolutionis ad Epiſcopum, iuxta prædictam formulam & practicam, ſecundum quam ſcilicet ſimul petitur abſolutio à iuramento, & contractu, poſſit Epiſcopus, ſeu Iudex eccleſiaſticus ſolummodo inhibere quando veriſimiliter conijcit contractum eſſe vſurarium, & dubitari poteſt aliquid innouari in diſpendium animæ creditoris; idque maxime procedere vbi creditor eſſet talis, qui vſurarios contractus inire conſueuerit: alias ſine iſtis coniecturis, & præſumptionibus non poſſet inhibere; & quod, etiam illis concurrentibus, poſſit inhibere ſolum ex ſuomet officio non autem ad inſtantiam debitoris, prout illum refert, & hæc eius dicta in terminis huius caſus intelligit Mandoſ. in præallegata quæſt. 12. vbi tamen illum non ſequitur, inquiens, Romę coram Vicario Vrbis, & extra Vrbem coram ordinarijs locorum ſe vidiſſe inhibere, & de facto ſe obtinuiſſe inhiberi, tum in terminis, & practica huius caſus abſque prædicta reſtrictione Laur. de Rodulf. ſed iuxta ampliationem ſupra poſitam; tum in ſupradictis alijs caſibus, in quibus dictum eſt inhibitionem procedere.

Et ſpeciatim iuxta terminos, & practicam pręſentis caſus propter pendentiam litis ſuper contractu coram Iudice eccleſiaſtico, quod ab eo inhiberi poſſit Iudici laico tenuit Afflict. Deci.30. 31. & ſequutus eſt nouiſſime D. Ant. Gagliar. in d. opuſculo de abſol. à iuram. nu.40.

† Item ampliandus eſt hic ca- 74
ſus, prout etiam alij in quibus firmatum eſt Iudicem eccleſiaſticum inhibere poſſe, vt locum habeat, & valida ſit inhibitio, etiãſi facta ſit antequam Pars ſit citata & ſine cauſæ cognitione. Et quãuis articulus hic paſſus ſit controuerſiam, tum propter opinionem Federici de Sen. ſententis neceſſario anteire debere citationem Partis per rationes ſuas, vt retuli ſupra in ſecundo caſu circa hanc materiam inhibitionis conſtituto, in ſecunda limi. tũ propter opinionem aliorum, & ratio-

rationes, & iura, quæ vltra eundem Feder. refert Mandoſ. in d. tract. de inhib. in q. 18. quam de hoc articulo peculiariter formauit. ipſe tamen Mandoſ. in ea quæſt. concludit practicam iuxta hanc ampliationem ſeruari; & nominatim quod ita practicatur in Tribunali Auditoris Cameræ, vt ſiue via ordinaria, ſiue ſummaria & exequutiua, ſiue in vim reſcripti procedatur, ſtatim cum ipſamet citatione, vel ſine ea inhibetur tam iudicibus ſecularibus, quam alijs eccleſiaſticis. Et idem ſeruari in Rota, vt præſentata commiſſione, ſimul & ſemel ad Decretum citationis, & inhibitionis deueniatur. Et hanc practicam iuxta præmiſſam ampliationem firmat, & comprobat auctoritate Specul. Rotæ: Abb. Fel. & Staph. in locis, vt per eum citatis. Et ſubdit quod hæc practica fundatur in ea ratione, quã
75 dicit eſſe meliorem alijs, † videlicet quia Iudices præſupponunt inhibitionem ipſam facere ex officio, vt patet in formulis ipſarũ inhibitionum in Notariorum formularijs deſcriptis: ideo ſuſtinetur ſemper inhibitio per doctrinam Feder. de Sen. in conſ. 300. præallegato, & Rui. conſ. 61. nu. 28. vol 5. quos refert Mandoſ. d. q. 18. num. 5. & dicam infra in ſequenti caſu. Et ita denique ex his, & alijs quæ adducit, idem Mandoſ. concludit, quod Iudex eccleſiaſticus ſtatim valide inhibere poſſit. & hoc idem confirmat Alex. ex teſtimonio Imolæ dicentis ita ſeruari, & practicari in curia Epiſcopali Bononien. in l. titia, in vltimis verbis. ff. ſol. mat. Et plura etiam videre eſt apud Lancel. in præalleg. tract. de attent. par. 2. cap. 20. de atten. poſt inhib. in præfatio. ſub quarta queſt. num. 107. ver. Contrarium tamen videmus practicari: vbi comprobat practicam iuxta præmiſſam ampliationem ex Mandoſio relatam: & vltra alia, quæ ad eius comprobationem adducit affert eam rationem; † quia inhibitio cum poſſit fieri Partibus inuitis, vt ipſe deducit ibidem num. 108. multo magis poterit illis abſentibus fieri, per regulam l. quod poteſt inuitis: ff. de reg. iuris. 76

Et ad prædictam rationem in qua Mandoſ. dixit fundari inhibitionem iuxta prædictam ampliationem, & practicam ex eo relatam, videlicet quia Iudices, dum inhibent, ex officio procedere videntur, quam dixit eſſe meliorem rationem alijs, vt retuli; addendum eſt ex eodem Mandoſio, † quod ſi eſſet dubium an inhibitio eſſet decreta ex officio, vel ad inſtantiam Partis, cenſeretur facta ex officio ad hoc, vt deberet ſuſtineri; † cum fieri debeat interpretatio pro validitate actus: arg. l. quoties. ff. de reb. dub. & per Fel. in cap. paſtoralis. col. 5. de reſcrip. Vel ſaltem quod non minus ex officio, quam ad inſtantiam Partis, vt per eum in d. q. 18. num. 4. in fi. 77 78

Quartus caſus conſtituitur generaliter † vbicumque vellet Iudex Eccleſiaſticus procedere ex officio inquirendo ſuper prauitate, & malitia alicuius contractus, 79

in omnibus caſibus inhibere poſſet Iudici laico, ne ad illius exequutionem procederet; & valeret inhibitio, & mandatum abſque citatione, ſeu cauſæ cognitione: vt id voluit Fed. de Sen. poſt Inn. Hoſt. & Io. Andr. per eum citatos in prealleg. conſ. 300. num. 1.

80 † Nam vbi vertitur periculum animarum, impeditur proceſſus Iudicis ſecularis, & nouitas partialis, ſi non propter pendentiam litis, ſaltem tamen propter inhibitionem ex officio factam: vt qui fil. ſint legi. cap. 1. de dona. inter vir. & vxo. cap. prudentiam: ita dicit Feder. in d. conſ. ſub nu. 1. ver. his non obſtant, poſt Inn. Hoſt. & Ioann. Andr. per eum

81 citatos. † Namque plura poteſt Iudex ex officio, quam ad inſtantiam partis; vt dicit idem Fed. in eodem loco per id, quod notat Io. Andr. de teſt. cap. Ioannes, in fine vltimæ quæſt. in nouella. Ad idem faciunt tradita per Abb. in cap. tuam, nu. 12. de ordi. cogni.

82 vbi ſimiliter ſentit, & tradit, † ꝙ etiam citra pendentiam litis, & abſque alia partis requiſitione, vbi imminet peccatum, poteſt Iudex eccleſiaſticus inhibitoriam facere; puta quia agitur an inſtrumentum ſit vſurarium, & coram Iudice ſeculari petitur exe-

83 quutio illius inſtrumenti: † nam in iſtis concernentibus periculū animæ poteſt Iudex procedere abſque alia requiſitione: ita dicit Abb. in d. loco per notata ab Inn. in cap. ad noſtram, il 2. de iureiu. Et ita in hoc caſu, quod ſcilicet Iudex ex officio ab inhibitione incipere poſſit, concludit Mand. in d. tract. de inhib. q. 18. præall. num. 5. poſt Feder. de Sen. in d. conſ. 300. & Rui. conſ. 61. nu. 28. lib. 5.

Et in dubio ex officio proceſſiſſe, ac inhibitionem ex officio decreuiſſe cenſeretur, vt magis ea ſuſtineri deberet, vt dixi in caſu præcedenti: arg. tex. in l. quoties: ff. de reb. dub. & per Felin. in cap. paſtoralis: col. 3. de reſcript. & tradit Mandoſ. in q. 18. præall. ſub nu. 4.

† Pro complemento quæſtionis 84
circa ipſius titulum, ſeu Thema, dum in eo præſupponitur contractum de iure nullum iuramenti adiectione atque adminiculo validari (quod ex communi firmatum eſt ex Abbate, & alijs ſupra eadem quæſt. num. 14. ſcilicet in terminis illius tertij caſus, vbi dictum eſt eandem ipſam communem ſententiam, nedum ſecundū ius Canonicum, ſed etiam ſecundum ius ciuile obtinere poſſe, ac debere).

Inferri poteſt ad validitatem quamplurium cōtractuum, qui de iure ciuili alioqui abſque iuramento ſunt nulli, & iuramento confirmantur, de iure Canonico expreſſe ſecundum communem, & ſecundum nos etiam iure ciuili attento. Exemplum in donatione vltra 500. ſine inſinuatione, quæ nulla eſt iure ciuili inſpecto,
l. ſancimus. C. de dona. † & iura- 85
mento valida ſit ſecundum ius canonicum, iuxta dictam communem: vt in hoc caſu conſuluit luculenter Soc. d. conſ. 77. & firmiter id comprobat, & hanc opin. prius approbauit Abb. ex rationibus

nibus per eum adductis in d.cap. cum contingat, num. 17. de iure-
86 iurando. † Item donatio inter virum, & vxorem non valet iure ciuili, & nullà ex eà òritur obligatio nec ciuilis, nec naturalis: l.3. §. ſciendum: ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. eo. tit. & iuramento confirmatur, vt communiter concludunt Doct. in d. l. ſi quis pro eo, vbi nominatim Bar. ff. de fide. & Abb. & alij in d.cap. cum contin
87 gat. † Et de donatione facta filio in poteſtate à patre, & è contra vide Bar. in l.frater à fratre: col. vlt.ff.de condi.ind. & tex.& gl. in l. 2. C. de donat. inofficio. Item alienatio fundi dotalis de iure ciuili non valet: l. Iulianus.ff. de fundo dot. auth. ſiue à me. C. ad Velle. inſti. quib. al. li. in princ.
88 Bar.in l.cum lex.ff.de fideiuſſo. & † iuramento confirmatur de iure Can. d.cap.cum contingat. & c. licet mulieres, ſecundum communem, de qua Ab.in d.cap.cum
89 contingat, & relatus ſupra num. 14. & 84.† Item alienatio minoris non tenet ſine ſolemnitate, de qua in l.magis puto.§.ne paſſim: ff. de reb. eor. & plene de ea per Soci. conſ. 115. lib.1. tamen cum iuramento valet: quod & de eo iure ciuili expreſſe cautum fuit, vt in d. auth. ſacramenta. & per Soc.d.conſ.115.num.6.Alia exempla habentur per doct. in d.auth. ſacramenta, & per Bar.in d. l. ſi quis pro eo. Et Doct. in d. cap. cum contingat, vbi plene Abb. examinat, & definit hunc articulum, quando iuramentum validet contractum: ibi à num.8.& dicam infra in quarta Par.in duodecimo caſu.

† Limitanda eſt prędicta com. 90
opinio, quæ habet iuramento validari contractum alias de iure nullum, vt non procedat in iuramento Prælati, vel Oeconomi Eccleſiæ, vel Hoſpitalis: quia horum iuramentum non firmat cōtractum de iure inualidum: Bal.in cap.1.§. item ſacramenta, de pa. iur.fir.Glo.Ioann.And.& doct. in cap. grauis, de depó. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 55.verſus fi. ff.de ver. ob.

Et ideo iur. Prælati, ſeu Rectoris Eccleſiæ, vel hoſpitalis non tollit reſtitutionem in integrum Eccleſiæ, vel hoſpitali competentem. Neque indigent pro illa abſolutione Glo.in cap.1.de reſti.in integ.lib.6.& per alios citatos: & Bal. in l. generaliter, C. de reb. cre.in prin.

Quod autem attinet ad ipſam abſolutionem circa cauſam illius obtinendæ in huiuſmodi contractibus de iure inualidis, & iuramento validatis; † An ſit iuſta 91
cauſa abſolutionis concedendæ nullitas ipſius contractus; videlicet quia iuramentum adiectum ſit contractui de iure nullo, vbi alioqui de ſe licitum eſt iuramentum, ſeu licite præſtitum: vel adeſſe debeat alia aliqua cauſa, vtputa metus, vel fraus, vel læſio, vel ſimil. dicam infra in par.4.d. caſu xij. circa finem.

QVAESTIO XV.

Vtrum abſolutio obtineri poſsit per Procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutionis à iuramento commiſſio, ſcilicet vt committatur abſolutio danda alicui, per Procuratorem peti, & obtineri poteſt.*

2 *Abſolutio peccatorum, ac item excommunicationis delegari poteſt.*

3 *Abſolutio excommunicationis reſpectu vtriuſque fori committitur, & qualiter in Romana Curia expediatur.*

4 *Abſolutio excommunicationis an per Procuratorem obtineri poſſit, vel neceſſaria ſit præſentia abſoluendi: & nu. 11. 12. 17. 18. 20.*

5 *Peccatorum abſolutio, ſicuti et confeſſio, requirunt neceſſario præſentiam pœnitentis, neque per Procuratorem, vel literas expediri poſſunt: & num. 7. 16. 21.*

6 *Venia ætatis per ſeipſum quis obtinere poteſt, non per Procuratorem: & de ratione nu. 22.*

8 *Abſolutio à iuramento an, & quando per Procuratorem, ſeu abſens quis obtinere poſſit et nu. 15. 19. 24.*

9 *Iuramenti remiſſio poteſt fieri Domi. abſenti, et ignoranti.*

10 *Liberari quis poteſt inuitus, multo magis abſens.*

13 *Abſolutio excommunicationis non petenti, & inuito dari poteſt.*

14 *Practica eſt vera legum interpres.*

23 *Venia ætatis obtenta aufert minori beneficium reſtitutionis in integrum.*

25 *Suſpenſionis, et etiam interdicti abſolutio abſenti impendi poteſt.*

26 *Diſpenſatio obtineri poteſt per Procuratorem: ſed cum Mandato ſpeciali, num. 30.*

27 *Mandatum ſpeciale requiritur in abſolutione à iuramento obtinenda per Procuratorem. Suppleret tamen poſtea ratificatio abſoluti: nu. 31.*

28 *Mandatum ſpeciale neceſſarium eſſet in abſolutione excommunicationis per Procuratorem obtinenda.*

29 *Mandatum ſpeciale requiritur in reſtitutione in integrum per Procuratorem obtinenda.*

31 *Ratificatio in abſolutione à iuramento ſuppleret defectũ mandati ſpecialis.*

32 *Ratificatio locum habet etiam in his*

in his, quæ mandatum ſpeciale requirunt.

QVAERO decimoquinto vtrũ abſolutio à iuramento obtineri poſſit per Procuratorem, prout hãc quæſtionem ita ſimpliciter poſuit Felinus in cap. 1. in 9. queſt. de iureiur.

Verum hæc queſtio egere videtur declaratione, vt ſecludatur ab ea amphibologia, ipſiuſque termini apertiores fiant. Quoniam, vt de abſolutione excommunicationis prudenter aduertit Spe. in ti. de Proc. §. 1. ver. Itẽ opponitur ꝗ licet, in 16. caſu illius ver. aliud eſt querere an obtineri poſſit abſolutio per Procuratorẽ, ideſt vt decernatur cũ ipſo Procuratore abſolutionem dandam fore, vel non: & aliud eſt querere, An obtineri poſſit per Procuratorem abſolutio, ita videlicet, vt ipſe alterius nomine abſoluatur. At quoniam iuxta ſecundum hũc modum quæſtio minus eſſet dubitabilis: uix enim eſt, vt in queſtionem cadat an quis alterius nomine abſolui debeat; cum certum ſit non poſſe: vt teſtis eſt Spe. in loco citato: ex inde palam fiet quæſtionem iuxta primum modum, vtpote dubitabilẽ, poſitam eſſe. & de duobus erit quærendum. Primum quæſitum, ſiue prima queſtionis Pars erit vtrum abſolutio, ſeu mauis facultas, & commiſſio abſolutionis dandę impetrari poſſit per Procuratorem. Secundũ vtrum abſolutio ipſa impetrari, ſeu acquiri poſſit abſenti per Procuratorem; ita ſcilicet vt abſens illico illa potiatur mediante impetratione ſibi de illa facta per Procuratorem.

1 † Circa primum concludendũ eſt affirmatiue, & modica in eo verſatur difficultas; quia ita eſt in abſolutione excommunicationis, vt concludit Spec. d. §. 1. tit. de Procur. d. ver. Item opponitur, quod licet, in 16. caſu, ibi, ſic ergo patet. † Et ſic etiam eſt in abſolutione peccatorum: videmus enim paſſim ab Epiſcopo, & à Papa dari facultatem, ſeu commiſſionem abſoluendi pęnitentes à caſibus ſibi reſeruatis; prout etiam faciunt in abſolutione ab excommunicatione, vt patet in Bullis Iubilæi. & probatur in c. paſtoralis. §. præterea, in primis verbis, & in ver. ad quod dicimus: de offi. ordi. & tradit Nau. in Manua. cap. 27. rub. de abſolutio. excom. ver. octauo, nu. 45. 2

3 † Et committitur talis facultas in vtroque foro, videlicet tam in foro animę, quam in foro fori. Et in Curia Rom. expediri ſolet in vtroque foro per Datarium: quo vero ad forum animę tantũ, vbi ſimiliter petitur à Papa, expediri ſolet in ſacro officio Pænitentiarię. Et ſic nulla remanet difficultas circa hoc primum quæſitum de abſolutione iuramenti.

Circa ſecundum remanet dubitatio. nam arguendo à ſimili de ipſa abſolutione excommunicationis, videtur quod abſolutio iuramen-

iuramenti non poſſit haberi mediante impetratione Procuratoris; 4 † quia ſic eſt in abſolutione excommunicationis: non enim quis abſolui poteſt per Procuratorem; ſed præſens eſſe debet abſoluendus, vt firmat Inno. in cap. cum deſideres: quem ibi referũt & ſequuntur alij, de ſent. excom. & declarat tex. in cap. cum ali-
5 quis. 11. q. 3. † Et idem eſt in abſolutione peccatorum, in qua ſimiliter corporali abſoluendi pręſentia opus eſt, vt docet Auguſt. in libro de pœnit. vbi expreſſe ait, non poſſe illam peti per Nuntium neque per Epiſtolam: quem refert Gratia. in cap. quem pęnitet, de pęnit. diſt. 1. Neque his obſtat quod tradit Nau. poſt S. Ant. per eum citatum in Manua. c. 26. num. 14. poſſe dari abſolutionem & excommunicationis, & peccatorum abſenti etiam ſine Nuntio & Epiſtola, ſi eius præſentia haberi nõ poteſt ſine ſcandalo; quod ſequeretur dicendo ei, quod non eſt abſolutus; inquiens ex d. S. Anto. multos inſignes Theologos congregatos ſuper hoc ita concluſiſſe: quia illud ſuſtinetur in virtute abſolutionis præſentialis quæ pręceſſerat, & ob ſcandalum, vt ibi patet: & nihilominus contrarium nonnullis viſum eſt, vt refert idem Nau. ibidem.

Et quod requiratur præſentia corporalis in abſolutione conſequenda ſentit Bal. in cap. Imperatorem, nu. 6. de iuram. calum. vbi dicit, quod poteſt peti abſolutio per Procuratorem, ſed reconciliatio debet fieri per manus impoſitionem, & quod ita ſeruat Curia Romana: allegat Archi. in d. cap. cum aliquis, 11. q. 3. hoc idem prius tradidit Spe. iam alleg. in tit. de Procu. §. 1. ver. item opponitur, quod licet habeat, in 16. caſu illius verſi. videto illum, ibi; & ſic Curia Roma. ſeruat, ſi enim, &c. quem refert & ſequitur Abb. in d. c. cum deſideres.

Ad idem adducitur ſimile de † venia ætatis, quam per ſe tantùm quis conſequi poteſt, vt Imperator ſtatuit in l. 2. ibi, ijdem ipſi per ſe, & ibi Gloſ. addit non per Procuratores. C. de his, qui veniam ata. imp. quem tex. in hanc ſententiam allegauit Addi. ad Abb. in d. cap. cum deſideres, in ver. ad quæſtionem, & dicit eſſe tex. ad hoc ſing. de ſent. exco. Et nouiſſime hic articulus in abſolutione peccatorum definitus eſt à Santiſſimo D. N. Clemente Papa VIII. in generali congregatione Sanctę Rom. & vniuerſalis Inquiſitionis Romę habita die xx. Iunij 1602. † In qua damnauit, vti falſam, contrariam illam propoſitionem, qua aſſerebant licere per litteras, ſeu Internuntiũ Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere. 6 7

Pro ſol. breuiter diſtinctione vtendum eſt. † Aut quæritur de abſolutione habenda in iudiciali foro, iuxta intentionem tractatus noſtri, & de qua pręſens quęſtio inſtituta eſt; vel etiam extraiudicialiter, non tamen in forma ſacramentalis abſolutionis, & in pęnitentiali foro: & affirmatiue definiendum eſt, ſcilicet relaxationem 8

tionem iuramenti, ſiue mauis abſolutionem propriam, nedum peti, ſed haberi poſſe per Procuratorem, prout hanc concluſionem firmat Feli. in d. cap. 1. in quæſt. 9. de iureiur. poſt Archid. ibi per eum relatum in conſ. 38. incip. Quidam habens vnum filiũ. hoc idem firmat Bal. ibi num. 7.

9 Et ſubdit quod † remiſſio iuramenti poteſt fieri Domino abſenti, & ignoranti: quod probare ait l. labeo, quam notabilem vocat: ff. de iureiur. Quæ tamen lex nihil videtur facere; quia loquitur quando non eſt iuratum, prout reſpondet ibi Bart. ad quæſt. Gul. vt ibi per eum num. 5. Et quæſtio noſtra loquitur de relaxatione, ſeu abſolutione à iuramento pręſtito. Verumtamen dic quod lex illa bene facit in argum. quia poteſt fieri remiſſio, & liberatio, nedum obligationis acquirendæ, ſed etiam iam acquiſitę. l. non ſo-

10 lum: ff. de lib. lega. † Et inuitus poteſt quis liberari, vt ff. de ſolu. l. ſi debitor: ergo multo magis abſens: ff. de reg. iur. l. qui poteſt; Et per hæc Bart. in d. l. labeo dicit ſe credere verum eſſe, quod abſolutio iuramenti dari poſſit abſenti. Idem tenet Feli. in d. cap. cum deſideres, nu. 3. de ſent. exco.

Et probatur hæc concluſio per

11 ſimile † de abſolutione excommunicationis, quæ quidem extra forum pęnitentialẽ, & non in forma Sacramentalis abſolutionis dari poteſt abſenti, vt in c. quanto, cum Glo. in ver. epiſtolam. 2. q. 5. & tradit Abb. in d. cap. cum deſideres, num. 7. Et ita concludit Fel. ibi ſub num. 2. per Gloſ. per eum ibi citatam in cap. de manifeſta, in ver. iudicaui, incipit ergo abſens, 2. q. 1. Et experientia manifeſtat; quia videmus quotidie fieri huiuſmodi abſolutiones in litteris Apoſtolicis, vt per Quint. Mandoſ. in ſua Praxi de ſigna. Grat. tit. de abſol. ab excom. circa quas multa pulchra & vtilia videbis per Fel. in cap. Apoſtolicæ: de except. † Immo 12 etiam tamquam in pænitentiali foro ex cauſa abſenti dari poſſet, vt tradit Inno. in d. cap. cum deſideres, & ſequitur ibi Ab. & Fel.

† Quinimmo & non petenti, & 13 inuito quoque abſolutionem dari poſſe aiunt, vt habetur per Ab. in cap. ab excommunicato. de reſcrip. & in cap. ſignificaſti, de eo, qui duxe. in matri. quam pol. Et late Fel. in d. cap. Apoſtolicæ, vbi etiam Abb. de excep.

Et poteſt abſolui abſens per epiſtolã, vt probatur, & notatur in c. quanto ſupra allegato, & ibi Glo. 2. q. 5. & notat Spe. in tit. de procu. iam alleg. §. 1. ver. item opponitur, quod licet habeat, in 16. caſu, in fi. & Abb. in cap. Apoſtolicæ de cler. excom. min.

Item probatur hęc eadem concluſio alijs medijs, vt per Fel. in d. c. 1. d. q. 9. quę penes eũ videto, ne illius dicta hic ſuperfluo labore tranſcribantur.

Et communis practica, † quę 14 vera eſt legum interpres, vt Decius refert multa congerens in cap. 1. num. 84. in prima lect. de conſti. eandem concluſionem cõprobat, & amplectitur; quia quotidie in curijs Epiſcopalibus huiuſmodi

iuſmodi abſolutiones à iuramentis conceduntur per reſcripta, nec non apud acta iuratoribus iiſdemque abſoluendis abſentibus.

15 Aut quęrimus † de abſolutione plenaria in forma ſacramentalis abſolutionis, & tamquam in foro pęnitentię; & dicendum videtur talem non dari abſenti, neque Procuratorem intercedere poſſe: quia pęnitentia, & Confeſſio non poſſunt fieri per alium; ita nec per alium debebit peti abſolutio: vt firmat Inno. qui de tali abſolutione intelligendus eſt teſte Spe. vbi ſupra, in ſępe alleg. cap. cum deſideres, de ſent. exco. ſequitur Fel. ibi, ſub num. 2. ver. limita primo, poſt Domi. ibi per eum citat. in cap. eos, in princ. eo. tit. de ſent. exco. in 6. & poſt Bal. ſupra citatum in cap. impe-
16 ratorem: de iuram. cal. † Et ideo oportet quod in huiuſmodi pęnitentiali abſolutione interueniat pręſentia corporalis, & quod per ſe eam petat abſoluendus, non per Nuntium, non per ſcriptum, inquit tex. in cap. quem pęnitet, alias allegatus, de pænit. diſt. 1. ad finem vt appareat pęnitentia, ſeu contritio ipſius abſoluendi, vt ibi patet; & videre eſt in cap. cum aliquis, ſimiliter allegatus ſupra circa ſecundum quęſitum, 11. q. 3. cum alijs ibi adductis.

17 † Et ita in abſolutione excommunicationis concludunt in hoc caſu ſupra citati omnes. Et dicit Spe. vbi ſupra, quod in Curia Romana hoc ſeruatur, prout illum refert Abb. in d. c. cum deſideres.

† Limitant tamen, niſi iuſta 18
cauſa ſubeſſet; quia tunc etiam in abſentia, & per Procuratorem abſolutio pręſtari poſſet, per dictum Inno. in d. cap. cum deſideres, quod approbant ibi Abb. & Feli. & retuli ſupra in primo membro, ver. Immo etiam.

Cęterum quicquid ſit in abſolutione excommunicationis; quo
† ad iuramenti abſolutionem, idē 19
& in hoc ſecundo diſtinctionis membro non immerito concludi poſſet quod in primo concluſum fuit, videlicet vt illa etiam in abſentia, & per Procuratorem obtineri poſſit. nam ratio quæ militat in abſolutione excommunicationis, non viget in abſolutione iuramenti: nam vt requiratur præſentia corporalis abſoluendi in abſolutione excommunicationis, illud eſt vt ſeruetur forma, in qua ſcilicet neceſſaria eſt præſentia corporalis: vt patet in d. c. cum aliquis. 11. q. 3. & ſentiunt Inno. & Abb. in d. cap. cum deſideres. hæc ratio non viget in abſolutione iuramenti, in qua ſcilicet non requiritur illa ſolemnitas: & ita ſoluit Fel. in d. cap. 1.
q. 9. in fi. de iureiur. † Adde quod 20
etiam abſolutio ipſa excommunicationis data abſenti, & ſic abſque illa forma valeret, vt dicit Abb. in d. cap. cum deſideres, & Fel. proxime citatus, & eſt Gl. in d. cap. cum aliquis, in ver. cautelam, ad finem Gloſ. & expreſſior Gloſ. in cap. de manifeſta, Gloſ. vlt. incipit, ergo abſens, 2. q. 1. Et quod quis abſolui poſſit per Nuncium ab excommunicatione, comprobat late Berta. ſeu addi. ad

eum,

eum, in reperto. ver. abſoluere: num. 9.

Non obſtat quod dictum eſt debere conſtare per præſentiam abſoluēdi de eius penitentia,& contritione, per d. cap. quem pœnitet; quia ſatis de hoc conſtat cū ad hoc mittit Nuncium,vel Procuratorem,vt reſpondet Spe. in

21 loco iam ſupra citato. † Et prætcrea illud requiritur in ſacramento penitentię, in quo ſcilicet pro materia proxima ſunt actus pœnitentis, vt dicunt Theologi, & ſummiſtæ;& quia in ſacramentali peccatorum confeſſione requiritur erubeſcentia,vtpote vna ex ſexdecim illius conditionibus, quam ſcilicet facies ipſa præſeferre debet,vt habetur in d.cap.quē pęnitet: & hanc rationem affert Glo. in reg. poteſt quis, paulo poſt princ. ibi,ratio eſt: de reg. iur. in 6.

Neque item obſtat ſimile de veniæ ætatis impetratione adductum ſupra circa ſecundum quæ-

22 ſitum quæſtionis in fine; † quia quod minor per ſe eam impetrare debeat, eius fauore inductum eſt ad hunc finem, vt eo magis per eius præſentiam conſtare habeat de allegata eius idoneitate in rebus ſuis per ſeipſum adminiſtrandis: quod conſultiſſime quidem ſtatuit Imperator ob pręiudicium, quod venia ętatis ob-

23 tenta eidem minori affert,†nempe beneficium in integrum reſtitutionis eidem auferendo: vt dicitur in l. 1. illo tit. C. de his qui ven. æta. imp.

24 † Et quod etiam iuxta hunc ſecundum caſum dari poſſit abſenti iuramenti abſolutio per eam rationem; quia non requiritur in ea præſentia, vel ſolemnitas, poteſt concludi ad mentem Inno. in d. c. cum deſideres, vbi ipſe hoc idem tenet † in abſolutione à ſententijs ſuſpenſionis, & interdicti, 25
non alia ratione motus, niſi quia non requiritur in ea præſentia, vel ſolemnitas, vt ipſe inquit: & ita concludit Fel. ibi poſt eum num. 3. † Item facit quia diſpenſatio obtineri poteſt per Procuratorem, vt not. Spe. ſupra citatus in xxj.caſu illius ver. & infra notabitur in declaratione. 26

Declaranda eſt tamen d. Concluſio,†vt cum Procurator interuenit debeat habere ſpeciale Mādatum ad ipſam iuramenti abſolutionem impetrandam, per id 27
† quod de abſolutione excommunicationis tradit Spe. vbi ſupra citatus. † Et quia idem eſt in reſtitutione in integrum petēda: nam requiritur ſpeciale mandatum, nec ſufficit mandatum generale ad cauſam: cap.coram,cū Gloſ. in ver. mandatum, de in integrum reſti. & not. Gloſ. in cap. qui ad agendum,ver.paciſci, de Procu.in 6. 28 29

† Et idem quoque eſt in diſpenſatione petenda; quia non ſufficit mandatum, quod Procurator alioqui habebat in cauſa; ſed requiritur ſpeciale ad ipſam diſpenſationem obtinendam, vt declarat Specul.in tit.de elect.lib. 4.§. 2. incipit, ſuperius, in ver. item nota quod ſolum.nu. 14. 30

Et ita tenet, & alijs bonis rationibus firmat Dominus Ioann. Bapt. Marcheſanus in ſępe allega

Tt to

to tract. de commiſſio. Par. 1. com. 1. cap. 6. num. 20. quod parum aduertitur in practica. vnde niſi ſtylus fortaſſe curiarum excuſaret, ſicubi tamen ille viget, & probari poſſet, ex hoc multæ abſolutiones ſubuerterẽtur: ideo tu aduertas: Et hæc allegatio eſſet opponenda in actu expeditionis
31 abſolutionis; † quia habita poſſet per abſolutum ratificari, & ex hoc excluderetur huiuſmodi allegatio poſtea oppoſita; † quia 32
ratificatio habet locum etiam in his, quæ requirunt mandatum ſpeciale: cap. fi. de iureiur. in 6. D. Flam. Par. in ſuo tract. de reſig. bene. lib. 10. q. 8. num. 38. allegat multos Berta. in reperto. ver. ratificatio, num. 49. Et forte ideo tranſeunt abſolutiones à quocunque impetrentur; quia vt plurimum ſine partis aduerſæ interuentu obtinentur.

QVAESTIO XVI.

Vtrum citatio Partis neceſſaria ſit pro abſolutione iuramenti obtinenda.

SVMMARIVM.

1 *Citatio Partis neceſſaria eſt in abſolutione à iuramento vbi danda eſt abſolutio ſimplex, apta ſcilicet ex toto tollere obligationem; ſecus ſi eſt tantum præparatoria, nu. 69.*

2 *Obligatio ex toto tolli per abſolutionem à iuramento quando dicatur: & nu. 3.*

4 *Abſolutio ſimplex, & plena, quæ trahat ſecum reſciſſionẽ contractus ſolum conuenit, & locum habet in contractibus, qui ſunt apparenter nulli: non autem abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi: & nu. 5. 6. 10.*

7 *Iudex laicus non eſt competens pro reſciſſione contractus iurati, qui de ſe nullus eſt apparenter, & ſolo iuramento eum ſuſtineri conſtat: ſed ſolus Eccleſiaſtus: & nu. 10. cum ſeq. Idem ſi pro obſeruantia agendum eſt: nu. 14.*

8 *Iuramenti cognitio ad Eccleſiæ examen, & iudicium pertinet: non ad forum ſeculare, & nu. 9.*

11 *Quod nullum eſt, non eget reſciſſione.*

12 *Priuatio præſupponit habitum.*

13 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere, vel iudicare de cauſis, vel negocijs Eccleſiaſticis.*

15 *Abſolutio præparatoria locum non habet in cõtractibus iuratis, qui ſunt apparenter nulli, & ſolo iuramẽto eos ſuſtẽtari*

conſtat

conſtat, etiam vbi agitur eoram Eeeleſiaſtico Iudice ſeu pro reſciſſione, ſeu pro obſeruantia eorum : ſed ſimplex abſolutio eonuenit.

16 *Notorium non indiget abſolutione.*

17 *Expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocuiſſent.*

18 *Abſolutio à iuramento neceſſaria eſt, etiam quod iuramentum adiectum ſit promiſſioni, ſeu contractui, in quo appareat vitium formæ, ſeu notoria ſit eius turpitudo ex parte recipientis iuram. & num. 19.20.40.*

19 *Iuramentum valet, etiam quod notoria ſit turpitudo ex parte reeipientis: & num. 20. & 23. 40.*

21 *Vſurarum promiſſio non indueit peccatum, ſed obligat promittentem ſi indigentia induEtus promiſit; quia*

22 *Vſurarum prohibitio, & turpitudo, ſeu peccatum eſt ex parte dantis, non reeipientis.*

24 *Iuramentum obligat Deo potius quam homini.*

25 *Deus quomodo intelligatur approbare, & recipere iuramentum in fauorem hominis facinoroſi.*

26 *Peccatum etiam minimum nemo eommittere debet, vt alius euitet maius.*

27 *Cap. Debitores : de iureiur. declaratur : & nu. 30.*

28 *Pacta ſeruari debent.*

29 *Contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſtfacto neceſſarij.*

31 *Dictio, ſi vero, eſt aduerſatiua, & aduerſatur Iuri in eodem facto.*

32 *Item de eius natura eſt, vt in caſu ſuo cenſeantur repetitæ qualitates caſus præcedentis.*

33 *Item dieitur eſſe coniunctio copulatiua, licet ſit aduerſatiua, ideo eſt repetitiua.*

34 *Creditor vſurarum poteſt directe agere ad eas.*

35 *Cap. tuas : de vſu. deelaratur: & nu. 39.*

36 *Diuerſorum & ſeparatorum nulla inuieem eſt illatio.*

37 *Lex ſiue Canon apprime connenire debet titulo, ſeu rubricæ, in qua eollocatur.*

38 *Canones & leges inuicem ſe coadiuuant, & ſupplent.*

41 *Citatio Partis requiritur vbi abſolutio à iuramento petitur aduerſus eos contractus, qui nulli ſunt de ſe ipſo Iure, & ſoli iuramento hæret totalis obligatio: Deelara, vt nu. 42. & ibi de ratione : nu. 43. Limita & reſtringe, vt num. 44.45. Ampliâ & declara, vt nu. 46.47.*

48 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, vel exeipiendi peti poteſt in contractu, qui allegatur nullus, et ſolo iuramento ſuſtentari, ſi non eſt apparenter talis: et in hoc caſu cognitio ſuper contractu ad Iudicem laicum ſpectare poteſt: et nu. 50. 59. Et qualiter Iudex laicus cognoſcet, et deelarabit traditur practiea: nu. 49.*

51 *Abſolutio ſimplex et plena, ex qua ſequi habeat reſciſſio contractus*

tractus, poteſt peti coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi prætenditur contractus nullus de ſe, et ſolo iuramento ſuſtentari, etiam ſi non eſt apparenter talis: nam

52 *Abſolutio ſimul à iuramento, et contractu peti poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico vbi proponitur, et allegatur contractus, totaque obligatio ſolo iuramento ſuſtentari, etiamſi non eſt apparenter talis: & num. 53.*
Declara vt n 55. 57. Amplia vt nu. 60.

54 *Iuramentum accumulat forũ foro.*

56 *Habilitas perſonæ prius conſtare debet, quam quæratur de actu ab ea perſona, vt tali explicando.*

58 *Alienatio fundi dotalis quo caſu non ſit nulla, ſed ſuſtineatur.*

61 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de temporali cauſa laicorum ratione incidentiæ, vel connexitatis: etiam ſi propriè non ſit cauſa connexa, vel incidens, nu. 62.*

63 Citatio Partis requiritur vbi abſolutio ſimul petitur à iuramento, et contractu coram Iudice Eccleſiaſtico: et numero 52.

64 Citatio Partis requiritur regulariter vbicumque danda eſt abſolutio à iuramento adiecto obligationi de ſe inualida.

65 Citatio Partis, ac plena cauſa cognitio requiritur in abſolutione a iuramento vbicunque danda eſt ſimplex, et plena abſolutio etiam quod obligatio principalis alioqui non ſit de ſe inualida.

66 *Parte inaudita nihil deſiniri debet in eius præiudicium.*

67 *Iuramento quem nobis obligari vtile eſt:*

68 *Obligatio iuramentalis vtilis eſt Parti ob multos effectus.*

70 *Abſolutio præparatoria dicitur actus quaſi pœnitentialis.*

71 *Citatio non eſt neceſſaria quando Iudex aſſumit probationem ad ſuam tantum informationem.*

72 *Citatio an requiratur in bonorum poſſeſſione danda.*

73 *Abſolutio iuramenti præparatoria an, et quale præiudiciũ afferat Parti: et nu. 76.*

74 *Modicum an ſit curandum: et nu. 75.*

77 *Abſolutio iuramenti præparatoria, idest ad effectum agendi vel excipiendi, eſt multum iuſtificata: et ibi de ratione.*

78 *Beneficium Iuris nemini debet auferri.*

79 *Citandus eſt is, qui comparendo actum impedire poteſt, alias ſecus.*

80 *Inuito alio ſi quid poſſum, multo magis poſſum illo abſente et non vocato.*

81 *Præiudicium reparabile non eſt conſiderabile.*

82 *Appellatio ab interloquutoria non conceditur ſi præiudiciũ, quod ex ea infertur, per diffinitiuã reparari poteſt: quod vtroque iure cauetur.*

83 *Citatio Partis poſt obtentam abſolutionem ad effectum agen-*

agendi quando fieri debeat.

84 *Stylus Curiarum derogare poteſt Citationi, vt illa non fiat etiam vbi alioqui de Iure fieri debuiſſet.*

85 *Citatio Partis non eſt neceſſaria vbicumque agitur de modico præiudicio.*

86 *Curia Epiſcopalis Caietæ de ſtylo habet vt Citatio Partis fieri debeat cum petitur abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi.*

87 *Admonitio ad Iudices Eccleſiaſticos circa iuramenti abſolutionem Parte non vocata concedendam.*

88 *Epiſcopi non debent eſſe faciles in abſolutione danda à iuramento, ſi aliter prouidere poſſunt.*

89 *Federici de Senis auctoritas multum pollet, & plurimi fit apud Doctores in materia abſolutionis à iuramento.*

90 *Citationem Partis quando Iudex Eccleſiaſticus adhibere habeat in relaxatione iuramenti, ſeu abſolutione ad effectum agendi, vel excipiendi.*

91 *Epiſcopus abſolutionem dare poteſt à iuramento, etiam vbi eſt caſus dubius.*

92 *Epiſcopus ſeu Iudex Eccleſiaſticus qualiter ſe gerere debeat, & qua cautela vti debeat in Abſolutione à iuramento impendenda.*

93 *Abſolutiones à iuramento qualiter de ſtylo Rom. Cur. expediantur.*

94 *Citatio non requiritur vbi datur abſolutio à iuramento, ex quo nemini acquiſita eſt actio vel Ius aliquod.*

95 *Citatio ad eum finem ordinata eſt, videlicet vt euitetur alterius præiudicium.*

96 *Iuramentum quando nemini acquiſierit actionem, vel Ius, vt ideo non ſit adhibenda citatio alicuius in eius abſolutione.*

97 *Iuramentum præſtitum alicui perſonaliter, videlicet ſibi ſoli, non autem ſucceſſoribus, non extenditur ad illos, nec acquiritur eis actio ex d. Iuramento.*

98 *Hæres Creditoris, qui recepit iuramentum pro ſe ſolo nou pro hæredibus, non poteſt accuſare debitorem iurantem de periurio.*

99 *Iuramentum an extendatur ad ſucceſſores in dignitate, ſiue actiue, ſiue paſſiue.*

100 *Citatio in abſolutione iuramenti non requiritur vbi ex citatione induceretur periurium in iurante; vtputa quia iurauit creditorem in in Ius non vocare.*

101 *Denunciatio non poteſt excludi, vel impediri etiam per iuramentum de non denunciando.*

102 *Abſolutio iuramenti ſine Partis citatione fit in odium ipſius, vbi debitor iurauit eam in Ius non vocare, vel non denunciare.*

103 *Abſolutio à iuramento de non vocando in Ius creditorem nihil detrahit iuri ipſius.*

104 *Abſolutio à iuramento præſtito de non petendo abſolutionem*

Digitized by Google

tionem fieri poteſt ſine citatione Partis.

105 *Iuramentum de non petendo abſolutionem eſt nutritiuum peccati, turpitudinemque continet ex parte creditoris; & ideo omnino eſt relaxandum.*

106 *Votum emiſſum de non petendo diſpenſationem ab alio voto non ualet.*

107 *Citatio Partis omitti poteſt in abſolutione à iuramento, ubi ex ipſa citatione, & expectatione partis induceretur mora, quæ periculum periurij ſecum afferret.*
Limita ut nu.108.

109 *Citatio regulariter omitti poteſt ubicumque periculum eſt in mora per citationem, et expectationem.*

110 *Abſolutio à iuramento ſimplex & totalis, quæ ſcilicet apta eſt ex toto tollere obligationem, numquam datur aduerſus obligationem Cameralem, etiam agere uolenti.*

111 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, paſſim & indifferenter conceditur aduerſus obligationem in forma Cameræ.*

112 *Citatio Partis an, & quando fieri debeat in abſolutione iuramenti, quæ ad effectum agendi imploratur aduerſus obligationem ad for. Cam.*

DECIMOSEXTO quæro numquid requiratur citatio Partis in abſolutione iuramenti obtinenda. Eſt articulus vtilis & quotidianus, vt illum vocat Abb. inf. allegandus; & reperitur hæc quæſtio propterea ſedulo ſtudio, longaque tractatione diſputata à multis primarijs Doctoribus tum antiquis, tum modernis; adeo vt omnis, quæ de ea noua inſtituenda ſit diſputatio, ſuperflua iuremerito videri debeat. Diſputauit latiſſime hanc quęſtionem Anch. conſ. 119. incip. prędictis ſubtiliter, & ad plenum adductis; & conſ. 383. retento ordine dubiorum. Et circa eam conſuluit Old. conſ. 120. incip. ad duplicem finem. Copioſe & eleganter diſputat eam Ab. Panor. in cap. 1. vbi etiam Felin. pleniſſime, & ibi etiam per Imol. & alios de iureiur. idem Abb. in conſ. 12. lib. 2. Pract. Papien. in for. iuram. quod præſtatur: in Gloſ. iuramentum veritatis. Paul. de Caſtr. conſ. 259. lib. 2. Extat Deciſ. Capel. Tholoſ. 62. & ibi Addit. Aufr. Fuſe agit de ea Did. Couar. alios congerens variarũ reſol. lib. 1. cap. 4. Et omnes ſupra citatos, pręter Dida. & vltra eos, quamplurimos alios Doctores de hac re tractantes congerit cumulate more ſuo Ant. Gab. quem poſtremo vidi in ſuis com. concluſ. tit. de cita. concl. 1. ampl. 14. in ſecundo lib. Nouiſſime hanc quęſt. repetijt D. Io. Bapt. March. in vtramque partem vbertim allegans, eam hincinde multis iuribus, & rationibus exornans in tract. de commiſ. iam alleg. par. 1. commiſ. 1. cap. 4. Reperi quoque poſt hęc ſcripta vbertim eam tractaſſe D. Anto. Gagliar. in d. opuſculo de abſol. à iuram. §. 1.

Ego

Ego igitur contentus ero ex longioribus atque perplexis Doctorum argumentationibus veras dumtaxat, & magis receptas cõcluſiones excerpere, vt cuique præſto ſit abſque negocio quid in practica ſit obſeruandum.

Et primo obſeruandum eſt, ꝙ duę in hoc Articulo principales reperiuntur opiniones: Vna eſt eorum, qui tenent ſimpliciter, & indiſtincte Partem ipſam aduerſam, cui iuratum eſt, eſſe vocandã etiam in ea ſpecie vbi petitur abſolutio dumtaxat ad effectum agendi. Cuius opinionis auctor inducitur Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in rub. de iureiur. & Fed. de Sen. conſ. 300. & pro qua conſuluit latiſſime Anch. d. conſ. 119. prædictis ſubtiliter: quam ſequutus eſt Abb. in d. cap. 1. & in d. conſ. 12. vbi dicit ſe putare eam eſſe veriorem: quam tenuit etiã Pract. Pap. vbi ſupra citata. Et rationes quæ faciunt pro ea videre eſt apud prædictos Doctores, præſertim penes Abb. & Fel. in d. c. 1.

Altera eſt opinio eorum qui in hoc articulo vſi ſunt diſtinctio-
1 ne. † Aut per abſolutionem contingere poteſt vt tollatur obligatio ex toto; vt quia datur abſolutio ſimplex, & plena iuxta inf. dicenda; tunc neceſſario ſit Pars, cuius intereſt, citanda atque audienda. Aut agitur ſolummodo de habilitanda perſona, quæ iurauit, vt iuramento non obſtante poſſit contra inſtrumentum dicere, dolumque & fraudem, quibus deceptus eſt, aut aliud tale detegere; & tunc non ſit neceſſaria aduerſæ Partis citatio: quoniam, inquiunt, in hac ſpecie non infertur eidem Parti graue præiudicium, ſed remanet illi ſal uum Ius ſuum. & fuit hæc opinio Paul. de Leaz. & Ioa. Cal. vt refert Abb. in d. conſ. 12. vbi ponit ambas has opin. & cum hac diſtinctione tranſiuit Oldr. d. conſ. 120. ipſe Anch. pro contraria citatus in conſ. 18. incip. In quęſtione quę vertitur. Et pro hac parte egregie conſulit Paul. de Caſtr. d. conſ. 259. vbi reſpondet ad rationes, quæ pro prima opinione adducuntur. Hanc partem tenet Imol. in cap. debitores. col. 9. de iureiur. inquiens ſecundum eam multum inoleuiſſe Practicã in curia Epiſcopali Bononię; & eam ſequutus eſt Steph. Aufr. poſt alios à ſe citatos in alleg. Deciſ. Capel. Thol. 62. inquiens ſe ita ſemper practicaſſe, & practicari vidiſſe in Curia Archiepiſcopali Tholoſæ. Tandem hæc opinio communis eſſe videtur, ſi Galleſio credimus id teſtanti in tract. obl. ad for. Cam. in 2. quęſt. ſuper ſexta particula: num. 3. pro qua late Rebuf. in l. quod iuſſit: nu. 25. & ſeq. de re iudi. Borgni. Deciſ. 9. & eam ſeruari dicit Rol. à val. conſ. 13. num. 38. vol. 1. Et hanc eſſe communem Doctorum opin. teſtatus eſt Alciat. in cap. cum contingat, num. 124. de iureiuran. quem refert Anto. Gab. ſupra cit. in tit. de cita. concluſ. 1. Ampliat. 14. ſub num. 96. ver. Et quando petitur abſolutio. Qui ibidem num. 97. ver. Contrarium de ſtylo, refert alios qui teſtantur hanc opinionem de ſtylo ſeruari.

Digitized by Google

uari. Et in hac poſtrema opinione reſidet Guil.de Benedi. qui eandem hanc diſtinctionem facit in Rep. c. Raynutius, de teſta.in ver. duas habens filias, nu. 299. & Rot. Deciſ. 766. in anti. alias Deciſ.8.

Hanc ergo partem, quam communis Curiarum Praxis,& ſtylus amplexi ſunt, ego deſerere non ſum auſus. quæ vt eo verior, & proinde receptior reddatur, quo res hæc tota patentior, diſtinctiorque oſtendetur, eam ex ſequentibus ſuppleri, atque exornari operæpretium duxi.

Cum primis vero, quod attinet ad primum membrum illius diſtinctionis præmiſſæ ſecundę opinionis, vbi ſcilicet contingit per abſolutionem obligationem ex toto tolli: ſcire operæpretium eſt quando dicatur obligatio ex
2 toto tolli. † Et dicendum eſt contingere obligationẽ ex toto tolli per abſolutionem vbicumq. non poteſt dari ſeparata à corruptione contractus, ſeu obligationis, & quin afficiat contractum: vtputa quia datur abſolutio ſimplex,& totalis à iuramento, quod eſt validatorium contractus, ita quod ſine iuramento non valuiſſet: vt declarat Galle. in tract. de obli. ad for. Cam. in ſecunda quæſt. ad ſextam parti. num. 3. quod in duobus caſibus contingit iuxta illos diſtinctos ſupra in quæſtione decimaquarta in ſecundo, & tertio caſibus; nempe vel quia iuramentum adiectũ eſt contractui de ſe prorſus inualido, & qui nec etiam ab ipſo iuramento validitatẽ recipit, quia repugnat materia contractus, ne iuramentum vim ſuam imprimere valeat in ipſo contractu; quia materia eſt illicita, vtputa quia iuramentum interpoſitum eſt ſuper vſuris ſoluendis: ſed imprimit tantum in perſona; quia perſonaliter tantum obligat ad non contraueniendum, cum illud ſeruari poſſit ſine ſalutis interitu: c. debitores, cum notatis in eo, vbi præſertim Cardi. & Fel. poſt eũ, num.2.verſ. Poſtea do. Card. de iureiur. & cap. tuas, de vſur. ad ea quę dicta ſunt in d. quæſt. decimaquarta in d. ſecundo caſu. Vel ſecundo caſu, quia contractus iuramento firmatus eſt, ita ſcilicet quod ipſo ſolo iuramento ſuſtentatur,& ab eo ſolo ſuam validitatem recognoſcit, cum eſſet alioqui de ſe iure ciuili prorſus inualidus, ſed tamen à iuramento validitatem accipere potuit; quia de ſe materia non repugnat: ad ea quæ ſimiliter dicta ſunt in d. quæſt. decimaquarta in caſu tertio. Exemplum in cap. cum contingat, cum ibi traditis à Pan. ſub num.8.verſus fin. de iureiur. & in cap.2.de pact. in 6. & alia quæ ponit Galleſ. in tract. de oblig. ad for. Cam. Par. 1. in prin. in quæſt. tertia, alias citatus, & poſita ſunt ſup. q. 14. præall. in fine.

† In his caſibus ſequuta abſolutione à iuramenti vinculo, principalem quoque obligationem tolli eo ipſo neceſſarium eſt. Primo quidem caſu, ſublato iuramento, contractus omni prorſus obligatione deſtitutus remanet, prout prius erat, quippe cum nullam 3

obligan-

obligandi vim etiam à iuramento receperat, quia iuramentum non imprimebat in contractu, ſed in perſona, vt dictum eſt. Et in ſecũdo caſu ſimiliter, ſublato per abſolutionem iuramento, tollitur ipſa principalis obligatio, contractuſque reſcinditur eo ipſo, ex quo per abſolutionem tollitur vinculum iuramenti, quo ſolo obligatio contractus ſuſtinebatur: vt eadem decimaquarta quęſt. fuſius fuit explicatum. Et hos caſus expreſſe ſentit Feli. in cap. 1. præalleg. in quæſt. 4. in prima limit. ver. cæterum: de iureiur. & Abb. d. conſ. 12. ſub nu. 6. ver. an autem in hac. lib. 2. Et D. Ant. Maſſa. in tract. obli. ad for. Cam. præalleg. ſuper particula ſexta: q. 2. nu. 3.

Inſuper pro clara & abſoluta definitione præſentis quæſtionis, & ad elucidationem totius huius materiæ abſolutionis iuramenti, & eius practicæ hactenus parum, vt viderim, explicatæ, neceſſario pręmittenda obſeruandaque ſunt ſequentia, videlicet.

4 † Quod vbicumque ſumus in terminis eorum contractuum, qui nulli ſunt de ſe ipſo iure, ita quod totalis obligatio in ſola virtute iuramenti ſuſtinetur, iuxta caſus præmiſſos paulo ſuperius in ver. Cum primis, & latius ſupra in allegata q. 14. in caſu ſecundo & tertio: & contractus, à cuius iuramento abſolutio petitur, eſſet apparenter ex ſua facie talis, ideſt nullus de ſe; tunc non poteſt conuenire, & habere locũ niſi ſimplex, totalis, & plena abſolutio, ex qua ſcilicet contingere habeat reſciſſio contractus, totaliſque obligationis: atque proinde totius negocij definitio coram ipſo Iudice eccleſiaſtico abſoluente conſequi habeat.

Quod ex ſequentibus manifeſto demonſtratur. † Clarum eſt enim quod in terminis horum contractuum non poteſt conſiderari, & habere locum relaxatio iuramenti, ſeu præparatoria abſolutio per viam habilitationis ad effectum agendi, vel excipiendi: etenim cum non ſit de contractus validitate, & vinculo, quod nullum eſt, diſcutiendum, conſequenter non eſt ad quid dari debeat, & deſeruire habeat pręparatoria abſolutio, nec ad quid habilitandus ſit petens illam: vt ſi ea conceſſa ſit, iam de re totaliter actum eſſe merito videri debeat; quia ſolum iuramentum vinculũ inijciebat, quod cum per ipſam relaxationem, ſi non ſublatum, ſaltẽ ſuſpenſum foret, non remaneret parti quo pro Iure ſuo vindicando confugere, ſeu in quo Ius ſuũ, ſuamque defenſionem fundare poſſet. Non enim fundare ſe poſſet in contractu, qui de ſe inualidus eſt, & nullum vinculum iniecit: non in vi, ſeu obligatione iuramenti; quia per relaxationem fuiſſet impedita: vnde ex hoc capite partis intentionem excludere nequiret. quamobrem iam non habilitationem ad effectum agendi vel excipiendi, ſed in effectu, perinde ac plenam abſolutionẽ, quæ totum negocium definire habuiſſet, conſtat eam fuiſſe. 5

† Præterea in terminis horum contractuum habilitatio iſta non poteſt 6

Vu

poteſt conuenire; quia cum, ſemoto iuramento, non ſit amplius de viribus contractus, qui de ſe nullus eſt, diſceptandum; cum nō remaneat quæſtio facti circa ipſum contractum, ſcilicet an talis ſit, ex quo apparet de eius natura, & qualitate: conſequenter etiam non remanet ad quid coram Iudice laico agi, vel excipi debeat: immo cum in ſpecie horum contractuum Iudex laicus non ſit adeundus, vt mox oſtendam, inde patet quod relaxatio habita ad effectum agendi, vel excipiendi coram illo vana eſſet, & ad nihilum deſeruiret. † Quod autem

7 pro reſciſſione huiuſmodi contractuum Iudex ſecularis non ſit adeundus; ſed Iudicem Eccleſiaſticum neceſſario oporteat adire, patet ex eo; quia eorum validitas & obſeruantia, atque item reſolutio à iuramenti validitate, ſiue item inualiditate dependet; ideo de huiuſmodi cognitione Iudex laicus ſe intromittere nequit, † quæ ad Eccleſiæ Iudicium

8 noſcitur pertinere, dicit tex. in c. venerabilem; de elect. c. nouit, de Iudi. cum ſimil.

Enimuero ſi Iudex laicus adiretur, ſequeretur inconueniens, quod ipſe cognoſceret de validitate iuramenti, † cuius cognitionis eſt incapax, eaque ſibi à iure prohibetur: d. c. venerabilem, vbi Inno. & omnes, Abb. Fel. & cęteri in c. cum ſit, de foro comp. quare veriſſimum eſſe conſtat, quod dictum eſt præparatoriam abſolutionem vanam eſſe, & ad nihilum prodeſſe, cum non ſit ad quid coram Iudice laico agi, vel excipi poſſit: ad prædicta. † Id 10

quod vlterius ſequenti ratiocinatione apertius demonſtratur. Pro exemplo ſumamus caſum capit. cum contingat, de iureiur. illa enim mulieris obligatio eſt de iure nulla, & quocumque modo facta ſit ſiue metu, vi, vel dolo, ſiue ſponte, & libere, indiſtincte talis eſt: neque enim minus nulla eſt, quod ſponte facta ſit, vt in illo tex. & in iuribus ibi in Gloſ. allegatis: & inſti. quibus al. in fine prin. Ponamus petitam eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico abſolutionem dumtaxat ad effectum agendi, vel excipiendi, eamque conceſſam eſſe, ſcilicet ad finem vt impetrans poſſit coram Iudice laico deducere, & probare intentionem ſuam contra ipſam obligationem ad eam reſcindendam: quæro nunc quomodo & ad quid ipſe Iudex laicus in hoc, vel ſimilibus contractibus, ſeu obligationibus, ſiue abſolutio fuerit ad effectum agendi, ſiue ad effectum excipiendi, vt eſt dictum, adeundus erit? Certum eſt enim quod cauſæ allegatæ coram Eccleſiaſtico pro habenda abſolutione, puta vis, dolus, vel metus non ſunt deducendæ, nec probandæ coram Iudice laico ad oſtendendam inualiditatem contractus, ſeu obligationis quoad ſe pro illius reſciſſione; quia uis & ſumma rei non ſtat in illis quantum attinet ad contractum, & negocium ipſum: de eis enim non opus eſt quęrere quoad vinculum contractus; quia etiam prędictis cauſis non extantibus, & ſine illis certum eſt obligationem per ſe nullam

nullam eſſe,etiam quod ſit ſponte facta; vt præmiſſum, & ſuppoſitũ eſt;adeo quod ſuperfluum ſit conſequenter ex quibusuis cauſis quærere reſciſſionem contractus quantum ad ſe. Profectò enim fruſtratoria eſſet qualiſcumque cauſarum diſcuſſio coram ipſo Iudice laico pro quærenda annullatione illius obligationis, quæ de
11 ſe nulla eſt: † quod enim nullum eſt reſcindi, & annullari non poteſt, vt ad ſenſum patet, & eſt tex. inſti. quib. mo. teſt. infir. in prin. & ibi not. in figur. Ca. &
12 tex.in §.alio quoque,in fine: † priuatio enim præſupponit habitum: at non entis nullæ ſunt partes, vel qualitates, vt in iure notum eſt. Et præſertim eſt tex. qui multum facit ad propoſitum in l.qui dam referunt, ver. eſſe enim: ff. de iure codicil. vbi quod pro eo, quod non eſt,fruſtra fit inquiſitio aliqua: & eſt item Glo. expreſſa in l.liber necne. C. de peti.hære. Cum ergo obligatio totaliter dumtaxat in iuramenti virtute ſubſiſtat,deque ea dumtaxat euertenda agendum ſit; neceſſario reſtat concludendum, quod tota diſcuſſio totaque cognitio, quæ circa deducta, & allegata coram Iudice laico habenda erit,eò referetur, videlicet, num ex coram eo deductis,& probatis cauſis iuramentalis ipſa obligatio corruere habeat ac reſcindi: quod nihil aliud eſt dicere, quam de validitate, vel inualiditate iuramenti in effectu quærendum cognoſcendumque fore,& eſſe, id ꝙ coram Iudice laico fieri iure ve-
13 titum eſt,vt iam dictum eſt.† neque enim fas eſt laico de huiuſmodi quęſtionibus Eccleſiaſticis,& ſpiritualibus iudicare;quia de talibus iudicare eſt quid ſpirituale: c.quanto, de iudi. cum ſimil.&ideo laico competere non poteſt, vt id tradit nominatim Abb. in c. per tuas, notab. 4. & in c.contingit,in fi.de arbi. Ergo coram Iudice Eccleſiaſtico ſimilium contractuum,ſeu obligationum reſciſſio petenda erit, quippe cum ea in cognitione validitatis,vel inualiditatis iuramenti ſeu iuramentalis obligationis cõſiſtat, vt eſt dictum.

Et ſi dixeris, quod ſaltem ſpectare poteſt, & debet ad Iudicem laicum etiã in his terminis quæſtio,& cognitio facti circa cauſas quibus iurans allegat, & prętendit ſe non teneri ad obſeruantiã contractus vigore iuramenti; videlicet an cauſę allegatę interuenerint, puta metus, vel dolus, & an ſint tales quales proponuntur: videtur enim quod talis cognitio ſufficeret;nam conſtito de earum veritate, tunc apparebit abſolutionem iuſte fuiſſe, & eſſe dandã, & ſic quod ſatis fuiſſet à Iudice eccleſiaſtico iuramenti relaxationem obtentam fuiſſe, ſcilicet ad effectum vt iurans potuiſſet audiri,& admitti ad docendum de ipſis cauſis coram Iudice laico; quippe cum abſolutio,quæ fuiſſet data vt pręparatoria ad effectum agendi, vel excipiendi, repleta eſſet poſtmodum probationibus factis coram Iudice laico, vt diceretur inferius paulo poſt principium primę conclu. in ver. Nam his inquam:

Reſpondeo, quod dicta relaxatio iuramenti non fuiſſet ſatis, & per eam non potuiſſet deferri cognitio illarum cauſarum ad Iudicem laicum, etiam quoad factũ, ſcilicet an interuenerint, vel an taliter; quia non remanet ſola cognitio facti earumdem cauſarum, neque illa ſufficeret: non enim ſufficeret de illis conſtare quod interuenerint, ſed adhuc remanet quęſtio iuris circa eas propter iuramentum, & quæ ſolum iuramentum reſpicit, & concernit, etiam conſtito de illis; quia remanet quæſtio iuris, an tales ſint, ex quibus reddi habeat iuramentum validum vel inualidum, ſeruandum vel non; nimirum cum non omnis metus, vel dolus reddat iuramentum inualidum, vt deducitur infra in Par. 4. in caſu 3. & 5.

Et cum quęſtio ergo, quę remanet circa eas cauſas, ſit quæſtio iuris, non quidem reſpectu contractus; nempe quia non eſt quærendum an habeant reſcindere contractum, prout eſſet in caſu, puta ſi contra contractum venditionis de ſe validum intentaretur remedium l. 2. C. de reſcin. vendi. nam cauſa lęſionis, ex qua ſcilicet lęſus obtinuiſſet à Iudice eccleſiaſtico iuramenti relaxationem ad veniendum contra contractum, vtique coram Iudice laico diſcutienda foret, an ſcilicet ex ea obtineri deberet retractatio contractus; quia dirigitur non tam ad feriendum iuramentum, quam contractum, quippe qui etiam ſine iuramento ſubſiſteret, niſi ex allegata cauſa lęſionis reſcindatur: Vel etiam ſi cauſæ ipſæ allegatæ inducerent quæſtionem facti circa contractum, vt in caſu vbi dicitur contractus nullus, cum tamen talis in ſuo aſpectu non appareat, iuxta exemplum poſitum infra in prima concluſ. poſt medium in ver. at vbi allegaretur: & ideo quærendum foret de eius veritate, vtputa ſi mulier iuxta illud exemplum allegaret ſe non recepiſſe pretium rei dotalis venditæ; ſed iuraſſe per metum, vel dolum: hæc enim allegatio mulieris induceret quæſtionem facti, ac etiam iuris circa contractum, videlicet an mulier pretium habuerit, vel per metum, & qualem iurauerit: & ideo de huiuſmodi cauſa Iudex laicus bene cognoſcere, & iudicare poſſet, ſcilicet ratione cognitionis contractus, quoniam ex ea dependet Deciſio quæſtionis iuris circa contractum; & ſic ſatis fuiſſet præparatoriam abſolutionem ad hunc finem obtinuiſſe à Iudice eccleſiaſtico. At in terminis, in quibus loquimur, cum quęſtio, in quã, nulla cadat circa contractum; quia nullus eſt, cum non entis nullæ ſint partes, vt paulo ſuperius dictum eſt; ſed remanet quæſtio iuris circa ipſas cauſas reſpectu iuramenti, cuius ſolius obligatio ſubſiſtit, videlicet an eiuſmodi ſint, ex quibus iuramentum cenſeri debeat inualidum vel non, ſeruandum vel non, vt prædixi; huiuſmodi cognitionem atque iudicium certum eſt ad Eccleſię forum ſpectare, vt expreſſe definitum eſt in d. cap. venerabilem: & ad Iudicem laicum non

poſſe

poſſe pertinere, vt dictum eſt paulo ſuperius. Quomodo enim huiuſmodi cognitio, & diſcuſſio in huiuſmodi contractibus ad Iudicem laicum pertinere poteſt, ſi ea non circa vires contractus, ſed circa vires iuramenti iuramentaliſque obligationis totaliter verſatur? Vtique ſi ab eccleſiaſtico Iudice danda eſt ſolum præparatoria abſolutio, & ad Iudicē laicum plena negocij diſcuſſio cognitioque referri debet; id proprie nihil aliud erit, quam in diſcuſſione, & declaratione validitatis, vel inualiditatis iuramenti iuramentaliſque obligationis, ideſt an iuramentum teneat vel non, ſeruandum ſit vel non (quæ diſcuſſio declaratione ſola in huiuſmodi contractibus neceſſaria eſt, & fieri poteſt) ſummariam cognitionem Eccleſiaſtico Iudici, plenariam vero ſeculari Iudici tribuere: quod quam inuerſum abſurdumque ſit nemo non videt.

14 † Idipſum ſi e contra pro obſeruantia eorumdem contractuum, ſiue obligationum ageretur, ſtatuendum erit, vbi de validitate, vel inualiditate iuramenti ambigeretur: ſiue enim agat is, qui in prædicta ſpecie contractuum iuramento obligatus eſt, pro reſciſſione promiſſionis, ſiue ipſe conueniatur pro illius obſeruantia, eadem hęc locum habebunt. Nam & ſi verum eſt poſſe Iudicem laicum adiri pro obſeruantia iuramenti: c. licet mul. de iureiur. in 6. tamen ſi is, qui conuenitur pro obſeruantia iuramenti, opponit de inualiditate iuramenti cauſis conuenientibus propoſitis; vtique cognitionem ad eccleſiaſticum referri oportebit: d. c. venerabilem: facit. c. tuam, cum ibi traditis à Panor. de ordi. cogni. & ad ſupra dicta.

† Sed & ſi coram eccleſiaſtico Iudice negocium definiri habet, pręparatoria abſolutio nihilominus vana, & ſuperflua ſimiliter videri poterit. nam & ſi damus coram eo locum eam habere poſſe, tamen non eſt neceſſaria: imo iuremerito ſuperflua videretur, cum coram ipſo Iudice eccleſiaſtico vnico contextu vnaque petitione abſolutio, & negocij definitio, ſeu declaratio complecti ſimul & cumulari valeat: vt deducitur infra in prima Concluſione in ver. At quemadmodum, & latius inferius in ver. His tamen, & inferius in ver. Sed neque iure: & præſertim cum in iuramenti cognitione totalis obligationis definitio conſiſtat, vt ſæpe eſt dictum. Et idcirco cum à iuramenti abſolutione contractus reſciſſio dependeat & ſequi habeat; iam abſolutione ipſa petita, nihil aliud reſtat, niſi vt in ea plenaria cauſæ cognitio adhibeatur; qua præmiſſa, ſi de abſolutione danda conſtabit, non niſi ſimplex dari poterit, & debebit; ad quam ſcilicet reſciſſio quoque contractus neceſſario conſequetur, vt ſcite conſiderat, & explicat Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 4. nu. 5. ver. verum vt res. 15

Circa vnum remanet difficultas non modica. Nam in caſu vbi pręſupponitur contractus de ſe eſſe inualidus apparenter, & eſſemus in caſu, in quo materia

non

non poteſt etiam à iuramento recipere validitatem eo, quia illicita eſt, & mala de ſe iuxta ſecundum caſum poſitum ſupra hac eadem Par. in quęſt. 14. ponamus in materia vſurarum, & promiſſio ſit aperta, & expreſſa de vſuris; quia iuratum eſt tantum ſoluere pro vſuris, vel nomine vſurarum, iuxta d. ſecundum caſum; hoc caſu non videtur quod cadere poſſit quęſtio iuris ſuper iuramento. nam ex quo eſt vitium formæ in contractu, clarum eſt quod iuramentum, vtpote illicitum, & de re de ſe illicita & mala, non valet, & nulla ex eo oriri poſſe videtur obligatio: & non
16 videtur neceſſaria abſolutio; † q̃a notorium non indiget abſolutione, prout ita cenſuit Bal. in c. 1. num. 6. de iureiur. per eam ra-
17 tionem; † quia expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocuiſſent, arg. C. de pact. dotal. l. conuenire. & l. ſeq. & in l. expreſſa: ff. de reg. iur. cuius regulę nulla alia ratio eſt, quam vitium formę, ſecundum ipſum. Et idem tenuit Anto. de But. in cap. debitores, de iureiur. Et ideo intelligunt illum textum in dicto cap. debitores, dum ibi cogitur debitor ſoluere propter iuramentum, quod ibi non conſtat ꝙ iurauerit ſoluere vſuras; vtpote quia contractus eſſet ſub certa forma licite conceptus, puta erat contractus pignoratitius ſub forma venditionis, vel depoſiti, vel etiam mutui gratuiti, ſed plus fuit ſcriptum, quã receptum fuerit: vt dicit Abb. vel quia creditor mutuauit centum, & exegit iuramentum de ſoluendis ducentum, non adiecto de vſuris, vt exemplificat Cardinal. in dicto capit. debitores, vbi ipſe poſuit dictum intellectum. Et dum ibi habetur mentio de vſuris, dicit intelligendum eſſe, quia erat iuratum de vſuris in effectu, non autem expreſſe: & gloriatur de hoc intellectu. Et illum refert Feli. in c. 1. num. 25. ver. limita prædicta, & in d. c. debitores, ſub nu. 2. ver. ſed Dom. Card. de iureiur. Et eundem intellectum videtur habuiſſe etiam Abb. in d. cap. 1. col. fi. ver. & per hoc infero.

Et conſequenter in hac ſpecie contractuum non videtur quod adeundus ſit Iudex eccleſiaſticus neque etiam pro abſolutione, vtpote quæ non videtur neceſſaria in notorio, vt dictum eſt: Sed ꝙ Iudex laicus poſſit cognoſcere, & definire declarando iuramentum non valere: videtur enim quod recte id facere poſſit; quia non verſatur quæſtio iuris, ſcilicet circa eius validitatem vel inualiditatem, cum adſit notorium; vnde merito videtur, quod Iudex laicus poſſit hanc declarationem facere, ad dicta in Par. 2. q. 7. in ſolut. primæ oppo. ad primam conclu. ver. ſecundo vrbanius: & in ſexta conclu. eiuſdem. 7. quæſt. Et eadem videntur procedere debere extra materiam vſurarũ, vbi ſcilicet alias materia eſſet de ſe illicita: & ſic iuramentum eſſet illicitum, & turpiter receptum.

Tamen ex his haud recedendum eſt à prædictis, vt dicamus, † in his quoque terminis neceſſariam eſſe abſolutionem, & vbi 18
ea

ea fuerit petita, totius negocij cognitionem, & definitionem ad Iudicem eccleſiaſticum referri oportere, iuxta iam dicta.

Quod autem neceſſaria ſit abſolutio iuranti, ſi vult contra pro
19 miſſa iurata venire;† quia immo iuramentum valet,& tenet etiam quod ſit vitium formæ in contractu,vt quia apparet promiſſio expreſſa de vſuris,tenent Abb.Car. & Feli. in d.c.debitores,recedentes ab illo intellectu ex Baldo relato, quem reuera ſolum indicauerunt non tenentes eum; & imo ita intelligunt d. c. debitores, & hoc dicunt aperte probare literam illius, dum ibi dicitur quod debitores cogi debent ad vſuras ſoluendas.

Neque obſtat, quod iuramentum ſit illicitum & turpe, cum ſit præſtitum ſuper materia illicita & mala,nempe ſuper vſuris, quę lege diuina, & humana vetitæ ſunt,toto tit. præſertim in c.3.& 4. & cap. conſuluit,extra de vſu. & not. Abb. in d.c.debitores,nu.
20 2. ver. hoc tamen; † quia turpitudo, & peccatum eſt ſolum ex parte recipientis iuramentum, ſed ex parte iurantis iuramentum non habet turpitudinem nec
21 peccatum.† nam promittens ſoluere vſuras non peccat, vt probatur in d.c.debitores, cum ſua Gl. fi.& id not. Ab.in d.c.1.in tertio
22 notab. de iureiu. † quia vitium, & prohibitio vſurarũ eſt ex parte dantis,non ex parte recipientis : lex enim recipienti non reſiſtit,quando ſcilicet neceſſitatus facit: vt hoc dictum ita moderatum ponit Inn. in c. ſuper eo. de vſu. & refert Abb. in d.c. debitores, in primo notab. Vnde cum poſſit ſine peccato ſuum iuramentum adimplere,merito cogendus eſt: vt dicitur in d.c. debitores.
† Neque enim reſiſtere poteſt 23
virtuti & validitati iuramenti,& quominus iurans cogi debeat ad eius obſeruantiam turpitudo, & peccatum, quod eſt ex parte recipientis illud; † quia per iura- 24
mentum iurans potius obligatur Deo,quã homini: dirigitur enim iuramentum in Deum principaliter, vt probatur in d.c. debitores,& ibi hoc expreſſe notat Ho. & Abb. illum referens nu.2. ver. Hoſt. reddit: merito valet iuramentum;quia ex parte Dei recipientis nulla eſt turpitudo,& neque ex parte iurantis; quia non peccauit, vt dictum eſt ſupra, & conſequenter cogi debet ad obſeruantiam : vt Abb. ratiocinatur in d. cap. debitores, num.3. in fi.

† Et ſi obtrudas mirandum eſſe 25
vt Deus recipiat iuramentum in fauorem facinoroſi hominis, qui odio eſt Deo, vt in Pſal. odiſti omnes qui operantur iniquitatem; & humano etiam legiſlatori, qui non vult quemquam ex improbitate ſua actionem conſequi, vt in l. itaque fullo : ff. de fur. Reſpondetur cum eodẽ Ab. quod Deus non conſiderat vtilitatem ſuſcipientis, ſed religionẽ, & promiſſionem iurantis: ex quo enim aſſumpſit religionem iuramenti ad implementum promiſſionis, quam poteſt ſine peccato ſuo exequi, debet ob Dei reuerentiam exequi: ita pie,& eleganter Abb.

Abb. in cap. 1. num. 4. de iureiur. Et non habetur ratio peccati alterius, & quod ille magis grauatur accipiendo vſuras: ſed potius conſideratur, vt habeatur reſpectus ad iurantem, vt non peccet; quia minus malũ eſt vt vnus
26 peccet, quam duo. † Et itẽ quia non debet quis committere peccatum etiam minimum, vt alter euitet maius, vt dicit Glo. notab. in cap. quod ait. 14. diſt. & notanter tradit Abb. in d. cap. debitores, num. 3. quaſi in fine.

Non obſtat prior intellectus d. cap. debitores, ſupra relatus, ꝙ intelligi debeat quod ibi non cõſtat ꝙ iurauerint ſoluere vſuras: ſecus ſi appareret de vſuris; quia debitores non cogerentur; quia nulla obligatio oriretur propter vitium formæ promiſſionis, & non eſſet neceſſaria abſolutio,
27 vt habet ille intellectus: † quia iſte intellectus non ſuſtinetur, & ab illo receſſit Car. & etiam Fel. neque etiam illum tenet Abb. Et quod immo illud cap. debitores, in ſecunda par. procedat etiam intelligendo quod expreſſe iuraſſent ſoluere pro vſuris, quod nihilominus iuramentum liget, & cogendi ſint debitores ad ſoluendum, vt dicitur in illo tex. in ſecunda par. probatur vltra prædicta ſecundum Card. quia ſi ille tex. non intelligeretur de vſurario contractu apparente, non poneret quid ſpeciale, nec quidquã plus adderet in iuramento, quod ſcilicet ob illud cogendi forent debitores: nam immo etiam ſine iuramento, ſi præſupponimus quod non appareat de vitio contractus, vel promiſſionis, † cum 28
alioqui omnia iura clament pacta, & conuentiones ſeruari oportere: † Et contractus ab initio 29
ſunt voluntarij, ex poſtfacto neceſſarij. l. inuitum. C. de contra. emp. l. nec emere. C. de iure deli. vbi Bar. l. ſi vt certo. §. ſicut, vbi Bar. ff. commo. Et in dubio non præſumitur contractus vſurarius. Alex. conſ. 221. lib. 2. Immo plus ille tex. ſecundum hunc intellectum videri potuiſſet vanus, vtpote de indubitabili; licet Car. ad hæc reſpondeat quod iuram. operatur, vt non admittatur exceptio vſurarum, quæ admitteretur vbi obligatio non eſſet iurata: Tamen per hoc non recedit à ſententia, quod illud c. debitores procedat etiam intelligendo quod ſit iuratum expreſſe de vſuris per d. rationem, quia non eſt peccatum ex parte iurantis; & ideo cogitur ſoluere, ne ſit periurus, quod dicit probare literam illius cap.

† Et hic intellectus videtur mihi ſatis conſpicuus ex principio 30
illius. cap. debitores, vbi nemo ambiget quin tex. loquatur de promiſſione vſurarum expreſſa; tum quia exprimitur in littera quod obligauerunt ſe in vſuris; quæ fuit ratio ob quam reſpondit Papa, vt non cogantur ſoluere: tum quia non fuiſſet alioqui de quo conſulendus eſſet Papa: tum quia alioqui iniquum ius eſſet, ſi vetaret ſtare promiſſis. ergo de eadem promiſſione expreſſa de vſuris intelligendum eſt iuramentum in 2. par. in ver. ſi vero. qui ad principium eſt referendus, & in

in eiſdem terminis intelligendũ, vt ſentit, probatque Card. ibi, & illum refert Feli. ibidem num. 2. poſt medium. Et probat ſatis
31 aduerſatiua illa, ſi vero, † cuius natura eſt, vt aduerſetur iuri in eodem facto: l. hoc amplius. §. de his, cum glo. in ver. de ijs, & in ver. damni infecti: ff. de dam. inf. & l. amplius, ver. ſi vero, iunctis traditis ibi à Bar. ff. rem ra. ha. Et è re noſtra opportunius, quã alius, tradit Bal. in l. omnes populi: ff. de iuſti. & iure, vbi dicit,
32 † quod de natura huiuſmodi aduerſatiuę eſt, vt in caſu ſuo cenſeantur repetitæ qualitates caſus
33 præcedentis; † quia cum ſit coniunctio copulatiua, licet ſit aduerſatiua, dicitur repetitiua: & illum refert Alex. in l. filius à patre, num. 6. ff. de lib. & poſt. inquiens ſe putare alium reperiri non poſſe apertius hoc dicentem, ideo eius verba bene eſſe notanda.

Ad idem adducit Card. cap. ad noſtram, il primo, de iureiur. vbi erat manifeſtum vitium vſurarũ; quia conſtabat quod de fructibus pignoris erat ſors pro parte extenuata, vt in illo tex. exprimitur, & tamen creditor nolebat eos in ſortem computare, vt fieri debebat: cap. 1. & 2. de vſu. & C. de pigno. act. l. 1. & 2. Sed volebat recipere etiã integram ſummam à ſe mutuatam: & ſtatuitur ibi quod debitores cogantur integram ſummam ei reſtituere propter iuramentum: & Glo. ibi in ver. pecunia perſoluatur, ſimiliter dicit, quod tenentur timore iuramenti pecuniam reſtituere creditori, & pro concordantia allegat d. c. debitores. Et cum hac ſententia Card. pertranſit Feli. in d. cap. debitores, vbi illum refert ſub num. 2. ver. poſtea Do. Card.

Neque alterius ſententiæ eſt Abb. ibi, vt videre eſt apud eum num. 4. poſt medium, ver. aut cõtractus aperte: vbi plus ſentit, † quod immo creditor poteſt etiam directe agere ex ſecunda ſaltem obligatione ex eo iuramento debitoris ſibi acquiſita, quod dicit ſentire ibi Glo. & ſic patet, quod Abb. non reſedit in priori illo intellectu. eumdem poſteriorem hunc intellectum expreſſe tenuit in cap. 1. in primo notab. eo. tit. de iureiur. vbi ſimiliter tenet in tantum teneri, & cogi poſſe debitorem ex iuramento de vſuris ſoluendis, vt poſſit creditor agere directe contra eum, idque comprobat bonis rationibus, vtrobique reiecta ſententia Anto. idem confirmat, & comprobat Cardin. in d. cap. debitores, quem refert, & ſequitur ibi Feli. d. nu. 2. Circa quod an agi poſſit directe ex eo iuramento, an non, non inſiſto veluti ad rem noſtram non neceſſarium. 34

Nonnihil tamen difficultatis affert prædictis cap. tuas, de vſu. ſecundum Feli. qui propter illud in cap. debitores, num. 2. quaſi in fi. dicit prædicta non tranſire ſine ſcrupulo: nam in illo cap. tuas, compelluntur creditores vſurarij ante vſurarum ſolutionem ab exactione deſiſtere, vel exactas reſtituere, & loquitur etiam quando eſt iuratum: ergo non eſt verum quod dictum eſt debitores

vſurarum compelli per d.cap.debitores ad ſolutionem,etiamſi ſit iuratum expreſſe ſuper vſuris, & creditores tunc agere poſſe: quia immo contrarium aperte innuitur in d.cap.tuas. ideo, vt eorum vitetur contrarietas vt iura pręcipiunt, ſequitur quod d.cap.debitores,non poteſt intelligi quando contractus habet vitium formę; quia ſcilicet apparens ſit vitium vſurarum; & ſic verior videtur prior intellectus Baldi.

Iſtud contrarium, quod videtur ex d. cap. tuas, Feli. elidere conatur duabus ſolutionibus: Primam non refero; quia debilis eſt, neque patitur eam littera illius cap. tuas. Secunda ſolutio eſt, ꝙ in d. cap. tuas,iuratum erat non repetere, non erat iuratum ſoluere; & ideo exactio erat ſuper ſimplici promiſſione; quo caſu procedit principium cap. debitores. Et iſta ſol.Fel.videtur neceſſaria; quia alias vere videri poſſet eſſe contrarietas inter d.cap.tuas, & d.cap.debitores, in ſecunda parte; quia non eſt vnde dici poſſit quod magis conſtet de vſuris in vno,quam in altero, & quod minus conſtet in c.debitores,quam in cap. tuas: nam illa declaratio Card. quod c. debitores intelligatur quod erat iuratum ſuper vſuris in effectu, non autem expreſſe, eſt diuinatio, & contra id quod præſupponit,immo expreſſe dicit ibi ſum. Pont. nempe quod erat iuratum ſuper ſolutione vſurarum, id quod ſatis meo qui dē iudicio probatum eſt paulo ſupra in ver. & hic intellectus; vnde non video quo pacto quod expreſſum eſt in littera euitari poſſit per fictitios intellectus,& propterea & merito idem Card. receſſit ab illa expoſitione, ſiue intellectu.

Verum vlterius diſpiciendum eſt: hæc enim ſolutio Fel. & hic intellectus ad d. cap. tuas, non ſunt admodum tuti; † quia immo 35 illud cap. intelligitur etiam de iuramento ſuper ſoluendis, vt ſubijciam. Quamobrem tutius erit vt ſine iſta ſolutione dicamus intrepide, quod nulla contrarietas notari poteſt inter illa iura,& nihil difficultatis affert d. cap. tuas circa prędicta, etiam quod in eiſdem terminis, & in eiſdem iuramentis ambo intelligantur,videlicet quod vtrobique appareat de vſuris, & vtrobique iuratum fuerit ſoluere:nam nihilominus concordant, & ſibi inuicem conſentiunt. Id clare innuit Inno. duobus verbis in d. c.tuas, dum vult ibi eadem repetenda eſſe, quę in c. debitores dixerat; quod dic,eadem in vno atque in altero eſſe dicenda; ex quo aperte dat intelligere eoſdem eſſe terminos illorum iurium,& concordiam eſſe, & conſonantiam inter ea. nam ſi ſecus eſſet, non bene de vno ad aliud inferri poſſet, & eadem ratiocinatione,vt vult In. complecti nequirent: † quia ex 36 diuerſis non fit illatio:vulg.l. Papinianus exuli: ff. de mino. repugnat namque differentium, & diſparatorum natura, ad tradita per Euer. in topica iuris,in loco à ſeparatis. Quod ſi obijcias,cur igitur diuerſa apparet illorum iurium Deciſio? Reſpondeo primum

mum & ſi eſt diuerſa, non tamen eſt inuicem aduerſa: tum prætera dicas eam diuerſitatem congruere ac reſpondere ſituationi, & diſpoſitioni titulorum, & materiarũ, & earum diuerſitati, atque itidem earumdẽ cognationi, ſeu connexitati: etenim eandem legem diuerſis titulis applicari quandoque neceſſarium eſt propter rerum connexitatem, inquit Imp. in l. 2. §. ſi quid autem. C. de vet. iu. enu. hoc ergo reſpectu ſum. Pont. diuerſificauit reſponſum, non quod re vera non debeat eſſe in effectu eadem iuris determinatio in vtroque, iuxta infra dicenda; ſed vt ſatisfaceret, & reſponderet cuique titulo, ſiue materiæ ſecundum proprium locum. Nam in cap. debitores, ſub tit. de iureiur. explicat vim & virtutem iuramenti quatenus ſe extendat, nempe vt ſciat iurans etiam ſuper vſuris iuramentum ligare, & eo ſe cogi poſſe ad eius obſeruantiam, ac proinde ad ſoluendum. In capitulo tuas, ſub titulo de vſuris declarat quid poſſit, & debeat facere Iudex circa vſuras, & quatenus ſe extendat in eis officium ſuum. Quod ergo in cap. tuas, plus diuerſumque dicit ſum. Pontifex, quam in cap. debitores, videlicet quod Iudex ex officio ſuo compellat creditores vſurarios ante vſurarum ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, vel item ſolutas reſtituere, quod non dixit in cap. debitores, aptiſſime factum eſt, quia hanc reſponſionem, ac declarationem conueniebat reponi ſub tit. de vſuris; non quod ex hoc præſupponat quod debitores non ſint obligati ſuo iuramento ad ſolutionem; quinimmo ex eo, quod in eo cap. dicitur, quod ſcilicet Iudex debet compellere creditores qui receperunt iuramenta, vt deſiſtant ab exactione, aperte innuitur debitores eſſe obligatos, & quod etiam actio competat creditoribus, qua poſſint directe agere cõtra eos; alias fruſtra fieret compulſio: ita arguit Abb. in d. cap. debitores, num. 4. prope fi. In c. debitores, ſub tit. de iureiuran. ſufficiebat exponere quatenus iurans obligaretur ſuo iuramento in vſuris non ergo poteſt, vel debet inferri in illo c. ex eo quod dicitur ibi debitores cogi reddere Deo iuramenta ſuper vſuris præſtita, quod non poſſint, vel debeant compelli creditores ab exactione deſiſtere, vel reſtituere exactas, prout id cautum ſuppletumque fuit in d. cap. tuas: ad hoc bene facit regula. l. non quicquid vbi Bar. ff. de Iudi. Sed vtrumque verum eſt abſque eo quod diuerſificentur termini, & caſus illorũ iurium, nulla namque repugnantia reperitur: ſed nec tam diuerſitas, quam ſuppletio inter ea capitula cenſeri debet: quin conueniebat diuerſitati materiarũ, & earumdem, ac titulorum diſpoſitioni, & ſituationi, vt ſupra eſt dictum, vt eo modo illa iura ponerentur, vt vnumquodque quantum ſat erat ſuæ materiæ ac titulo conueniret, ne ſuperfluæ repetitionis vnum alteri inſerendo notarentur, Igitur congruentius fuit, quid circa vſurarum exactionem, vel reſtitutionem ſtatuen-

tuendum foret, in eo cap. tuas, ſub tit. de vſuris ſupplere atque
37 conſtituere: † cauendum enim eſt legum vel Canonum conditori, vt lex, vel canon apprime conueniat titulo, ſeu rubricæ, vt ne ſyllaba quidem ſuperfluere habeat, vt bene probatur in l. 1. & ibi eſt Glo. ff. quod met. ca. nimirum lex, vel decretalis non debet decidere, niſi id quod principaliter ſpectat ad materiam tituli, ſeu Rubricæ: vt eſt tex. apertus in cap. 1. & ibi explicat Abb. in poſitione caſus, de appel. Idque in prædictis capitulis debitores, & tuas, fieri debuiſſe factumque fuiſſe perbelle indicat Inno. duobus illis verbis in illo cap. tuas, iunctis à ſe dictis in illo c. debitores. dum ibi in prin. vnica commentatione ſtrictim breuibus verbis, more ſuo, complectitur explicatque vtriuſque illorum iurium practicam, & ordinem. aliquid item Abb. in cap. 1. num. 8. in fine, ver. quartum remedium, eo. tit. de iureiu. iunctis his quæ tradit in d. cap. debitores, num. 4. prope finem, in ſecundo intellectu illius cap. quem ponit in ver. aut contractus aperte apparet, maxime paulo inferius, ibi, &
38 hoc caſu etiam. † Enimuero porro conſuetum eſt in iure noſtro, vt Canones inuicem coadiuuentur, vt quod vni deeſt, ex altero, & per alterum ſuppleatur. Vnum vel alterum caſum referam exempli gratia. Hoc ergo factum videmus inter cap. 1. de præſcrip. & cap. placuit quicumque 16. q. 3. quorum vnum alteri ſuppetias affert: vnum quodlibet enim corum per ſuppletionem alterius ad inuicem intelligi debet: vt dicit Glo. quæ ea iura inducit, & declarat in d. cap. 1. in glo. 1. de præſcrip. & ſequitur ibi Bal. inquiens illud eſſe dictum optimū, & ex eo infert ad concordiam, & interpretationem duorum ſtatutorum pro deciſione quæſtionis, quam ibi ponit. Idem Glo. in c. nullus, de iureiur. faciendum eſſe ait inter illud c. & c. quamquam, diſt. 23. vt ibi per eam. Ad idem eſt Glo. pulchra admodum & opportuna in cap. fi. de Iudæis. quę dicit illud cap. ſupplere. cap. fraternitatem, diſt. 54. & eſſe quaſi Gloſſam, & expoſitionem illius.

† Et quod etiam in cap. tuas, 39
præſupponatur fuiſſe iuratum de ſoluendo, innuit & intelligit aperte Inno. ibi, dum refert ibi dicenda ad ea quæ dicit in cap. debitores: ibi autem in primis verbis expreſſe dicit de iuramento relaxando à creditoribus ſuper ſoluendis vſuris, & allegat d. c. tuas: & ſic aperte intelligit illud in iuramento de ſoluendo. Hoc idem ſentit Abb. in d. cap. tuas, & in c. debitores, num. 4. prope finem, in ver. & pro hoc adduco, vbi inducit illud cap. tuas ad probandum quod ex iuramento de ſoluendis vſuris acquiritur Parti ſaltem ſecunda obligatio, cuius vigore agere poteſt, & debitor cogi poteſt ad ſoluendum, prout illum retuli ſupra ſub num. 36. Et ſic expreſſe intelligit in illo c. fuiſſe iuratum ſoluere.

Itaque iam concludendo dicamus quodlibet illorum iurium verum eſſe in ſe, ac relatum ad locum

locum ſiue materiam ſuam. Et ne aliquod eorum mancum videri, neue aliqua inter ea diſcordantia, & contrarietas notari habeat, dicendum eſt cum Glo. præallegata in d.c.ſi. de Iudę. vtrunque per alterius ſuppletionem intelligendum fore. Et cap. tuas eſſe quaſi gloſſam, & expoſitionē cap. debitores, vt quod dicitur in eo cogendos fore debitores reddere Deo iuramenta, quæ ſuper vſuris præſtiterunt, verum quidē ſit, ſi vel nòn petierint abſolutionem ab Epiſcopo, vt ſupplet glo. ibi ſuper ver. cogendi, in fine glo. vel non implorauerint officium Iudicis, vt eo compellerentur creditores ad ea iuramenta relaxanda, vt ſupplet Glo. 1. in d.c. tuas, in glo. ibi, Et hanc. vel ſi iuxta caſum quem ponit Abb. in cap. 1. num. 6. ver. ſed hoc remedium, & num. 7. in fi. ver. quintum remedium, & in cap. debitores, nu. 4. propte fi. ver. & hoc caſu etiā, Iudex ex ſuomet officio non compulerit eos ad relaxandum, vt ſupplet tex. in d.cap. 1. de iureiu. Vel inſuper vt ab vſurarum exactione deſiſtant, vt id ſupplet & addit tex. in d.cap. tuas: & prout has ſuppletiones fere omnes ponit Inno. in d.cap. debitores, in principio, & Abbas in locis citatis.

Ex quibus facile iam liquere poteſt, quod firma, & vera remanent prędicta, vt ex eis fieri poſ-
40 ſit, & debeat Concluſio, † quod etiam in dictis terminis, videlicet vbi contractus habet vitium formæ, vtputa quia iuratum ſit de vſuris expreſſe, tamen iuramētum valet, & tenet: nam & ſi contineat turpitudinem & peccatum ex parte recipientis, non habet ex parte iurantis; & conſequenter cogi poteſt ad ſoluendum, iuxta ſupradicta. Ac proinde abſolutio ab eo iuramento petita erit ſimplex, totalis, & plena, quæ negocij cognitionem, & definitionem ad Iudicem Eccleſiaſticū transferet; ad ſupradicta.

Quæ veluti hactenus non bene detecta notabis. Nam eo quia ad ea non aduertitur; paſſim nulliter, & perperam abſolutiones dantur à Iudicibus Eccleſiaſticis; nulliterque & perperam proceditur à Iudicibus ſecularibus. Iuriſdictiones confunduntur; & partibus prę iudicia, & diſpendia immerito afferuntur.

Concluſio Prima.

IGitur iam, his præmiſſis, ad definitionem præmiſſæ quæſtionis expeditius accedentes,
† vbicumque abſolutio petitur à 41
iuramento in terminis prædictorum contractuum, qui nulli ſunt de ſe ipſo iure, ita quod totalis obligatio in ſola virtute iuramenti ſubſiſtit, iuxta caſus præmiſſos, & explicatos ſupra in ver. Cum primis, & latius ſupra in q. 14. in caſibus ſecundo, & tertio: conſtituenda erit Concluſio affirmatiua, vt dicamus in abſolutione in terminis horum contractuum petita, citationem partis aduerſę, cuius intereſt, neceſſario requiri, iuxta primum membrum diſtinctionis, quam habet poſterior præmiſ-

Digitized by Google

præmiſſa opinio, de qua ſupra paulo poſt prin. quæſtionis, in ver. Altera eſt opinio; quæ fuit originalis opinio Pauli de Leaz. & Io. Cal. quamque ſequuti ſunt Abb. & alij ibidem citati. Et huius Concluſionis, atque prædictæ ipſius Pauli, Cald. & ſequacium opinionis ratio ea eſt; quia abſolutio iuramenti in terminis horũ contractuum infert parti aduerſę graue, & irreparabile pręiudiciũ, ex quo ex ea contingere habet reſciſſio contractus, & obligationem ſubinde ex toto tolli, vt ſenſerunt ijdem Paul. & Cal. quos refert & ſequitur Abb. in cap. 1. ſub num. 10. circa medium, ver. ſed reſpectu, de iureiur. & in cap. cum contingat, ſub num. 9. ver. ſed Io. Cald. eo. tit. & in conſ. 12. num. 6. lib. 2. merito citatio partis requiritur. l. de vnoquoque: ff. de re iudi. cap. 1. de ca. poſſeſ. cap. caueant. 3. q. 9. Et ita hanc concluſ. firmat Feli. in d. cap. 1. ſub quæſt. 4. num. 24. ver. cæterũ iſtud, de iureiur.

Hæc tamen Concluſio certior firmiorque reddetur, ſi duo infra-
42 ſcripti diſtinguantur caſus. † Primus erit, retentis eiſdem terminis, vbi contractus qui proponitur, & à cuius iuramento abſolutio petitur, eſt nullus apparenter, adeo quod certo conſtat ex eius aſpectu de ſe vinculum non inijcere, ſed obligationem totam ſolo iuramento ſuſtentari, iuxta iam dicta: & in hoc caſu nulla occurrit difficultas; quia veritas Concluſionis euidentior redditur ex præmiſſis à ver. Inſuper pro clara. Etenim hoc caſu ſtatim apparet abſolutionem totalem, ac plenam eſſe debere, ex quo ſolum de viribus iuramenti apparet quærendum fore, & nihil reſtat quærendum de viribus contractus; ac proinde non eſſe locum præparatoriæ abſolutioni per viam habilitationis ad effectum agendi, vel excipiendi corã Iudice laico, ſed totum negocium coram Eccleſiaſtico ſimul cum abſolutione definiendum fore: vt abunde deductum, & oſtenſum eſt in d. ver. Inſuper pro clara. Vnde certum eſt abſolutionem in hoc caſu non niſi cum plena cauſæ cognitione, & ſubinde cum citatione partis aduerſæ fore concedendam, per ea quæ dicta ſunt in principio Concluſionis: quę in hoc
caſu abſque dubio procedunt. † in 43
huiuſmodi enim abſolutione verſatur graue, & irreparabile præiudicium partis; quia non reſeruatur ſibi ius ſuum illęſum in alio iudicio defendendum, cum res tota in ſolo iuramento conſiſtat, & cum abſolutione vna cum iuramento coram Iudice Eccleſiaſtico eam definiri oporteat, vt deductum, & explicatum eſt in d. ver. Inſuper. merito aduerſus inauditam partem nihil eſt definiẽdum: d. cap. 1. de cauſ. poſ. & pro. & l. de vnoquoque: ff. de re iudi. & cap. caueant, 3. q. 9. & ita firmat Abb. ex his iuribus, & alijs iuribus, & rationibus per eum adductis in cap. 1. ſub nu. 13. ver. His autem ſic diſcuſſis, de iureiu. & Feli. ibi paulo ſupra citatus, & tradũt alij ſupra paulo poſt prin. quæſtionis allegati, in ver. Altera eſt opinio, vbi ſunt qui dę communi

muni teſtantur. Hanc quoque Concluſionem confirmat Couar. in lib. primo var. reſol. cap. 4. nu. 5. verſus finem, vbi concludit, ꝙ in huiuſmodi abſolutione, ex qua ſimul tolli habet obligatio ex iuramento contracta, & contractus vim euaneſcere, citatio neceſſaria eſt, plenaque cauſæ cognitio adhiberi debet ex omnium vnanimi reſolutione.

Verum aduertendum eſt ad difficultatem, quæ oritur circa hanc Concluſionem in terminis huius caſus. Nam ſi intelligimus eam in illis terminis, ſcilicet vbi contractus eſt nullus apparenter ratione turpitudinis materiæ, quia videlicet materia eſt turpis de ſui natura, puta in vſura, vel ſimili; tunc prædictæ Concluſioni in terminis huius primi caſus, vbi ſcilicet contractus eſt apparenter talis, aduerſatur Theorica, quam in hac re tradit Abb. in c. 1. ſæpe allegato ſub nu. 13. verſus finem, ver. Hæc puto vera: de iureiur. vbi cenſet traditque quod quando notorie conſtat iuramentum continere turpitudinē ex parte recipientis, ita quod certum ſit parti abſenti in hoc nullam defenſionem competere, abſolutio dari poſſit, & teneat, parte non vocata. mouetur ex eo quia in hoc caſu dicit ꝙ valeret ſentētia lata ſuper principali vbi agitur de maiori præiudicio; ergo fortius valebit abſolutio vbi non agitur de tanto præiudicio, & ad hæc allegat. cap. bonæ. §. contra vero legati, de elect. & c. quanto, & quod ibi notat Inno. de transla. Epiſ. cap. venerabilem de elect. cap. cum olim, de iudi. & quod legitur, & not. in l. 2. ff. de admini. rer. ad ciui. perti. Ad idem inquit optime facere cap. tuas, de vſuris. vbi mandatur Iudici, vt vſurarios recipientes iuramenta ſuper vſuris ſibi ſoluendis, vel ſolutis non repetendis, debeat compellere ante ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, & poſt ſolutionem illas reſtituere. Ex hoc ergo infert Abb. quod ſi quęſtio iuramenti eſt coram ipſo Iudice Eccleſiaſtico, & notorie conſtat de illius turpitudine, poteſt abſoluere ab illo iuramento abſque eo quod vocet partem; & pro hoc eſt bonus tex. ſecundum ipſum in cap. 2. illo ti. de iureiur. vbi ipſe hoc idem notat expreſſe in ſecundo notab. videlicet quod vbi ſuperiori notorie conſtat de turpitudine recipientis iuramentum, non eſt neceſſe vt in abſolutionis actu vocetur aduerſarius. Et hanc ſententiam, hæcque dicta Abb. communit Feli. alijs rationibus, & auctoritatibus in eodem cap. 1. ſub num. 25. ver. Limita prædicta: de iureiur. Et per hanc ſuā Theoricam Abb. limitat concluſionem, quam in d. loco paulo ſuperius firmauit, videlicet quod ſemper eſt citanda Pars in abſolutione, vbi per eam reuocari debet iuramentum, quod eſt obligatorium ex parte iurantis, & vtilitatem continet ex parte recipientis; nam limitat eam, niſi notorie conſtet iuramentum continere turpitudinem ex parte recipientis, vt eſt dictum.

Quæ limitatio ſecundum mentem Abb. procedit non ſolum vbi turpitudo eſſet ex cauſa vſurarū,

vt

vt in terminis d. cap. 1. ſcilicet quando eſſet iuratum ſoluere vſuras: ſed etiam vbicumque Pars alias turpiter recepit iuramentũ: ad hoc adducit d.cap.2. vbi ipſe Abb. notat in ſecundo notab. vt cum retuli paulo ſuperius, & c. ſi vero, eo.tit. de iureiur. nam etiã in terminis illorum iurium locũ habet abſolutio, vt ipſe dicit in dicto cap. 1. ſub d. num. 13. in fine.

44 Igitur prædicta Concluſio quantum ad hunc primũ caſum, † non procedet generaliter in omnibus contractibus, qui ſunt nulli de ſe apparenter; ſed intelligenda erit in his quorum nullitas non infert continuo ad turpitudinem iuramenti, & ad eius abſolutionem conſequenter, quia ſcilicet etiam ſtante nullitate contractus, iuramentum poteſt eſſe licitum, & ſine peccato ex vtraque parte: vt in caſu cap. cum contingat; de iureiur. & cap. licet mulieres, eo. in 6. & in alijs exemplis, quę habentur ſupra in hac parte 3. quęſ.14. in fi. ver. Pro complemento.

45 Et limitanda erit iuxta dictam limitationem Abb. videlicet vt non procedat in his, in quibus nullitas euidens eſt ex turpitudine materiæ in contractum deductæ; quia huiuſmodi nullitas infert continuo neceſſario ad turpitudinem iuramenti ex parte recipientis, & conſequenter ad eius abſolutionem, vt in d.cap.1. vbi Abb. in ſecundo notab. & c. ſi vero, & cap. verum, de iureiuran. cum ſimil. & per Inno. in cap. venerabilem, num. 5. de elect. & in cap. ad aures, de his quæ vi metu ca. & in cap. debitores, in princ. & num. 2. de iureiur. & per Abb. in d.cap. 1. d.num. 13. in fi. eo. ti. Et ſtante euidentia huiuſmodi nullitatis atque turpitudinis recipientis iuramentum, non erit neceſſaria eius citatio in abſolutione, ſecundum prædictam limitationem Abbatis.

Sed neque tamen habebit reſtringere hęc limitatio pręmiſſam concluſionem quoad omnes huiuſmodi contractus. † Et ſpeciatim quod dicta limitatio non habeat locum in vſuris, ſed quod in eis procedat Concluſio ſupra firmata, eſt Deciſio expreſſa Ioa. Andr. in Addi. ad Specul. in rub. de iureiur. poſt medium Addit. in ver. Item quęro de illo, vbi concludit, quod in abſolutione à iuramento præſtito ſuper vſuris, ſiue ſoluendis, ſiue ſolutis non repetendis, ſemper vocãdus eſt creditor. Et illum refert & ſequitur Feli. in c. 1. ſæpe alleg. ſub d.nu. 25. poſt medium, ver. ſed contra iſtam limit. de iureiur. Et hanc Ioann. Andr. Concluſionem cõfirmat Imo. in cap. debitores in 8. col. de iureiur. quem refert Feli. in d. loco ea ratione, quia intereſt creditoris, vt citetur etiam in dicto caſu, ex eo forte, quia poterit opponere exceptionẽ, & probare quod ipſe petens abſolutionem eſt vſurarius; & ſic non debet audiri: c. quia fruſtra: de vſur. & hoc ſiue ille petat abſolutionem à iuramento de ſoluendo, ſiue de non repetendo vſuras ſolutas: vt in d. cap. quia fruſtra. Et quantum ab abſolutionem iuramen- 46

ramenti de non repetendo ſolutas, ſi hoc debitor iurauit poſtquam eas ſoluit; in hoc caſu competere item poſſet creditori alia quoque exceptio, nempe quod debitor ſponte eas remiſit, & donauit, & propter hoc iurauit non repetere: facit quod habetur in regula peccatum, de regul. iur. lib. 6. ſecundum Imol. in loco citato; cum quo tranſire ſe ait Fel. vbi ſupra, non tenendo prædictã limitationem Abb. præterquam
47 in vno caſu,† videlicet vbi extra materiam vſurarum iuramentum eſſet interpoſitum turpiter ex parte recipientis, & notorie conſtaret, quod nemini competeret actio, vel aliquod ius, aut defenſionem parti non competere.

Et iuxta hanc Felini declarationem declaranda ergo ac limitanda erit in terminis præmiſſi primi caſus prædicta Concluſio.

Secundus caſus erit vbi iuramentum, cuius abſolutio petitur, adiectum eſt contractui, qui non apparet nullus ex ſuo aſpectu; ſed dicitur, & allegatur eſſe nullus ſiue ratione turpitudinis materiæ, vtputa dicitur vſurarius, & cum forte vere talis ſit, conceptus eſt ſub forma licita, puta depoſiti, vel mutui gratuiti, ſed plus fuit ſcriptum, quam receptũ fuerit, vt exemplificat Abb. in c. debitores, ſub num. 4. verſus finẽ, ver. Dico ſic, de iureiuran. ſiue quod nullitas proueniat ex alio capite, puta ex ſola legis prohibitione, vt in caſu relato in cap. cum contingat, de iureiur. & cap. licet mulieres, eo. tit. lib. 6. & in alijs exemplis, de quibus ſupra hac parte tertia, quæſt. decimaquarta in fine, in ver. Pro complemento: ſed adiecta eſt aliqua cauſa in contractu, quæ abſtergit nullitatem ex facie contractus, arcetque ab eius aſpectu legis prohibitionem, iuxta exemplum, quod habetur infra in ver. At vbi allegaretur: & ad dicta ſupra in eadem queſt. decimaquarta verſus finem in materia inhibitionis, in ſecundo caſu.

Et in hoc ſecundo caſu prædicta Concluſio vt ſupra in primo caſu conſtituta, non tranſit de plano; quia in terminis huius ſecundi caſus offert ſe difficultas circa abſolutionem dandam, Numquid petenda ſit coram Iudice Eccleſiaſtico ſimul abſolutio à iuramento, & contractu, prout hanc formulam, & practicam petendi ſimul abſolutionem à iuramento, & contractu ponit Abb. in præallegato conſ. 12. num. 6. in prin. lib. 2. quę quidem in terminis huius caſus præcipue vſui eſſe poteſt, quam latius explicat Couvar. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 5. per tot. & infra ponetur: ita videlicet vt debeat eſſe ſimplex, & plena abſolutio, per quam impetrãs à totali obligatione liberetur, ac proinde cũ plena cauſę cognitione partiſq. citatione dari debeat, ad ſup. dicta. An vero ſola relaxatio iuramenti, ſeu abſolutio præparatoria per viã habilitationis dari poſſit & debeat à Iudice Eccleſiaſtico, quatenus. ſ. impetrans qui iurauit, audiri admittique poſſit coram Iudice laico, vt de qualitate, & veritate huiuſmodi contractus quem dicit eſſe nullum

deducere, & probare poſſit; ita videlicet vt de ipſo contractu, ac negocio principali ipſe Iudex laicus cognoſcere, & definire de-
48 beat: † quod reſpondendum videbatur, ex quo contractus præ ſe fert validitatem, & de ſe vinculum habere, & non ſoli iuramento niti: ac proinde non videtur quod huiuſmodi cognitio circa illum ipſi Iudici laico iure præripi valeat, vt ad Iudicem Ec-
49 cleſiaſticum deferatur. † nam ſi quidem ex deductis, & probatis coram ipſo Iudice ſeculari apparebit minime veram fuiſſe allegatam cauſam nullitatis, ſed cõtractum validum eſſe; nulla iam remanebit difficultas; quia condemnabit iurantem ad obſeruantiam; & ille, ex quo ſuccubuit, ſi terminus interim lapſus eſt, remanebit periurus; quia iuramentum ſolum fuit ſuſpenſum: ad dicta ſupra in prima par. q. 2. & alibi: Si vero conſtiterit de cauſa nullitatis allegata, detectuſque fuerit contractus nullus eſſe vt dicebatur; ipſe pariter pronunciare habebit ſuper nullitate, abſoluendo iurantem ab obſeruantia contractus, ſeu promiſſionis, cum non remaneat amplius impedimentũ & difficultas propter iuramentũ, ex quo Iudex Eccleſiaſticus ab eo habilitauit iurantem.

Et ſane quidem ita iure fieri poſſe aſſeuerandum eſt. Neque enim obſtat, quod ſi in terminis præſentis caſus ad Iudicem Eccleſiaſticum pro iuramenti dumtaxat relaxatione eundum eſt, & ea ſola obtineatur, nempe non præmiſſa plena cauſæ cognitione, neque facta citatione partis, quæ quidem haud neceſſariæ ſunt in ipſa iuramenti relaxatione, ad dicta ſupra in hac eadem parte, in quæſtione tertia, & dicenda infra in hac q. concl. 2. videri poterit quod ſequantur inconuenientia, nempe quod abſolutio à iuramento minus ſufficienter data fuerit: nam ex quo ex inualiditate contractus detecta apparuit quod ſolo iuramento obligatio principalis, ſiue contractus habebat ſuſtentari, coram Eccleſiaſtico de uiribus iuramenti plene cognoſci debuiſſet. Et coram Iudice laico huiuſmodi cognitio non videtur quod rite fieri potuerit; quia ipſe eſt incapax huiuſmodi cognitionis, quæ circa iuramenti vires verſatur: cap. venerabilem, de elect. & ſæpe eſt dictum. Et ſi iterum ad Eccleſiaſticum eſſet redeundum, induceretur circuitus cum diſpendio, & vexatione partium. Quo circa ne iſta inconuenientia ſequi debeant, videbatur dicendum etiã in dicto caſu non eſſe locum præparatoriæ abſolutioni, ſed ſimplicem, & plenam abſolutionem ab Iudice Eccleſiaſtico fore petendam, quæ cum plenaria cauſæ cognitione, & Partis citatione expediri, & cum ea ſimul de toto negocio definiri debeat, petita ſcilicet iuxta præmiſſum modum coram ipſo Iudice Eccleſiaſtico ſimul abſolutione à iuramento, & contractu.

Nam his, inquam, non obſtantibus, reſpondetur † ſatis eſſe in 50
præmiſſo caſu relaxationem iuramenti à Iudice Eccleſiaſtico obtentam

tentam eſſe, & parum intereſt Partis ea non vocata, & plenaria cauſæ cognitione non adhibita relaxationem datam eſſe; quia nullum vel modicū præiudicium ex hoc ſibi infertur; quia talis abſolutio nō facit quominus Pars ipſa citari debeat in probatione poſtea fienda in iudicio ordinario, & plenario ſuper contractu coram Iudice laico: vt eleganter conſulit Paul. de Caſtro conſ. 259. incipit circa primum: col. 3. ver. ſed remanet dubium: lib. 2. & dicetur in ſecunda concl. huius qu. Et minus dici poterit minus ſufficienter data eſſe quantum ad cognitionem iuramenti, quoniā ex probationibus factis in plenaria cognitione habita coram Iudice laico ſuper cauſa, ſeu cauſis propoſitis coram ipſo Eccleſiaſtico pro relaxatione habenda, ex qua ſcilicet plenaria cognitio ne detecta eſt inualiditas contractus allegata vera eſſe; plene iuſtificata, & repleta eſt eadem ipſa relaxatio, & plena euaſit abſolutio: ad ea quę hac de re plene dicta ſunt ſupra hac Par. 3. q. 10. maxime à ver. Pro cuius confirmatione, ſub num. 8. poſt Caſtr. in allegat. conſ. 259. col. fi. ver. Poſſet etiam dubitari. Nec propterea dici poteſt, quod Iudex laicus ſe intromiſerit in cognitione iuramenti, & quod cognitio ipſa coram eo minus legitime habita fuerit; quia reſpondetur quod ipſe non ſe intromiſit in cognitione iuramenti: non enim ipſe aditus fuit pro cognitione validitatis, vel inualiditatis iuramenti: de hoc enim Iudex Eccleſiaſticus, quantum ſcilicet ſat fuit pro relaxatione, cognouit: ſed in quæſtione facti circa contractū, an ſcilicet talis eſſet, qualis allegabatur: & ex eiſdem cauſis coram Iudice Eccleſiaſtico pro relaxatione propoſitis, tum demum coram ipſo Iudice laico ad allegatam nullitatem contractus probandam plene deductis, & probatis, relaxatio ipſa, vtpote ipſis plenis probationibus repleta atque iuſtificata, plena euaſit abſolutio, vt ſupra dictum fuit: huius enim cognitionis Iudex laicus bene fuit capax, & competēs ratione cognitionis cōtractus, vt dictū eſt. Et ſic ex his excluduntur incōuenientia, quæ dicebātur, cū iam pateat ſatis fuiſſe præparatoriam ipſam abſolutionem à Iudice Eccleſiaſtico datam eſſe, vt ad ipſum amplius propterea ſuper iuramento nequaquam redeundum ſit, per prędicta.

At quemadmodum prædicta hæc pro Iudice ſeculari libenter admittimus; ita in eodem hoc ipſo caſu pro Iudice Eccleſiaſtico audacter affirmari poſſe putarim, † vt omiſſa relaxatione, ſeu præparatoria abſolutione, peti poſſit coram eo ſimplex, & plena abſolutio, ex qua ſcilicet contingere habeat reſolutio contractus, & ex toto tollatur obligatio, petendo ſcilicet ſimul abſolutionem à iuramento, & contractu, vt proinde iuxta pręmiſſam Concluſionem Partis citatio, & plena cauſæ cognitio in ea interuenire debeat. 51
† huiuſmodi enim forma & practica petendi coram Iudice Eccleſiaſtico abſolutionem iuremerito 52

procedere poteſt & debet, etiam in terminis præſentis caſus; quippe cum proponatur, & allegetur contractus, totaque obligatio ſolo iuramento ſuſtentari, & petitur abſolutio iuramenti inquantum firmat ſiue ſuſtinet contractum, & inquantũ abſolutio conſequenter non eſt ſeparata à contractu: merito hæc forma, ſeu practica procedere habet, & fieri poteſt coram Eccleſiaſtico, vt hoc eſſe de mente Abb. ſatis ipſe declarat in quatuor verbis in dicto conſ. 12. num. 6. circa princ. in ver. nam Pau. & Ioan. vſque ad ver. ſecus ſi iuramentum: vbi ipſe ponit hanc practicam, vt ſuperius dixi. Qua de re latius dicetur inf. in ver. Et ſiquidem: & inferius in ver. ſed neque iure.

Enimuero porro dubium nemi
53 ni oriri autumo, † quin Iudex Eccleſiaſticus adiri poſſit ſimul pro abſolutione iuramenti, & reſciſſione contractus, nempe vt cũ abſolutione cognoſcat, & iudicet de nullitate contractus; cum in confeſſo ſit apud noſtrates omnes tum legiſtas, tum Canoni-
54 ſtas, † quod iuramentum accumulat forum foro, vt in cap. fi. de fo. comp. in 6. vbi Io. And. & alij, & abunde oſtenſum eſt ſupra hac Par. q. 12. Et ſi præſupponimus eam materiam contractus proponi & allegari ex cuius natura cognitio eſſe deberet fori Eccleſiaſtici, vt in vſura, vel ſimili, res omni prorſus ſcrupulo careret.

Verum tamen eſt, quod huiuſmodi practica, ſeu formula petendi ſcilicet ſimul abſolutionem à iuramento & contractu, aliunde recipit contradictionem. Etenim Bal. & poſt eum Soci. in l. rogaſti. §. ſi tibi: ff. ſi cert. pet. putauerunt eam de iure ſeruari non poſſe, dicentes prius tractandum eſſe de abſolutione, quam agatur ad contractus reſciſſionẽ, ita quidem, vt obtenta abſolutione, non alias de iniquitate contractus tractetur: quos refert Did. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 4. nu. 5. non multum poſt prin. Et ſubdit quod hæc Baldi doctrina videtur probari ex his, quæ Bar. ſcribit, in l. ab hoſtibus. §. ſed ꝙ ſimpliciter, num. 5. & 9. poſt Gl. ibi, ver. reſtitutionis: ff. ex quib. ca. ma. & Gloſ. pen. in l. in honorarijs: ff. de actio. & oblig. dicens actionem reſciſſoriam non poſſe deduci ad Iudiciũ, niſi prius per officium Iudicis habita reſtitutione: quam opinionem ſequuti fatentur communem eſſe Fab. & Iaſ. inſti. de actio. §. rurſus. eadem ergo ratione agi non poteſt ad contractus reſciſſionem ex cauſa vſurarum (quarum ſcilicet exemplum poſuit ibi Cou.) niſi prius abſolutio pręſtita fuerit à iuramento, quod impedit actionem proponi: vſucapio enim impedit actionem reſciſſoriam deduci ad Iudicium; reſtitutio vero hoc impedimentum tollit, vt conſtat: igitur prius eſt expedienda cauſa & lis, quæ ad tollendum impedimentum tendit. Ad idem addo aliam Baldi doctrinã, prioris illius affinem in repet. l. edita. col. 30. verſi. dubitatur de iſto libello. C. de eden. vbi dicit quod non procedit talis libellus, peto contra vſurarium me abſolui à

ni à iuramento, & me abſoluto, contra eum procedi, & eundem ad reſtitutionem vſurarum condemnari: dicens quod talis cumulatio non procedit; quia non ſum habilis, niſi prius ſim abſolutus; & prius perſona eſt habilitanda, quam actio cumulanda: & ego non habeo potentiam proponendi; ergo male ago. mouetur per l. quoniam Alexandrum. C. de adul. & l. quidam referunt: ff. de iure codicil. & l. liber necne. C. de peti. hęr. & illum ſimpliciter refert Fel. in cap. debitores. col. 5. quæſt. 4. de iureiu.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt dictam practicam, ſeu formulam ſimul petendi abſolutionem à iuramento, & contractu coram Iudice Eccleſiaſtico in terminis præmiſſi caſus, iure procedere poſſe. quam Did. Couar. vbi ſupra citatus in d. cap. 4. num. 5. ver. verum vt res, iuxta hanc facti ſpeciem, exempli gratia, vt immunis à controuerſia tranſire
55 habeat, niſus eſt conſtituere; † vt pręmittamus, inquit, eum, qui iurauit, ratione contractus iurati nihil ex proprijs rebus præſtitiſſe hactenus, ſed tantum id agere velle, vt ab obligatione contractus vinculoque iuramenti liberetur, ne eo tempore forſan, quo ipſe iurans ſit minus inſtructus ad defenſionem, alter cui iuramentum præſtitit aduerſus eum agat. aut ſane iurans vult hunc ſcrupulum, quem ex vinculo iuramenti concepit, quique ipſum torquet, à ſe abijcere. Adde tu, vel quia conſulto præoccupare vult occaſionem, & tempus priuſquã appropinquet terminus parendi contractui; ne tunc, inſtante termino, ſibi non ſuppetat tempus ad actum abſolutionis expediendum, iuxta admonitionem Inno. in cap. debitores, in prin. ibi, Et ideo non poſſit abſoluere quia ſolutionis, & c. de iureiur. & Panor. in cap. 1. col. 4. in fi. ver. item intelligo: eo. tit. In hac equidem ſpecie nihil eſt, quod impediat ſecundum Couar. quin iurans petere poſſit abſolutioné ab huiuſmodi iuramento ab Epiſcopo, qui eam iure concedere poteſt ex cauſis allegatis, puta propter vſuram, vt in exemplo Couar. in d. loco, vel ſimili, iuxta Inno. in d. cap. debitores, & in cap. ad aures: de his quæ vi met. & alios ibi à Couar. citatos, & ad dicta in Par. 2. in q. 3. & petere inſimul pronunciari contractum illicitum eſſe, & minime ſeruandum: id etenim tantum agitur, vt abſolutio à iuramento pręſtetur ratione materię in contractum, & iuramentum deductæ; nec præſtita abſolutione aliquid eſt à iurante exigendum propoſita ab eo actione. & neceſſario, pręmiſſa plenaria cauſæ cognitione ad abſolutioné, conſequitur contractum eſſe reſcindendum. qua ratione ſimul hæc eodem libello peti, ac ſimul etiam eadem ſententia definiri poſſunt: cum ea quæ à Baldo, & Soc. in contrarium adducuntur, ſint intelligenda quando conceſſa per Iudicem reſtitutione, & ita ſublato impedimento, eſt neceſſario proponenda actio: nec ſequitur, data reſtitutione aut amoto impe-

impedimento habere agentem ius omnino ad id quod ſecundo loco petit: quod patet in petente reſtitutionem officio Iudicis aduerſus vſucapionem: non enim ſequitur data reſtitutione aduerſus vſucapionem, rem quam alter poſſidet, propriam eſſe illius, qui reſtitutionem petijt: iterum enim agere eum oportet ad eam rem iure dominij, vel alia quæ ei competat actione: ita Couar. vbi ſupra. Ex quibus patet quod minus obſtare habet poſterior doctrina Baldi ſupra relata, & leges quibus mouetur. nam verum quidem eſt adeſſe debere in perſona habilitatem, quæ neceſſaria eſt ad actum per ipſam perſonam ſeu in ipſa explicandum ſiue indu
56 cendum, † & de ea prius quæri oportet, quam de ipſo actu tractetur, vt in omnibus illis iuribus à Baldo allegatis, & ex eo relatis habetur: ſed tamen nec ea doctrina Bal. nec illa iura obſtāt; quia eodem hoc vno modo omnibus reſpondetur, quod inhabilitas in eis non tollitur: nō enim ibi quæritur vt tollatur inhabilitas, & fieri habeat habilis perſona pro eo quod intenditur; ſed ſolum de ea diſquiritur an ſit; & quia ſi extaret, vere ei quod intēditur impedimento eſſet: ideo interim ad id quod intenditur non deuenitur; & ideo ibi pręmittitur quæſtio atque cognitio inhabilitatis ſiue habilitatis perſonę; quia hęc diſcuſſio atque cognitio non ſe compatitur cum altera quæſtione intentanda; quia eſt præiudicialis ad illam, vt notat Glo. in d. l. quoniam Alexandrū, in ver. in primis. C. de adult. Idcirco merito eſt præmittenda, ne cum ea inſimul ſuperfluo de altera diſcuti habeat: vt hanc rationem clare innuit iureconſ. in d. l. quidam referunt: in ver. eſſe enim debet: & cet. ff. de iure codicil. & Imper. in l. liber necne: cum Gloſ. pen. C. de peti. hære. In caſu noſtro ne inhabilitas ex iuramento habeat impedire, tolli petitur per abſolutionem, quod bene fieri poteſt, vt dixi in Par. 1. q. 6. ver. ſed inſiſtitur: & hæc petitio abſolutionis cum petitione alterius quod intenditur, ſcilicet reſciſſionis contractus, recte connectitur. non enim petitur abſolutio iuramenti inquantum illud non firmat nec ſuſtinet contractum, & ſit abſolutio ſeparata à contractu, vt aperiatur via ad reſcindendum contractum; ſed petitur abſolutio iuramenti inquantū ipſum ſolum firmat, ſeu ſuſtinet contractum, ita quod ex ea contingere habet reſciſſio contractus: & ſic non fit tranſitus per interuallum de abſolutione ad contractum; non enim aliquid vltra abſolutionem eſt præſtandū ſeu proponendum pro obtinenda reſciſſione contractus, ad quod habilitatio pręire debeat, ita ꝙ prius habilitatio ſit quęrenda, vt ea obtenta, non alias ad contractus diſcuſſionem ſit deueniendū, vt Bal. dicebat; ſed tranſitus fit in inſtanti. Nam ex abſolutione ipſa infertur, & concluditur immediate ad reſciſſionem contractus, vtpote firmati iuramento, à quo abſolutio petita fuit.

Et præterea vlterius deſpiciendo

do, prædicta Baldi doctrina non aduerſatur caſui noſtro, intelligendo, & reſtringendo eam in caſu, de quo loquitur, ſcilicet vbi ſimul cum abſolutione petitur procedi contra creditorem vſurarium, & eumdem ad reſtitutionem vſurarum condemnari. huiuſmodi enim petitionis termini diuerſi ſunt à præmiſſa practica, ſeu formula petitionis, de qua loquimur; & ſic nulla de vna ad aliam argumentatio ſumi poteſt: vulgata. l. Papinianus exuli: ff. de mino. Et vera eſt doctrina Baldi in hoc ſuo caſu: nam & ſi ex abſolutione iuramenti cõcludi poſſit ad reſciſſionem contractus vſurarij, vtpote ſolo iuramento ſuſtentati; non tamen inferri, & cõcludi poteſt immediate ad reſtitutionem vſurarum, ex eo quod poſt Spec. & Imol. per eum citatos conſiderat Feli. in cap. 1. ſub num. 25. poſt medium, ver. ſed contra iſtam, de iureiur. videlicet quia forte debitor eas remiſit & donauit; & ideo ex cognitione præmiſſa ad abſolutionem non conſequitur neceſſario reſtitutionem eſſe faciendam; quia forte remiſit, & donauit, & propterea iurauit non repetere; & ſic verũ eſt quod Bal. Soci. & alij ſupra citati dicebant, non ſequitur amoto impedimento, habere agentem ad reſtitutionem vſurarum ius in eis. ideo ea doctrina in his terminis intellecta non obſtat practicæ, de qua loquimur vbi abſolutione habita non eſt vlterius aliquid à iurante exigendum, quo non ad abſolutionem conſequi habeat, vt ſupra eſt dictum: vt merito ergo iam concludi poſſit, & debeat dictam formulam, ſeu practicam petendi ſimul abſolutionem à iuramento, & contractu coram Iudice Eccleſiaſtico, in caſu præmiſſo recte procedere, & iure obſeruari poſſe, ad ſupradicta.

Et ſiquidem contractus, de quo quæritur, allegatur nullus eſſe ratione materiæ, eo quia dicitur materia contractus eſſe illicita, & mala de ſe, vt in vſuris, prout in his terminis Couar. videtur intelligere, & reſtringere prædictam practicam; & tunc illa & hactenus dicta ſane quidem de plano tranſeunt. nam in his terminis recte quidem † peti poteſt 57
ſimul abſolutio à iuramento, & contractu in caſu præmiſſo, ſcilicet ſuppoſito etiam quod contractus non ſit apparenter talis qualis proponitur & allegatur, ex quo cum abſolutione neceſſario ſimul de iuſtitia, & veritate contractus quærere oportet; cum inde abſolutio ipſa excerpi, & iuſtificari debeat. habent namque connexitatem, & reciprocationem: nam ex vitio, & nullitate contractus infertur ad abſolutionem, quippe quæ aliunde non quęritur nec iuſtificatur: & pariter è contra ex abſolutione concluditur ad reſciſſionem contractus: nam ex plenaria cauſæ cognitione præmiſſa ad abſolutionẽ apparet, & conſequitur contractũ eſſe reſcindendum, ſiue magis nullum declarandum, vtpote qui iam detectus eſt ſolo ipſo iuramento fuiſſe ſuſtentatus, vt ſupra dicebatur.

At

At vbi allegaretur contractus nullus non quidem ratione materiæ illicitæ, vt dictum eſt; cum materia de ſe licita ſit, ſed tamen alia ratione dicitur contractus nullus, vtputa propter legis prohibitionem, quia ſcilicet lex illum prohibeat, non quia ſit illicitus: quod dic, eſt nullus quia prohibitus, non autem prohibitus quia illicitus. Exemplum in alienatione fundi dotalis, vt inſti. quibus alie. li. in prin. cum ibi notatis, & in cap. cum contingat, de iure.
58 & cap. licet, eodem in 6. † Et pone caſum, in quo contractus non ſit apparenter nullus; quia ſit dictum quod mulier ſimul cum marito receperit pretium ad ſui vtilitatem, iuxta l. ita conſtante, & l. fi. cum Gloſ. fi. ibi: ff. de iure dot. & iuxta cautelam Cæpol. 134. incip. omnes. in his terminis, ſi petatur ſimul abſolutio à iuramento, & contractu; quia allegatur contractus nullus, quaſi verum non fuerit pretium receptum fuiſſe in vtilitatem mulieris; ſed vi, dolo, vel metu id ab ea aſſertum eſt: difficultas videri poteſt ineſſe in huiuſmodi practica, ſeu forma petendi ſimul abſolutionem à iuramento, & contractu.

Et difficultatem facit quod in his terminis non videtur quod cum abſolutione ſimul neceſſario de iuſtitia, ſeu veritate contractus diſquiri oporteat, vt paulo ſuperius in alio caſu dicebatur, ex quo abſolutio in hoc caſu non ratione materię contractus, ſed aliunde petitur, & venit concedenda, nempe ex cauſis propoſitis, & allegatis, vtputa vi, dolo, metu, vel ſimili, quæ quidem ſunt aliæ à materia contractus, & non ex ea proueniunt, ex quibus conſequenter iuſtificari poteſt abſolutio abſque eo quod de veritate contractus diſcutiatur; & ſic ex abſolutione non infertur, vel concluditur immediate ad nullitatem contractus. non enim videtur quod ex cognitione præmiſſa ad abſolutionem, apparere vel conſequi habeat contractum eſſe reſcindendum, ſeu nullum declarandum, ex quo abſolutio iuſtificatur ex cauſis non ex vitio materiæ contractus prouenientibus, ſed aliunde; quæ ſubinde non inferunt nullitatem contractus, vt ſupra eſt dictum: nimirum enimuero neque ipſa nullitas cōtractus cauſa ſufficiens eſſet pro abſolutione obtinenda: & ideo ad hoc minime opus eſt de nullitate conſtare, vt dicendum eſt infra in parte quarta in caſu 12. in calce, in ver. quod attinet ad caſum. Quamobrem in terminis huius caſus prædicta practica, ſeu formula petendi ſimul abſolutionē à iuramento, & contractu non videtur quod conueniat, nec procedere debeat, ex quo abſolutio dignoſcitur ſtare poſſe ſeparata à contractu, vt patet ex iam dictis: † ſed quod abſolutio præparatoria ſeu ſolum relaxatio iuramenti obtinenda ſit à Iudice Eccleſiaſtico, ſcilicet ad finem & effectum agendi, vel excipiendi coram Iudice laico aduerſus contractum; & ſic vt iuxta ſupradictam Theoricam Baldi prius habilitetur perſona iurantis, & poſtea 59

ſtea de qualitate contractus tractetur.

Et ſane quidem ita iure obſeruari poſſe iam demonſtratum eſt ſupra in ver. Et ſane quidem, vſq; ad ver. At quemadmodũ: & ex ibidem dictis palam fit eadẽ ipſa ibi, & hic dicta eo facilius in hac facti ſpecie iure obſeruari poſſe.

60 † Sed neque iure quiſquam inficiari poteſt quin prędicta practica, ſeu forma petendi, ſcilicet ſimul abſolutionem à iuramento & contractu coram Iudice Eccleſiaſtico, etiam in terminis præſentis caſus iure obſeruari valeat. Non enim reſtringenda eſt facultas, & iuriſdictio Iudicis Eccleſiaſtici in hoc ad caſum dumtaxat, vbi ſcilicet allegaretur contractus habere vitiũ materiæ, vtputa vſuræ; vt reſtrinxiſſe videtur Couar. ſiue alterũ, puta ſimoniæ, vel ſimilis, cuius cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticum pertineat: quo caſu non poteſt eſſe dubium, cum ex natura materiæ contractus cognitio ſit fori Eccleſiaſtici, vt ipſe Couar. fatetur in lib. 1. variar. reſol c. 4. præalleg. num. 8. Verum procedet eadem practica coram Iudice Eccleſiaſtico, etiam vbi allegaretur contractus ex alio capite nullus eſſe, & inualidus, vt in terminis præſentis caſus, iuxta ſuperius propoſitum exemplum. Nam in his quoque terminis nulla admitti debet ambiguitas, quin Iudex Eccleſiaſticus adiri poſſit ſimul pro abſolutione iuramenti, & reſciſſione contractus; videlicet vt cum abſolutione cognoſcat, & iudicet de nullitate contractus: nam ratione iuramenti, & abſolutionis petitę eſt competens quoad cognitionem contractus, tum quia iuramentũ accumulat ſibi forum: cap. fi. vbi Io. Andr. & alij, de foro compe. in 6. & abunde oſtenſum fuit ſupra etiam in terminis, de quibus loquimur, hac eadem Par. 3. in q. 12. Tum quia ratione connexitatis ſiue incidentię bene cognoſcere, & terminare poteſt etiam in cauſa contractus. Non enim obſtant dicta paulo ſuperius in ver. Et difficultatem. Nam etſi abſolutio petitur in terminis huius caſus non quidem propter vitium materiæ contractus, ſed ex alijs cauſis, puta vi, dolo, vel metu, quæ non ſunt de materia contractus, nec ex ea eliciuntur, & conſequenter eius inualiditatem continuo non inferunt, vel oſtendunt: tamen verum non eſt, quod abſolutio in terminis huius caſus reperiatur ſeparata à contractu, ſuppoſito, vt in dicta petitione ſupponitur, & aſſeritur, eũ detegendũ fore talẽ qualis allegatur, nimirũ quia non petitur ſola abſolutio, ſiue relaxatio iuramenti in quantum non firmat contractum, & ſit ſeparata à contractu, & veluti præparatoria per viam habilitationis, ſcilicet vt ex ea aperiatur via ad reſcindendum contractũ; ſed petitur abſolutio à iuramento tamquam firmante, ſeu ſuſtentante contractum; ex qua ſubinde contingere habet reſciſſio contractus vt firmati iuramento. Et neceſſario in diſcuſſione atque cognitione cauſarum pro abſolutione cognoſcendum

eſt de iuſtitia, ſiue veritate contractus, an ſcilicet mulier iuxta exemplum propoſitum pretium receperit, vel vi, dolo, vel metu id aſſeruerit, & contractum obſeruare, & non contrauenire iurauerit: & plenaria huiuſmodi cognitione præmiſſa, ac conſtito de ipſis cauſis, ſcilicet vi, dolo, vel metu, ad abſolutionem neceſſario conſequitur contractum eſſe reſcindendum, ſeu nullum declarandum: inſti. quibus al. li. in prin. & in cap. cum contingat, de iureiur. id quod Iudex ipſe Eccleſiaſticus ratione connexitatis ſiue incidentiæ, vt eſt dictum,
61 bene exequi poteſt. † his enim de cauſis Iudex Eccleſiaſticus iure cognoſcit de cauſa temporali laicorum, vt not. Abb. in c. de prudentia, in primo notab. per tot. de diuor. & in cap. tuam, ſub nu. 9. ver. Vnde poteſt: de ord. cogn.
62 † vbi hoc extendit in tantum, vt cognoſcere poſſit incidenter de huiuſmodi cauſa fori ſecularis, etiam quod illa neceſſario ſiue proprie non ſit connexa, ſeu non poſſit accedere, & incidenter venire ad cauſam ſui fori Eccleſiaſtici: vt in exemplo; de quo, ibi per eum.

Et ex his patet ſimiliter, quod nihil habebit obſtare prædicta doctrina Bal. quominus huiuſmodi practica ſimul petendi abſolutionem à iuramento, & contractu coram Iudice Eccleſiaſtico etiam in terminis præſentis caſus iure obſeruari poſſit, intelligendo ſcilicet, vt in præcedenti proximo caſu dicebatur, quod iurans nihil aliud agit, niſi vt per abſolutionem ſimul à totali obligatione liberetur: & præſtita abſolutione nihil ex eius parte exigitur propoſita actione: quippe reſciſſio ipſa contractus ad abſolutionem conſequitur: ad ſupradicta.

Numquid autem ſi iurans vltra abſolutionem iuramenti agere velit aut debeat ad aliquid cõſequendum, quod ratione iuramenti dederat ei, cum quo contraxit, vti poſſit eadem ipſa practica, ſcilicet vt eodem libello abſolutionem à iuramento petere, & actionem, quam intendit, in iudicium deducere poſſit; non eſt præſentis inſpectionis. Dicetur infra in peculiari loco qualiter petenda ſit abſolutio in quęſt. 18.

Et ex prædictis ergo conſequẽter quantum ad præmiſſam Concluſionem, † quoad citationem 63
Partis, & cauſæ cognitionem, patet quod illa multo magis locum habere debet in terminis præmiſſi ſecundi caſus, vbi dicitur contractus nullus, qui tamen non apparet; & coram Iudice Eccleſiaſtico ſimul petitur abſolutio à iuramento, & contractu, iuxta prædictam practicam; cum ſimplex, & totalis abſolutio dari debeat, & negocium quoque principale cum ea ſimul definiri habeat. Vnde abſque dubio citatio partis neceſſaria eſt, per dicta ſupra in prin. Concluſionis.

Et in hac materia pro complemento præmiſſę Concluſionis circa citationem Partis pro regula tradi poteſt, † Quod vbicumque 64
danda eſt abſolutio à iuramento adiecto obligationi de ſe inualidę,

dę, illa dari non debet ſine citatione partis: ita hanc regulam firmat Crauet. in conſ. 7. pluries allegat. num. 7. quaſi in fine, verſi. & profecto, lib. 1. & Feli. in cap. 1. quæſt. 4. limit. 1. num. 14. in prin. ibi, vel à iuramento validante: de iureiur.

65 † Amplianda eſt modo prędicta Concluſio, & regula mox ex Crau. & Felino conſtituta quoad citationem Partis, & cauſæ cognitionem in abſolutione iuramenti adhibendam, vt procedant non ſolum in prędictis terminis, in quibus ſcilicet dictum eſt contingere reſciſſionem contractus, & obligationem ex toto tolli per abſolutionem iuramenti, videlicet in caſibus, in quibus iuramentum eſt validatorium contractus ita quod ſine iuramento non valuiſſet, vt in d. concluſione per totam, & maxime in prin. & ſuperius paulo poſt prin. quęſtionis in ver. cum primis, & ſeq. Sed etiam vbicumque eſſemus extra prędictos terminos; & danda eſt ſimplex, & totalis abſolutio à iuramento, etiam, inquam, quod iuramentum non eſſet validatoriũ contractus, ſed adiectum eſſet obligationi, ſeu contractui, qui de ſe alio iure ſuſtentaretur, & valeret: quoniam licet in his terminis ex abſolutione iuramenti non contingat eo ipſo reſciſſio contractus, & non tollatur ex toto obligatio; tamen quantum ad ſe apta eſt ex toto tollere obligationem; ad ſupradicta. Item cum perimat vinculum iuramenti, & obligationem ex ipſo contractã, ac proinde hoc reſpectu inferat graue, & irreparabile præiudiciũ, ſitque diffinitiua quantum ad iuramentum, & eius obligationẽ: merito cauſę cognitio, ac ſubinde citatio partis requiritur. † quoniã 66 inaudita parte nihil eſt definiendum in eius pręiudicium. cap. 1. de ca. poſ. l. de vnoquoque: ff. de re iudi. cap. caueant, & cap. omnia. 3. q. 9. & de maio. & ob. cap. inter quatuor. & l. fi. C. ſi per vim vel alio mo.

Et ita, per hæc iura in effectu hanc ampliationem ſentit, & firmat Abb. in cap. 1. ſępe alleg. nu. 13. ver. His autem ſic, de iure. Et pro iſta ampliatione, quod quotieſcumq; contingit fieri ſimplicem, & plenam diſpẽſationem, ſeu abſolutionem ſuper iuramento, requiratur vocatio partis, & cauſæ cognitio, habes duas deciſ. Guid. Pap. ſcilicet 140. & 225. vbi etiam dicit quod requiritur Decretum Iudicis, dicendo puta decernimus eum idoneum ad tale quid, vel ſimile. Pręiudicium autem partis in abſolutione iuramenti conſpicuum eſt ex eo, † quia intereſt Partis habere partem vinculatam iuramento, vt dicit Abb. in d. loco: † Idque ipſe 67 68 deducit ex multis effectibus quos operatur iuramentum, & ſpeciatim ſaltem ex eo, quia accumulat forum foro: vt in cap. fi. de foro compe. in 6. vbi Ioan. Andr. & alij: facit l. cum pater. §. filius matrem: ff. de leg. 2. & quod ibi not. vt per Abb. vbi ſup.

Concluſio Secunda.

SEcunda Concluſio erit, iuxta
ſecundum membrum illius
diſtinctionis, quam habet poſte-
rior illa opinio, de qua ſupra
paulo poſt prin. quæſtionis, in ver.
Altera eſt opinio, videlicet in
relaxatione iuramenti, ſeu abſo-
lutione præparatoria; quæ datur
per viam habilitationis, per quã
ſcilicet ſolum habilitatur perſo-
na iurantis, vt in trepidè abſque
periurij periculo poſſit agere, vel
excipere contra iuratum contra-
ctum, vel petere quę ratione il-
lius tradidit; & ſic ſolum ad effe-
ctum, vt dicunt, agendi, vel exci-
69 piendi: † & in huiuſmodi abſolu-
tionis modo Concluſio erit ne-
gatiua, videlicet citationem Par
tis non eſſe neceſſariam. Quam-
uis enim non defuerint, vt pręmi-
ſi, qui cenſuerint in hac quoque
ſpecie aduerſæ Partis, cuius in-
tereſt, citationem requiri: inua-
luit tamen, vt prędixi, contraria
opinio ea ratione, quia nullum
vel modicum præiudicium affer-
tur aduerſario in hac abſolutio-
ne expedienda; eo quia tractatur
dumtaxat de habilitando iuran-
tem, vt poſſit venire ad iudicium
& de excludendo periurium ſo-
lum quo ad hoc ab ipſo impe-
trante.

70 † Vnde eſt actus quaſi pęniten-
tialis, vt eum vocat Abb. qui po-
teſt exerceri Parte non vocata;
ita pro hac parte allegabat Abb.
in d.cap.1. ſub num.10. ver. Sed
reſpectu principalis, & conſ. 12.
præalleg. num. 6. lib. 1. Et ideo
merito non requiritur plena cau-
ſæ cognitio cum partium amba-
rum interuentu, & allegatione;
ſed talis ex qua Iudex informe-
tur eo vſque, vt adduci valeat ad
eam concedendam, ad latius di-
cta ſupra q.3. † Ideoque iureme- 71
rito in huiuſmodi probationibus
quæ fiunt ad informationem Iu-
dicis, nullius citatio requiritur;
vt vult Bal. in l. certum, col. 2.
ver. item oppono. C. vnde cogna.
idem in l. non dubium, vbi etiam
clarius, col. 6. ver. iuxta hoc. C.
de legib. & ante illum Inn. in cap.
dudum. col. 1. in fi. ver. item licet,
de præſump. huiuſmodi enim ab-
ſolutio non facit vt, & ſi ad illam
non citatur Pars, non ſit poſtmo-
dum citanda in probationibus
fiendis plene ſuper allegatis; quia
immo tunc citanda erit, ex quo
tunc negocium eſt definiendum:
vt per Caſtren. in alleg. conſ. 159.
col. 3. ver. Sed remanet dubium:
allegat ad hoc quæ habentur in
ſimili in cap. licet Epiſcopus, de
præb. lib. 6. † & ſimile quod eſt in 72
bonorum poſſeſſione; nam illæ
quæ Ius non faciunt, & graue pręiudicium
non afferunt, concedun-
tur ſummarie, & de plano, parte
etiam non vocata: ſecus in his,
quæ Ius tribuunt, & pręiudicium
afferunt, vt plene not. in l. 3. §. ſi
cauſa cognita: ff. de bon. poſſ. Im-
mo plus vult ibi Gloſ. nempe quod
etiam in his, quæ tribuunt Ius, nõ
ſit aliquis vocandus, & quod den-
tur nõ in figura iudicij ea ratione
quia non læditur Ius alterius per
ipſam agnitionem; quoniam ſi
apparuerit eum, qui bon. poſ. pe-

tijt,

tijs ſeu agnouit non potuiſſe eam petere, non obeſt, vt not. in illa. l. 3. in §. bonorum, ver. Ius. & per Bar. ibi. §. ſi cauſa, num. 4. Idem voluit Bal. in l. fi. vbi etiam Alex. C. qui admit. Qui plus etiã dicunt, videlicet etiam quod contradictor ſe opponat, agnitio nihilominus fieri poſſit eo non vocato, & abſque alia cognitione per rationem; quia non læditur per eam Ius aduerſarij, ſed ſaluũ ſibi reſeruatur cum poſtea intentabitur ab ipſo agnoſcente interdictum quorum bonorum, vel petitio hæreditatis citatis illis, de quorum prǽiudicio tractabitur: tunc enim fient plenę probationes, & plene diſcutietur de iuribus partium, iuxta l. 1. C. quor. bonor. quod etiam ſentit Bar. in d. l. 3. §. ſi cauſa, num. 7. 8. quę apprime conferunt præſertim in ratione prędicta, qua nituntur, ad propoſitum, vt in hac, de qua agimus, abſolutione non ſit citanda Pars, quia non læditur Ius ipſius.

Neque obſtat, quod intereſt Partis iuramentum non relaxari,
73 † quia ſic euitaret moleſtiam Iudicij: item ob præiudicium, quod ſentit ob moram Iudicij, & dilatam ſolutionem; vnde tardius recipiendo minus recipere videtur cap. 1. de plus peti. Item nec in modico permiſſum eſt Iudici offendere Partem per ſententiam ſuam, vt contra hanc partem allegabat Feli. in d. cap. 1. q. 4. ver. contrarium latiſſime. Nam his & ſimilibus rationibus vnico verbo reſpondetur, nempe quod dictum intereſſe, & dependentes ex eo allegatæ rationes non ſunt conſiderabiles, ex quo talis læſio, & tale intereſſe, ſi quod eſt, reparabile eſt; & ideo eo facilius procedere debet in hoc caſu vulgatum illud dictum, † modicum non eſt 74
curandum, vt in l. ſcio ff. de in integ. reſt. vbi gloſ. cum multis alijs iuribus, & auctoritatibus cumulatis ab Io. Berta. in ſuo reperto. ver. modicum, num. 1. 5.

Et licet ſit brocardicum dictũ, & pro contrario multa allegat idem Bert. illudque late diſcutit Deci. in cap. de appellationibus, de appella. firmans regulam pro dicto affirmatiuo: tamen in caſu noſtro eſt verum dictum negatiuum ſupra poſitum; quia non eſt eadem ratio in modico æque ac in magno præiudicio, ſeu in modica ac in magna læſione, & non eſt idem vnius atque alterius effectus: ita Abb. in d. cap. de appellationibus, num. 3. per tex. ad hoc valde elegantem in cap. & ſi quęſtiones, de ſimo. & ſequitur idem Deci. ibi num. 32. ver. Secunda Concluſio: † vbi dicit, quod 75
dictum contrarium affirmatiuum procedit quando in minimo proportionabiliter eadem ratio eſt, quæ in magno vt in d. cap. de appellationibus: ſecus vbi ratio diſpoſitionis ceſſaret; quia tunc non inſpicitur minimum; ſed tunc parum, & nihil ęquiparantur, inferens ibi ad multa.

Porro in caſu huiuſmodi abſolutionis, ex quo nec in magno, nec in minimo quid deperit Parti, nihilque per eam eius Iuri detrahitur; merito non adeſt ratio illa pręiudicij proportionabiliter

ter

ter:cum immo reuera nullum adeſſe,
76 videatur pręiudicium: † & ſi quod pręiudicium conſiderari poſſet ex rationibus ſupra ex Felino relatis, non habet rationem, & effectum veri pręiudicij, tum quia non perimit nec tangit Ius Partis; tum quia eſt reparabile; & ſic non militat ratio, & diſpoſitio d. cap. de appellationibus, vbi ius aufertur in cauſa minima ſicut in cauſa magna proportionabiliter, & præiudicium affertur per ſententiam in cauſa minima, ſicut in cauſa magna proportionabiliter: ſed in caſu huiuſmodi abſolutionis habet locum ratio, & diſpoſitio d. cap. & ſi quæſtiones, vt non ſit idem cenſendum de minimo ſicut de magno: nec
77 ſint eiuſdem effectus. † Enimuero iſthęc abſolutio, ſeu iuramenti relaxatio eſt multum iuſtificata; quia habet in ſe hanc tacitam conditionem, ſcilicet ſi vera ſunt quę narrantur, ſeu ſi verę ſunt cauſę allegatę, atque ſubinde modicum, vel nullum pręiudiciũ alteri contingit; ſi quidem ea virtus, quæ contraxit ex iuramento acceſſit, ſalua, & inuiolata manet interim, etiam pręſtita tali relaxatione; ideoque ſi cauſæ veræ non apparebunt, & Pars ipſa aduerſa probabit de bono iure ſuo, ligatus remanebit iuramento, & ſubinde periurus is, qui relaxationem habuit, ſi interim lapſus ſit terminus obligationi adiectus vt pluries ſupra dictum fuit. Accedit quod probationes factę in iſto Iudicio relaxationis pro illa obtinenda nihil pollent, & nihil releuant iurantem reſpectu Iudicij plenarij ſuper negocio habendi; quia ſunt iterato faciendę, vt dictum eſt ſupra in hac Par. in queſt. 11. Quamobrem non debet nec poteſt huiuſmodi relaxatio ab aduerſa parte impediri, ex quo illa ex cauſa petitur, alias eſſet in eius poteſtate † beneficium 78
iuris alteri conceſſum auferre, contra c. indultum, de reg. iur. in 6. de iure enim conceditur huiuſmodi abſolutio exiſtente cauſa, cap. ſi vero, & c. verum, de iureiuran. cum ſimil. Quamobrem nec eiuſdem Partis citatio neceſſaria eſt; † quia ille citandus eſt, 79
qui comparendo poteſt actum impedire, alias ſecus. l. recuſare, in prin. ff. ad treb. Anto. Gab. plene in commu. concl. tit. de citat. concl. 1. limi. 16. Nam ſi inuita parte relaxatio concedenda foret, arg. d. cap. indultum, iuncto d. cap. ſi vero, cum ſimil. † fortius 80
ea abſente, & non citata: l. qui poteſt inuitis: ff. de reg. iur. l. 4. §. 2. ff. de fideicommiſ. lib. & conſulit Caſtr. d. conſ. 259. & per Bar. in l. 3. §. ſi cauſa, num. 7. in fi. ff. de bon. poſ.

† Adde prædictis quod non eſt 81
admodum in iure conſiderabile præiudicium, quod alioqui reparabile eſt; vt in ſimili videmus in præiudicio, quod per interloquutoriam infertur, † cuius reſpectu 82
nullatenus conceditur appellatio vbi per diffinitiuam illud reparabile eſt: quod vtroque iure cautũ eſt, vt de Cæſareo patet. C. quor. appell. non reci. l. ante ſententiã; & ff. de appel. reci. l. 2. & 3. vbi ſcribentes, præſertim Bar. Et de iure Pontificio notat Veſtr. in ſua Praxi

Praxi Rom.Cur.lib.7.cap.3.num. 2. & 3. & nouiſſime Concilio Trid.cautum eſt Seſſ.24.de refor. cap.20.

83 † Sufficit ergo quod citetur Pars cum ſuper allegatis probationes plene recipientur in Iudicio ordinario ſuper negocio principali, vbi ſcilicet de eius præiudicio tractabitur, vt concludit Caſtr. vbi ſupra.

Et hanc partem vltra ſupra citatos, qui de communi eius obſeruantia & ſtylo teſtati ſunt, ſequutus eſt Couar. poſt alios à ſe citatos ſimiliter de cōmuni opin. ac practica atteſtans in d. lib. 1. var. reſol.cap.4. num.6.ver. tota igitur; addens eam eſſe magis Praxi conuenientem. Et pro ea plures allegat D. Anto. Gab. in præalleg. tit.de cita.d. concluſ.1. in limi.2.in eius ampliat. 14. nu. 95. Vbi aperte innuit quod hi, qui pro contraria parte allegantur, intelligunt de abſolutione to tali, & ſimplici, non de hac ad effectum agendi.

Porro autem ſtante prædicto ſtylo, ſeu conſuetudine, de qua Doctores prædicti teſtati ſunt, nullum ſcrupulum patietur opinio hæc negatiua, quod citatio non

84 requiratur, † cum ſtylus ſiue cōſuetudo derogare poſſit ſolemnitati citationis, vt in terminis cōcludit Hiero. Gigas in Addi. ad Deci. in cap.qua fronte, num.21. lit.A, de appel. quod ſine difficultate procedere habet in terminis noſtris, vbi ſcilicet non concurrit præiudicium, vel ſaltem graue, & irreparabile, ſed modicum, & reparabile, ad ſupradicta: per ea quę tradit idem Gabr.d. tit. de citatio. d.concl.1.limi.17. † Nam 85

generaliter verum eſt quod vbi agitur de modico pręiudicio non requiritur citatio partis: idem Gabr.d. tit.de cita.limi. 51. in eius ampliatione, num.407. & limit.53.

† Reperitur tamen alicubi cōtrarius ſtylus pro contraria opinione affirmatiua, quod requiratur citatio etiam in huiuſmodi pręparatoria abſolutione, prout illum reperiri in Curia Epiſcopali Caietę teſtatur D.Anto. Gagl. in ſępe allegato opuſculo de abſol. à iuram. §. 1. vbi dicit quod etiam ſtatuto Epiſcopali cautum eſt, vt huiuſmodi abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi nō detur ſine citatione Partis, & ꝙ illius curiæ practica eſt, vt dentur Articuli, & interrogatoria: iuratur de calumnia, & proceditur, prout alias mos eſt Iudiciorum: & dicit ſibi placere illius Curiæ obſeruantiam ex rationibus quas adducit: Tamen ipſe quoque teſtatur de communi opinione, ac ſtylo in contrarium. 86

† Placet tamen conſilium vbi viget communis ſtylus, & practica vt non citetur Pars, vt Epiſcopi ſiue eorum officiales non ſint valde prompti, & feſtini in danda nimis ex abrupto relaxatione iuramenti, ſeu abſolutione hac ad effectum, vt vocant, agendi vel excipiendi, Parte non vocata, & inaudita: memores eius, quod dicit Inno. in cap. ad aures, de his quę vi met. ca. Caueat Epiſcopus quantumcumque poteſt, vt directe non veniat contra iuramen- 87

ramentum, ſcilicet vt ſi quis iurauit ſoluere vſuras, ſoluat, ſed poſtea repetat: cap. debitores, cap.
88 ad noſtram: de iureiur. † Subdes quouſque Epiſcopus prouidere poteſt commode, non veniat ad abſolutionem à iuramento: non tamen vetat quin eam dare poſſit. Sed nos ex huiuſmodi Innoc. Doctrina ac monito admonemur caute incedendum fore in iuramenti relaxatione, & non ſtatim dandam eſſe, parte inaudita. Tum item propter auctoritatem tenentium citationem requiri; & præſertim Federici de Sen. in conſ. 300. pluries ſupra allegato, vbi ſentit in huiuſmodi abſolutione requiri cauſæ cognitionem, & ſemiplenam ſaltem probationem, & per conſequens partis citationem: & loquitur in huiuſmodi abſolutione præparatoria, quæ datur per viam habilitationis ad effectum agendi vel excipiendi: vt illum intelligit, & citat Feli. in cap. 1. num. 25. ver. Contrarium latiſſime: de iureiur. & dictum eſt ſupra latius. quæſt. 3. ver. quo vero.

89 † Cuius Federici dicta, & auctoritas magni fiunt, & multum allegantur à Panor. Felino, & alijs in hac materia abſolutionis à iuramento in d. cap. 1. in cap. debitores, in cap. cum contingat: de iureiur. & alibi: Tum quia ipſe quoque Feli. in loco mox citato admonet tutius eſſe hanc iuramẽti relaxationem cũ aduerſæ partis citatione concedi. † Id quod obſeruare ſaltem debebit Iudex
90 à prædicto communi ſtylo recedendo, vbi ſcrupulos habet in animo eam haud iuſte fore concedẽdam. † Non enim verum eſt, quod 91 Epiſcopus vbi eſt materia, ſeu caſus dubius non poſſit diſpenſare ſuper iuramento, ſed quod ad Papam tunc pertineat diſpenſatio; quia immo verius eſt quod poteſt etiam Epiſcopus, vt dictum eſt in prima par. q. 3. Et ita habet communis obſeruantia, quod Epiſcopi quotidie diſpenſant indiſtincte ſuper iuramento. Et tolerantur tales diſpenſationes in vtroque foro, ſcilicet ſpirituali, & temporali, vt de hoc eſt Decif. Grationopolita. Guid. Pap. 140. in fine.

† Vel ſaltem in tali caſu Iudex 92 non ſit feſtinus, & præceps adeo quin bene informet ſe de cauſis allegatis diſpiciendo inſtrumentum à cuius iuramento abſolutio petitur, vt admonet Soci. conſ. 59. lib. 2. & iuxta plenius dicta ſupra q. 3. attendendo ad ea quæ tradita ſunt ibi in ſequentibus quæſtionibus, in quibus oſtenſum eſt, quando & quibus concurrentibus danda ſit huiuſmodi relaxatio à iuramento, & quando non. Et vti poſſent bona cautela vbi ſuſpicarentur abſolutionem per calumniam, & malitiam poſtulari, videlicet deferendo petenti iuramentum malitiæ iuxta tex. in cap. 2. in fi. de iuram. cal. in 6. & ex his quæ de illo tradit Spec. eo. ti. §. 1. ſub num. 9. & quæ ibi not. Ioan. Andr. in addi. ad illum: in addi. quæ incipit; Inquantum de fictione. Teſtis ſum ego quod cum quandoque voluerim vti hac cautela retraxi nonnullos à cauillosa, & malitioſa petitione abſol.

Circa

93 † Circa ſtylum & obſeruantiam Rom. Curiæ, nonnulla ſpeciatim refert Dom. Ioan. Bapt. Marcheſ. in ſæpe alleg. tract. de commiſ. Par. 1. comm. 1. cap. 4. num. 15. & ſeq. Et primo de ſignatura S. D. N. dicit obſeruari, quod quando proponitur aliqua commiſſio relaxationis iuramẽti, ſemper Pars citatur, inquiens ita ſe vidiſſe continue obſeruari à RR. PP. Cor referendarijs ſuis antiquioribus, & ſemper obſeruatum fuiſſe.

Et quod per Breue non conceditur, niſi Parte citata: quod dixiſſe ait Gomes. in tract. Breuiũ, num. 46. quod tamen ipſe non videtur approbare. Item dicit ꝙ per ſignaturam iuſtitiæ raro conceduntur huiuſmodi commiſſiones relaxationis iuramenti, & quando dantur apponitur ſemper clauſula, prout de iure.

Circa obſeruantiam Rotæ eſt Deciſ. eiuſdem Ro. tit. de iureiur. Deciſ. 8. in antiq. & aliquid per eundem D. March. vbi ſupra.

Concluſio Tertia.

94 Tertia Concluſio eſt, † vbi conſtat, quod ex iuramento, à quo abſolutio petitur, nemini acquiſita eſt actio vel Ius aliquod, eo caſu conſequenter dari poſſet, nedum relaxatio, ſed plena abſolutio iuramenti nemine citato: prout hanc Concluſionem firmat Fel. in d. cap. 1. vbi ponit eam pro tertia limitatione illius quartę quæſtionis, ex Card. conſ. 37. incipit, quidam habens vnum filium. Et ratio huius Concluſionis eſt ea, quæ conſiderabatur in precedenti ſecunda Concluſione in abſolutione ad effectum agendi, ſeu in relaxatione iuramenti, ſcilicet quia per eam non affertur præiudicium. † Nam citatio ad 95 hoc ſolum ordinatur, videlicet vt euitetur alterius preiudicium, vt dicit Card. in allegato conſ. & refert Fel. vbi ſupra: ergo non requiritur vbi non concurrit prę iudicium. At in caſu huius Concluſionis, vbi nemini competit actio vel aliquod Ius ex iuramento, minus conſiderari poteſt ratio prĕiudicij alicuius; ergo nec citationis habenda eſt ratio.

Et ne Concluſio careat exemplo, † pone caſum vt exemplificat 96 Fel. ex Card. vbi ſupra, videlicet vbi præſtitum fuit iuramentum alicui perſonæ priuatæ perſonaliter; quia ſcilicet iuratum fuit ſibi ſoli, non autem ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & defunctus eſt ipſe priuatus, qui taliter iuramentum recepit: hoc caſu abſolui poteſt iurans abſque citatione alicuius ex ſucceſſoribus illius defuncti; in eiuſmodi enim iuramenti abſolutione nullius ipſorum præiudicij ratio conſiderari poteſt; quia nihil pertinet ad eos de illo iuramento; † quippe quod ad illos nõ 97 extenditur, cum pro eis quoque receptum non fuerit: ad tradita per Doct. in cap. veritatis, vbi plene Abb. de iureiuran. Aliquid per Anto. Gab. in ſuis Concl. tit. de iureiur. concl. 6. Ampl. 3. num. 7. Vnde ex hoc inferunt, † quod 98 hæres creditoris, cui iuratum fuit, non poteſt accuſare debitorem, qui iurauit, de periurio;

Deciſ. Neap. 75. circa fi. in nouis: & per Affli. ſuper conſti. tit. de periurijs, num. 6. refert idem Gabr. in d. loco, ver. tenendo primam.

Porro, vt pluſculum Concluſionem extendamus, conſulto caſus eius poſitus eſt in priuato reci-
99 piente iuramentum; † quia ſecus eſſet in prælato, puta, vel alio quouis in dignitate conſtituto reſpectu ſuorum ſucceſſorum in illa dignitate; quia iuramentum ad tales ſucceſſores extenderetur, etiam quod de eis mentio facta non eſſet in iuramento: cuius tamen rei Theoricam diſtinctiorem, & ampliorem habebis penes Abb. & Doctores in d. cap. veritatis.

Concluſio Quarta.

100 Quarta ſit Concluſio † in caſu vbi debitor vocando creditorem incideret in periurium, vt puta quia taliter iurauit, quod vocare poſtmodum eum non poſſet, quin incideret in periurium: qui caſus contingeret vbi debitor iuraſſet creditorem in iudicium non vocare, & etiam non denunciare, & modo vult eum in Ius vocare, vel denunciare. quem caſum ponit Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in rub. de iureiur. in fine. Nā hoc caſu ſatis videretur quod abſolutio iuramenti, parte non vocata, fieri poſſet: alias ab ipſo principio eam vocare ante relaxationem eſſet contra iuramentum: ita hanc concluſionem firmat Ioan. Andr. in d. loco: Et pro ratione ſubdit quod procedit hoc maxime, quia iuri partis nihil detrahit: datur exemplum de liberto, qui petit à prætore licentiam vocandi patronum in Ius, quia non requiritur citatio: l. quique: ff. de in Ius voc. ſecundū ipſum.

Verum hęc Ioan. Andr. Concluſio non placet Abbati Panor. qui eam reprobat in cap. 1. ſub num. 10. circa finem, ver. Quid dicendum, de iureiur. Et mouetur ex eo, quia illud Aſſumptum Ioannis And. quatenus dixit, quod ſi quis iurauit non vocare aduerſarium, nec denunciare, non poterit eum denunciare, vel vocare ſine periurio, eſt falſum ſecundum ipſum quantum ad denunciationē: † cum nullum iuramentum poſſit 101
ligare ad non denunciandum cum ſit contra præceptum Euangelicum, ſi peccauerit in te frater tuus, &c. quod ipſe declarauit latius in illo cap. 1. ſub num. 8. in ſecundo remedio ſecundi caſus primi membri, in ver. Secundum remedium; & ſic ergo inferre videtur Abb. quod ex iſto aſſumpto non conſequitur, quod fieri poſſit abſolutio abſente parte, vt inferebat Ioan. And. quia immo competit remedium denunciationis, etiam quod iuraſſet non denunciare: quia quoad illam iuramentum non obſtat, vt eſt dictum: & ſic ex hoc remedio denunciationis Iudex obuiare poterit peccato creditoris, ne adſtringat indebite debitorem, iuxta cap. tuas, de vſuris, & ſecundum quod declarat idem Abb. in loco mox citato, abſque eo quod cogamur dicere

cere fieri poſſe, vel debere abſolutionem abſente parte.

Sed ſi hoc ſentit Abb. dicere poſſes, ſaluando prædictam Concluſionem, quod immo ex eo, quia iuramentum non ligat quoad denunciationem, & ſubinde illa ſupplere poteſt pro abſolutione; ex inde magis ſequitur veram eſſe eandem Ioannis And. Concluſionem, quod ſcilicet in premiſſo caſu, ſi illa detur, non requiratur citatio partis: nam ex hoc ipſo quod dicit Abb. apparet parui, vel nihil intereſſe partis, vt vocetur in abſolutione, ex quo iurans eam, ac ſubinde inſimul vocationem partis euitare poteſt alia via vtendo, ſcilicet denunciationis.

Et ex hoc patet, quod parum firma eſt illa ratio præiudicij, quam ipſe Abb. conſiderabat, ſi daretur abſolutio parte non vocata: etenim ſecundũ eum abſolutio eſt præiudicialis parti in eo quod ſine ea non poterat in Iudicio moleſtari per aduerſariũ: ideo vocari debet ante abſolutionem, vt ſuum Ius defendat: c. 1. de cau. poſ. & proprie. per quã rationem ipſe Abb. refutabat alterum illud aſſumptum Io. Andr. quatenus dicebat per abſolutionem in caſu prędictæ Concluſionis non detrahi Iuri partis, & propterea eam dari poſſe ipſa non citata: quia immo præiudicatur ſecundum Abb. & hac ratione requiritur citatio ſecundũ eum. Nam hæc ratio, inquam, præiudicij parum obſtat: tum quia parum prçiudicium conſiderari poteſt in ipſa abſolutione, ex quo ſine illa debitori conſultũ eſſe poteſt, vt eſt dictum paulo ſuperius: tum quia immo alio etiã reſpectu verum eſt aſſumptum Io. Andr. quod per abſolutionem ab iſto iuramento non præiudicatur multum creditori; nempe quia nihil Iuri ſuo detrahitur, cũ iſtud iuramentum, & item abſolutio ab illo non tangant negocium ipſum, in quo ſcilicet Ius partis cõſiſtit: ac proinde, ſi quod præiudicium eſſet, illud eſſet modicum, & reparabile, & non conſiderabile, ad dicta ſupra eadem q. concl. 2. poſt medium, ver. Adde prædictis: tum quia ſi quod eſſet prçiudicium, id Pars ſibi ipſi imputare debet; quia ex parte ſua illud contingit; quia noluit ad Iudicium vocari, vt hanc rationem conſiderat And. Barba. in Addi. ad Abb. in prçalleg. capit. 1. ſub d. num. 10. verſus finem, in ver. poterit abſolui, de iureiur. † Tum quia in odium creditoris 102
recipientis tale iuramentum cõtingit, vt eo non citato, debitor poſſit abſolui, vt ſimiliter conſiderat Barba. in d. loco: arg. c. ex tenore: de reſcript. & ad hoc faciunt quæ inferius dicuntur in Ampliat.

Et ſic ex his ſatis remanet defenſata prędicta doctrina Io. An. atque concluſio ex eo conſtituta, vt in præmiſſo caſu omitti poſſit, & debeat citatio in abſolutione prædicti iuramenti, ne debitor eam faciendo venire habeat contra ſuum iuramentum; & ſubinde fieri periurus.

Quam Concluſionem vna cum ipſo Io. And. tenuit Imol. in d. c. 1.

quem ibi refert & ſequitur Feli. ſub num. 14. prope finem, ver. ſed in quantum: de iureiur. per di-
103 ctam conſiderationem, † quod per abſolutionem ab iſto iuramento de non vocando in Ius nihil deperit de iure partis, ex quo vocanda eſt poſtmodum vbi de negocio quod Ius ſuum concernit, erit agendum: vel etiam in abſolutione ab alio vel alijs iuramentis, ſi quę præſtita ſunt ad negocium, ſeu contractum ſpectantia: cum tot ſint neceſſariæ petitiones & abſolutiones, quot ſunt iuramenta: vt per Bal. in repe. l. 2. col. 29. ver. quoad primam: ff. de iureiu. & alias ſupra eſt dictum.

Et hæc Concluſio intelligenda, ampliandaque eſt, vt procedat pariformiter in alijs ſimilibus
104 iuramentis, † vtputa in iuramento prȩſtito de non petendo abſolutionem ab alio iuramento præſtito ſuper contractu; prout in abſolutione huiuſmodi quoque iuramenti eandem doctrinam, & concl. Io. And. procedere tenuit Imol. & poſt eum Feli. in d. cap. 1. vbi ſupra citatus.

De quo ſpecialem quęſt. formauit idem Feli. in c. debitores, in 3. q. num. 9. eo. tit. de iureiur. vbi prædictam conclu. in abſolutione iſtiuſmodi quoque iuraméti tenet, & confirmat tribus præcipue rationibus. Prima ratio eſt;
105 † quia talia iuramenta inducunt creditores ad delinquendum, vt ſcilicet hac cautela debitores deceptos teneant illaqueatos, ne ad iuſtitiam confugere poſſint: ergo relaxanda ſunt huiuſmodi iuraméta. l. ſi vnus. §. illud: ff. de pact. Secunda ratio, quia ex parte creditoris verſatur turpitudo; ergo ſibi non quȩritur Ius ex tali ſacramento: l. fi. ff. de actionib. & oblig. Et per has & alias rationes inquit hanc partem firmaſſe Bal. in repet. l. 2. in quęſt. quam de hoc articulo formauit, col. 29. ver. quo ad primam: ff. de iureiur. Tertio mouetur Fel. ex doctrina Richar. in 4. ſent. diſt. 34. quem ſequitur Aſteſanus in ſua ſumma lib. 10. q. 20. arti. 11. † vbi dicunt non va- 106
lere votum de non petendo diſpenſationem à Papa ſuper certo voto; & rationes per eos allegatæ concludunt in propoſito, vt non valeat iuramentum de non petendo abſolutionem à iuramento: quod ſentire videtur Nau. in ſua relectione c. accepta, in ſolut. oppoſ. ſextæ, num. 10. de reſt. ſpol. poſt Fel. in c. præterea, il primo, num. 19. de ſponſal. & in c. 1. num. 14. in fi. de iureiur. Ipſe tamen Fel. vbi ſup. citatus in d. c. debitores, videtur præſupponere, quod valeat, ſed quod poſſit obtineri abſolutio etiam ſine citatione partis per dictas rationes, quæ concludunt eam non eſſe neceſſariam; quia tale iuramentum, poſito quod valeat; tamen omnino eſt relax. quicquid ſentiat pract. Pap. in for. iuram. quod prȩſta. Glo. iuram. veritatis, in fine, cui contradicit Addit. ſua ibi in ver. iuramentum. lit. A. & quicquid item conſuluerit Rom. conſ. 326. in præſenti conſultatione: cui contradicit Hor. Mandoſ. ibi in addit. contra eum quamplurimos alios allegans pro mea Concluſione in 1. & 2. Addit. Circa quam

Amplia-

Ampliationem, ſcilicet de huiuſmodi iuramento de non petendo abſolutionem, ſpecialis caſus cõſtituendus erit inf. in Par. 4. in caſu 2.

Concluſio Quinta.

107 QVinta Concluſio eſt,† quando periculum eſt in mora; quia tunc, nedum citatio, ſed nec abſolutio neceſſaria eſt: vt eſt dictum Inno. in cap. venerabilem: de elect. quod ſequitur Bal. in l. non dubium: col. pen. C. de legi. Abb. in c. quanto, col. 5. de iure. Rom. ſingul. 491. tu ſai.

Et ita hanc Concluſionẽ firmat Deci. qui prædictos citat in cap. quia fronte: col. fi. ver. vltimo fallit, de appell. Ideoque ſi citatio expedienda moram inducit, quia interim labitur terminus; & ſic abſolutio ab Epiſcopo amplius obtineri nequiret, admiſſo iam periurio, iuxta alias dicta; citatio poſſet omitti. Quod probatur etiam ex doctrina Io. An. in addi. ad Spec. tit. de iureiur. in fi. relata in præcedenti Concluſ. vbi vidimus citationem omitti vbi per eam præcluderetur via agendi, & induceretur periurium; & ſic ex neceſſitate ibi omittitur, ita & 108 hic. † Quod tamen ſane intellige vbi ſua culpa non iniecit ſe in mora, vel alias affectate non ſe ita coarctauit: alias non deberet ex ſua culpa, & malitia commodum reportare. Et ſimiliter modera vt ſup. hac par. q. 4. limit. 4. ver. intelligenda; nu. 75.

109 Et eſt regulare,† quod quando periculum eſt in mora per citationem, & expectationem; actus tunc expediri poteſt parte non citata: ad hoc multos allegat Ant. Gab. tit. de cita. concluſ. 1. limit. 1. num. 302. Et hoc idem in terminis noſtris tradidit Deci. in rub. num. 6. C. qui admitti.

Concluſio Sexta.

SExta Concluſio reſpiciet abſolutionem iuramenti adiecti contractui munito obligatione ad formam Cameræ Apoſtolicæ celebrata: Quam rem D. Antonius Maſ. Gal. qui de huiuſmodi obligationis forma tractatum conflauit, ita determinat, † videlicet quod in huiuſmodi obligationibus numquam conceditur etiam agere volenti abſolutio ſimplex apta ex toto tollere obligationem. † Ad effectum vero agendi dumtaxat, conceditur abſolutio ſeu abſoluendi commiſſaria facultas paſſim & indiferenter. † Et quod ad citationem attinet, inquit, quod hoc adhibetur moderamen in huiuſmodi iuramenti relaxatione, ſeu in hac ad effectum agendi abſolutione, q ſi iam ſit ſuper obſeruanda obligatione lis cœpta, tunc abſoluendi (niſi parte citata) non datur facultas. ita dicit in 2. par. prin. d. tract. in 2. quæſt. ſuper ſexta particula obligationis: nu. 6. quẽ allegaui ſupra hac eadem par. in nona quæſt. quam in hac obligatione Camerali ſpecialiter formaui.

(right-margin numbers: 110 at "videlicet", 111 at "Ad effectum", 112 at "adhibetur")

QVÆ-

QVAESTIO XVII.

Numquid teneat abſolutio data ſine citatione in caſu vbi citatio fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio omiſſa in abſolutione iuramenti an reddat eam nullam in caſibus, in quibus citatio fieri debebat: & numero* 8.

2 *Abſolutio ab excommunicatione citationẽ partis requirit: tamen ſine citatione impenſa valet, & nu.* 5.

3 *Abſolutio à iuramento homini præſtito, & quod non apparet illicitum, concedi non poteſt ſine cauſa regulariter, etiam à Papa.*

4 *Iudex procedendo antequam iactum ſit fundamentum ſuæ poteſtatis, nulliter agit.*

6 *Abſolutio ab excommunicatione valet ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta.*

7 *Iudicis partes ſunt illicita iuramenta relaxare.*

1 DECIMOSEPTIMO ſubſequẽter quæro † numquid abſolutio præſtita, omiſſa citatione in caſu vbi citatio requirebatur, valeat, vel ex citationis omiſſione nulla reddatur. Hanc quęſtionẽ ponit Ab. quã quotidianam eſſe dicit, in c. qua fronte, num. 8. de appel. eandem ponit Deci. ibi, num. 21. Et pro affirmatiua ſimpliciter reſpondit D. Anto. in cap. debitores: de iureiur. vbi tenet, quod etiam in caſu vbi debet Pars vocari, ſi non vocetur, valeat abſolutio: † ſicut abſolutio ab excommuni- 2
catione non debet fieri parte non vocata; & tamen ſi fit, tenet, vt late notatur per Doct. præſertim Abb. & Deci. poſt eum & alios quos citat, in dicto cap. qua fronte.

Et ipſum Anto. refert idẽ Abb. in conſ. 12. ſub num. 6. ver. an autem in hac: lib. 2. & in cap. 1. col. 8. in prin. ver. Et ſubijcit notabile: de iureiur. Et hanc partem videtur ſequi Iaſ. in l. patre furioſo, num. 33. ff. de his qui ſunt ſui, vel al. qui alleg. Abb. in d. conſ. 12. ratus fortaſſe quod Abb. voluerit ſequi eandem; & non aduertit quod Abb. volebat ſequi contrariam contra D. Antonium, vt infra ſubijciam.

Contrarium, ſcilicet quod non valeat abſolutio parte non vocata Abb. in d. cap. qua fronte: & in d. cap. 1. col. 9. ver. quarto non

placet:

placet: num. 13. Quod tamen
ipſe declarat verum eſſe in caſu
vbicumque non apparet manife-
ſto iuramentum continere turpi-
tudinem, & eſſe illicitum ex par-
te illius cui iuratum eſt, vtputa
quia contractus, ſuper quo iura-
mentum præſtitum eſt, in ſui ſerie
nullam iniquitatem continet, li-
cet iniquitas allegetur per par-
tem: hoc caſu inquit Abb. ſe pu-
tare quod abſolutio non valeat
non citata parte: & mouetur ea,
vt ipſe dicit, apertiſſima ratione;
3 † quia à iuramento homini præ-
ſtito, quod non apparet illicitũ,
non poteſt abſoluere Epiſcopus,
nec etiam Papa regulariter ſine
cauſa; cum Deus receperit iura-
mentum in fauorem partis: vt no
tat Glo. in cap. quanto, d. tit. de
iureiur. vbi plene idem Abb. &
Inno. in cap. cum inter P. de re-
nun. Ante ergo quam ſibi conſtet
cauſam ſubeſſe, non habet pote-
ſtatem abſoluendi: & conſtare
non poteſt de cauſa, niſi parte vo-
cata: quia cauſarum merita par-
tium &c. vt in cap. tum ex lit-
teris, de in integr. reſti. & in l. fi.
C. ſi per vim vel al. Vnde, præſup-
poſito quod iuramentum illicite
ſit receptum, ex quo tamen non
conſtat, non poteſt Iudex abſolue-
re; quia nondum eſt Iudex com-
petens; & ideo ſi adhuc abſoluit,
nulliter agit; quia adhuc non ap-
4 paret cauſa; † & ſic deficit fun-
damentum ſuę poteſtatis: vt no-
tat Bart. in l. 2. ff. de Iudi. & l. ſi
finita. §. Iulianus: ff. de damn. inf.
& per eundem Bar. notabiliter
in l. multum intereſt: ff. de cond.
& demo. facit quod legitur & not.
in c. ex parte aſtenſis de conceſ.
præb. & l. quęro: ff. de eo qui pro
tuto.

Ad iſtantiam adductam de ab-
ſolutione ab excommunicatione
idem Abb. reſpondet diuerſum
eſſe in ea; † quia illa ſemper pen- 5
det à voluntate excommunican-
tium: † valet enim ſemper, ſiue 6
iuſta, ſiue iniuſta ſit abſolutio; nã
ſic eſt in excommunicatione: va-
let enim à Iudice ſuo lata ſiue iu-
ſta ſit, ſiue iniuſta: vt in cap. ſacro.
cum notatis: de ſent. excomm.
ita & abſolutio; immo & fortius
cum ſit actus magis fauorabilis,
vt eſt tex. notabilis, & obliuioni
non tradendus ſecundum Abb.
in cap. venerabilibus. §. vbi autẽ,
cum Gloſ. eo. tit. de ſent. excom.
lib. 6.

Vbi vero clariſſime conſtat iu-
ramentum continere turpitudinẽ
ex parte recipientis, hoc caſu, di-
cit Abb. valebit abſolutio parte
non vocata, arg. cap. cum olim,
de re iudica. nam cum appareat
de actu vitioſo, puta de vſura, vel
metu, clarum eſt conſequenter ad
eſſe competentiam, ſeu poteſtatẽ
in Iudice relaxandi, vt notat Inn.
in cap. debitores, ver. Et per hæc,
num: 2. de iureiur. & Abb. in c.
verum, in 3. notab. eo. † Et partes 7
Iudicis ſunt relaxare illicita iu-
ramenta, vt dicit idem Inno. ibi
in prin. per iura, quæ allegat. Et
cum hac diſtinctione tranſit Abb.
in locis citatis. & ita cum illo
tranſit Deci. in d. c. qua fronte,
nu. 21.

At vero aduertendum eſt, quod
hic ſecundus caſus eſt extra quę-
ſtionem; quia hoc caſu non requi-
ritur

Digitized by Google

ritur citatio partis in relaxatione huiuſmodi iuramenti, vt ipſemet Abb. dicit vbi ſupra citatus in d. cap. 1. d. ver. quarto non placet, num. 13. Ex quo enim notorie conſtat de turpitudine ex parte recipientis, & clarum eſt conſequenter nullam eidem parti defenſionem competere, non requiritur citatio: vt id comprobat idē Abb. in illo. cap. 1. col. fi. ver. Hæc puto vera: & dictum eſt late ſupra in pręcedenti proxima quęſt. in prima Concl. paulo poſt prin. ver. verum aduertendū. nil mirū ergo ſi abſolutio abſque illa data

8 valebit. † Et per hęc detegitur quod Abb. ex d. eius diſtinctione ſatis clare innuit ſe tenere abſolute negatiuam opinionem, quod abſolutio non valeat ex defectu citationis in caſibus, in quibus citatio requiritur, contra primā affirmat. opin. Antonij. Et cum hac negatiua opinione cum Abb. tranſit Deci. in d. cap. qua fronte.

Et hanc partem ſequi poſſumus per rationes Abb. quę bene concludunt, intelligendo tamen quando requiratur citatio, iuxta ea quæ hac de re abunde dicta ſunt in præcedenti proxima quęſtione vbi hæc res definita eſt. Et ex concluſionibus ibidem poſitis deſumere poteris limitationes, quæ huic quęſtioni, iuxta opinionem Abbatis definitę ſubnecti debent.

QVAESTIO XVIII.

Qualiter petenda ſit abſolutio, & an vna ſimul cumulari poſsit petitio eius, quod principaliter intenditur.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, & petitio rei, quæ principaliter intenditur an ſimul cumulari poſſint: & nu. 15. 25. 26. 38.*

2 *Querela inofficioſi teſtamenti & petitio hæreditatis ſimul eodem libello proponi poſſunt.*

3 *Actio vbi eſt præparatoria ad aliam, ſimul ambæ poſſunt proponi.*

4 *Agnitio bonorum poſſeſſionis eodem libello fieri poteſt cum bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione: declara vt nu. 14. 30.*

5 *Petitio reſciſſionis contractus includitur in petitione reſtitutionis rei, pro qua ſcilicet, contractus reſciſſio fieri, & ex qua reſtitutio ipſa ſequi debebat.*

Reſtitutio in integrum cenſetur

tur eſſe petita in conſequentiam, ex quo minor læſus in contractu venditionis, petijt rem quam tradidit, ſibi reſtitui.

7 *Reſtitutio in integrum, & actio reſciſſoria ſimul eodem libello peti poſſunt: Declara vt nu. 39.*

8 *Actio ad exhibendum, & vendicatio ſimul eodem libello proponi poſſunt.*

9 *Agnitio bonorum poſſeſſionis litis ordinandæ cauſa dicitur eſſe præparatoria ad querelam inofficioſi teſtamenti pro liberis emancipatis exhæredatis.*

10 *Emancipatis exhæredatis non competit querela inofficioſi de iure ciuili.*

11 *Agnitio bonorum poſſ. litis ordinandæ, cur ſic dicta: & qualiter fiat, num. 12. 13.*

12 *Agnitio bon. poſ. litis ordinandæ, & querela inofficioſi non poſſunt ſimul cumulari in eodem libello: declara vt nu. 31.*

16 *Cumulatio actionum non admittitur quando actiones ſic ſe habent quod vna ex ordine debet aliam præcedere.*

17 *Libellus ſecundum duplicem acceptionem conſiderari poteſt.*

18 *Libellus & petitio quando ſeu qualiter pro eodem ſumantur.*

19 *Libellus idem eſſe vel diuerſus ſiue vnus vel plures, vna & eadem petitio vel plures quando dicantur.*

20 *Gabella ſoluenda pro libellis, an ſit ſoluenda pro vno vel pluribus: remiſſiue.*

21 *Statuto diſponente, vt deſiſtēs ab accuſatione ſoluat tot communi, quando cenſeri debeat vnus vel plures libelli accuſatorij: remiſſiue.*

22 *Cumulationum ſpecies quot reperiantur: remiſſiue.*

23 *Cumulatio quædam dicitur coæqualis. Quædam ſubordinata: & ſingulæ quæ ſint; & nu. 24.*

27 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi dicitur præparatoria ad alterum Iudicium ad perſequendum rem quæ principaliter intenditur.*

28 *Cumulatio Iudiciorum ſeu actionum permittitur, & fieri poteſt vbi ſit conditionaliter, etiamſi alioqui ratione ordinis eſſet prohibita: & nu. 29. 32. Amplia vt nu. 33.*

34 *Libellus in quo peto me reſtitui ad tempus, & me reſtituto, ex nunc prout ex tunc peto me declarari dominum, & rem mihi reſtitui, procedit.*

35 *Cumulatio proprie dici non poteſt vbi petitiones, ſeu actiones proponantur ſucceſſiuo ordine ſiue conditionaliter: ſed eſt ſubordinata propoſitio.*

36 *Cumulationis diffinitio: remiſſiue.*

37 *Cumulationis cauſa finalis quæ ſit: remiſſiue.*

DECIMOOCTAVO loco q̄ro qualiter petenda ſit abſolutio: num in eius petitione, ſeu libello cumulari poſſit actio quę principaliter intenditur. Et vidimus ſupra in decimaſexta quæſtione in prima Concl. ſub ſecundo caſu, num. 55. in abſolutione, ex qua tollitur obligatio ex toto, in illa facti ſpecie ex Coua. relata, vbi ſupponitur eum qui iurauit, ratione cõtractus iurati nihil ex proprijs rebus pręſtitiſſe hactenus, ſed tantum id agere velle vt ab obligatione contractus vinculoque iuramenti liberetur; poſſe eum in eodem libello proponere ſe ipſum contractum, & promiſſionem vſurariam iuramento præſtito cofirmaſſe, & petere, abſolutione præſtita ab eo iuramento, inſimul contractum illicitum & non ſeruandum, ſeque propterea ab illo liberum, & immunem pronunciari, & declarari.

Nunc igitur reliquum eſt quæ-
1 rere, † numquid eadem petitionum inculcatio fieri poſſit in altera illa ſpecie, quam poſuit Cou. videlicet ſuppoſito, quod ipſe, qui iurauit, agere debeat aut velit ad aliquid conſequendum, quod ratione iuramenti dederat ei, cum quo contraxit: quem quippe articulum in hunc locum, ſi es memor, reliqui diſcutiendum. Enim uero Articulus iſte merito in quæſtionem deducitur: vrgetur enim vtrinque validis auctoritatibus atque argumentis. Et pro parte affirmatiua eſt Gloſ. in l. qui de inofficioſo, ver. exercere, in fine: ff. de inoffi. teſta. cuius dictum apprime facit pro hac par
te: inquit enim quod † quærela 2
inofficioſi Teſtamenti, & petitio hæreditatis ſimul eodem libello proponi poſſunt hoc modo, peto teſtamentum rumpi, quia inofficioſum; & eo rupto, hęreditatem reſtitui: Et tamen ſunt ſubordinata iudicia, ſeu actiones, & vna pendet ab alia, vt in d. l. qui de inofficioſo, & ibi not. & in ſpecie not. Alex. in l. edita, col. pe. circa med. C. de eden.

Et Bart. etiam ex ea Glo. † notat in d. l. qui de inofficioſo, quod 3
quando vna actio eſt pręparatoria ad aliam, poſſunt ſimul proponi: de quo, inquit, habetur per Cin. in l. ordinarij. C. de rei vendi.

Secundo pro hac parte facit, q̄ ex eadem Gloſ. dixit Io. Fab. inſt.
de bonor. poſſeſſ. §. fi. † Quod agni 4
tio bonorum poſſeſſionis fieri poteſt eodem libello cum bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione; & illum refert Alex. in rub. C. qui admitti: nu. 2.

Tertio hæc Pars coadiuuatur ex alijs, quę idem Alex. ibidem addit, nempe ex eo quod ſentit Gloſ. in c. conſtitutus, ver. iuxta ratam: de relig. domi. quæ immo plus probat, & notabiliter ſecun-
dum Alex. † videlicet quod vbi 5
pro habenda reſtitutione alicuius rei præmittenda erat petitio reſciſſionis contractus cuius occaſione reus rem ipſam tenebat, & ex cuius reſciſſione reſtitutio

ſequi

Digitized by Google

ſequi debebat, ſatis videtur actor petendo reſtitutionem rei, inſimul quoque petere contractus reſciſſionem, quæ erat preambula.

Ad idem adducit Alex. vbi ſupra quod ex dicta Gloſ. infert Anto. de But. in eodem.cap.con-
6 ſtitutus: † videlicet quod ſi minor tamquam lęſus in contractu venditionis, petat rem quam vendidit & tradidit, ſibi reſtitui, ſatis videtur petere per reſtitutionem in integrum reſcindi contractum: quod dicit eſſe notandum, vt ibi latius per eundem D. Anto.

Et alia quoque adducit Alex. in d.loco, quæ hanc partem coadiuuant, quæ non refero.

Item pro hac parte vrget auctoritas Spec. in tract. libellor. tit.de reſti. in integ.§.2. ver. ſed numquid, num.9. vbi poſt Ioann.
7 tenet, † quod in eodem libello peti poteſt reſtitutio, & reſciſſoria; quę licet ſint ſeparata iudicia, & diuerſis etiam medijs intentantur, tamen ſunt ſubordinata, vt conſtat.

8 Et eodem modo † actio ad exhibendum, & vendicatio in eodē libello poſſunt proponi ſecundum eum ibidem, & in 2. par. tit. de actio. ſeu peti.§.2. ver. & nota quod videtur, ſub nu. 28.

Ex quibus omnibus & alijs, quę adduci poſſent, apte & congruenter inferri poſſe videtur pro ipſa parte affirmatiua, vt parimodo abſolutio iuramenti, & actio ad id quod principaliter intenditur, ſimul eodem libello in iudicium deduci poſſint.

Ad tuitionem vero partis negatiuę vrgent dicta atque auctoritas Baldi, & Soc. in l.rogaſti.§. ſi tibi: ff. ſi cert. pet. & eiuſdem Baldi in rep. l. edita, col.30. ver. dubitatur de iſto libello: C. de eden. & Feli. qui eum ſequitur in cap.debitores, quæſt.4.de iure. Et Bart. in l. ab hoſtibus.§.ſed ꝙ ſimpliciter, poſt Glo.ver. reſtitutionis: ff.ex quib.ca.maio.& glo. in l. in honorarijs: ff.de actio.& obli.& Fab. & Iaſ. inſti. de actio. §. rurſus, num. 28. quos omnes citaui retulique ſupra in duodecima quæſt. ver. Cęterum aduertendum eſt; quorum dicta illic reuiſere ne te pigeat, vt ſubleues me labore repetitę ſcriptionis.

Nec minus Pars hæc negatiua propugnatur ab his, quę Alexan. pręallegatus notat in rub. C. qui admitti, num.3. in agnitione bonorum poſſ. litis ordinandæ cauſa: † quam conſtat præparatoriam 9
eſſe ad quęrelam inofficioſi tęſtamenti pro liberis emancipatis exhæredatis, † qui alias quęrelā 10
ipſam inofficioſi non habuiſſent, vtpote iure ciuili incogniti, † vn- 11
de propterea dicitur agnoſci litis ordinandę, vel agnoſcendæ gratia, vt in l. poſthumus. §. vlt. & l.Papinianus.§.1.cum notatis: ff. de inoffi. teſta. & in l.2.C.eo.

Nam inquit Alex. † non potuiſ- 12
ſet quis eodem libello querelam inſtituere, & hanc bon. poſ. agnoſcere; ſed debebat prius fieri eius agnitio coram Iudice, per d.l.Papinianus.d.§.1.cum notatis. Et magis eius rationem conſidero, quam dictum. † nam ratio eſt 13
dicit Alex. quia in iſta bono.poſ.

cauſa litis ordinandę non ſufficiebat ſimplex agnitio,ſed requirebatur etiam præcedere factum Prætoris, quo mediante aboleretur obex inhabilitatis in querelante,vt not. in d. l. Papinianus. d. §. 1. vbi Bar. & in d. l. poſthumus. §. vlt. in ver. bonorum poſſ. & in figuratione caſus illius. §. & not. in d. l. 1. in prin. Gloſ. C. eo. tit. de inoffi. teſta.

Et ideo merito, inquit Alex. neceſſaria erat impetratio eius, & quod prius à Iudice decerneretur antequam ageretur querela.

Non obſtat quod dixit Io. Fab. ſupra relatus agnitionē bonorum poſſeſſionis fieri poſſe eodem libello cum poſſeſſoria bonorum
14 hæreditatis petitione: † nam reſponderi poteſt, id verum eſſe in alia bonorum poſſeſſione, ex illis ſcilicet quæ ius tribuunt, quarum agnitio dependet à ſola voluntate agnoſcentis, & nihil requirunt ex parte Iudicis, niſi ſolum quod coram eo is, cui delata eſt talis bon. poſſeſſio, declaret ſe velle eam agnoſcere; & nihil petitur decerni à Iudice, ſed per ipſam ſolam declarationem animi volentis agnoſcere abſque alia petitione eſt facta agnitio, quæ incontinenti trahit effectum ſuum, ac ſi Decretum interpoſitum eſſet, etiam quoad effectum reſcindendi teſtamentum, vtputa quando à Pręterito bonorum poſſeſſ. contra tabulas agnita fuit: vt eſt Glo. in l. fi. §. nos itaque in ver. antiqua. C. de curato. Furio. quam refert, dicens eam non eſſe alibi, Alex. poſt alios à ſe citatos in l. fi. num. 4. & inferius repetit, & declarat ſub num. 6. ver. olim autem. C. qui admitti. Non ſic eſt in prędicta bon. poſſ. cauſa litis ordinandę: in ea enim non ſufficit talis ſimplex agnitio; quia non dependet à ſola declaratione animi, ſed requiritur realis impetratio, & quod ſcilicet decernatur, vt eſt dictum. Et ſic requiritur in ea actus facti expediendi à Iudice, vt dicit Alex. d. l. fi. C. qui admitti, num. 5. poſt glo. & Bar. in d. l. Papinianus. d. §. 1. ff. de inoffi. teſt. cum alijs ſupra ad idem adductis. Vnde nō eſt mirū ſi erat neceſſaria impetratio illius bon. poſſ. antequam ageretur querela, vt idem Alex. ſubdit in rub. pręalleg. C. qui admitti, num. 3. in fi. vbi ipſe conſiderat, & conſtituit hanc differentiam inter ambas prędictas bonorum poſſeſſiones, ſcilicet de qua loquitur Fab. & iſtam litis ordinandę. & dixi ſupra.

† Ita eſt in abſolutione in caſu, de quo quęritur: nam cum eo modo petatur veluti prępąratoria ad effectum conſequendi id quod per eam principaliter intenditur, non videtur quod vtrūque eadem petitione, ſeu libello quis intentare valeat, ſcilicet abſolutionem, & id quod principaliter perſequi intendit; ſed quod prius auferri debeat obex iuramenti mediante abſolutione à Iudice data; quo ſublato, fiat habilis ad proponendum quod principaliter intendit, ex prædictis rationibus, nempe quia ante abſolutionem iurans eſt inhabilis ad proponendum, ſtante vinculo 15

iura-

iuramenti quo detinetur, & abſolutio non dependet à ſola declaratione animi illam conſequẽdi, ſed requiritur actus facti expediendi à Iudice, qui illam concedat: merito videtur neceſſaria impetratio illius prius quam aliam actionem proponat, per prędicta.

Quibus adde pro eadem hac parte negatiua id quod in materia cumulationis tradit Bar. in l. edita: col. 4. ſub num. 14. ver.
16 Tertia regula. C. de eden. † Vbi ponit regulam, quod quando plures actiones ſic ſe habent, quod vna ex ordine debet aliam præcedere, non admittitur cumulatio per l. ordinarij. C. de rei vendi. & l. in certi. C. de interdic. & l. qui de inofficioſo: & quod ibi notat. ff. de inoffi. teſta. Quam regulam ex Bar. & ex eiſdem iuribus repetit Abb. in cap. 2. ſub num. 30. in fi. ver. tertia reg. de libelli obla.

Ex quibus omnibus apparere poteſt quod Articulus iſte eſt diſputabilis. Nam quamuis ad nõ nulla ex contrarijs argumentis adaptari poſſet reſponſio, quod ibi non eſt obex tale in proponente, quod reſiſtat quin vtrumque proponere valeat, prout eſt in iurante obex vinculi iuramenti, quod illum detinet alligatum, redditque illum inhabilem: at ea quæ in aliquibus ex dictis argumentis eodem libello petuntur, ſeſe bene compatiuntur, & non eſt obex inter ea, immo veniunt ex conſequentia, vt patet in præalleg. Glo. d. cap. conſtitutus, ver. iuxta ratam, iunctis quæ Alc. declarat in rub. præalleg. C. qui admitti: remanent tamen inconcuſſa cetera illius partis argumẽta. Et profecto vix eſſet, vt aliter. quam diſtinctionis fędere reconciliationem admitterent.

Cum primis vero pręmitto pro maiori elucidatione terminorum pręſentis articuli quantũ ſat eſt ad præſentem eius inſpectionem, † quod libellus bifariã 17
accipi, ſeu conſiderari ſolet. Vno modo accipitur prout eſt nomen rei materialis, ſeu corporalis, videlicet ꝓ Papyro, ſeu charta ſcripturam continente. Alio modo accipitur libellus prout eſt nomen rei in corporalis, ſeu intellectualis, ſeu pro iure alicui competente, prout accipitur actio inſti. de actio. in prin. & tunc nihil aliud eſt, quam Ius, ſeu actio in ipſa charta litteris exarata, ſeu conſcripta, † quæ etiam pe- 18
titio appellatur. Hæc eſt magiſtralis diſtinctio Bartoli, quam ex Iacob. Butrig. tradidit in l. libellorum. §. ſed ſi aliud: ff. de accuſa. quam innuit Alex. poſt Bar. in l. edita: num. 17. & clarius Decius ibi ſub num. 72. cum duobus ſequen. C. de eden. Et è re noſtra fuerit hanc libelli nomenclaturæ diſtinctionem atque explicationem nouiſſe ad habendã notitiam, quando ſit idem libellus, vel diuerſus: vna & eadem petitio vel plures: & item quando, † & qua ratione vnus vel plu- 19
res libelli ſint cenſendi. Sed & præter rem noſtram non eſt ocioſa eiuſmodi libelli diſtinctionis notitia. Quoniam vltra alios iuris effectus facit † pro ſolutione 20
Gabel-

Gabellæ, vt ſciatur quando Gabella ſoluenda ſit pro vno tantū, vel pluribus libellis: de qua re agunt ijdem Alex. & Decius, & ante eos Bal. & Paul. de Caſtro in d. l. edita.

Item facit ad ſolutionem alte-
21 rius quæſt. † de ſtatuto diſponente, quod deſiſtens ab accuſatione debeat ſoluere tot communi, an cenſeatur vnus, vel plures libelli accuſationis: de qua per Bar. in d. §. ſed ſi aliud.

Et quid vbi vnus agit contra plures, vel plures contra vnum; per Alex. d. l. edita, num. 18. in prin.

Secundo præmitto, quod licet plures ſpecies cumulationis aſſi-
22 gnari ſoleant: † & tres aſſignat Addit. ad Dyn. in reg. nullus plu ribus, lit. C. de reg. iur. in 6. quatuor vero Pet. Iac. in ſua pract. tit. de act. vi bo. rapt. tamen quantum ad propoſitum noſtrum
23 duas ſufficiet aſſignare. † Vna quæ eſt coęqualis, quando fit coadunatio iudiciorum, ſeu actionū æqualiter, nedum in tempore, ſed etiam in exercitio, ita ſcilicet vt intelligantur diuerſi libelli, ideſt diuerſæ chartæ, ſeu ſcripturæ, & duo vel plura iudicia, ſiue inſtantiæ eodem tempore.

24 † Altera quę eſt ſubordinata, vt quando fit coadunatio duarum actionum, vel iudiciorum, ita vt ſubordinate, ſeu ordine ſucceſſiuo vnū veniat, & ſe habeat ad aliud: prout iſta colliguntur ex generibus cumulationum, quæ Bar. ponit in d. l. edita, & ex his, quæ ipſe, & alij tradunt ſuper eis, præſer tim Alex. ſuper ſecuudo genere: C. de eden. & clarius per Rom. conſ. 392. ſub num. 12. cum ſequent.

His ita præmiſſis, facilius argumentorum conciliatio ſequetur, ex qua ſubinde, adhibito diſtinctionis fœdere, quæſtionis habebitur definitio. † Nam aut 25
quærimus vtrum abſolutio iuramenti, & actio ad id, quod principaliter intenditur, proponi atque coadunari poſſint in eodem libello iuxta pręmiſſam primam ſpeciem cumulationis: & concludendum eſt non poſſe fieri talem coadunationem, etiam accipien. libellum pro charta; quia prius eſt habilitanda perſona, quàm actio cumulanda, vt dicebat Bal. & ideo obſtant eiuſmodi petitioni omnes rationes, & omnia argumenta pro parte negatiua adducta, quæ in hac ſpecie locum habent.

† Aut quærimus numquid vna 26
ſimul cum abſolutionis petitione in eodem libello coadunari poſſit actio ad repetendum id, quod ratione iuramenti fuit præſtitū, eam ſubordinate ad abſolutionē, iuxta ſecundam præmiſſam cumulationis ſpeciem proponendo. Pone quod is qui iurauit, proponat ſe contractum, & promiſſionē vſurariā iuramento præſtito confirmaſſe, & ipſius iuramenti vigore vſuras ſoluiſſe, petens ſe propterea abſolui ab huiuſmodi iuramento, & pronunciari contractum illicitum, & ſe amplius illo non teneri ad alias vſuras ſoluendas: & d. abſolutione habita, ſeu ipſo abſoluto, ſucceſſiue petit d. vſurarium per officium Iudicis cogi,

cogi, & compelli ad vſuras ſolutas reſtituendas. Et concludendum eſt in hac ſpecie ambas petitiones ſimul in eodem libello, ſeu charta coadunari poſſe, prout hanc concluſionem firmat Did. Couar. ſupra citatus variar. reſol. lib. 1. cap. 4. poſt Ang. ſimiliter citatum in l. rogaſti. §. ſi tibi: ff. ſi cert. petat. Nihil enim eſt, quod impediat in hac forma fieri hanc
27 cumulationem. † Nam & ſi abſolutionis Iudicium præparatorium eſt alterius, quo iurans perſequi vult id quod ratione iuramenti præſtitit; atque adeo ordinis ratio ſit inter ea, ita vt neceſſario abſolutio præcedere habeat, per rationes, & Doctrinas Baldi ſupra relatas, & de ſe conſtat; nihilominus rite & recte eodem poſſunt libello cumulari, ex quo ordine ſucceſſiuo proponuntur: conſulit eleganter Roma. conſ. 392. num. 12. vſque ad nu. 17. ſic enim regula illa, quæ ratione ordinis vetat cumulationẽ huic formę non poteſt contradicere, ex quo per hanc formam petendi eidem regulæ paretur, & probe fit ſatis: ſequitur Feli. qui idem Romani Conſilium refert in cap. ſignificantibus, quod eſt 2. col. 11. mox poſt medium, ver. & adde quod in eodem libello: de libelli obla.

Et corroboratur fortiter hæc affirmatiua Concluſio, quod procedat prædictus ibellus, conſiderando quod coadunatio alterius actionis ad perſequendum rem præſtitam ſit conditionaliter ad abſolutionem, videlicet in euentum abſolutionis pręſtitę: quare procedit ſine dubio. † Cumulatio enim fieri poteſt vbi ſit conditionaliter, etiam ſi alioqui eſſet prohibita ratione ordinis, ſcilicet vbi vnum Iudicium dependet ab alio; & proinde vnum debet aliud præcedere, vt id voluit Paul. de Caſtro in d.l. edita, in diſcuſſione dictorum Bartoli ſuper ſecundo genere cumulationis, ita intelligens Gloſ. allegatam ſupra in primo argum. primæ partis, in l. qui de inofficioſo, in gloſ. mag. in fi. ff. de inoffi. prout eam ſimiliter ita, ſcilicet conditionaliter, intelligit Bar. ibi in d.l. qui de inofficioſo, ad finem. Et Pauli dicta in hoc, licet non quoad alia, probantur Alexandro in eadem l. edita, qui coadiuuat ea per regulam, quam ſubdit. † nã clarum eſt, inquit, quod vbi alias duo iudicia ſimul concurrere non poſſunt, tamen ſub conditione poſſunt cumulari, per l. conductores, vbi eſt Gloſ. C. loca. & per glo. & doct. in l. non ab re, vbi pręſertim Bar. C. vnde vi. & glo. in cap. Rainaldus in ver. contra ipſam veniret: de teſta. Cin. in l. ordinarij. in 2. qu. C. de rei vend. & Ang. plene in d.l. qui de inoffic. ff. de inof. teſta. † & ita etiã intelligi poterit Io. Fab. ſupra in prima parte allegatus, inſti. de bon. poſ. §. fi. & ab Alex. relatus in rub. C. qui admitti. † Sed neque etiam ibi idem Alex. negauit bonorum poſſeſſionis litis ordinandę agnitionis petitionem ita, ſub ordinatè ſcilicet fieri poſſe in eodem libello, ideſt in eadem charta petitionis vna cum inofficioſi querela: ſed hoc ſolum aſſeruit,

28 29 30 31

ruit, ſcilicet eam non potuiſſe tacite, & virtualiter includi, & inculcari ſub propoſitione querelæ: ſed erat neceſſaria actualis & expreſſa eius petitio atque impetratio, per d. rationem; quia non dependebat à ſola declaratione animi, ſed requirebat factū Iudicis: at hoc modo non negauit quin fieret ſubordinate in eodem libello cum querela.

Et hæc firmiora redduntur ex his, quæ addit Feli. allegatus in cap. 2. col. 11. prope finem: de libelli obla. vbi poſt Bal. in l. quo tempore, col. prima. C. de teſta.
32 mil. † dicit, quod ſi cumulatio eſt conditionaliter facta, ſemper pro
33 cedit libellus. † Et hoc intelligit
in tantum verum eſſe, vt procedat cumulatio etiam ſi alioqui prohibita eſſet fieri ea ratione, quod ſententia abſolutoria lata in primo poſſet parere exceptionem rei iudicatę in ſecundo Iudicio coadunato; quam pro prima regula cumulationis prohibitiua ponit Bar. in d. l. edita, ſub num. 14. Et ex hoc infert ibidem Fel. ad huiuſmodi caſum poſt Bal.
34 vbi ſupra allegatum, † videlicet
quod ſi peto me reſtitui ad tempus, & cum reſtitutus fuero, ex nunc, prout ex tunc peto me declarari dominum, & rem mihi reſtitui, valet talis libellus.

Pro quorum omnium ſupradictorum comprobatione, & confirmatione idem Feli. ibidem prudenter conſiderat, additque eam
35 potiſſimam rationem, † nempe
quia non eſt propria cumulatio in hac ſpecie, vbi ſcilicet ſucceſſiuo ordine ſiue cōditionaliter duo Iudicia ſiue actiones proponuntur; ſed eſt plurium actionum ſubordinata propoſitio: id quod
aperte perſpicitur ex † definitio- 36
ne cumulationis, & pariter † ex 37
eius finali cauſa vtraque à Bartolo poſita in d. l. edita: col. 4. ver. nunc venio: etenim vtraque re vera parum quadrat prædictæ conditionali ac ſubordinatæ propoſitioni.

† Et ſic non erunt cenſendi di- 38
uerſi libelli eodem tempore producti, quatenus libellus accipitur pro charta; vt ſic inducant duo Iudicia, ſiue duas inſtantias: quod reprobum eſſet in caſu noſtro, vt apparet ex iam dictis; ſed erunt duæ quidem petitiones, ſeu concluſiones in vno libello, ſeu charta in vno Iudicio, ſeu vna inſtantia ſubordinate propoſitæ, quod permiſſum eſt, vt ſupra eſt dictum.

Atque, vt quæſtio iam poſtrema concluſione terminetur, dicamus cum Didaco poſt Aret. initio quæſtionis alleg. etiam ſi verum ſit actionem ad perſequendum quod ratione iuramenti præſtitum eſt, ſecundo loco propoſitam, non competere, nec poſſe deduci ad Iudicium niſi prius ſublato impedimento iuramenti; nihil vetat eam proponi ac deduci in euentum abſolutionis pręſtitæ; & ſic ſub neceſſaria conditione ad agendum: ad late ſupra deducta, & comprobata: id quod vlterius idem Dida. comprobat exemplo eius, quod docet Iureconſul. in l. in tempus: ff. de hæredi. inſt. Et id ſubdit Didac. frequentiſſime fit cum agitur de

præpa-

præparatione actionis, & de tollendo impedimento, quod actio-
19 nis exercitio oberat. † Fatemur enim, ait, in exemplo Bar. in d. §. ſed quod ſimpliciter, non competere actionem reſciſſoriam, niſi conceſſa reſtitutione per officium Iudicis, quod omnes probant, & id iure veriſſimum eſt: negamus tamen læſum non poſſe per officium Iudicis reſtitutionem in integrum petere, & ſimul in euentum reſtitutionis conceſſę actionem reſciſſoriam deducere in Iudicium. nihil ſane hunc proponendi modum reprobum facit; immo ſepiſſime eo vtimur in reſtitutionibus minorum, Eccleſiarum, & maiorum ex his cauſis, ex quibus maioribus concedi debet beneficium hoc reſtitutionis in integrum: ita Dida.

QVAESTIO XIX.

Vtrum abſolutio à iuramento requirat certam formam, qua omiſſa vitietur Abſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento non requirit verba aliqua certa pro forma: ſed ſufficiunt quæcumque verba apta exprimere mentem ſuperioris volentis iurantem iuramento ligari, num. 4. Amplia vt nu. 14.*

Declara vt num. 5. 8. 10. 11. 12.

2 *Abſolutio ab excommunicatione non habet verba certa præſcripta pro ſua ſubſtantiali forma.*

3 *Excommunicatio, & abſolutio non ſubijciuntur formæ ſubſtantiali.*

6 *Factum contra ordinem à lege datum non valet. Declara vt nu. 7.*

8 *Delegatus adſtringitur ad ſeruandum formam ſibi in commiſſione præſcriptam, & ſi quid ex ea præterit, nulliter agit, & nu. 9.*

13 *Forma vbi eſt præſcripta, ad plenum eſt ſeruanda, & non ſufficit ſupplere per æquipollens.*

14 *Paria ſunt agere contra formam, vel citra, ſeu præter.*

QVAERO decimonono an abſolutio iuramẽti, ſiue plenaria, ſiue ad effectum agendi, vel excipiendi requirat certa verba pro forma

ſubſtantiali, vt illis ommiſſis, ſeu forma illa non ſeruata, abſolutio non teneat; prout eadem quæſtio contingit in ſimili in abſolutione ab excommunicatione, de qua habetur per ſcribentes in cap. Pi-
1 ſanis: de reſti. ſpol. † Breuiter concludendum eſt negatiue; quia ſic eſt in abſolutione excommu-
2 nicationis, † in qua ſcilicet nulla certa verba ſunt præſcripta pro forma ſubſtantiali, vt docet Nau. in Man. confeſ. cap. 27. de cenſuris Eccle. rub. de abſol. excomm. in princ. prout idem eſt in ipſa excommunicatione, vt idē Nau. notat ſupra in eodem illo cap. & tract. de cenſuris Eccl. rubr. de cauſa, & forma excommun. ver. octauum: num. 12. Id ipſum tradit Abb. in præallegato cap. Piſanis, num. 3. in fine, vbi inquit,
3 † quod excommunicatio, & abſolutio non ſubijciuntur formæ ſubſtantiali.

De abſolutione iuramenti videtur aperte probari ex tex. in cap. verum, ver. ceterum, de iureiuran. & ex eo, quod dicit ibi Innoc. ſuper verbo, attenderint, ibi enim & ex tex. & Innoc. de-
4 claratione clare colligitur, † ꝙ ſufficiunt pro abſolutione talia verba, ex quibus colligatur mens ſuperioris, quod noluerit iurantem adſtringi illo iuramento. ad hoc faciunt ea, quæ de excommunicatione tradit Abb. in cap. 1. num. 34. de Iudi.

5 † Declara & intellige prædicta eſſe vera in eo, qui iure ordinario abſoluit, nempe ex facultate ſibi iure proprio competente. Is enim quibuſcumque verbis idoneis, vt ſupra dictum eſt, vtatur, ſeu quocumque modo etiam alio quã eſſet in Iure expreſſum abſoluat, tenet abſolutio. & ratio eſt, q̃a abſolutio nõ ſubijcitur formæ ſubſtantiali: nulla enim forma pro ſubſtantiali præſcripta eſt à Iure in abſolutione, vt eſt dictum: ideo cum is ordinariam iuriſdictionē habeat à lege non coarctatam ad certam ſubſtantialem formam, & ordinaria auctoritate, ac ſuo Iure abſoluat; ſufficiunt quæcumque verba idonea eius mentem declarantia, ad ſupradicta, & habet locum reg. non refert quid ex æquipollētibus fiat: ita in effectu concludit Abb. in d. cap. Piſanis, ſub num. 3. & Nauar. ſupra cit. in Man. cap. 27. de cenſuris Eccl. rubr. de abſolutione excommun. apprime conferunt à Fel. tradita in cap. ex parte, col. 4. ver. ſecunda limitatio, de conſt. Vbi reſpondet ad Gloſ. cap. fi. in ver. pręmiſſa de ſup. negl. præl. in 6. quę prędictis videtur obſtare; quia dicit,
† quod factum contra ordinem datum à lege non valet: nam Fel. 6
in d. loco, in ver. & cum iſtis, reſpondet poſt Dom. in d. cap. fi. ꝙ
dictum Glo. procedit † quando 7
lex tribuit iuriſdictionem Iudici alias non habenti, dando certam formam: quod non eſt in caſu noſtro, in quo Iudex non trahit à principio in tali actu iuriſdictionem à lege cum limitatione, vel reſtrictione aliqua, vt dictum
eſt. † Secus in eo qui abſoluit au- 8
ctoritate delegata; Is enim adſtringitur formæ ſibi in commiſſione pręſcriptæ, & ſiquid ex ea prætermittit non valet quod agit

d. cap.

d.cap. Piſanis, & ibi Gloſ. fin. & Abb. in 4. notab. incipit nota bene: & in notabili ſequen. incipit nota geſta: de reſt. ſpol. & tradit Nauar. proxime citatus argum. Gloſ. ſubtilis, vt dicit, & ſingul. in Clem. 1. de Iurepatro. ver. inhibemus: Et eorum quæ ad eius declarationem refert Fel. in d. cap. ex parte, in d. ver. Secunda limitatio.

9 † Rationem diuerſitatis in Delegato aſſignat Abb. in d.loco; quia in delegato iuriſdictio, ſeu poteſtas eſt coarctata ad limites commiſſionis, ſeu formę in ea pręſcriptę, & de ſe aliter nō habet iuriſdictionem: ad hoc bonus tex. in cap. ex parte, il ſecondo, & ibi not. de offi. Iudi. de leg. & in cap. prudentiam, & cap. Petro, & G. eo. & ideo ſi omittitur forma data à delegante, ibi nulla competit iuriſdictio, & conſequenter, ceſſante poteſtate, ceſſat validitas actus, iuribus prędictis: iuncto cap. cum dilecta, de reſcript. & plene traditis à Deci. in l. tranſactionis, in primo notab. C. de tranſac.

10 † Et ita in terminis noſtris, abſolutionis videlicet iuramenti, quod tranſgreſſio commiſſionis, ſeu formę datæ in illa vitiet abſolutionem ſentit Paul. de Caſtro conſ. 196. ſuper primo quæſito: col.2. circa prin. ver. Eſt etiam nulla. lib.2.

11 † Idque ampliatur ſecundum Abb. vbi ſupra vt procedat, etiā ſi alias habenti ordinariam poteſtatem abſoluendi mandatum ſit à ſuperiore, vt abſoluat certa forma data: nam ſi abſoluat ea forma non ſeruata, non tenet abſolutio; quia, vt dicit Abb. ceſſat ratio prædicta in ordinario: allegat glo. in Clem. 1. de Iur. patro. nam quantum ad hoc à principio recipit delegatam ſibi ab homine poteſtatem cum limitatione, ſeu qualificatione d. formę datę, vnde habet locum ratio prędicta de delegato. Et ita in ſimili tradit Fel. in d. cap. ex parte, col. 4. ver. ſecunda limitatio, de conſt. facit bene in argum. ad hoc tex. in cap. Petro, & G. de offi. & pot. Iudi. delega. cum Gloſ. quę illū declarat ibi, in ver. iuriſdictionis.

Et hoc idem rurſus † ſub amplia non ſolum quando expreſſe 12 ſit contra formam mandati; ſed etiam quando ad plenum non impletur mandatum. † nam quan 13 do ad actum datur certa forma, paria ſunt agere contra formam, & citra, ſeu pręter: vt dicit Abb. in d. cap. Piſanis, col.3. in quinto notab. incipit, nota geſta: allegat tex. cum glo. in cap. ſi cui, de elect. lib.6. & in cap. prudentiā: de offi. dele. & facit, inquit. l. ſi diligenter: ff. manda. Adde tradita per Deci. ſupra allegatū in l. tranſactionis, 1. not. C. de tranſ.

Limita & reſtringe modo quod dictum eſt abſolutionem virtute poteſtatis delegatę extra, ſeu pręter formam datam non valere, vt procedat, & verum ſit vbi certa forma, alia ſcilicet quam Iuris pręſcripta eſt in commiſſione: † ſecus ſi dictum eſt ſe- 14 cundum formam Iuris: eo enim caſu ſi delegatus abſolueret alio modo, quam ſit Iure expreſſum, valeret abſolutio, perinde ac va-

leret facta eo caſu ab ordinario auctoritate ordinaria; quia non fuit intentio delegantis inducere nouam formam per illa verba; ſed admonere commiſſarium id quod ſecundum Ius debet facere: ita declarat Nau. ſupra citatus in d. rubr. de abſolutio. ſub nu. 37. allegat quod in ſimili dixit Inno. in cap. fi. de præſump. quem ſequitur Gloſ. ſing. & receptiſſima, vt dicit Nau. quę eſt Glo. magna in Clem. 1. de offi. dele.

Verum prędicta de forma abſolutionis pręſcribenda in delegatione atque à delegato ſeruanda, referenda ſunt potius ad formam facultatis delegato conceſſę in abſolutione ipſa danda; vt ſcilicet non niſi iuxta modum, & tenorem ſibi in facultate præſcriptum abſolutionem cócedat; quã ad verbalem formam abſolutionis. nam eam quibuſcumque verbis aptis, ſeruato ſcilicet tenore ſuę facultatis, concedere poterit, ad ſupradicta.

Formam autem, ſecundum quã abſolutio à iuramento dari conſueuit, non pono, cum quælibet Curia habeat de ſtylo ſuam formam ſolitam, & conſuetam.

QVAESTIO XX.

An abſolutio peti poſſit tempore feriarum.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutionis ſimplicis, & totalis Iudicium eſt plenariũ, non quoad ordinem, & figuram Iudicij, ſed reſpectu probationum: & nu. 3. 9.*

2 *Abſolutio ſimplex, & totalis ſummarie expeditur reſpectu ordinis, & figura Iudicij.*

4 *Iudicium vnum, & idem ſiue vna & eadem cognitio poteſt dici plenaria, & ſummaria diuerſis reſpectibus, ſcilicet reſpectu cauſa ſubſtantialis Iudicij, ideſt probationum, & cauſæ formalis, Iudicij, ideſt ordinis & ſolemnitatis, & num. 5.*

6 *Probationes plenæ etiam in cauſis ſummarijs fiunt.*

7 *Acta Iudicij reſpicientia factum cauſæ & eius ſubſtantialia ſunt probationes, et defenſiones.*

8 *Cauſæ ſummariæ requirentes plenas probationes, quæ dicantur, ſeu quando plenæ probationes fieri habeant in cauſis ſummarijs.*

10 *Abſolutio à iuramento ſimplex & totalis obtineri non poteſt in diebus feriatis, nedum in honorem Dei, ſed etiam ob vtilitatem hominum, ideſt meſſis & vindemiarum: & nu. 16.*

Feria-

11 *Feriarum tempore etiam meſſis, & uindemiarum expediri nequeunt ea quæ ſpectant ad contentioſam iuriſdictionem: & nu. 31.*

12 *Feriarum tempore non cogitur quis ad Iudicium uenire etiam in ferijs hominum.*

13 *Actus omnes iudiciales feriarũ tempore fieri nequeunt, et nulli ſunt.*

14 *Feriæ Dei, et hominum æquiparantur reſpectu Iudiciorum.*

15 *Ratificatio partium non ſufficit ad reconualidandum actus nullos ratione feriarum.*

17 *Abſolutio à iuramento præparatoria, ideſt ad effectum agendi, uel excipiendi impetrari poteſt tempore feriarum meſſium, et uindemiarum.*

18 *Abſolutio præparatoria non ſpectat ad contentioſam iuriſdictionem, et nu. 28.*

19 *Actus extraiudiciales, et qui iudicialem ſtrepitum non requirunt, omni tempore expediri poſſunt, et nu. 26.*

20 *Iuriſdictio et poteſtas Iudicis non eſt ſuſpenſa ſimpliciter, et abſolute tempore feriarum, ſed ſolum quoad ea quæ de iuris neceſſitate requirunt iudicialem ſtrepitum, et indaginem.*

21 *Iudicialis indago tunc fit cum interuenit uocatio partis, ac iurium utriuſque partis diſcuſſio, et nu. 30.*

22 *Cognitio cauſæ in abſolutione iuramenti præparatoria de plano fit, ſcilicet ſine uocatione partis, et abſque iudiciario ſtrepitu.*

23 *Feriæ non obſeruantur in cognitione, quæ de plano fit.*

24 *Feriarum tempore in Dei honorem inductarum quatuor de cauſis ſeu rationibus iudicia exerceri prohibentur, et nu. 32. 33.*

25 *Libellus an in ferijs Dei offerri poſſit Iudici, nu. 37. 52.*

26 *Actus iudiciales, qui propriè ſunt tales, dumtaxat prohibentur in ferijs Dei.*

27 *Actus etiam iudiciales, qui nõ ſpectant ad contentioſam iuriſdictionem, non prohibentur in ferijs Dei: et num. 31. 36. 44.*

29 *Actus contentioſæ iuriſdictionis, qui dicantur.*

30 *Actus iudiciales, qui propriè dicantur.*

32 *Feriæ Dei ob duos reſpectus principales introductæ ſunt: et nu. 34.*

33 *Actus contentioſæ iuriſdictionis contra rationem feriarũ Dei eſſe dicuntur, et quare: et nu. 35.*

38 *Lex miles. §. ſexaginta: ff. de adult. declaratur: et nu. 41.*

39 *Libellus offerri poteſt Iudici, non etiam parti in ferijs Dei, & quare.*

40 *Lege tota non perſpecta iudicare periculoſum eſt.*

42 *Lex indiſtinctè loquens indiſtinctè intelligi debet.*

43 *L. 1. C. de ferijs, declaratur.*

45 *Tutelæ, et Curæ earumque adminiſtrationes decerni poſſunt in ferijs Dei.*

46 *Tutela, et Curæ datio mixti ſunt*

Digitized by Google

ti ſunt Imperij.

47 *Tutela, et Cura datio cauſa cognitionem, et Iudicem ſedentem requirit.*

48 *Inſinuatio donationis fieri poteſt in ferijs Dei. Et qualiter expediatur, nu. 49.*

50 *Cognitionem cauſa non exigentia poſſunt in alieno territorio expediri.*

51 *Argum. de loco ad tempus, et è conuerſo ualet.*

VIGESIMO quæro an abſolutio peti poſſit tempore feriarum. Fel. ponit hanc quęſtionem in cap. 1. in fine: de iureiur. & reſtringit eam ad ferias inductas ob neceſſitates hominum, quaſi, vt puto, in diebus feriatis ob reuerentiã Dei non habuerit pro dubitabili quod non poſſit peti. Et videtur pertranſire cum opinione affirmatiua, referendo Cal. qui eam tenuit in tit. de fer. conſ. 50. licet ibidem referat Gaſp. Cal. dicentem ibi quod noluit ſe ſubſcribere Conſilio Patris. Et Fel. videtur ſentire de abſolutione plenaria, quę ſoluit vinculum iuramenti, ex qua contingere poteſt tolli obligationem ex toto, vt patet ex Gloſ. quam refert in Clem. diſpendioſam, quę eſt Gloſ. parua in ver. tangentibus: de Iudi. quę de tali abſolutione loquitur.

Ego vero iuxta duos modos, ſiue practicas ſupra conſtitutas abſolutionis dandę, eius ſcilicet ſecundum quam vocari diximus relaxationem, ſeu abſolutionem præparatoriam, quæ ſcilicet ad effectum, vt aiunt, agendi, vel excipiendi conceditur: & propriæ ac plenariæ abſolutionis: duas pariter adhibeam inſpectiones, de vtroque ſcilicet abſolutionis modo quid Iuris ſit tam in diebus ad Dei honorem, quam in vtilitatem hominum feriatis inueſtigando.

Et quantum ad abſolutionem propriam, & plenariam, quæ apta eſt ex toto tollere obligationem, iuxta alias dicta, relata Concluſio affirmatiua Felini non videtur poſſe tranſire ſine difficultate, ſiue loquamur de ferijs hominum, ſiue multo magis de ferijs Dei.

Moueor ad id dicendum ex eo,
† quia Iudicium huiuſmodi abſo- 1
lutionis eſt plenarium (non intelligas me loqui modo de Iudicio plenario, ſeu de cognitione plenaria quoad figuram Iudicij, ac eiuſdẽ ſolemnitatis Iuris poſitiui, de quibus habetur in l. 1. & auth. offeratur. C. de lit. cont. & in l. prolatam, vbi doct. C. de ſent. & in cap. quoniam contra: de proba. & cap. fi. de re iud. in 6. & per Maran. in ſua Praxi par. 2. prin. num. 26. Et in 4. par. princ. diſt. 9. Iud. in prin. & ſic quatenus Iudicium plenarium opponitur ſummario, quod tale eſt & dicitur reſpectu ipſius figuræ, ſeu formæ Iudiciariæ, quia ſcilicet in eo figura ipſa atque ſolemnitas Iudicij non ſeruatur, vt cauetur in d. Clem. diſpendioſam, de Iud. & habetur in Cle. ſępe, vbi doct. de verb. ſigni. & in ſpeculatore

lib. 1.

lib. 1. tit. de offic. omn. Iud. §. poſtremo, & Bar. plene in extrauag. ad reprimendũ, ſuper verbo ſummarie, ac plene item per Maran. in loco proxime citato: nam ſic intelligendo contradiceret tex.
2 in d. Clem. diſpendioſam, † qui ſecundum Gloſ. ibi in ver. tangentibus, vult vt hoc reſpectu Iudicium abſolutionis ſit ſummarium
3 vt alia, de quibus ibi cauetur) † Sed dixi plenarium reſpectu probationum; quia in huiuſce abſolutionis Iudicio plenę probationes requiruntur, & ſecundum hoc non reſiſtunt tex. ac Gloſ. in d. Clem. diſpendioſam: quoniam & ſi demus hanc cauſam eſſe ſummariam, tamen nihil repugnat,
4 † quin ea cognitio, quæ ſummaria eſt reſpectu cauſæ formalis Iudicij, ideſt ordinis, & ſolemnitatis Iudicij, eadem ſit plenaria quoad ſubſtantialem cauſam Iudicij, ſcilicet quoad probationẽ: vt id not. Bal. ad Spec. de contu. ver. etiam vbi ſit. & in l. 1. col. 1. ver. & nota, quod ſummaria: C.
5 vt in poſ. lega. † vbi expreſſe dicit quod cognitio dicitur ſummaria, etiam vbi ſit plena probatio:
6 † multę namq. ſunt cauſæ ſummariæ, in quibus nihilominus plena probatio requiritur, pleneque in eis cognoſcendum eſt atque probandum: ſed dicuntur, & ſunt ſummariæ reſpectu figuræ Iudicij & actorum reſpicientium eius ſolemnitates; quia talia in eis non ſeruantur; non autem reſpectu a-
7 ctorum † reſpicientium factum cauſę, & eius ſubſtantialia, vt ſunt probationes, ſeu defenſiones: vt habetur in d. Clem. ſæpe, de verb. ſigni. & in d. Clem. diſpendioſam de Iudic. cum vtrobique notatis per Glo. & Doctores: & ita declarat Specul. ſupra allegatus in tit. de offi. omn. iud. §. poſtremo. ver. Hoc quoque prætermittendum: nu. 18. & Bar. in extrauag. ad reprimendum, in Glo. ſummarie, col. 3. num. 13. ver. quædam ſunt, in quibus partis. † Et ad co- 8
gnoſcendum cauſas huius generis ſummarias vtrique tradunt hanc notabilem Theoricam, quod vbi ſunt tales cauſæ, in quibus partis verſatur præiudicium, nec poſſunt in aliud Iudicium reparari, niſi per appellationem, vel alijs modis legitimis; in his, ſi dicatur procedendum ſummarie, intelligitur ſolum quoad ordinem, ſed ab vtraque parte probationes, & defenſiones audiuntur: ita dicit Bart. ibi. Pone, vt clarius Specul. declarat, ſi lex, vel ſtatutum, vel reſcriptum dicit in aliquo caſu ſummarie procedendum, vel Iuris ordine non ſeruato; & talis eſt cauſa, vel negocium, quod ſi principalis quæſtio, vel illud, ꝙ poſtulatur principaliter terminetur, non poteſt ad illud eſſe reo, vel ſucumbenti regreſſus; nec per aliquod ordinarium Iudicium, vel alio modo via defenſionis, vel repetitionis integra conſeruatur eidem, prout conſeruaretur in alijs ſummarijs, puta in Iudicio ad exhibendum, vel vbi datur petitori ante lit. conteſtationem tenuta contra contumacem: in ſimilibus enim illud, quod principaliter intenditur, non finitur, nec per hoc reo grande præiudicium generatur; quia in ad exhibendum

bendum Iudicio, re exhibita in
ordinario Iudicio rei vendica-
tionis, integra defenſio reſerua-
tur : & in tenuta data auditur
contumax intra annum eam re-
cuperare volens. At vbi inquam,
principale negocium quod inten
ditur, finitur, neque ad illud alio
modo via defenſionis, vel repeti-
tionis integra ſuccumbenti reſer
uatur, vt ex præmiſſis duabus
ſummarijs cauſis liquet, ſed ſolũ
ei ſuccurritur vel per appellatio-
nem, vel alios legitimos modos,
q̃bus ſentẽtia retractatur; in his,
vt in ordinarijs, plene cognoſcen
dũ, atque probandũ eſt, dicit Spe.
in d. loco. Ad hęc Bart. allegat.
C. de naufrag. l. de ſubmerſis: lib.
11. licet ibi ſit, inquit, pluſquam
ſummarie agendum : & Clem. ſę-
pe, ſupr. alleg. de verb. ſig. Nam in
talibus cauſis, inquir, illa conſti-
9 tutio eſt intelligenda. † Talis eſt
cauſa abſolutionis totalis & ple-
narię, de qua agimus. In ea enim
verſatur pręiudicium partis; nam
quoad vinculum, & obligationem
iuramenti res in totum finitur,
nec reparari poteſt in alio Iudi-
cio, prout põt in abſolutione pręę
paratoria ad effectum agendi, vel
excipiendi, quę nihil definit etiã
circa obligationem ex iuramen-
to productam; ſed definitionem
in aliud Iudicium transfert, cum
interim ſolum ſuſpendat eam, dã-
do ſolum habilitatem interim ad
agendum. Et ſi obligatio ipſa iu-
ratoria hereret contractui alias
de ſe inualido, ſimul cum ea etiam
obligatio contractus perimere-
tur; & ſic etiam quoad contra-
ctum totum negocium finiretur:
ad ea quę dicta ſunt hac par. 3. q.
decimaquarta & alibi, vnde ple-
nę probationes ſunt fiendæ, & ple
naria cognitio eſt adhibenda, &
partis citatio ſubinde neceſſaria
eſt, ad ea quę plene dixi ſupra in
decimaſexta quęſt. in prima Con
cluſ. per tot. † Quamobrem non 10
videtur quod huiuſmodi abſolu-
tio expediri valeat tempore fe-
riarum etiam ob vtilitatem ho-
minum, ſcilicet meſſis, & vinde-
miarum: † quoniam in hiſce quo- 11
que ferijs expediri nequeunt ea,
quę ad contentioſam ſpectant iu-
riſdictionem: argum. l. 2. ff. de fer.
& expreſſe not. Specul. eodem ti.
§. 2. in prin. † quoniam eo tempo- 12
re non cogitur quis ad Iudicium
venire, minuſque Iudicium ſuſci-
pere: l. 1. & l. ſi feriatis. d. ti. ff. de
fer. & l. 2. in fine, & ibi not. in fine
vltimę Gloſ. ff. ſi quis in ius voca.
non ierit. & not. Alex. in l. fin.
in primis verbis: ff. qui ſatis.
cogan. † Et omnes actus iudicia- 13
les regulariter diebus feriatis
exerceri nequeunt, & ſi fiunt, nul-
li ſunt. d. l. 1. & l. ſi feriatis. & aper
te probatur argum. c. fin. in fine,
& ibi not. Gloſ. 2. in fine, & ibi
Abb. ſuper ea, num. 13. de fer. &
idem Abb. in cap. 1. col. fi. ver. Ego
reduco. eo. tit. quod verum eſt
etiam in ferijs hominum. † nam 14
quantum ad hoc æquiparantur
inuicem omnes feriæ, vt in dictis
Iuribus, & idem Abb. not. in cap.
1. in fine eo. tit. & expreſſe decla-
rat Spec. eo. ti. de fer. §. 2. in prin.
† in tantum, vt nec ratificatio 15
partium poſtmodum ſequuta eos
reconualidaret, ex quo ſunt ipſo
Iure nulli ſecundum Spec. ibi. Et
hæc

Digitized by Google

hæc multo magis vera ſunt in his, in quibus cauſæ cognitio adhiberi debet: vt aperte probat tex. in l. 2. §. dies, ibi, quod ſi ea, & ibi not. ff. quis ordo in bonor. poſ. ſer. & per iſtum tex. notat Alex. in l. diuus, in fine: ff. de ferijs. Et Specul. eo. tit. §. 2. in
16 fine. † Per quæ ego cenſeo præmiſſam affirmatiuam Concluſionem non poſſe de Iure ſubſiſtere, ſed negatiuam de iure veriorem eſſe: quam ſentire videtur Hoſt. in ſumm. tit. de ferijs. §. quid in his, ver. Sed quæ pertinent ad voluntariam, & Spec. d. §. 2. verſic. Porro ea. Sed neque Fel. affirmatiuam ipſam firmauit: immo, vt dixi, poſtquam retulit Cal. qui eam tenuit in conſ. 50. in tit. de fer. ſubijcit ſtatim, quod illam non approbauit Gaſpar Cal. quia noluit ſe ſubſcribere d. conſilio ſui patris: & cum hoc nihil aliud determinando pertranſit.

Altera remanet quęſtionis inſpectio circa alterum abſolutionis modum adhibenda, videlicet circa abſolutionem præparatoriam, ſeu quæ petitur ad effectum agendi, vel excipiendi.

17 † Et in hac breuiter audacter affirmatiue concludendum eſt, videlicet eam obtineri licite poſſe tempore feriarum hominum, ſcilicet meſſium, & vindemiarum; quoniam ceſſant in ea rationes, quæ militant in priori ſpecie ab-
18 ſolutionis: † In iſta namque non verſatur contentioſa iuriſdictio, quæ in ferijs prohibetur, vt dictũ eſt ſupra; nec in forma Iudicij procceditur. quod patet, quia cauſæ cognitio ſaltem propria, & plena in ea non adhibetur, ſed ſummatim proceditur, & leuis probatio exigitur, & ad ſummum ſemiplena: ad dicta ſup. q. 3. nempe talis, quæ informare, & mouere valeat animum Iudicis ad eam concedendam: vnde nec citatio partis requiritur, ſecundum magis communem, & de ſtylo, ac practica curiarum receptam opinionem: ad late relata ſupra in decimaſexta quęſt. in 2. Concl.

Et horum ratio eſt, quia per eam non generatur parti præiudicium, ſaltem graue; cum in ea quod principaliter intenditur nõ terminetur; & proinde eidẽ parti illæſum Ius ſuum reſeruatur, vt ibidem fuit demonſtratum. Quare ex eiſdem rationibus infertur eandem præparatoriam abſolutionem feriato tempore rite expediri poſſe: arg. optimo l. 2. ſupra allegatæ: §. dies: ff. quis ordo in bon. poſ. ſer. Vbi habetur quod in illa bonorum poſſeſſione ſunt dies vtiles, etiam in quibus Prætor pro Tribunali non ſedet; quia etiam illis diebus adiri poterat, cum etiam diebus feriatis illa bonorum poſſeſſio peti, & de ea cognoſci poſſit: vt id expreſſe dicit Glo. ibi in ver. ſeſſionum: & redditur ibi ratio, quia ea de plano peti poteſt, cum plena cauſæ cognitio in ea non deſideretur, eo quia non parat grande præiudicium, cum Ius in proprietate non tribuat: vt declarat etiã ibi d. Gloſ. in ver. ſeſſionum: Et ſic ille tex. in ſui ratione atque in ſuo ſimili probat clare pręmiſſam affirmatiuam Concluſionem: pro qua pariter eſt bona Gloſ. in

l.3.§.penul.in ver. pro tribunali: ff. de bono. poſſeſſ. quæ ſimiliter declarat bonorum poſſeſſionem, quæ non parat graue præiudiciū cum Ius non tribuat, dari poſſe, diebus quibus pro tribunali non ſedetur, per dictā rationem; quia de plano datur, ideſt non in forma Iudicij; quia plena cauſæ cognitio nō interuenit, nec eſt Pars vocanda. Confirmatur eadem Concluſio per id, quod de huiuſmodi præparatoria abſolutione tradit Abb. in conſ. 12.col.4.ver. An autem in hac lib. 2. vbi dicit quod illa eſt actus quaſi pœnitentialis, & extraiudicialis, qui poteſt exerceri parte non vocata. idem dicit in cap. 1.col.7.ſub ver. ſed reſpectu: de iureiur. ex Ant. in cap. debitores: eo. Et clarum eſt huiuſmodi actus indiſtincte quocumque tēpore exerceri poſſe: vt tradit Abb. in cap. fin.col. 7. in fine, à ver. Nunc Gloſſis exped. & in col. ſeq. de fer. & eſt tex. in l. diuus, vbi Bart. & Alex. ff. de fer. & in Specul. eo. tit.d.§. 2. in prin. & per totum. Ad idem eſt dictum Feder. de Sen. in conſ. 11. col. 2. verſ. ex his concludo:
19 num.6. vbi ponit pro regula, † quod ea, quæ ad ſui ſubſtantiam non requirunt cauſæ cognitionē, nec Iudicialem ſtrepitum, poſſunt omni tempore expediri: per l. actus C.de fer. cum ſimilibus. Et huius axiomatis rationem aſſignat idē Feder. inferius in reſponſione ad allegationes D. Iacobi, incipit
20 Concluſio, num. 10. † nempe quia iuriſdictio Iudicis tempore feriato non eſt ſuſpenſa ſimpliciter, & abſolute, ſed ſolum in his, & circa ea, quæ de iuris neceſſitate ad ſui eſſe, & ad ſuam ſubſtantiam requirunt cognitionem, & Iudicialem indaginem; † quæ vere, & 21
proprie fit cum partis vocatione, ſeu interuentu, & cum Iurium vtrarumque partium diſcuſſione: iuxta illud vulgatum, cauſarū merita partiū aſſertione panduntur, vt in c.tū ex litteris, de in integ. reſt. & in l.fi. C. ſi per vim vel alio. Idque nominatim notat Bart. in l.3.§.ſi cauſa, nu.4. ver. præterea dicitur hic: ff. de bon. poſ. per l. in cauſæ.§.cauſa cognita: ff. de min.

Non obſtat ſi obijcias, quod immo aliqua cauſę cognitio interuenire debeat: &, ſi ex abrupto daretur, nulla eſſet: quoniam iam vidimus ſupra quod Epiſcopus, immo etiam Papa non poteſt abſolutionem concedere ſine cauſa: ſecundum Gloſ. quæ ordinarie ad hoc ſolet allegari in cap. quanto: de iureiur. Nam reſpondeo (conceſſo etiam pro nunc id verū eſſe etiam in iſta præparatoria abſolutione) † quod aliqualis co- 22
gnitio ſufficit, quæ de plano fit abſque partis vocatione, atque ſubinde abſque Iudiciario ſtrepitu, vt dictum eſt ſupra in princ. ſecundę huius partis, ſeu inſpectionis, in ver. & in hac breuiter. & plenius ſupra in decimaſexta quæſt. concl. 2. & etiam alibi ſuperius: & ideo ei non obſtat tempus feriarum: † quoniam fe- 23
rię non obſeruantur in cognitione, quę de plano fit, vt probat liquido tex. in l.2.§. dies, iam allegatus, vbi glo. in ver. ſeſſionum: ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſer. & probatur item clare arg. tex. in

l.3.§. ſi

l. 3. §. ſi cauſa cognita: cum ibi notat.ff. de bonor. poſſ. Et voluit Caſtren. in l.actus. C. de ferijs, vbi id tenet etiam in ferijs Dei: & illum refert (licet quantum ad caſum de quo loquitur non ſequatur) Quintil. Mando. in Praxi Commiſ. in forma 13. ferijs non obſtan. in 7. q.

Item hęc Concluſio confirmari poteſt auctoritate Cald. conſ.50. in tit. de fer. qui ſimpliciter tenet cauſam abſolutionis expediri poſſe durantibus ferijs ob neceſſitatem hominum: quem ſupra retuli poſt Fel.in d.cap.1. in fine de iureiuran.

Cuius ſententiam, & ſi plenariæ abſolutioni eo tempore expediendę parum opitulari poſſe cēſui ex his quę ſupra adduxi, huic tamen pręparatorię auctoritatē profecto impartietur.

Et per hęc puto quod in hac Concluſione, quod attinet ad ferias hominum, nulla reſtet difficultas.

Sed an eadem hęc Concluſio procedat in ferijs Dei, dubius ſio.

Nam pro negatiua parte, quod ſcilicet abſolutio ipſa præparatoria, ſeu ad effectum agendi expediri non poſſit in ferijs diuinis, cautum eſſe videtur 15. q. 4. per totum: ibi enim in effectu cauetur, quod in diebus Dominicis, & alijs pręcipuis feſtis propoſitū cuiuſcumque cauſę negocium vē-
24 tillari non debeat. † Et quatuor huius prohibitionis rationes aſſignantur ibi in cap. placita, cum Gloſ. in ver. orationibus. Prima vt adeundi Eccleſiam, orationibuſque vacandi libenter habeatur facultas. Secunda ob reuerentiam dierum. Tertia fauore partium; vt ſic partes à litibus reſpirent: vt C. de ferijs. l. dies. Quarta ratio eſt; quia in talibus diebus non pręſtatur iuramentū niſi pro pace. 22.q.5.c.decreuit; & cap.1. extra de fer. & ſic non poſſet pręſtari ſacramentum calumnię. Ad idem.C.de ferijs.l.vt in die, quę eſt 2.vbi, pręter duas ibi expreſſas,reliquę cauſę quieſcere iubentur: & l. actus, vbi ſimiliter in diebus feſtis,ſeu in Dei honorem feriatis prohibentur omnes actus ſiue publici,ſiue priuati: & l.dies feſtos, quę eſt vlt. illius tit. qua omnis cognitio feſtis diebus interdicitur.

Item pro hac parte facit,quod voluit Bart. in extrauag.ad reprimendum, Gloſ. de plano. num.3.
† vbi ſentit quod libellus non 25
poſſit etiam ſoli Iudici offerri diebus in Dei honorem feriatis, etiam quod ſuper eo pro tunc Iudicium non ſit exercendum: quod ante eum ſenſit Io. And. in Addi. ad Spec. tit. de libel. concept.§. nunc videamus, 11. circa princ. ver. ſexaginta: niſi in caſibus ſpecialibus, vt ibi per eum, quem refert, & ſequitur Abb. in cap. ſi. ſuper Glo.ſi.num.17. de Iudi.

Pro contraria parte, ſcilicet affirmatiua, quod pręparatoria abſolutio expediri poſſit in ferijs diuinis, faciunt ſequentia.

Primum quod huiuſmodi abſolutio non eſt actus Iudicialis ſaltem proprie; ſed eſt potius quaſi pęnitentialis, & extraiudicialis: quod dixit Abb. in cap. 1. col.7. ſub num. 10. ver. ſed reſpectu:

ctu: de iureiur. & in conſ. 12. col. 4. ver. An autem. lib. 2. & retuli ſupra. Ergo tali tempore non
26 cenſetur prohibita; † quia ſolum actus Iudiciarij, & qui propriè ſunt tales eo tempore prohibentur: c.fi. & ibi notant Doct. præſertim Abb. de fer.

27 † Sed nec quoad omnia Iudicium exerceri prohibetur in ferijs diuinis, ſed ſolum quoad actus ad contentioſam iuriſdictionem ſpectantes. Nam ea quæ ad voluntariam iuriſdictionem pertinent, non prohibentur: l. actus, vbi Bart. & Doct. C. de fer. & per Abb. & alios in d. cap. fi. quod expreſſe confirmat Spe. eo. tit. §. 2. in prin. & per tot.

28 † Porro quod relaxatio iuramenti, ſeu præparatoria ipſa abſolutio non ſpectet ad contentioſam iuriſdictionem, quin immo nec actus ſit mere Iudicialis, ex eo liquet, nam & ſine partis citatione, & proinde ſine plena cauſę cognitione expeditur: vt non ſemel iam ſupra firmatum eſt: er-
29 go † non eſt actus contentioſæ iuriſdictionis: ſic enim perperam & inutiliter inconſulta parte expediretur, vt rudis quiſque intelligeret: & id nihilominus nominatim adnotauit Bal. in l.fi. §. cũ igitur, col. 5. ver. quæro ergo. C. de iure delib. ad quod bene facit, l. meminerint, & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & l.fi. C. ſi per vim
30 vel alio mo. cum ſimil. † Vnde conſequens ſit, quod nec actus Iudicialis ſimpliciter vereque dici poteſt, cum Iudicium ex ambarũ partium, ſcilicet actoris & rei, & ex ipſarum partium Iurium diſcuſſione conſiſtat: cap. forus, circa prin. cum Glo. ver. Iudicium, de ver. ſig. & declarat Fed. de Sen. conſ. 144. num. 3. Et à citatione partis incipere intelligitur & ſine illa non procedit: vt explicat Iaſ. in l. poſtquam liti, in prin. C. de pact. & in rubr. C. de in Ius voc.

Et ſi quæ cognitio interuenit, eſt quædam cauſę cognitio leuis, & perfunctoria, cum fiat parte abſente, & non tamquam Iudex cognouerit, ſed tamquam cogniturus ſit: vt in ſimili dixit Bal. in cap.fi. col. 3. num. 4. de fer. per d. l.fi. C. ſi per vim vel alio modo.

Et ſit ſolum ad informationem Iudicis, nempe vt tantum in ea probetur, quantum ſufficiat ad informandum mouendumque animum Iudicis: ideoque merito non vocatur Pars; quia eius vocatio non exigitur in huiuſmodi probationibus, quę ſumuntur à Iudice pro ſua informatione: vt vult Bal. in l. certum. col. 2. C. vnde cogn. & clarius in l. non dubiũ, col. 6. C. de legi. Inno. in cap. dudum, col. 1. in fi. ver. item licet, de præſumpt. & dictum eſt ſupra q. 16. in ſecunda Concluſ. Et propterea per talem cognitionem nihil Iuri partis detrahitur; cũm de veritate allegatorum ac ſuper eo, quod principaliter intenditur, quodque Ius partis concernit, ſit poſtmodum vocata parte diſcutiendum: & probationes antea factę nihil releuant, vt ſupra alias ſuo loco demonſtratum eſt, & facit d. l.fi. C. ſi per vim vel al. modo.

Quare iuremerito huiuſmodi

abſolu-

abſolutioni expediendæ feriæ nõ
31 debent obſtare: † quoniam ijs ſolum actibus ſunt impedimento, qui in figura Iudicij cum plena cauſę cognitione, ac proinde Iudice pro Tribunali ſedente, expediẽdi ſunt: ſecus in his qui huiuſmodi cauſæ cognitionẽ, & partis aduerſę pręſentiam non deſiderant: vt tradunt omnes per l. actus. C. de fer. & in cap. fi. extra eo. & nominatim Hoſtien. in ſum. tit. de fer. §. quid in his, præſertim in ver. Sed quæ: & Specula. eo. tit. §. 2. pręſertim in prin. & in ver. Porro ea, & in fi. & poſt eum Feder. de Sen. in alleg. conſ. 144. in fi. late Guid. Pap. Deciſ. 215. maxime ſub num. 4. ver. pręterea, & Paul. de Caſtro vltra alios in d. l. actus. C. de fer.

Et ideo non obſtant rationes, & Iura in ſuperiori parte negatiua allegata; quia loquuntur in actibus contentioſę iuriſdictionis, & qui in forma, & figura Iudicij ſunt expediendi, vt ex eis patet; cuiuſmodi non eſſe hanc abſolutionem iam ſupra oſtenſum eſt.

Pro cuius rei euidentiori notitia intuenda animo eſt mens, & ratio cum legum, tum Canonum conditorum in huiuſmodi ferijs
32 ſtatuendis, † quæ ob duos reſpectus principales ex rationibus ſupra pro negatiua parte adductis, & ex Iuribus infra allegandis fit conſpicua. Primum vt dierum feſtorum decori, & venerationi prouiderent. Secundo conſequenter vt ab hominibus ea longe facerent, quę eis cum animi, tum corporis perturbationes afferre poſſent, atque generatim occupationes omnes ſemouerent, quibus perturbari, impedirique poſſent quominus libenter, & quietè debitæ feſtorum ſolemniũ celebrationi incumbendi, Eccleſiaſque propterea adeundi, ibiq. orationibus vacandi facultatem
haberent. † Quoniam vero in his 33
huiuſmodi eorum intentioni ea contraire viſa ſunt, quæ ad contentioſam ſpectant iuriſdictionẽ, quippe ob partium ambarum, quę in eis interuenit, præſentiam, & altercationem, Iudicialem itẽ ordinem, plenamq. cauſæ cognitionem, ad ſupradicta; Iudiciales ſtrepitus excitant, parteſque ad odia ad iram atque ad iurgia prouocant, eaſque ab Eccleſijs retrahunt, atque à diuinis auocant; vnde ſubſequenter feſtorum obſeruationi detrahitur, eorumque cultus veneratioque minuitur; nimirum cum fideles pariter ab eorum celebritate per prædictos Iudiciarios actus retrahantur: idcirco eoſdem dumtaxat contentioſæ iuriſdictionis actus diuinis ferijs Canonum legumque conditoribus interdicere cordi fuit. Porro hęc ipſorum mens, ratioque in diuinis ferijs condendis, inque per eaſdem contentioſe iuriſdictionis actibus interdicẽdis, colligitur clare quoad vtrumque duorum prędictorum reſpectuum
ex iuribus infraſcriptis. † Quod 34
attinet ad primum, nempe ob cultum venerationemque feſtorum ſarctam tectam conſeruandam, patet, 15. q. 4. in can. 1. ibi, vt Deo ſtatuta ſolemnia peragant, & in cap. placita, in vltimis verbis. Et

C. de

C. de fer. in l. omnes dies, ibi, in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam: & in l. prouinciarum id liquet perbelle in ratione quę in ea redditur illius caſus ſpecialis, ibi, cum facillime & in hoc ſummi Numinis ſperetur venia, &c. & in l. dies feſtos, in prin. & inferius, in ver. nihil eodem die. Et extra eodem tit. de fer. in cap. 1. ibi cum omni veneratione decernimus obſeruari. & c. fi. circa prin. ibi, debet tamē Iudicialis ſtrepitus diebus quieſcere feriatis, qui ob reuerentiā Dei
35 noſcuntur eſſe ſtatuti. † Quoad ſecundum reſpectum tendentem ad prohibendum ea dumtaxat, in quibus contentioſa exercetur iuriſdictio, quę & conſequenter Iudicialem ſtrepitum excitant, homines ad iram, & ad iurgia prouocant, eoſque à debita feſtorum celebritate venerationeque auertunt, cuiuſmodi ea ſunt, quę cauſæ diſcuſſionem, partium interuentum, & iudiciarium ordinem requirunt; mens eorumdem Canonum legumque conditorum clare colligitur C. de fer. in l. vt in die, in fine, ibi, ſine ſtrepitu volumus obſeruari: & in l. ſequenti, in verbo, conquieſcant. & in l. omnes dies, ibi, vlla ſit cognitio Iurgiorum: & in l. dies feſtos in multis verbis, quæ mentem illam declarant, illa præcipue, nullis exactionum vexationibus profanari: nulla quemquam vrgeat admonitio: taceat apparitio: aduocatio deliteſcat, ideſt de lite quieſcat, vt gloſ. exponit: reſpirent à controuerſijs litigantes. & 15. qu. 4. d. can. 1. in ver. ventillare. & in c. placita, ibi, ad placitum bannire: & in cap. vlt. in ver. cauſas iudicare. Et extra de fer. d. cap. 1. ibi neque placitum. & in cap. fi. ibi debet iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis: & infra in ver. Proceſſus, & in ver. ſententia.
† Secus ergo in his, quæ ad contentioſam non ſpectant iuriſdictionem, quæ ſcilicet abſque plenaria cauſæ cognitione, & non in figura Iudicij, ſed de plano expediuntur; cuiuſmodi cauſam præparatorię abſolutionis eſſe præfati ſumus. in his enim ceſſat ratio prędicta obſeruationis feriarum; ergo, & c. l. illud: ff. ad leg. aquil. l. Adigere. §. quamuis: ff. de iurepatr. cum ſimil. & ad alia, quę tradit Euer. in Topi. Iuris, in loco à ceſſatione legis, & in loco à ratione legis ſtricta, ſeu limitata ad reſtrictionem eiuſdem legis. Quinimmo expreſſo iure permiſſa ſunt exerceri in diuinis ferijs ea quę non ſunt contentioſę iuriſdictionis, & in quibus ſcilicet partes ad iudicium inuitę non trahuntur, & in quibus conſequenter Iudiciarius ſtrepitus ſilet; cuiuſmodi generis ſunt actus voluntariæ iuriſdictionis, & alij, qui non in forma ſolemnis Iudicij, ſiue plenaria cognitione cum ſolo Iudice expediuntur. vt de primis patet in l. vt in die, in princ. & in l. actus. C. de fer. & de ſecundis eſt exemplum in l. 1. illo eodem ti. 36

Non obſtat quod de libelli oblatione dictum eſt ſupra in ſuperiori parte negatiua, quod non poteſt offerri etiam ſoli Iudici in ferijs diuinis, ſecundum Bar. & alios

37 alios ibi citatos; † quia immo contrarium eſt verius, videlicet vt coram Iudice produci poſſit in diuinis ferijs, non tamen vt Iudicium exerceatur: pro quo facit bonus tex. in l. 1. alias alleg. C. de fer. & eſt tex. in l. miles. §. ſexaginta, ſecundum communem in-
38 tellectum, † qui eſt, vt loquatur de productione, quę fit Iudici, abſque tamen alio proceſſu: ff. de adult. & hoc tenet ibi Bar. vt illum refert Abb. licet illum non ſequatur, in cap. fi. num. 17. de Iudi. & eſt Gloſ. in l. 1. in ver. cōpellendi: ff. de fer.

Et hanc partem tenet Hoſt. in ſum. tit. de fer. §. quid in his, ver. item quolibet die libellus: quod etiam prius tenuit in ti. de libel. obla. §. vtrum libellus. ver. libellus autē, prope fi. in ſol. Eiuſdem ſententię eſt Specul. eo. tit. de fer. §. 2. ſub num. 2. ver. item quolibet tempore libellus: & illum ſequitur ibi Ioan. Andr. in addi. in ver. ſexaginta: & ibi in ver. ſi vero non arctat, ponit bonum ſimile, quod facit pro hac parte affirmatiua vt fieri poſſit abſolutio in diuinis ferijs. Idem Spec. tit. de libellorum concep. §. 12. nunc videamus, circa prin. Et omnes mouentur per tex. in d. §. ſexaginta: nec enim admittitur reſtrictio illius, quam ſentit Ioan. Andr. in add. ad Spec. in d. §. nunc videamus, in ver. ſexaginta: ſed procedit indiſtinctè abſque illa ſpecialitate Ioan. And. vt declarat Fel. in cap. fi. ſuper Glo. fi. de Iud. & ante eum Alex. in d. l. 1. ff. de fer. ſuper glo. alleg. in ver. compellendi: ſed ſolum reſtringunt, vt non intelligatur quod offerri poſſit parti, ita quod ad Iudiciū vocetur: & in hoc omnes concordant, vt ſcilicet non poſſit offerri parti in diebus feriatis.

† Et quid interſit an Iudici offeratur, vel parti, vide Alex. ibidem in d. l. 1. qui dicit, quod longe differunt oblatio, quę fit Iudici, & oblatio, quę fit ipſi parti vocatę ad Iudicium; & hoc patet, inquit, in l. libertus aduerſus: ff. de in ius vo. Et ſubdit ibi Alex. quod pro hoc facit; quia ſi offerri poſſet libellus parti, diſtrahi poſſet à re ruſtica: addamus nos vel à diuinis. 39

Et ſecundum hoc non procedet opinio Ioan. in d. cap. placita. 15. q. 4. vbi in glo. ver. orationibus, circa medium, dicit quod, & ſi non teneatur quis reſpondere in dictis diebus feriatis, tamen poteſt ad hoc citari, vt compareat ad recipiendum libellum, & allegat d. §. ſexaginta. Sed illum refutat Ioan. And. proxime citatus quantum ad oblationem parti fiendam; quia dicit talem oblationem parti fieri non poſſe diebus feriatis. nam tex. in d. §. ſexaginta, loquitur de oblatione, quę fit Iudici. Et ſubdit quod prędictæ opinioni Ioannis, quoad partem contradicit tex. in d. cap. placita. Et ita cum Ioan. Andr. contra Ioannem tranſit Alex. vbi ſupra citatus per prędictam rationem, quam ipſe addidit, licet alio modo allegetur in Apoſtil. in d. cap. placita, & male, vt ex ipſo patet: ſed d. Apoſtilla vidit eum ſolum in primis verbis ſuper d. Glo. in ver. compellendi; vbi citat

40 tat d. Gloſ. Ioannis.† & ideo periculoſum eſt Iudicium proferre niſi tota lege perſpecta: l. inciuile: ff. de leg.

Et hanc opinionem, quod libellus offerri poſſit Iudici tempore feriato, communem eſſe dicit Alex. in d. loco poſt alios quam plurimos pro ea more ſuo per eum allegatos.

Tamen in quantum eam intelligit in feriis dumtaxat humanis, ſcilicet meſſium, & vindemiarum; non autem in diuinis poſt Bar. quem allegat in l. nec quicquam §. de plano: ff. de offi. procon. pro quo dicit facere reg. l. fi. C. de fer. & d. cap. placita: & item quia de illis ferijs in honorē Dei non fit mentio in iure digeſtorum; & ideo tex. in d. §. ſexaginta non poſſe intelligi de illis: adde quod dicta communis opinio, & tex. in d. §. ſexaginta non debent intelligi cum iſta reſtrictione, ſed quod procedant etiam in ferijs diuinis: nam ratio illa quod de talibus ferijs non fit mentio in iure digeſtorum, & propterea d. §. ſexaginta non poſſe intelligi de illis, nullatenus ſuadet talem declarationem, & reſtrictionem: & retorqueo illam in contrarium:

41 † nam immo ideo d. §. ſexaginta non ſtatuit nominatim, & ſpecifice de illis; quia eo iure non fit mentio de illis: & ideo cum indiſtincte loquatur, intelligamus eum de illis quoque intelligere voluiſſe, ſi notę eo Iure fuiſſent, ne recedamus à regula illa trita

42 dictante † legem indiſtincte loquentem, indiſtincte eſſe intelligendam: l. de pretio, cum concordantijs ibi notatis ff. de publicia. in rem. ac. Neque obſtat dictum Bart. in d. §. de plano. l. nec quicquam; quoniam Bar. loquitur non ſolum de oblatione, ſed etiam de proceſſu: vt penes eum videre eſt. Plus vrget ipſe Bar. in extrauag. ad reprimendum, ver. de plano, quem ſupra allegaui; vbi loquitur de oblatione, quæ fit Iudici; & intelligit in ferijs hominū, & allegat. d. §. ſexaginta. ſed intelligemus eum vt loquatur attento illo tempore, ſecundum quod de illis ſolum ferijs mentio fiebat in iure. alioqui, ſi excluderet diuinas ferias, non ſubſiſteret dictum ſuum, per ſimile quod allegat de appellatione, quę ſolum coram Iudice interponitur, vt C. de ferijs. l. 1. nam hæc ipſa lex eidem Bartolo contradiceret, quippe quæ † in ferijs ſolemnibus, ſeu 43
diuinis locum habet, vt innuit ipſemet Bart. ibi, qui illam ſimpliciter intelligit, & expreſſe hoc declarat Addi. Poma. ibi ad illū. & eſt conſpicuum; nam ibi fit ęquiparatio inter repentinas ferias, & ſolemnes, ſeu diuinas: vt illam intelligit, & declarat Glo. & qui eius caſum figurat: quam quidem ęquiparationem idem ipſe Alex. concedit in d. l. 1. num. 14. Quare mirandum certe eſt, quod ijdem ad hanc legem non bene aduerterint.

Poſtremo nihil faciunt iura per Alex. adducta in l. fi. C. de fer. & in cap. placita. 15. q. 4. quoniam excludunt ſolum in ferijs diuinis actus contentioſę iuriſdictionis, qui cum cauſę cognitione in forma Iudicij celebrantur: vt apertiſſime

tiſſime ſupra atque plus ſatis de-
monſtratum fuit. Quare cum
reuera neque ex dictis Bartoli,
neque ex alijs per Alexan. addu-
ctis recipere mereatur reſtrictio-
nem prædicta communis opinio,
intelligemus eam ſimpliciter, vt
procedat etiam in ferijs diuinis,
prout eam receperunt Hoſtien. &
Specul. vbi ſupra citati: Quibus
adde Lanfr. Oria. in Clem. ſæpe,
ſuper ver. de plano, in ver. tertia
Concluſio: num. 22. vbi dicit, hoc
ſcilicet vt poſſit offerri libellus
die feriato in honorē Dei, verum
eſſe etiam in cauſis arduis, in qui
bus proceditur ſecundum ordinē
Iuris. Et poſt alios per eum ad-
ductos mouetur ea ratione, quæ
directo concludit quoad princi-
palem firmatam Concluſionem
de præparatoria abſolutione, vt
44 fieri poſſit in diuinis ferijs, † nem
pe quia, inquit, omnis actus Iudi-
cialis, qui non exigit contentio-
nem partium, poteſt in die feria-
to in honorem Dei explicari: &
adducit ſimile de examinatione
teſtium, ſecundum Glo. in Clem.
Iudices, quæ vnica eſt, in Glo. 1.
poſt medium, de offi. deleg. Quod
confirmat vt etiam fieri poſſit in
Dominica Fed. de Sen. conſ. 144.
num. 4. poſt Spec. tit. de fer. §. 2.
ver. quid ſi tunc. Et quod d. com.
opin. circa libelli oblationem ſit
vera etiam in ferijs diuinis, con-
firmat Guid. Pap. in Deciſ. 215.
alias alleg. col. 2. ver. item dari
poteſt libellus. & in eadem Deci-
ſione per totam, vltra firmatam
Concluſionem in oblatione libel-
li, habebis plura alia ad confirma
tionem eiuſdem principalis Cō-
cluſionis affirmatiuę de præpa-
ratoria ipſa abſolutione, vt expe-
diri poſſit in ferijs Dei. Pro qua
etiam facit, quod in eiuſmodi fe-
rijs † Tutelæ, & Curę atque ea- 45
rumdem adminiſtrationes decer
ni poſſunt: vt notat Spec. tit. de
fer. §. 2. ver. Ergo tutores. Quæ
cauſæ quidem ſunt non modicæ,
† cum ad mixtum pertineant Im- 46
perium, vt ff. de tut. l. muto. §.
tutoris datio; † & cauſæ cogni- 47
tionem requirant, ac proinde Iu-
dicem ſedentem atque auctori-
tatem pręſtantem: vt ff. de con-
firma. tuto. l. in confirmando, &
notatur Inſtitut. de attilia. tut.
§. ſed ex his. & tradit Spec. in
d. loco.

† Item facit quia in eiſdem fe- 48
rijs etiam inſinuationes dona-
tionum expediuntur: vt notat
Guid. Pap. d. Deciſ. 215. ſub nu. 3.
allegat Ioan. And. id dicentem
in addi. ad Spec. tit. de Inſtr. edi-
tio. §. porro, circa finem: eſt ad-
di. poſita ſub ver. Spec. Donatio
autem firma, ſub num. 4. in verbo,
ſubſcribat, poſt medium additio-
nis. Adde Alex. idem dicentem
in Addi. ad Bar. in l. Modeſtinus,
in ver. reſpondeo, & expreſſius
in ver. quemcumque: ff. de don.
allegat Oldra. hoc tenentem in
conſ. 254. & Io. And. vbi ſupra.
† Et tamen non ſine aliqua ſolem 49
nitate expediuntur, nēpe citatio-
nem ſaltem generalem requirunt
de omnibus ſua intereſſe putan-
tibus: vt ad hoc multos allegat
Berta. Fir. in aureo ſuo repert.
ver. Inſinuatio qualiter: num. 5.
item actibus interuenientibus, ac
Iudice præſente, & auctorizante

perficiuntur,vt Inſti. de donat.§. aliæ autem, cum notatis: & plene Ioan.And. in d.add. & plenius in alia inferius ad finem d. §. poſtremo, in ver. minus; & copioſe item Bart. & Alex.ad eum in pluribus addi.in d.l. Modeſtinus,vbi etiam per alios.

Et faciunt etiam alia adducta per Hoſt. in ſumm.d.tit.de fer.d. §.quid in his, ver. ſed quę pertinent, & per Spec.eo.tit.§.2. ſępe alleg. ver. Porro,& per Marcheſ. tract.de commiſ.par.1.in comm. deroga.fer.à nu.38. Ex quibus & ex prædictis omnibus valide, & concludenter argui poteſt ad cōfirmationem prędictę Concluſionis. Quę alio tandem argumento communiri poteſt, habito hic pro repetito quod ſępe dictum eſt, in d. pręparatoria abſolutione cauſæ cognitionem propriè non adhiberi: vnde arguitur, ea
50 † quę cauſę cognitionem non deſiderant poſſunt in alieno territorio expediri, vt not. de offic. leg. in cap. nouit: ergo etiam
51 tempore feriato; † quia de loco ad tempus, & è conuerſo licet arguere: l.vinum: ff. ſi cert. pet. quo argum. in ſimili vtitur Fed. de Sen.d.conſ.144. ad fi.

Et ad illam limitationem,quā ad d.Concluſionem de libelli oblatione firmatam affert Bal. in l.
52 1. in 5.oppo.C.qui admitti,† dicens quod licet ſimplex oblatio libelli ſtantis in meris finibus productionis factæ Iudici, poſſit fieri die feriata,tamen ſi vltra productionem requireretur vt fieret aliqua petitio, per quam petatur aliquid dari, & iſtud obtineretur per ipſam porrectionem libelli abſque alia litis conteſtatione; tunc non poſſet fieri talis productio die feriata,per l.2.§.dies.ff. quis ordo in bon. poſſ. fer. & referunt Alex.in d.l.1.in prin.ſuper Glo.ver. compellendi, ver. item limita: ff.de fer. & Fel. in cap.fi. col.4.ver. tertia declaratio: de Iudi. & exemplū ponunt in petenda bon. poſſ. iuxta l.fi.C.qui admitti: quę petitio plus operatur, quam ſola libelli productio; quia habet vim quaſi litis conteſtatę cum non ſit ibi aduerſarius: vnde ſimiliter non videtur quod petitio abſolutionis procedat in diebus feriatis, ex quo non ſtat in terminis porrectionis precum ſeu libelli; ſed vlterius progreditur in abſolutione obtinenda. Ad hanc, inquam,limitationem,quæ huic pręparatorię abſolutioni videbatur obſtare, patet reſponſio ex ratione, in qua limitatio ipſa fundatur; nempe quia per ipſam agnitionem in negocio ipſo principali quaſi litis conteſtatio inducitur: & ſic dici poteſt, quod ſapiat naturam contentioſę iuriſdictionis,ex quo talem operatur effectum: ſecus in abſolutione, de qua agimus;quia nihil imprimit in negocio principali: & de ſe taliter expeditur, vt in ea non cadat ratio feriarum: vt abunde iam eſt demonſtratum.

QVÆ-

QVAESTIO XXI.

Abſolutio à iuramento an ſit remedium ordinarium, vel ſubſidiarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus compellere poteſt recipientem turpiter iuram~tum ad illud relaxandum, ſicut poteſt cogere iurantem ad obſeruantiam iuramenti liciti. Declara vt nu. 2.*

3 *Abſolutio à iuramento eſt remedium ordinarium, & principale, & ab ea incipi poteſt, omiſſis alijs.*

Amplia ſiue iuramentum ſit de re illicita de ſe, ſiue de re licita, ſed metu, vi, uel dolo præſtitum, nu. 4. 6.

5 *Obligatio etiam primaria ex promiſſione metu facta acquiritur parti.*

7 *Obligatio ex promiſſione uſurarum nulla acquiritur parti, & nu. 10.*

8 *Remedia plura ubi à iure prodita reperiuntur, æque principaliter competere cenſentur, nec unum eſſe ſubſidiarium ad aliud.*

9 *Obligatio ex iuramento de uſuris ſoluendis directe, & principaliter acquiritur parti, ſeu ſaltem ſecundario: & nu. 11.*

12 *Abſolutio à iuramento, ut primo & principaliter imploretur, omiſſis alijs remedijs, eſt tutior et expeditior practica, quæ frequentior effecta eſt.*

VIGESIMOPRIMO quæro an abſolutio iuramenti intentari poſſit principaliter, prætermiſſis alijs remedijs, vel ſolum in ſubſidium, ſcilicet alijs deficientibus. Quod eſt quęrere vtrum abſolutio ſit remedium ordinarium, & principale, vel ſubſidiarium. Huic quęſtioni locum, materiamque præbuit quod de iuramentorum relaxatione ab ea turpiter recipientibus, velint nolint, facienda ſummus Pontifex ſtatuit in cap. 1. de iureiuran. Quare ibidem Doctores, præſertim Ab. additis alijs quotquot iuranti competunt, remedijs, ſubinde quærunt An prætermiſſo illius cap. remedio pariterque alijs, libere ad abſolutionis remedium conuolare liceat: de qua re agunt pariter idē Abb. Inn. Ant. de But. & Imol. in c. ad aures: de his quæ vi met. ca.

Sed tamen ijdem Doctores circa hunc articulum non ſunt concor-

concordes in practica in terminis illius cap. 1. & c. debitores, & ſimilibus. Nam Inno. in d. cap. debitores, docet huiuſmodi ordinē ſeruandum eſſe, videlicet vt primo vocetur creditor, à quo petatur, vt iuramentum remittat, & ad hoc compellatur, iuxta d. c. 1. & c. tuas, de vſur. Et ſi non poteſt induci, puta quia contumaciter differt, vel etiam quia non eſt pręſens; tunc Epiſcopus poterit abſoluere: quod probat ibidem Inn. Et ſic videtur ſentire ibi Inno. ꝙ abſolutio ſit ſubſidiaria. Et illum ſequitur Io. And. in Addi. ad Spe. in rub. eo. tit. de iureiur. poſt medium illius magnæ Addi. ibi, Eſt ergo de iure iſte ordo. Et tutius eſt quod hic ordo ſeruetur ſecundum Fel. in d. cap. 1. col. 3. in prin. ver. tertium eſt remed. & dicit quod ſic practicatur, ſcilicet ꝙ petatur primo creditorem cogi ad relaxandum, & quod in contumaciam ipſum abſoluat: & ita dicit ſentire Imol. in d. cap. 1. & in d. cap. debitores, col. 5. & Oldr. conſ. 18. incip. ex ordine videatur. Et hanc practicam videtur approbare Inno. in d. c. ad aures, num. 3. ver. ſemper tamen: & maxime inferius, ibi, quouſque autem.

Et adde quod ſecundum hanc practicam, nedum Eccleſiaſticus eſt Iudex competens ad faciendā hanc compulſionem, iuxta cap. venerabilem: de elect. cum ſimil.
1 † ſed etiam ſecularis, ſi ſecularis eſt is, qui turpiter iuramentum recepit: vt tenet Fel. in d. cap. 1. num. 22. poſt Fed. de Sen. quem alleg. in conſ. 272. incipit ſtatutū ciuitatis, prope finem: & Rom. ſing. 508. incip. vbi iuram. ſequitur Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 4. ver. verum vt res: qui dicit Felinum de hoc dubitaſſe in cap. cum ſit generale, num. 7. de foro cōpe. ſed quod non debuerat dubitare per eam rationem; quia ſicut Iudex ſecularis laicum cogere poteſt ad ſeruandum iuramentum licitum, cap. licet, de iureiuran. lib. 6. ita iuriſdictionem habebit contra laicum, vt eum compellat remittere obligationem iuramenti ex eius parte illiciti.

Verum Fel. non fuit quidem ignarus eius rationis: nam illam adducit in d. cap. cum ſit generale, neque item quicquam dubitauit de huiuſmodi poteſtate Iudicis laici circa hanc relaxationem iniungendam in caſu, in quo ipſam poteſtatem eidem competere omnes intelligunt, ſcilicet vbi
† nullus ſcrupulus nullaue ambiguitas ineſt quin dicta compulſio ſit facienda, adeo quod pro hoc nulla cognitio eſt adhibenda: ad ea quæ hac de re adducta ſunt ſupra in 1. par. quæſt. 7. in Concl. 3. in limit. 2

Attamen ipſe prudenter quidē dubitauit, dicta ratione non obſtante, motus alia ſubtili conſideratione, quam Couar. vel non aduertit, vel referre omiſit; nempe quia ſecundum eum vix eſt vt relaxatio fieri poſſit rite abſque aliqua cognitione. Quare merito Fel. inquit, dubito, quia obſeruatio, & relaxatio non procedūt à pari: nam in prima non requiritur cauſæ cognitio in videndo valeat, vel non: nam vbi requireretur

retur, ſecularis eſſet incompetens: ſed in cogendo ad relaxandum initio exigitur neceſſaria cognitio;& iſta,cum ſit Iuris, non competit ſeculari ſecundum omnes: ita. Fel. cuius quidem conſideratio videtur mihi conſiderate eſſe conſideranda.

Sed quantum ad principalem quæſtionem, adde quod d. practica non probatur omnibus: nã Abb.iuit in diuerſam ſententiam, videlicet quod dictus ordo ſiue dicta practica non ſit neceſſario
3 ſeruanda: † ſed quod immo poſſit incipi ab ipſa abſolutione,intentando eam principaliter;quia eſt remedium principale,& ordinarium: quod dicit probari in c. ſi vero: de iureiur.& in c. Abbas, & c. ad aures, de his quæ vi met. ca. vt per eum in d. cap. 1. nu.7. & idem conſulit in conſ.8. incip. Omnip. Dei poſtulato, & c. tria ad deciſionem,in fi. lib. 1. vbi dicit hæc remedia ęque eſſe principalia. Et quod immo ſeruari debeat hæc practica, vt ſcilicet incipiatur ab abſolutione, ſuadetur in terminis d. cap. 1. à maioritate rationis, atque à congruentia ſecundum eum. Primum probat
4 tali medio, videlicet † Epiſcopus abſoluit principaliter à iuramento interpoſito ſuper his,quæ metu fiunt, vel promittuntur,nec eſt neceſſe recurrere prius ad eum, qui tale iuramentum recepit: d.c. ſi vero: de iureiur. & not. Inno. in d.cap. ad aures: de his quæ vi
5 met.ca. † & tamen certum eſt, ꝙ in talibus obligatio, etiam pri-
6 maria acquiritur parti: vt plene not. in d. cap. ad aures. † Ergo fortius, inquit Abb. abſoluet principaliter in caſu illius cap. 1. in quo ex promiſſione nihil acquiritur parti: vt in d.cap. debitores. Secundum argumen. de congruitate deducitur ex priori.
† Nam cum in caſu d.c. 1. ex pro- 7
miſſione non acquiratur parti obligatio, vt patet in d.cap. debitores, & iuramentum dirigitur principaliter in Deum, vt ibi ſimiliter patet: ergo congruentius eſt vt Epiſcopus, qui eſt Dei vicarius in ſua Diœceſi, abſoluat: vt in c. mulier. 33. q. 5.

Tertio quoque argumento vtitur Abb. ad idem tali modo. Vbi-
cumque † reperiuntur à Iure duo 8
remedia prodita, videntur ęque principaliter competere, nec vnũ eſt ſubſidiarium ad aliud: vt in l. quoties: ff. de act.& obligat. non minus cautum eſt de abſolutione, vt in d.cap. ſi vero: ergo &c.

Non obſtat ſi dicatur, quod illud cap. loquitur de Papa: nam idem Abb. reſpondet, quod in hoc recitat factum. cum enim Epiſcopus quoque poſſit abſoluere, vt dictum eſt ſupra ex Inno. & eod. Abb. & alibi fuſius ſuo loco demonſtratum fuit: ergo procedit etiam in Epiſcopo. Et ita Abb. concludit vbi ſupra.

At Abbas de falſitate arguitur à Felino in d. cap. 1. num. 9. in eo, quod in ratione primi argumenti dixit, quod ex promiſſione in caſu d.cap. 1. nihil obligationis acquiritur parti. nam hæc ratio,
inquit Fel. continet falſum; † quia 9
in iuramento iſto de vſuris ſoluendis acquiritur obligatio parti directe, & principaliter, vt hoc inquit

inquit, notat ipſemet Abb. ibi in primo notab. reprehendendo per illum tex. D. Anto. contrarium tenentem in d. cap. debitores. Et hæc falſitas atque contrarietas, quæ Felino viſę ſunt ineſſe in dictis Abbatis, in cauſa fuiſſe videntur cur ipſe ab opinione, & practica Abbatis diſceſſerit, dicens tutius eſſe quod ſeruetur prior practica, vt retuli. Sed certe quidem Abbas non debuit reprehendi, cum nulla contrarietas, & ne minimum quid falſitatis inſit in dictis eius: quod fiet perſpicuum ſi attenderimus quod, dũ Abb. dixit in ratione primi argumenti quod in his, quæ fiunt per metum, obligatio primaria acquiritur parti; ſed in caſu illius c. 1. ſcilicet ex promiſſione de vſuris ſoluendis nihil acquiritur parti, ipſe non habuit reſpectum ad iuramentum, & eius obligationem, ſed ad conuentionem ipſam principaliter initam, cui iuramentum acceſſit, & ad obligationem illius: ſenſit enim, quin verbis expreſſis
10 declarauit, † quod ex conuentione ipſa de vſuris ſoluendis inita non acquiritur parti obligatio. patet; quia dicit ex promiſſione: at id quidem veriſſimum eſt, eſt enim expreſſum in d. cap. debito-
11 res, in primis verbis. † Sed in primo notabili loquutus fuit de iuramento, & eius obligatione adnotans ex illo tex. quod ex iuramento prǽſtito ſuper vſuris ſoluendis (quod tu dic ſuper conuentione inita de vſuris ſoluendis) obligatio ſaltem ſecundaria acquiritur parti; quæ quidem differentia inter ipſam conuentionē ſimplicem & puram, & iuramento munitam, vt ex prima non oriatur obligatio, & ex ſecunda ſic, vera eſt, eamq. conſtituit ſum. Pont. in d. cap. debitores. Porro hanc eius mentem, & ſenſum ipſemet Abb. aperuit in ſecundo notabili eiuſdem cap. 1. Et eſt mirandum, quod ea ignota fuerit Felino, cui omnia pene fuerunt in Iure nota: ſed quandoque bonus dormitat Homerus.

Quare ſi alia non fuit ratione motus, non debuiſſet dicta de cauſa recedere ab opinione, & practica Abbatis, quę probatur Innocentio in d. cap. ad aures, ſub num. 3. ibi quamuis contra Ius; neque eam reprobauit Couar. in alleg. c. 4.

† Et profecto expeditior eſt 12
hęc practica, & tutior ad euitandas lites ex litibus per ea, quæ prudenter in ſimili conſiderauit Marcheſ. in ſępealleg. tract. de commiſſio. par. 1. commiſ. 1. cap. 4. ſub num. 6. Et frequentior effecta eſt noſtra hac tempeſtate, quicquid ſuo tempore dixerit Fel. vbi ſupra relatus: quam etiã approbat, & ſolam ponit Glo. in d. cap. debitores, in ver. cogendi, in fine.

Intelligenda tamen hæc practica eſt, vt procedat vbi adeſt temporis ſpatium ad abſolutionem ipſam expediendam prius quam adueniat terminus adimpletionis contractus: nam ſi adeo proximus eſſet dictus terminus, qui non relinqueret temporis interuallum ad obtinendam abſolutionem; tunc non eſſet locus eidem remedio abſolutionis, prout

ut nec alijs quoque: vt limitat Abb. in eodem cap. 1. d. num. 7. ver. item intelligo, & ſuperius num. 6. & dixi latius ſupra hac eadem par. in quarta quæſt. prin. huius 3. partis. ſed eo caſu ſolum illud remedium prodeſſet, ſolue, & repete, vt in d. cap. debitores: & dicit Abb. proxime citatus.

QVAESTIO XXII.

Vtrum exceptionis ope tueri ſe valeat contra iuramentum debitor conuentus, qui abſolutionem obtinere non valuit in tempore.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex iuramento, ſi lapſo termino conuenitur, non poteſt excipere de turpitudine iuramenti aduerſus creditorem: intellige vt nu. 24.*
Amplia vt nu. 3.

2 *Legis auxilium fruſtra implorat qui in legem commiſit.*

4 *Debitor ex iuramento conuentus poteſt excipere de turpitudine iuramenti, puta propter vſuram, vel ſimile, & petere ſe ab illo abſolui debere, vel creditorem cogi illud relaxare, ſi tempus ad hoc ſuppetit.*
Limita vt nu. 5. 6.

7 *Exceptionem vſurariam puta vel ſimilem opponens contra iuramentum inſiſtens in ea, vt eius vigore non cogatur ſoluere, dicenſque ſibi competere actionem ad repetendũ, an ſit audiendus.*

8 *Actio ſi cui competit ad aliquid, magis in eodem competit exceptio.*
Limita, vt nu. 9.

10 *Iurans ſoluere vſuras, ſi ſoluit, non impeditur repetere ob dictum iuramentum.*

11 *Exceptionem dolo facis: & c. opponere non poteſt debitor ex iuramento conuentus vbi tempus non ſuppetit ad eam exceptionem verificandam antequam incurrat periurium ex lapſu termini inſtantis.*
Amplia vt nu. 14.

12 *Regula ſiue exceptio dolo facit: & c. quando locum habeat, & quando non: & nu. 13.*

15 *Creditor uſurarum agere poteſt directe ad eas vigore iuramenti.*

16 *Debitor licet termino non coarctetur, tamen ex interpellatione eſt conſtitutus in mora non poteſt excipere de turpitudine iuramenti, ne teneatur ad ſolutionem.*

Dies

17 *Dies interpellat pro homine.*
18 *Mora ex ſola interpellatione quando committatur, ſeu quando interpellatione opus ſit ad inducendam moram.*
19 *Debitor poteſt excipere de turpitudine iuramenti, & ſe propterea non teneri ad promiſſa antequam conſtituatur in mora ſoluendi, & quod poſſit liquere de turpitudine recipientis iuramentum antequam inſtet terminus adimplendi iuramentum: & nu. 22.*
20 *Reſtitutio in integrum per viam exceptionis peti poteſt.*
21 *Petere quis non poteſt ante terminum.*
22 *Obligatus ad ſummam ſoluendam in pluribus terminis ex lapſu vnius termini non conſtituitur in mora.*
23 *Exceptio hoſtica quæ dicatur, & cui competat.*
25 *Exceptiones, quæ non ex vitio & defectu ipſiuſmet iuramenti eliciuntur, ſed ab extrinſeca aliqua cauſa ad illius inobſeruantiam deducuntur, quandocumque opponi poſſunt: & quæ ſint.*

SED quæro numquid eo caſu, vbi ſcilicet tempus non ſuppetit ad abſolutionis Iudicium expediendum, quia inſtat terminus, vt dictum eſt; poſſit debitor remedio exceptionis repellere creditorem inſtantem; videlicet excipiendo de turpitudine iuramenti, & quod propterea non debet cogi ad eius obſeruantiam, cum ipſe creditor teneatur propter ſuam turpitudinem illud relaxare; & ſic illud ſibi relaxari petendo: iuxta cap. 1. de iureiur.

In hac quæſtione volo procedere deciſiue, relinquendo argumenta ad partes, & ponendo caſus deciſiuos & reſolutos, extendendo Articulum queſtionis latius vltra limites propoſitæ quæſtionis. quos caſus eliciam ex dictis Panor. in d. cap. 1. & cap. debitores. Et primus caſus ſit, † vbi 1
lapſus eſt terminus antequam conueniatur debitor: & ſi tunc conuenitur, & differt ſoluere non poteſt prędicto modo excipere, ne perſeueret in periurio, in quod incurrit non ſatisfaciendo in d. termino iuxta iuramentum pręſtitum; & ideo nullo modo debet audiri; quia claudit ſibi os regula, † fruſtra legis auxilium 2
implorat, qui contra legem commiſit: cap. quia fruſtra: de vſur. cum ſimil. ibi notat. & propter id quod notat Abb. in d. cap. 1. ſub num. 6. ver. ſecundum remediũ. Sed debet hoc caſu ſoluere, & poſtea repetere: argum. d. cap. debitores. & ita in hoc caſu concludit Abb. d. cap. 1. col. 5. circa prin. ſub num. 7. ver. Ideo in præmiſſo
articulo. † Et non eſt opus hoc 3
caſu diſtinguere an appareat de turpitudine iuramenti ex parte recipientis, vel non: vt ſentit Ab. in d. cap. debitores, col. pen. ſub num. 4. ver. aut contractus aperte

te apparet, & maxime in fine illius num. 4. ver. Idem ſi ille creditor, vbi ponit hunc caſum in contractu, qui aperte apparet vſurarius: & mouetur quia, inquit, non debet Iudex pati illum ſtare in periurio; nec debet illum abſoluere, tum quia non petijt, tum quia non eſt dignus hoc remedio ex quo legem contempſit inciden do in periurium; & per ſupra dicta.

4 Secundus caſus eſt, † vbi non eſt lapſus terminus, & debitor conuentus opponit exceptionem, puta vſurariam non ſimpliciter inſiſtendo in ea, ſed petendo dicta de cauſa abſolutionem vel relaxationem iuramenti, vel compelli creditorem ad illud remittendum: & hoc caſu auditur ſic excipiens, per ea quę dicta ſunt ſupra in præcedenti quæſtione; & iuncto d. cap. 1. & c. ſi vero, de iureiuran. cum ſimil. & eſt caſus quem poſuit Ant. in d. cap. debitores: quem refert ibi Abb. col. mihi 4. ver. D. Antonius videtur.

5 † Limitandus tamen eſt hic caſus, & intelligendus vt procedat vbi relaxatio iuramenti ſiue dicta compulſio expediri poſſent ante lapſum termini; ſecus ſi impedirentur ob proximitatem termini; quia tunc taliter excipiens non deberet admitti in proſequutione talis exceptionis, ne incidat in periurium ob aduentū termini, ſed debet cogi ad ſoluendū iuxta pręſtitū iuramentū, d. c. debitores: & ita limitat Ab. ibi, col. 5. in prin. ver. ſed primum membrū: alioqui illud cap. vt inquit ibidē Abb. eſſet quaſi ſine effectu, cum quilibet exciperet petendo abſolutionem. Debuiſſet enim eſſe vigilans per prius antequā inſtaret terminus, impetrādo relaxationem: vt dicit idem Abb. ibi, d. col. 5. in fi. ver. tertio modo.

Amplia hanc limitationem, vt † inſtante termino debitor ſic excipiens non ſit audiendus, ſed cogendus ad ſatisfactionem; vt procedat, etiam ſi aperte appareat contractus vſurarius; quia debet Iudex eligere vt potius admittat creditorem agentem cum peccato, quam eum repellendo permittere vt labatur debitor in periurium: ita dicit Abb. in d. c. debitores, col. 6. ſub num. 4. in fi. & eſt ibi etiam textus apertus pro hoc. 6

Tertius caſus eſt, † vbi debitor conuentus excipit de vſuraria prauitate, ſeu alias de turpitudine obligationis, ſeu iuramenti; & ei exceptioni inhęret ſimpliciter, ſcilicet fundando ſe in ea; vel etiā allegando quod habet actionem ad repetendum: & vrget terminus adeo quod non poteſt excipiens verificare exceptionem oppoſitam quin incidat in periurium per lapſum termini, quia non poteſt conſtare intra terminum de vſuraria prauitate, vel ſimili; pone quia non eſt expreſſum vitium in inſtrumento, quia forte malitioſe fuit conceptus contractus ſub forma depoſiti, vel mutui gratuiti; ſed plus fuit ſcriptum, quam receptum fuerit; puta quia recepit decem, & promiſit reddere viginti non tamen expreſſum eſt pro vſuris; & ſic nō 7

eſt vitium formę promiſſionis in inſtrumento.

Et hoc caſu non debet audiri debitor taliter excipiens, ne incidat in periurium: ſed habet locum d.cap. debitores, vt ſcilicet cogatur ad ſatisfaciendum iuxta præſtitum ab eo iuramentum. ita hunc caſum firmat Abb. in d. c. debitores, col. antepe. verſus fi. ver. tertio modo. Nam & hoc caſu ſimiliter increpari poteſt debitor, quare non fuerit vigilans per prius antequam inſtaret terminus in petendo abſolutionem iuramenti, vel compelli creditorem ad illud relaxandum, vt dicit Abb. in d.loco.

Neque enim hoc caſu replicare poteſt debitor defendendo exceptionem ſuam, vt admitti debeat allegando quod non debet compelli ad ſoluendum, quia cum habeat actionem ad vſuras repetendas, d. cap. debitores, ergo fortius habet exceptionem, ne
8 compellatur ſoluere † per regulã iuris, cui damus actionem, fortius exceptionem, l. inuitus. §. 1. ff. de reg. iur. & ff. de ſuperfi. l. 1. §. plane: & in reg. qui ad agendum: de reg. iur. in 6.

Quoniam reſpondetur quod d. regula hoc caſu nihil ſibi ſuffragatur, quia hęc reg. procedit regu
9 lariter: † ſed fallit quando ſubeſt aliqua cauſa, quę ſuadet denegari exceptionem, & tamen nõ ſuadet denegari actionem, prout eſt in hoc caſu: nam ideo denegatur exceptio, quia veniret cõtra iuramentum, ex quo nondum
30 ſoluiſſet: † ſed non venit contra iuramentum repetendo vſuras ſolutas, ſi ſolum iurauit ſoluere; quia impleuit iuramentum ſoluendo: ideo poſtea poterit repetere, & ad hoc actionem habere; quia non iurauit non repetere. Hæc fuit ſol. D. Ant. in d.cap. debitores, quam refert & approbat ibi Abb. ſub num. 4. ante medium, ver. antequam expediamus: & ſequitur Fel. nu. 4. ſuper Gloſ. 2.

† Neque magis hoc caſu audiendus eſt debitor, ſi velit exci- 11
pere contra creditorem, quod dolo facit petendo quod eſt reſtituturus, vt in l. dolo: ff. de dol. excep. & in reg. dolo facit de reg. iur. lib. 6. † Nam exceptio reſul- 12
tans ex illa reg. dolo facis, & c. vt dictis iuribus, non habet locũ quando ſubeſt cauſa ſuadens denegari exceptionem prædictã, vt eſt in caſu noſtro, nempe iuramẽtum, contra quod veniret excipiendo, vt reſponſum eſt ſupra ad aliam regulam; & ſic propter timorem periurij non habet locũ reg. dolo facis: ita reſpondet Abb. d.cap. debitores, col. antepe. in fi. ver. Dico ſic. & Fel. ibi. col. 3. in fi. ver. in ea glo.

† Aliam limitationem ſi videre 13
lubet ad d. regulam dolo facis, præter caſum noſtrum, eam ponit tex. in l. ſi ſocer. §. Lucius: ff. ſol. mat. videlicet vbi quis petit illud, quod reſtituturus eſt in cõtinenti alteri, quam ei, à quo petit: tunc non obſtat d. regula. & ibidem Bar. multum inſiſtit pro eius declaratione.

Neque etiam ſubueniri poteſt hoc caſu debitori per officium Iudicis, iuxta c. tuas, de vſuris; tũ quia non apparet de turpitudine contra-

contractus, tum quia interim debitor incideret in periurium: & ſic propter timorem periurij non habet locum etiam hoc remediũ: ita Abb. concludit vbi ſupra citatus.

14 † Amplia idem eſſe ſi contractus aperte apparet vſurarius, ſi tamen creditor comparet inſtante termino, adeo quod ex aliqua dilatione, quæ interuenit in excipiendo de vitio ipſius contractus, debitor incurreret periuriũ; quia ſimiliter non audietur debitor: vt firmat Abb. d. cap. debitores, ſub nu. 4. prope fi.

Non obſtat quod immo hoc caſu videbatur creditor eſſe repellendus quaſi non poſſet agere: non enim agit vigore promiſſionis, quę nulla eſt, d. cap. debitores, in prin. non vigore iuramenti, quia ſecundum opin. D. Anto. ibi, Actio ſeu obligatio non acquiritur parti propter ſuam turpitudinem: & ſine actione nemo experitur: l. ſi pupilli. §. videamus: ff. de nego. geſt. hic autem deficit obligatio, quæ eſt mater actionis: l. licet. §. ea obligatio: ff.

15 de procur. † Quoniam ſecundum Abb. creditor etiam hoc caſu non prohibetur agere, cum ſecundum eum verum non ſit quod parti hoc caſu non acquiratur actio ex iuramento; quia immo acquiritur ei ſaltem ſecundaria obligatio, cuius vigore agere poteſt, vt per eum in d. cap. 1. in primo notab. & ibi dicit eſſet tex. & caſum de hoc. idem tenet, & comprobat in d. cap. debitores, col. pen. circa prin. & dicit hoc tenere ibi Glo. quod etiam dicit probari in d. c. tuas: de vſuris. vbi dicitur, quod Iudex debet compellere creditores, qui receperunt iuramenta, vt deſiſtant ab exactione: ergo præſumitur quod actio competebat, alias fruſtra fieret compulſio.

Quartus caſus erit, † vbi debitor non vrgetur neque coarctatur termino, ſed mora committitur ex ſola interpellatione, iuxta l. ſciendum, & l. mora: ff. de vſur. Et poſt interpellationem non poterit debitor ipſe interpellatus, ſeu conuentus exceptionis prædictæ auxilio ſe tueri, ne incidat in periurium, per ſupradicta: ita hunc caſum ponit Abb. in d. cap. 1. ſub num. 7. ver. Ideo in præmiſſo, ibi, aut terminus nõ eſt lapſus. 16

Et hunc caſum declara, & exẽplifica quando non fuit adiectus dies, ſed fuit obligatio pura, & ſimplex, † alias dies ipſa vbi adueniſſet, interpellaret pro homine: l. magnam. C. de contrah. ſtip. & c. potuit, loca. & non fuiſſet opus interpellatione; ſed nec antea eam facere poſſet. † Et pone etiam exemplum quando mora committitur ex ſola interpellatione, vbi promiſſio eſſet facta ſub die incerta, vtputa cum fueris legitimę ętatis, vt per Alex. in d. l. magnam, in addi. ad Bart. 17 18

† Quintus caſus conſtituitur in eo debitore cui non imminet periculum moræ adeo quin poſſit excipere abſque eo quod interim conſtituatur im mora, & quin poſſit liquere de turpitudine recipientis iuramentum antequam 19

inſtet terminus adimplendi iuramentum: quem caſum ſimiliter conſtituit Abb. in d. cap. 1. ſub alleg. num.7.ver. reſtat ergo: nã hoc caſu, ſecundum Abb. ibi, debitor conuentus poterit excipere, quod non debet cogi ad obſeruantiam obligationis, ſeu iuramenti, cum ipſe creditor teneatur propter ſuam turpitudinem illud relaxare; & ſic illud relaxari petit: ex quo enim terminus, de quo eſt iuratum, non conſtituit illum in mora, & conſequenter ſic excipiendo non incidit in periurium, non eſt quid prohibere habeat debitorem ne huiuſmodi exceptionis remedio vtatur: & ad
20 hoc facit, † quia per viam exceptionis poteſt peti reſtitutio in integrum: l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de minor. ita dicit Abb. in d. loco. & quod hoc fieri poſſit videtur, inquit, voluiſſe Feder. de Sen. in conſ. 263. per not. per Glo. in cap. paſtoralis: de ca. poſ. & propr. in glo. pen.

Verum hic caſus videri poteſt
21 difficilis euentus, † quia ante terminum peti non poteſt: inſti. de ver. obli. §. omnis ſtipul. cum concordan. ibi not. & in termino difficile videtur quod verificari poſſit huiuſmodi exceptio. Ideo, ne res careat exẽplo quãdo poſt conuentionem ſuppetat adhuc eidem debitori conuento tempus docendi de cauſis in exceptione propoſitis, & non ſit in mora:
22 †pone vbi. exempligratia, debitor obligatus eſt ad ſummam in plures terminos ſoluendam diſtributam; quia ſi conuentus in primo termino non ſoluit etiam ſummam tantum illi primo termino attributam, non eſt in mora, nec incidit in pœnam, neque eſſet periurus; quia ſat eſt vt ſoluat in vltimo termino omnem ſummam in illis terminis diſtributam; & ſic ſoluendo in vltimo termino, de primis poteſt purgare moram; & ſi prius in illis non ſoluerit nõ dicitur contrauenire: iuxta caſum, & exemplum poſitũ in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua, in primo reſponſo, ſeu in prima parte illius §. ff. de pignora. act.

† Vel in eo debitore, qui con- 23
uentus in termino adhuc habet dilationem aliquo priuilegio: pone exempli gratia vigore conſtitutionis Regni Neap. incipit Hoſtici exceptionem, in eo ſcilicet qui iuſſu Regis, vel Regiæ Curiæ iuſſus eſt vt vadat ad Regiũ exercitum; nam durante ſeruitio, & etiam ante per 15. dies non poteſt adſtringi: & ſuperſedetur in cauſa etiam per quindecim dies poſt regreſſum, vt in d. conſtitutione, de qua videre potes Maran. in ſua Praxi. par. 6. tit. de except. num. 19. Et alijs ſimilibus: & c.

Et alia etiam exempla elici poſſunt ex Bertachi. in reper. ver. debitor ſoluens, nu. 174.

In his ſic præſuppoſitis caſibus vel ſimilibus excipere poteſt debitor conuentus contra iuramentum; quia non poteſt ſibi replicari, ſeu opponi de periurio, ex quo terminus, de quo eſt iuratum, ipſum non conſtringit, nec conſtituit in mora, vt eſt dictum.

† Et prædicta dicta ſunt, vt vi- 24
des, circa cauſas, & exceptiones,

quæ

Digitized by Google

quę vice & loco abſolutionis proponuntur aduerſus iuramentum directo, tenduntque ad oppugnandum illud ex cauſa turpitudinis ipſius iuramenti, quæ eſt ex parte recipientis illud, vtputa vel ex turpitudine materiæ, puta vſuræ vel alia de cauſa ob quam iuramentum redditur turpe & illicitum ex parte recipientis, puta, vi, dolo, vel metu: ex quibus cõſequenter fuiſſet iuramentum diſpenſandum, ſiue remittendum; cap. 1. & c. ſi vero: de iureiuran. cum ſimil. In his enim caſibus, ex quo directo quis venit contra iuramentum ad impugnandum illud ex vitio ipſius, & ex hoc capite vult eius obſeruantiam effugere, & ne illo conſtringatur; debet cauſas deducere, & oſtendere antequam iuramento ipſo conſtringatur per aduentum termini; & ſic antequam eidem iuramento contraueniat, alioqui incidit in Prouerbium, Sero ſapiunt Phryges, ob periurium incurſum; quia fruſtra legis auxilium implorat, & cęt. cap. quia fruſtra. de vſur.

Sed præter prædictum modum excipiendi directo contra iuramentum, & vltra prędictas cauſas, & exceptiones directo iura-
25 mentum reſpicientes, † alię ſunt cauſę, & exceptiones, quę totum contractum, ſiue totalem obligationem reſpiciunt, inferuntque ex cauſa extrinſeca ad inobſeruantiam iuramenti: prout multas ex eis in ſequentia capita recolegit Bal. poſt Gloſ. in l. ſi. C. de non nume. pec. videlicet quia tu fidem mihi non ſeruaſti: Quia Iudex præcepit contra: Quia fui abſolutus: Quia cauſa promiſſionis non durat: Quia perſonę qualitas non manſit: Quia res in eodem ſtatu non perſtitit, & ſimil. hę namque & ſimiles cauſæ, quæ inferunt iuramentum non eſſe obligatorium, quandocumque opponuntur contra promiſſionem iuratam ad impediendam exequutionem; vt eas opponi, & admitti nominatim ad impediendum exequutionem obligationis ad formam Cam. Apoſt. non obſtante iuramento; tradit D. Anto. Maſſa Gales. in tract. d. obli. q. 3. ad quartam partic. per totam, vbi etiam alias huiuſmodi generis cauſas enumerat.

Et item pręter has, ſi alioqui inquirere volumus de alijs cauſis, & exceptionibus, quæ non directo opponuntur contra iuram. iuxta modum prędictũ, ſed aliunde aliterque deducuntur; quam plurimæ aliæ ſunt, quæ opponi poterunt ſemper, etiam ſtante iuramento, ſine incurſu periurij, de quibus late D. Anto. Galleſi. in d. tract. in q. 1. ad d. 4. parti.

QVÆ-

QVAESTIO XXIII.

Vtrum Iudicium ſine abſolutione iuramenti à iurante intentatum, vel cum abſolutione nulla ſit validum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio periurij dicitur exceptio litis finitæ.*

2 *Exceptio periurij opponi poteſt in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, ac etiam in vim peremptoriæ ad merita cauſæ quandocumque: & nu. 17. 18.*

Declara vt nu. 3. 4.

5 *Periurij exceptione repelli quis poteſt quandocumque a proſequutione Iudicij, & num. 18.*

6 *Periurij exceptio ſiue replicatio opponi poteſt contra excipientem, ſeu venientem contra ſuum iuramentum, vt nō audiatur, nedum in initio, ſed quandocumque & in quacumque parte iudicij.*

7 *Periurij exceptio impedit proceſſum ad vlteriora.*

8 *Probationes factæ à reo conuento ſuper ſuis exceptionibus an irritentur ex periurio poſtea detecto, & probato: quod non.*

9 *Periurus non auditur, ſed repellitur ab agendo.*

Declara vt nu. 11. 12.

10 *Exceptio periurij repellit agētem etiam in foro, ſeu Curia mercatorum.*

13 *Periurus qui ſimulate & falſo iurauit omnia in inſtrumento contenta vera eſſe an audiatur volens docere de ſimulatione: & quid ſi habuit abſolutionem ab eo iuramento: & nu. 14.*

Et quid ſi fuit admiſſus, & eius probationes fuerint receptæ? nu. 15.

19 *Exceptiones, quæ ab initio ante litis conteſt. opponi debuiſſent, & non fuerunt oppoſitæ quando opponi poſſint poſtea: traditur regula notabilis: & nu. 20.*

20 *Exceptio dilatoria quando poſt litem conteſtatam opponi poſſit.*

21 *Exceptionem extra debitum tempus opponenti imputatur.*

Declara vt nu. 23.

22 *Tacens in iudicio pro conſentiente habetur.*

Declara vt nu 25. 45. 46.

23 *Cap. paſtoralis, de excep. declaratur.*

24 *Suſpecti Iudicis exceptio extingui-*

tinguitur per conſenſum ſemel in Iudicem præſtitum.

26 Probationes factæ ab illo, qui agendo uenit contra ſuum iuramentum iuratamque obligationem ſine abſolutione præuia, vel cum abſolutione nulla, parte non opponente an valeant, & ſuſtineantur, vel elidantur per exceptionem periurij demum oppoſitam: et nu. 27. 40.

28 Exceptio excommunicationis non reddit irritum Iudicium retro factum.

29 Sententia lata contra primam ſententiam, quæ transierat in rem iudicatam, non valet etiam in diuerſa inſtantia. Limita vt nu. 30. 31. 32.

30 Exceptio rei iudicatæ non oppoſita facit vt teneat ſecunda ſententia contraria primæ, quæ tranſitum fecerat in iudicatum: & nu. 31. 32.

33 Compromiſſum etiam generaliter factum in arbitratorem non extenditur ad deciſa iam per rem iudicatam: quia

34 Tranſactio non habet locum ſuper ſententia liquida. Limita vt nu. 36.

35 Statutum de compromiſſo fiendo non habet locum vbi competit exceptio rei iudicatæ. Limita vt nu. 36.

37 Exceptio pecuniæ non numeratæ excluditur per iuramentum, quo quis iurauit accepiſſe pecuniam, vt non admittatur excipiens & probare volens contrarium. Limita ut ibi.

38 Periurus admittitur, & non repellitur parte non opponente: nam

39 Periurij exceptio remitti poteſt: & non oppoſita cenſetur remiſſa.

40 Exceptio periurij, licet non obſtet probationibus retro factis, obſtat tamen fiendis: & nu. 44.

41 Conſenſus ex taciturnitate reſultans non nocet actibus poſteà geſtis, & nu. 46.

42 Exceptio excommunicationis, & ſi non obſtat probationibus, & proceſſui retro factis obſtat tamen fiendis.

43 Probationes factæ ab eo, qui agendo venit contra ſuum iuramentum ſine abſolutione vel cum abſolutione nulla parte opponente an teneant: quod non: & nu. 41.

47 Renunciatio tacita in vna inſtantia non præiudicat quoad aliam.

48 Conſentiens actui reiterato, & ſucceſſiue nouiterque grauanti, non cenſetur conſentire grauamini orituro, ſed tantum intelligitur conſenſum quantum tacitum.

49 Exceptio periurij an & quando cenſeatur reiecta à Iudice procedendo ad vlteriora agentemque nihilominus admittendo.

50 Iudex procedendo ad vlteriora perinde habetur, ac ſi ſuper exceptione non admittenda pronunciaſſet: & nu. 51. Limita ut nu. 56. 57. 59.

52 Exceptione oppoſita contra teſtes, Iudex ſi ad vlteriora procedat, ſcilicet recipiendo teſtes

teſtes videtur exceptionem ipſam reieciſſe.

53 *Appellari poteſt à reiectione exceptionis tacite facta per proceſſum ad vlteriora.*

54 *Appellatione non facta à reiectione exceptionis per proceſſum ad vlteriora, proceſſus remanet validus; et excipiens videtur illi, ac ſubinde refutationi ſuæ exceptionis acquieuiſſe.*

Limita ut nu. 56. 57. 59.

55 *Appellatio à reiectione exceptionis per proceſſum ad vlteriora an ſit neceſſaria ad reddendum nullum proceſſum, & actum in contrarium factum, vel ſufficit contradictio, & proteſtatio ne fiat neque recipiatur probatio partis aduerſæ.*

58 *Iudex ſi exceptione periurij oppoſita, ex abrupto fine cauſa cognitione, exceptione ipſa non attenta, ad vlteriora in continenti proceſſerit, parte opponente proceſſus, & probationes ita parte opponente receptæ ſunt nullæ.*

60 *Exceptio periurij oppoſita ſi expreſſe reiecta ſit a Iudice parte non appellante, vel contradicente, perinde habetur, ac ſi non fuiſſet oppoſita, & proceſſus & probationes exinde ſequuta tenent.*

Declara ut nu. 61.

62 *Reiectio intelligitur expreſſe facta per verbum non admitto.*

63 *Exceptionem oppoſitam reſeruare poteſt Iudex determinandam in fine cauſæ.*

64 *Etiam ſi eſſet ex ijs quæ impediunt proceſſum.*

65 *Exceptionem periurij oppoſitam, ſi Iudex reſeruauerit in fine cauſæ procedendo ad vlteriora, proceſſus ex hoc non redditur nullus, ſed iuxta deducta, & verificata definiendum erit.*

66 *Exceptione periurij reſeruata, ac poſtmodum verificata, retro geſta nulla redduntur.*

67 *Reſeruatio exceptionis per Iudicem interloquentem facta operatur, vt illa uerificata factum habeatur pro non facto.*

68 *Declaratoria Iudicis an fieri habeat ſuper nullitate geſtorum, ſeu proceſſus, vel ex ipſamet exceptionis reſeruatione eo ipſo inſurgat.*

69 *Appellari poteſt à reſeruatione exceptionis.*

70 *Exceptio periurij coram Iudice laico opponi poteſt.*

71 *Exceptio excommunicationis coram Iudice laico opponi poteſt.*

72 *Iudex ſecularis de exceptione periurij, & excommunicationis coram eo oppoſitæ non poteſt cognoſcere, ſed debet eã remittere ad Iudicem eccleſiaſticum examinandam.*

Declara ut nu. 73. 75. 76.

74 *Excommunicationis virtus, & effectus procedit ex auctoritate canonum: & eſt actus mere eccleſiaſticus.*

77 *Iuramenti ſiue periurij cauſa an, quando, & quomodo diſcuti ualeat coram Iudice laico.*

Vſu-

78 *Vſurarum cauſa, ſeu exceptio coram Iudice ſeculari incidens quando coram illo diſcuti, & terminari poſſit.*

79 *Matrimonij cauſa an, & quando coram Iudice laico cognoſci poſſit.*

80 *Iudex laicus de cauſa ſeu actu ſpirituali, ſeu Eccleſiaſtico non cognoſcit non ſolum principaliter, ſed nec incidenter, nec per viam exceptionis, nec reconuentionis.*

81 *Iudex laicus remittens exceptionem ad Iudicem eccleſiaſticum non poteſt partibus terminum præfigere, intra quem exceptio definiri habeat.*

82 *Nec ſtatuto aliquo id induci poteſt.*

SED quęro hic ſubſequenter, ſi iurator admiſſus fuerit ad Iudicium agendo, vel excipiendo non habita prius abſolutione, vel cũ ea nulliter habita, & admiſſus fuerit, an Iudicium teneat, non obſtante quod contra iuramentum venerit agendo, vel excipiendo; vel potius ſit nullum.

Et de periuro illo, qui ſcilicet falſo iurauit vera eſſe in inſtrumẽto contenta illaque obſeruare, & c: quia, puta, iurauit promiſſionem, ſeu contractum eſſe de pura & vera ſorte, cum eſſet de vſuris, & petijt abſolutionem; quid definiendum ſit, agitur plene infra in 4. par. in primo caſu.

Nunc quæro vbi quis agit, vel excipit contra iuratam obligationem, allegando aliquam cauſam, ex qua prętendat ſe iuramento non arctari, nec eius vigore teneri ad promiſſa, ac proinde ſibi licuiſſe, & licere contra iuramentum ſe tueri, & offerat ſe probaturum: & non habuit abſolutionem, vel nulliter habuit.

Et quidem, quod ad excipientẽ attinet, vidimus ſupra in proxima pręcedenti quęſtione an, & quando quis aduerſus iuratam obligationem exceptionis ſuffragio ſe tueri valeat; ibidemque definiuimus, quod elapſo termino adimplendi iuramentum, & ſic poſt commiſſum periurium, vel termino inſtante taliter, quod prius committitur mora periuriumque ſubinde prius incurritur quam excipiendo propoſita verificari valeant, excipiens audiri non debet.

Reſtat modo videre, ſi fuerit admiſſus, quia Pars tacuerit, adeo vt ipſa tacente datus fuerit terminus ad probandum allegata in exceptione oppoſita; an adhuc Pars ipſa aduerſa, quæ tacuit, poſſit ſe opponere, & replicare de periurio, & impedire probationem exceptionis propoſitæ: Et ſi factæ ſunt probationes, an ſuſtineantur.

Et pro firmiori huius articuli intelligentia operæpretium eſt ſcire, † quod exceptio periurij eſt exceptio litis finitę: fuit dictum Anto. de But. in cap. dilecti, col. 3. de except. quod refert, & extollit Iaſ. inquiens illud eſſe notandum quia incognitum, in l. ſi 1

Ggg quis

quis maior. col. 5. num. 24. in fi. C. de tranſ. † Et poteſt proponi
2 hæc exceptio in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum; & etiam in vim peremptoriæ quandocumque ad merita cauſę, vt in cap. 1. de lit.conteſt.in 6.vbi glo. 1.& doctor.Et in cap.1.de excep. eo.lib.6. Qua in re habemus notabilem doctrinam Inno. in cap. conſtitutus: de reſcrip. vbi docet quod exceptio periurij quandoque proponitur initio tantum ante litis conteſtationẽ ad impediendum litis ingreſſum: Et quandoque poteſt proponi etiam poſt lit. conteſtationem quandocunque vſque ad ſententiam diffinitiuam, veluti aliæ peremptorię: quam doctrinam ipſe tradit per huiuſmodi diſtinctionem, videlicet,
3 † Aut exceptio periurij cõpetebat ſolummodo aduerſus aliquod pręparatorium, ſeu quid pertinens ad exordium Iudicij, & vltra non extenditur, vtputa quia iuramentum reſpiciebat tãtum aliquod pertinens ad ingreſſum Iudicij. Exempli gratia iuraſti,quod non impetrares litteras contra me, & impetraſti; & hoc caſu exceptio periurij initio ante lit. conteſtationem proponenda eſt: ſi vero fuerit omiſſa,& non fuerit oppoſita ad illud, ad quod competebat, ſed vltra fuerit progreſſum ad lit.conteſt. amplius proponi non põt, & tenebit
4 Iudicium. † Aut iuramentum reſpiciebat negocium ipſum, & totam cauſam; & ſic datur perſeuerantia periurij, adeo quod exceptio habet tractum ſucceſſiuũ; & poteſt opponi de periurio quãdocumque. Ponit exemplum Inn. in actore,videlicet vbi quis agendo venit contra iuramentum,ſcilicet in eo qui iurauit aliquem non conuenire. Et in caſu noſtro, ſcilicet in reo conuento, vbi ſcilicet excipiendo venit contra iuramentum, exemplificari poteſt, vbi iurauit obſeruare, & non excipere: nam contra ſic excipientem opponi, ſeu replicari poteſt de periurio quandocunque: nam exceptio periurij contra eum ſemper viget. Et huic doctrinæ Inno. conſona eſt alia doctrina Geminia. in d. cap. 1.de lit. conteſta.col. 4. ver. nota incidenter; vbi notandum proponit, † quod 5
vbi quis ex admiſſione ad Iudicium incurreret periurium, poteſt repelli per viam exceptionis à proſequutione:& ad hoc faciũt ea,quæ dixi ſupra hac par. 3. q.4. paulo poſt prin. † Ex quibus cõ- 6
cluditur, quod excipiens contra ſuum iuramentum per exceptionem, ſeu replicationem periurij repelli poterit ne audiatur, nedũ initio, ſed quandocumque & in quacumque parte Iudicij,†& im- 7
pedietur proceſſus ad vlteriora: quod nominatim notat Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt,num.6. ff. de condi. indebi.

Sed dubium remanet, † an ſi 8
quandocumque ei obijciatur periurij exceptio,reddat nullas probationes per ipſum reum conuẽtum ſuper ſuis exceptionibus iã propoſitis retro factas,vel nihilo ſecius ſuſtineantur.

Et pro affirmatiua, quod probationes receptæ ſuſtineantur, & valeant per eam rationem, quia

iam

iam detectum eſt periurium, videtur ſentire Gemi. ex Hoſt. per eum allegato in d. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. col. 4. in prin. in ver. Hoſt. dicit, & tradit D. Anton. Gagl. in ſuo opuſculo de abſol. iuram. §. 3. ſub num. 28. Et probat ſatis aperte tex. in d. l. eleganter. d. §. ſi quis poſt. & ibi not. Gloſ. in ver. valet, & Bar. in ſecundo notab. & num. 6. ver. Et ideo licet: ff. de condi. indebi. & probatur etiam ex alijs quæ ſubijciam infra in ſequenti caſu, vbi ſcilicet agendo quis venit contra iuramentum; & videtur etiam bene probari argum. tex. in d. c. 1. de excep. in 6. in eo tex. ibi, his quæ præceſſerunt in ſuo robore duraturis, prout illum tex. expendit Deci. in cap. intelleximus, num. 76. de Iudi. Et ita nominatim in obligatione camerali firmat D. Anton. Galleſ. in tract. oblig. ad for. cam. ſuper particula 4. q. 4. num. 1. cum duob. ſeq. vbi dicit, quod ex quo probationes iam ſunt receptę, & non eſt appellatum ab earum admiſſione; & ſic cum iam detectum ſit periurium, nõ reprobantur amplius, ſed faciunt præiudicium non ſecus ac ſi de iure fuiſſent admittendę, ex Lapo, & alijs quos allegat. Et confirmantur hæc ex his, quę conſulit Bar. Cępol. conſ. 57. in Chriſti nomine. Franciſcus. nu. 4. inter conſ. Crim. vbi dicit, quod vbicumque turpitudo prius detecta fuit ſiue ab aduerſario, puta per confeſſionem, ſiue ab alio, vel quocumque modo, vt per probationes, vel ſententiam, vel aliter; tunc poteſt ſe iuuare etiã allegando ſuam turpitudinem iam detectam ſe defendendo, etiã replicando tam contra participem turpitudinis, quam contra alium, poſt Bar. in l. iuſiurandum, quod ex conuent. §. fi. & in l. alias: ff. de iureiur.

Reliquum igitur eſt videre in alio caſu, vbi ſcilicet agendo quis venit contra iuramentum. Et in hoc articulo omnium eſt, tam legiſtarum, quam Canoniſtarum aſſertio, † quod periurus non auditur, ſed repellitur ab agendo, vt per legiſtas omnes in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & per Canoniſtas in d. cap. intelleximus, de Iudi. & c. dilecti, de exceptio. 9
Et iſta Concluſio, † quod exceptio periurij repellat agentem, procedit etiam in foro, ſeu Curia mercatorum, vt docet Fol. in Addi. ad Rober. Maran. in ſexta par. prin. tit. de exceptio. num. 36. 10
† Quæ tamen Concluſio reſtringitur, & limitatur vera eſſe iuxta terminos d. l. ſi quis maior, videlicet quando quis venit contra contractum iuratum; & ſic vbi intentat Iudicium in materia, in qua peierauit, ſcilicet in qua iurauit non agere: alias non reperitur quod periurus repellatur ab agendo: ita declarant Doct. pręſertim Iaſ. in d. l. ſi quis maior. C. de tranſ. & Abb. Fel. Deci. & omnes in d. cap. intelleximus: de Iudi. 11
† Si enim fuiſſet ex alia cauſa periurus, non repelleretur à proſequutione Iuris ſui in alia cauſa; vt declarat Gemi. in d. c. 1. de lit. conteſta. col. 4. in prin. verſi. Nota incidenter. & ita inquit intelligend. eſt glo. in d. cap. 12

dilecti, de except. & quod not. Arch.4. q.6.cap. omnibus. Et ratio eſt; quia tunc ex admiſſione ad Iudicium non incurreret nouum periurium: ſed in primo caſu, ſcilicet in eadem cauſa ex admiſſione ad Iudicium incurreret ſemper de nouo periurium, vt ibi per eum: faciunt tradita ſupra hac par. in præallegata.q.4. paulo poſt prin. Et ideo hoc caſu plus
13 etiam voluerunt aliqui; † nempe vt periurus in eo caſu, vbi falſo iurauit omnia in inſtrumẽto contenta vera eſſe, non admittatur veniens contra inſtrumentum, etiam quod obtinuerit abſolutionẽ ad effectũ agendi; quia aſſerunt huiuſmodi abſolutionem eo caſu dari non potuiſſe: vt ad hoc allegatur Alex. conſ. 35. lib. 1. & Iaſ. in l. nemo poteſt in lectura pri-
14 ma: ff. de leg. 1. † cuius tamen contrarium verius eſſe demonſtratur infra par. quarta in primo
15 caſu; † Et ſi eſſet admiſſus, & deſuper eius probationes eſſent receptę, res omni ſcrupulo careret; quia licitum ei eſſet inſiſtere allegatę ſimulationi, ex quo iam per eas probationes detectũ eſt periurium; vt tradit D. Ant. Maſ. Gal. in d.q. 4. ad quartam particulam, num.3. poſt multos quos alleg. & patet ex dictis ſupra ſub nu.8. ex Cępol. & Bar. ibi citat.
16 † Porro autem quando, ſeu in qua parte Iudicij huiuſmodi exceptio periurij contra ipſum agentem proponi valeat, vel debeat, determinare potes ex Doctrina Inno. in allegato cap. conſtitutus: de reſcriptis. quam retuli tibi ſupra in ver. Et pro firmiori, ibi, Qua in re habemus, quam hic pro repetita habeas.
† Et ibidem dictis, quod ſcilicet 17
huiuſmodi exceptio periurij, licet ſit litis finitæ, & impediat litis ingreſſum, & proinde veluti aliæ ſimiles proponenda videretur initio ante proceſſum, ſeu lit. conteſtationem, vt legitur, & not. in d.l. eleganter. §. ſi quis poſt, & in d.c. 1. de lit. conteſt. in 6. † tamẽ 18
proponi poſſit etiam poſt quandocunque ad impediendum proceſſum ad vlteriora; adde aliam doctrinam Barto. in d. §. ſi quis poſt, num. 5. † vbi notabiliter di- 19
cit, quod quando exceptio, quę impediret proceſſum propter perſonam agentis, non purgatur per litis conteſtationem, proponi poteſt quandocumque; & licet non ſit oppoſita ab initio, poterit proponi quandocunque in alia parte Iudicij ad impediendum proceſſum ad vlteriora. Et ponit exemplum in exceptione excommunicationis; quia ſicut erat excommunicatus ab initio, ita poſt conteſtationem remanet excommunicatus; & ſicut ab initio poterat ſibi dici tu non es audiendus, ita in quacumque parte Iudicij poteſt ſibi idem dici, per c. 1. de except. lib. 6. Et ſubdit idem generaliter in quacumque ſimili exceptione, quæ reddit perſonam inhabilem ad agendum, vel facit quod audiri non debeat: & de exceptione prriurij id nominatim notat Gemi. in allegato c. 1. de lit. conteſt. col. 4. circa princ. quem retuli ſupra.

Et hæc comprobantur ex traditis à Felino in cap. accedens, il

ſecon-

ſecondo, ſub num. 15. vt lite non
30 conteſta. † vbi notanter dicit, quod licet exceptio dilatoria non poſſit opponi poſt litem conteſtatã, tamen ſi eſt talis quæ habeat cauſam tractus ſucceſſiui, poteſt opponi quandocumque ad proceſsũ; & non obſtat quod dilatoria non opponitur poſt lit. conteſtatam; quia reſpondet id verum eſt reſpectu effectus iam conſummati, non reſpectu conſumandi, per tex. in c. ex parte, il primo, ver. quoties, de appella. Et pro regula ſubdit hoc procedere vbicumque verba diſpoſitionis concedentis exceptionem fundant ſe in cauſa tractus ſucceſſiui, & reiterabilis, puta, talis non audiatur, vt per eum ibi ſub num. 16. ver. ſecunda declaratio; & ſic eſt in exceptione iſta periurij; quia dicitur quod periurus repellitur, & non auditur.

Sed prædictis videtur obſtare,
21 † quod imputatur non excipienti tempore debito: cap. paſtoralis: de except. Item quia ex quo tacuit, & non contradixit agenti,
22 videtur conſenſiſſe: † nam tacens in Iudicio pro conſentiente habetur: vt in his terminis probat Rimi.Iun.conſ.62. in fi. & dicam infra.

Præterea tutus tali exceptione ſucceſſiua poſſet tardando eam valde fatigare partem in expenſis.

Sed dic, quod iſta non obſtant:
23 † nam d.c. paſtoralis non intelligitur in huiuſmodi exceptione habente cauſam continuam & ſucceſſiuam, ſed vbi Ius opponendi ſequitur immediate ex cauſa momentanea, puta allegatio Iudicis ſuſpecti; † quia eo ſemel approbato extincta eſt exceptio ſuſpicionis: c. inter monaſterium, de ſent. & re iudi. c. inſinuante, de offi. dele. & ita declarat Fel. in d. cap. accedens, il 2. col. fi. ver. ſecunda declaratio. 24

Ad illud de conſenſu reſpondet Fel. in d. loco, † quod in Iudicialibus qui conſentit tacite in vno actu, non conſentit in alijs: quod deſumit ex Gloſ. in Clem. ſæpe, in ver. partibus, quam dicit eſſe auream: de verb.ſigni. & ibi ponit illationes. 25

Item non obſtat quod dictum eſt, quod poſſet tardando exceptionem, fatigare partem; quia ad hoc reſpondetur, quod condemnabitur in expenſis per cap. exceptionem, de except. Ita reſpondet Fel. in d.c. accedens, num. 15. quaſi in fine, vbi dicit quod ille tex. quoad hoc non ponit ſpeciale in excommunicatione ſecundũ Imol. in cap. inter monaſterium, de ſent. & re iudi.

Videamus modo circa probationes, † ſi periurus contra iuramentum à ſe præſtitum admiſſus fuerit, & probauerit ea quæ contra iuramentum ſiue iuratam obligationem deduxit; An probationes taliter factæ atque receptæ valeant, vel potius ſint nullæ: Breuiter, reſolutiue agendo, diſtinguendum eſt in hoc articulo, aut Pars tacuit & non ſe oppoſuit, aut contradixit, & exceptionem periurij oppoſuit. 26

† Et circa primum huius diſtinctionis membrũ, vbi ſcilicet Pars ipſa exceptionem periurij non 27
obie-

obiecit, ſed tacuit permittendo agentem admitti, ac recipi probationes per eum aduerſus iuramentum, ſeu ipſam iuratam obligationem propoſitas; dicendum eſt, huiuſmodi probationes ſuſtineri, & validas eſſe: vt firmat Fel. in c. tertio loco num. 8. ver. quarto fallit, de præſumpt. & Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 47. ver. bene verum eſt: ff. de leg. 1. & in l. patre furioſo, num. 19. ff. de his qui ſunt ſui. Gram. Deciſ. 89. & conſulit Pariſ. conſ. 53. & 57. lib. 1. D. Anto. Gagliar. d. §. 3. vbi alios allegat, num. 5. Et ratio eſt, nam ex quo Pars paſſa eſt admitti, & fieri probationes, ac doceri de cauſis aduerſus iuram. deductis, & ſic cum iam detecta ſit turpitudo ſiue periurium, & exinde iam iudicari poteſt ſuper deductis, & probatis, nil miri ſi periurus iam amplius non reijcitur, & periurij exceptio iam amplius non habet obſtare, cum iam de cognitis iudicandum ſit: vt dicunt ſupra citati omnes. Confirmatur hoc ex his quæ retuli ſupra num. 8. in fi. ex Cæpol. & Bart. vt ibi citat. Et facit item quod dictum eſt ſupra de conſenſu ex taciturnitate reſultante: ex quo enim ad oppoſita contra iuramentum non ſe oppoſuit, ſed ea deduci, & proponi per agentem permiſit, videtur eis conſenſiſſe: d. cap. 2. de accuſat. in 6.

Et corroborantur hæc ex traditis à Decio in d. c. intelleximus,
28 num. 76. de iudi. vbi dicit idem eſſe † in exceptione excommunicationis: nam ſi excommunicato agenti non opponitur, tenet Iudicium: & ex Abb. & iuribus per eum allegatis. Et adde alia quæ adduxi ſupra in debitore conuento excipiente, ver. ſed dubium remanet.

Apprime conferunt adducta à Fel. de ſent. & re iudi. cap. inter monaſterium, num. 15. ver. regulariter ſententia, & num. 16. ver. Limita primo, vbi dicit, † quod 29
licet ſententia contra primam ſententiam, quę tranſiuit in rem iudicatam, non valeat etiam in diuerſa inſtantia: l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. & per Ioan. Andr. Bal. Butr. & Imo. in d. cap. inter monaſterium, relatos à Fel. ibi citato: † tamen ſi Pars, quę 30
tuta eſt exceptione rei iudi. eam non opponit, & paſſa eſt diſcuti de viribus primę ſetentię, ſecunda lata illi contraria valebit: & dicit ibi eſſe tex. ſecundum vnum intellectum: & allegat alia iura, & auctoritates doctorum. Et id ipſum repetit infra in limitatione octaua, num. 13. † replicans quod 31
ſi fuerit cognitum de viribus primæ ſententię parte non opponente exceptionem rei iudicatæ, valet reuocatio primę etiam facta ab eodem Iudice, poſt Inno. in cap. cum dilecta, in glo. in ver. & furtiue: ante finem, de reſcrip. & alios quos allegat. quod confirmat inferius poſt vnam columnam, ver. ſubdit Alex. vbi adducit vnam rationem conuenientē propoſito noſtro; † quia, inquit, 32
Pars, ex quo permiſit admitti probationes contra primam ſententiam, videtur tacite renunciare illi ſententię, vt latius per eum ibi, & ſuperius in alleg. ver. limita pri-

ta primo,ſub num. 16. vbi de hoc agit per duas columnas.

Ad idem optime facit quod idem Fel. adducit vbi ſupra citatus d.num.23. ver. propterea di-
33 cit Bal. videlicet † quod licet in generali compromiſſo arbitratoris non veniat refutatio deciſo-
34 rum per rem iudicatam; † quia ſuper ſententia liquida non poteſt tranſigi: Vnde etiam dicunt
35 † quod per ſtatutum non poteſt quis cogi ad compromittendum quando competit exceptio rei iudicatæ, vt per Bal. & Sali. in l. fratris, vbi etiam Alex. in fi. dicens numquam exeat mentem tuam.C.de tranſ.quos refert Fel.
36 in d.loco: † tamen hęc limitantur,niſi tutus exceptione rei iud. patiatur compromiſſum procedere, vt ibi per eum. Et ibi per totam illam columnam adducit plura ali: ſimilia bene propoſito congruentia. Denique extat in terminis doctrina Bal. & Sali. in
37 l. fi.C. de non num. pecu. † quod licet is qui iurauit pecuniam ſibi in veritate fuiſſe numeratam,non ſit audiendus allegans exceptionem non num. pec. quia non poteſt id allegando detegere ſuum periurium; tamen ſi poſtea fuit admiſſus ad probandum veritatem eſſe in contrarium,& ita probauerit, probationes releuabunt non obſtante iuramento; quia cum periurium ſit iam detectum, non imputatur allegatio turpitudinis: l.alias,cum ibi not. ff. de iureiur. & ita eos refert Fel. vbi ſupra citatus, ſub d. num.23.ver. ſimiliter dicunt Bald. & allegat etiam ſe ipſum in c. ſciſcitatus.7. col.ver. non ſe excuſat,de reſcri. & in c. lator, in prin. eo. illo tit. de ſen. & re iudi. Et ita firmat D.Anton.Galleſ. in allegata q.4. ad d. quartam partic.

Et ad prædicta † quod periurus admittatur,& audiatur,parte non opponente, & teneat proceſſus; conſulit Ay. Crau. conſ. 199. nu. 12.lib.1. Licet enim exceptio periurij impediat litis ingreſſum: † tamen non opponendo remitti poteſt: ita Crau. ibidem per not. in l.nam poſtea,in princ. ff. de iureiuran. & alia,vt ibi per eum. 38 39

† Et prædicta limita & intellige vera eſſe quouſque Pars non ſe oppoſuit, & periurij exceptionem non propoſuit. nam proceſſus prius agitatus,& probationes eatenus factæ & receptę valent, iuxta iam dicta: ſed poſt oppoſitam exceptionem proceſſus non valeret: † quia conſenſus ex taciturnitate reſultans non nocet actibus poſtea geſtis, per ea quę dixi ſupra ver. ad illud de conſenſu: & ea quę adducam infra in ver. Et hoc verum eſt. cum ver. ſeq. neque enim conſenſus.Et ita in ſimili † de exceptione excommunicationis ab initio omiſſæ firmat Bar. in ſępe alleg. l. eleganter.§. ſi quis poſt.num.6.verſi.Et ideo licet: ff. de condi. indebiti. Et Decius ſupra citatus in cap. intelleximus,num.78. de Iudi. 40 41 42

Circa alterum membrum præmiſſę diſtinctionis, ſcilicet † vbi Pars contradixit, exceptionem periurij contra ipſum agentem obijciendo, dicendum quod probationes, ita parte reluctante, & 43

ſe

ſe opponente factæ, ac receptæ non teneant: ita ſentit Iaſ. in l. patre furioſo, num. 19. ver. ſecundo facit: ff. de his qui ſunt ſui, vel al. Iur. & in l. nemo poteſt. num. 47. ver. bene verum eſt: ff. de leg. primo: conſulit late Menoch. conſ. 343. lib. 4. Soc. conſ. 48. lib. 4. quos cum alijs allegat D. Anto. Gagl. qui plura bona collegit in hac materia abſolutionis in d. ſuo opuſculo de abſol. Iur. d. §. 3. nu. 4.

44 Et hoc verum eſt † etiam quod ab initio Pars ipſa aduerſa non contradixerit, & dictam exceptionẽ periurij non oppoſuerit, ſed tacuerit, & poſtea eam obiecerit; nam in quacumque parte Iudicij ſe oppoſuerit excipiendo de periurio, probationes ab inde factæ, & quęcumque deinceps geſta non tenerent: argum. de toto ad partem ad late de eo tradita per Euer. in ſua Topica. in illo loco: & tradit Barto. in l. eleganter. §. ſi quis poſt, alias allegatus, num. 6. ff. de condi. indebi. & dictum eſt ſupra in fine primi membri, nu. 40.

45 † Neque enim conſenſus ex priori taciturnitate reſultans habet ſibi obſtare poſtquam ſe oppoſuit & reclamauit. Nam & ſi pro regula traditur, quod taciturnitas Partis in iudicialibus habetur ꝓ conſenſu, & ſibi præiudicat, c. 2. de accuſ. in 6. & notat Iaſ. in d. l. patre furioſo, num. 27. ff. de his qui ſunt ſui; id verum non eſt in omnibus, ſed quouſque tacuit, nõ

46 poſtea: † nam qui conſentit tacite in vno actu, non conſentit in alijs: vt declarat Fel. in d. cap. accedens, il 2. num. 16. circa prin. ver. ſaluanda: vt lite non conteſt. poſt Glo. in Clem. ſępe, de ver. ſig. Abb. Inno. & alios quos allegat. Vnde infert † quod tacita renunciatio in vna inſtantia non nocet 47 in alia. † Et qui conſentit ſępe 48 actui reiterato, & quotidie nouiter grauanti, non conſentit grauamini ex eadem via hodie orienti, ex quo tantum præſumitur cõſenſum, quantum tacitum; & ideo hodierno grauamini nihil nocet preteritus conſenſus, vt per Fel. in d. loco.

Vt verior atque patentior poſterioris huius membri, ſeu articuli reſolutio habeatur, neceſſarium eſt videre † An Iudex propoſita periurij exceptione, procedendo ad vlteriora agentem nihilominus admittendo, cenſeatur ipſam exceptionem reieciſſe. 49 Exinde enim pendet elicienda que eſt veritas huius inſpectionis. Etenim ſi præſupponimus abſolute exceptionem non eſſe reiectam res ſine controuerſia erit; quia, illa ſtante, geſta poſt eam oppoſitam fierent nulla; vt patet ex ſupradictis, & ex traditis à Felino in c. inter monaſterium, ſub nu. 23. poſt vnam columnam, ver. tempera tamen: de ſent. & re iudi. ex quo aperte colligitur, ꝙ probationes factæ, parte reclamante & opponente, ab eo qui ad probandum non debebat admitti, ſunt nullę, pręſertim ſi exceptio oppoſita non cenſetur reiecta. Vbi vero exceptio oppoſita eſt reiecta, tenet proceſſus, & opus eſt appellatione; iuxta infra dicenda & declaranda.

Habemus in hoc articulo Dec. Rotę

Rotę de exceptio. 12. in antiquis
50 † quod vbi Iudex procedit ad vlteriora, perinde eſt, ac ſi ſuper exceptione pronunciaſſet; quam allegat Fel. in c. ſuborta, ſub nu. 4. poſt prin. ver. idem rota: de
51 ſent. & re iudi. † Et quod Iudex procedendo ad vlteriora cenſeatur ex hoc reieciſſe exceptionem oppoſitam, quę ſi alioqui non eſſet reiecta redderet proceſſum nullum, firmat idem Feli. paulo ante ſub d. num. 4. ver. habes ex his. Ex quo enim proceſſit ad actum contrarium exceptioni oppoſitæ, & incompatibilem cum illa, ſatis apparet ſe eam reieciſſe.
52 † Et ideo, ſi oppoſita exceptione contra teſtes Iudex procedit ad vlteriora, ſcilicet ad receptionem teſtium, ex hoc patet ſe illam exceptionem reieciſſe: ad hoc Felin. allegat Areti. in c. ex parte Adę, col. vlt. de teſti.

Et ideo opus eſt appellare, quia
53 proceſſus valet, † & ex hoc ſolo poteſt excipiens appellare, quia perinde eſt ac ſi ſuper exceptione expreſſe Iudex interloquutus fuiſſet: & dicit hoc ex doctrina Abb. in c. cum ſuper, ſuper Glo. 3. de offi. deleg.

Ad idem adducit dictum Aret. in l. naturaliter. §. nihil comm. col. 7. ver. & quia: ff. de acq. poſ. quod ſi opponitur exceptio Dominij agenti poſſeſſorio, & ipſe actor replicat contra excipientē, vel contradicit admiſſioni articulorum, & tamen hoc non obſtante Iudex proceſſit ad vlteriora; ex hoc videtur refutare replicationem actoris, & valet proceſſus. Et hoc idem retulit prius in d. c. inter monaſterium, ſub num. 23. poſt duas columnas, ver. forte tamē: eo. tit. de ſent. & re
iudi. † vbi dicit quod tenet pro- 54
ceſſus, & ideo opus eſt ab eo appellare, alioqui videretur ipſe actor acquieuiſſe refutationi ſuæ replicationis, & proceſſus remaneret validus.

† Refert tamen Bal. in l. certi 55
condictio. §. quoniam: ff. de rebus credi. tenentem ſufficere ꝙ contradicat, & proteſtetur ne fiat neque recipiatur probatio quæ fieri vetita erat: tunc enim, & ſi non appellatur, probatio nulliter reciperetur. Sed tamen Fel. ibidem ſubdit, quod forte tamen neceſſaria eſt appellatio; quia alias videretur acquieuiſſe refutationi ſuę exceptionis factę à Iudice procedendo ad vlteriora, d. ſua exceptione non obſtante; & cum hac opinione Felinus ibidē pertranſit. Sed ad hoc poſſet reſponderi, tenendo primam opinionem Baldi, quod per proteſtationem ſatis declarat ſe non aquieſcere reiectioni ſuæ exceptionis à Iudice factę, & probationi receptæ, & quod propterea non ſit opus appellatione: quod etiā eſt de mente Inno. in d. cap. inter monaſterium, in vno verbo, ſub nu. 2. ver. alij dicunt, quod ſi proteſtatur.

Et limitanda etiam ſunt ſupra-
dicta, † quod ſcilicet exceptio 56
oppoſita cenſeatur reiecta per Iudicem procedendo ad vlteriora, vt vera ſint, & procedāt tantummodo quando ſuper tali exceptione oppoſita fuit plene cognitum, & diſcuſſum: tunc ſi Iudex

poſtmodum, ea non obſtante, procedit ad vlteriora, intelligitur tacite eàm reieciſſe, & ſuper ea tacite pronunciaſſe; & tunc opus eſſet appellatione, vel proteſtatione ſecundum pręmiſſa; alias proceſſus valeret: at vero non adhibita tali cognitione, ſecus, quia proceſſus non teneret, & non eſſet opus appellatione: ita dicit Iaſ. in l. 2. quaſi in fine: ff. ſi quis in Ius voca. non ierit, ex Io. Andr. in addi. ad Spec. tit. de ſent. §. 7. iuxta propoſitionis, in Addi. magna, incipit, Eſt ſciendum, poſt prin. illius addi. ibi, ſi non eſt error: & ante eum ita intellexit, & declarauit Rom. in conſ. 220. circa primum, ſub num. 8. ver. tertio declaratur, vbi etiam Addi. Man. & in conſi. 241. ſpectabilis Domini, ſub num. 7. verſi. vltimo ſi dicatur, vbi etiam idem Hor. Man. in ver. cognitum. Et ipſum Rom. refert & ſequitur Fel. in d. c. ſuborta, col. 4. quaſi in fi. ver. Limita tamen prædicta: de ſent. & re iud. Et ratio eſt, nam alioqui videretur Iudex iudicaſſe ex iuris contemptu parui faciendo exceptionem, quę de iure debebat admitti, quaſi in contemptum legis nullam eam reputaſſet: eſt dictum Ioan. And. in Addi. ſupra allegata: quod reaſſumpſit Paul. de Caſtro, prout illum refert Felin. in loco proxime citato.

Subdit tamen ibidem Feli. ex
57 alijs quos allegat, † quod ſufficeret ſaltem, vt non proceſſerit ad vlteriora in continenti poſt propoſitam exceptionem, ſed ſaltem in tanta diſtantia temporis, quod potuerit exceptionem vidiſſe, iuxta c. tum ex litteris: de reſt. in integ.

Adde quod in omni caſu vtile ſemper eſt appellare; quia eo ipſo quod aliquid productum eſt in actis, præſumitur à Iudice viſum: vt dicit Fel. in eodem loco.

Verumtamen in terminis noſtris, † quod vbicumque Iudex nō 58
adhibita cauſæ cognitione ex abrupto incontinenti ad vlteriora proceſſit, parte opponente, proceſſus, ac probationes ita parte opponente receptæ ſint nullæ, ac nullius roboris, & momenti, reperi nouiſſime tenuiſſe Dominum Antonium Gagl. d. ſuo opuſculo de abſol. Iura. §. 3. alias allegato, num. 19. quicquid ſenſerit Corn. conſ. 81. num. 10. lib. 4. inquiens magis communem opin. eſſe contra eum, quod ſcilicet proceſſus nō teneat. allegat late de hoc cōſulentē Bero. conſ. 34. li. 3. qui etiā docet quando dicatur adhibita eſſe cauſę cognitio, & quando nō: ad idem allegat Meno. conſ. 24. ſiue 343. lib. 4.

† Limitanda etiam ſunt prędi- 59
cta, quod cenſeatur tacite reiecta exceptio procedendo ad vlteriora iuxta iam dicta, dummodo ad illum actum importantem tacitam illam reiectionem, ſeu pronunciationem, Pars ſit citata, etiam ſi talis ſit actus, qui alias de ſui natura non requireret citationem, ex quo tunc habet vim interloquutorię: ita ſingulariter limitat Fel. in d. c. ſuborta, num. 8. ver. limita ſexto.

Et ex prædictis elici plane poteſt Deciſio alterius caſus, † vbi 60
ſcilicet Iudex expreſſe reieciſſet exce-

exceptionem oppoſitam: quo caſu D.Anton. in d.loco,num.15.dicit, quod ſi Pars huiuſmodi reiectioni acquieuit non appellando; tunc perinde eſt ac ſi dictam exceptionem non oppoſuiſſet, ſed ab initio conſenſiſſet; & ſic probationes factæ, quæ periurium detexerunt, ſeu ex quibus de iuramento cognitum fuit, faciunt vt de cognitis ſit iudicandum, iuxta alias dicta ſuperius.

61 † Sed conſidera, quia ſi incontinenti ex abrupto exceptionem ipſam reiecit, videtur idem dicendum quod in proximo ſuperiori caſu, quod ſcilicet proceſſus non teneat, cum ſit par eademque virtus taciti, & expreſſi: l.cum quid: ff. de reb. credi. ſi cert. peta. & præſertim quia militat eadem ratio, nempe illa quam ſupra adduxi ex Ioanne Andr. videlicet quia ſic videretur Iudex ex iuris contemptu iudicaſſe, cum de iure talis exceptio veniret admittenda.

62 † Et adde quod ſi Iudex dicat non admitto, perinde eſt, ac ſi dixerit reijcio, vt id notat Fel. in d.cap. ſuborta, col.4. ver. & iſtis adde.

Alter remanet caſus, vbi ſcilicet oppoſitam periurij exceptionem Iudex eidem excipienti reſeruauit, & ad vlteriora proceſſit, vtputa oppoſita exceptione Iudex pronunciauit procedi ad vlteriora, reſeruata exceptione

63 oppoſita; †prout eam reſeruationem bene Iudex facere poteſt, vt ex multis alijs, quos allegat, probat Fel. in cap.exceptionem, nu.

64 23. de except. † etiam in exceptionibus impedientibus proceſſum, vt ibi per eum. † Et hoc 65 caſu, quia clarum eſt Iudicem eam exceptionem non reieciſſe ex quo immo eam reſeruauit in fine cauſæ, tunc de deductis, & probatis definiendum erit. † Nam ſi ipſe 66 excipiens verificauerit exceptionem oppoſitam docendo iuramentum locum habere, & ei fuiſſe contrauentum exaduerſo, & conſequenter de periurio ipſius agentis, qui cõtrauenit; omnia & quęcumque prius geſta nulla reddentur, & quicquid eſt factum habebitur pro non facto: †hęc enim eſt 67 virtus, & effectus talis reſeruationis, vt docet Barto. quem ſequuntur Angel. & Imol. in l. ille à quo.§. ſi de teſtamento, num.5. ff. ad trebel. quem etiam refert Fel. in d.c. exceptionem: nu.24. quaſi in fi.ver. operabitur: & per Alex. in l. prætor. de damn. infe. quod nouiſſime adnotauit Anto. Gagliar.in d.§.3. nu.17.

† An autem, & quando requiratur declaratoria Iudicis ſuper 68 d. nullitate geſtorum ſeu proceſſus, qua declaret illud quod geſtũ fuit pro nullo & irrito haberi debere, vel id de ſe ex ipſamet reſeruatione iam facta conſequatur, declarat Fel. in loco proxime citato: vbi diſtinguit, aut exceptio reſeruata opponebatur proceſſui, & non eſt neceſſaria d. pronuncia Iudicis, ſed de ſe operatur ipſa reſeruatio facta:

Aut exceptio opponebatur ſubſtantię ipſius negocij ſuper quo agitur; & tunc ad hoc vt dicatur nullum quod factum eſt antea, requiritur ſententia declarans,

quod illud ꝑ irrito debet haberi.
69 † Adde etiam quod ab ipſa reſeruatione appellari poteſt: vt dicit idem Fel. vbi ſupra citatus, num.23. in fi. ex Domi. in §. exceptio.3.q.6.

Illud quoque tangam, quod valde ad rem attinet, † quod huiuſmodi exceptio periurij etiam coram ſeculari Iudice opponi poteſt; † nam hoc idem eſt in exceptione excommunicationis, vt ex multis per eum citatis probat Deci. in cap. prudentiam.§. ſexta, num. 8. de offi. deleg. quæ & ipſa ſpiritualis cauſa eſt, & eodē Iure cenſentur vtręque, ſcilicet exceptio perirrij, & excommunicationis: vt tradit Bal. in Marg. ad Inno. ver. Iudex laicus, in vltimis verbis illius verſi. Et idem quod Deci. tenuit prius Gemi. in cap. fi. col.fi.ver. per hoc: de for. comp. in 6.

70

71

72 † Sed tamen bene verum eſt, quod licet coram ſeculari opponi poſſit, ipſe tamen de illa cognoſcere non poteſt, ſed debet remittere eam ad Eccleſiaſticum, & ꝓbatio coram eo fieri non poteſt: vt in ipſa exceptione excommunicationis ex alijs quos citat ꝓbat Deci. vbi ſupra citatus, nu.9.

73 † Quod tamen declarandum eſt, vt per Geminia. in d. loco; videlicet vt Iudex laicus de ea cognoſcere non poſſit, nec debeat fieri probatio coram eo vbi cognoſcendum eſſet de validitate excommunicationis oppoſitæ corā

74 eo, ea ratione; † quia virtus excommunicationis procedit auctoritate Canonum, & eſt actus mere Eccleſiaſticus, de quo laicus ſe non intromittit: 96. diſt. bene quidem: cap.2.& c. quanto: de Iudi. c. ſi Iudex, de ſent. excom. lib.6. † Sed quando opponitur de excommunicatione, nec reuocatur in dubium an valeret, vel non, ſed tantum an eſſet excommunicatus; de hoc poſſet cognoſcere Iudex ſecularis; quia ipſe debet repellere excommunicatos à Iudicio in caſibus prohibitis: vt in c. decernimus de ſent. excom. in 6. ergo debet ſibi conſtare quod ſint excommunicati; quia excipienti non creditur, niſi probet quod excipit: de conceſ.præb.cū ſuper: ita declarat Gemi. in d. loco. † Et ſimiliter de iuramento nominatim iuxta eandem diſtinctionem, ac declarationem definit idem Gemi. in d.loco paulo ante, in ver. quædam ſunt crimina, vbi per plenam & diſtinctā doctrinam oſtendit † quando & quomodo cauſa iuramenti, ſeu periurij diſcuti valeat coram Iudice laico, & quando non: cuius verba referre volui ne littera quidem omiſſa. Aut, inquit, agitur „ de vinculo iuramenti in foro pœnitentiali; & tunc planum eſt ꝙ „ eſt crimen Eccleſiaſticum; & ſic „ loquitur 22. q. 1.c.prędicandum, „ & quod no. de purg. cano. nos, „ ſuper prima glo. & ratio eſt; quia „ laicus non habet poteſtatem clauium, vt poſſit abſoluere in foro „ pœnitentiali, vel ligare, vt not. „ Glo. de offi. ordi. c. paſtoralis. „ Aut agitur de iuramento in foro „ contentioſo quando verſatur alterius intereſſe. Et tunc diſtingue; nam aut agitur ex iuramento, vt ſeruetur; aut excipitur ex „ illo.

75

76

77

illo. Si agitur, tunc vterque poteſt eſſe Iudex quando non reuocatur in dubium an iuramentum ſit licitum, nec ne. De Iudice ſeculari, quod poſſit eſſe Iudex, patet infra de iureiur. licet, ibi, quamuis eis conſtet legitime, in fine; vbi pronunciare non impediuntur, immo coguntur. Quod Eccleſiaſticus etiam cognoſcat, caſus eſt hic. Et eſt ratio quia periurium directe reſpicit Dei irreuerentiã, quæ proprie eſt Chriſtianæ religioni contraria. Si autem excipiatur coram Iudice laico, etiam de illo cognoſcet, & definiet ſeruando Ius Canonicum, & ad hoc per eccleſiaſticum compelli poteſt; & ſic loquitur prædictum. cap. licet, & ſupra de pact. quamuis, & auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. Si autẽ vertatur dubium probabile an iuramentum ſit licitum, vel non; tunc debet remitti ad Iudicem eccleſiaſticum: & ſic loquitur. c. venerabilem: de elect. & ſic poteſt intelligi dictum Hoſt. in cap. tua, de ordi. cogni. Et ſic ex hac Geminiani doctrina patenter oſtenditur quando exceptio periurij, incidens coram ſeculari Iudice, coram eo cognoſci, & terminari poſſit, nempe vbi factum, quod controuertitur, abſtractum
78 eſt ab omni ſpiritualitate: † vt in ſimili de exceptione vſurariæ prauitatis dixit Bal. in l. titia, prout illũ refert ibi Io. de Im. n. 9. ff. ſol. mat. & de hoc extãt duo cõſ. Fed. de Sen. 96. & 245. vtputa quia q̃ritur de iuramento an interuenerit, quomodo vel ſuper quo, ſiue etiam an tranſgreſſio interuenerit; & ſic eſt quæſtio facti: ſecus ſi eſt quæſtio Iuris; vtputa quia Partes confitentur factum, ſcilicet iuramentum, ſeu tranſgreſſionem, ſed dubium eſt de viribus, & ligamine iuramenti an obligatio ex eo deſcendens ſit valida, vel non: tunc enim quæſtio ſeu cauſa eſt ſpiritualis, & non poteſt tractari coram laico, ſed debet eam ad eccleſiaſticum remittere:
† vt in ſimili de cauſa matrimo- 79
niali declarat Bart. in d. l. titia.

Et ita in hac exceptione periurij concludit Bal. ſupra citatus in margarita ad Innoc. ver. Iudex laicus, in vltimis verbis. Et ratio
eſt, † quia Iudex laicus non poteſt 80
cognoſcere de actu eccleſiaſtico, ſeu ſpirituali, non ſolum ſi principaliter agitur, ſed etiam ſi incidenter, vel etiam excipiendo, nec etiam reconueniendo: c. tuam, vbi Inno. Abb. & alij, de ordi. cogni. & notat Bal. in d. ver. Iudex laicus: vbi in vltimis verbis dicit ſpeciatim hoc locum habere in exceptione periurij.

Et poteſt aſſignari bona ratio; quia in iuramẽto acquiritur principaliter obligatio Deo: c. debitores: vbi Anto. de Butr. Abb. & alij, de iureiur. & periurium reſpicit directe Dei irreuerentiam, quæ proprie eſt Chriſtianę religioni contraria, vt dixi ſupra ex Geminiano: ergo conuenit, vt ſolus Dei miniſter in huiuſmodi articulo debeat iudicare: vt ſimilẽ rationem in matrimonio adducit Inn. in d. c. tuam: ver. ſed hoc poteſt eſſe.

† Et vbi huiuſmodi exceptio- 81
remittenda eſt ad Iudicem eccle-
ſiaſticum

ſiaſticum, non poterit ipſe Iudex laicus terminum præfigere, intra quem debeat proponi, & probari iſta exceptio coram eccleſiaſtico: quod eſt generale in quacunque ſimili exceptione ad eccleſiaſticum remittenda; vt tradit Deci. ex Bar. & alijs, quos allegat in c. ex inſinuatione, num. 9. de appella. quia inferior Iudex non poteſt legem ſuperiori imponere: vt eſt ibi tex. & hoc notat Deci. ibi in 4. notab. † Nec valeret ſtatutum, quod contrarium diſponeret, vt idem Deci. not. ibidem nu. 10. 82

Sed hunc terminum debet partibus præfigere ipſe Iudex eccleſiaſticus; ipſe enim certum terminum aſſignabit, intra quẽ eiuſmodi exceptionis quæſtionem proſequantur: vt in ſimili docet Inno. in d. c. tuam.

QVAESTIO XXIV.

Vtrum per abſolutionem à Papa poſt incurſum periurium obtentam à iuramento, & reatu periurij ad effectum agendi & excipiendi, ſublata eſſe cenſeatur aduerſę parti exceptio periurij, & ius ſibi vigore l. ſi quis maior. C. de tranſ. aduerſus ipſum contrauenientem quęſitum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio Partis requiritur in abſolutione iuramenti conceſſa a Papa, vel à ſacra Pænitentiaria ad effectum agendi, vel excipiendi poſt periurium incurſum.*

2 *Ius ex periurio quaſitum ex l. ſi quis maior. C. de tranſa. cenſetur ſublatum per abſolutionem à iuramento, & periurio à Papa conceſſam ex iuſta cauſa, eaque poſtmodum verificata.*

3 *Amplia etiam ſi non ſit expreſſe derogatum regulæ de Iure quæſito non tollen. & nu. 8.*

Item amplia etiamſi contra non ſubditum Papæ temporaliter ſit conceſſa, nu. 10. 15.

4 *Regula Cancel. de iure quæſito non tol. an habeat locum indiſtincte ſiue Ius tollatur præiudiciumque inferatur principaliter, ſiue ſecundario, & occaſionaliter, ac per conſequentiam: & nu. 6. 7.*

5 *Præuditij ſecundarij, & non immediate, et directo, ac principaliter obuenientis non habetur ratio in quibuſdam abſolutionibus à ſacra Pæniten-*

nitentiaria conceſſis.

9 *Abſolutio à iuramento ad effe-ctum agendi, vel excipiendi poſt periurium à Papa conceſſam ex iuſta cauſa, ex qua etiam tolli habeat Ius Parti ex periurio quæſitum, iuſtitiam ſapit & æquitatem.*

11 *Papa in terris ſibi non ſubditis temporaliter, & in quibus actu non habet iuriſdictionẽ temporalem, non poteſt tollere Ius ciuile in foro ſeculari non continens peccatum: ſed ſolum quoad forum ſuum eccleſiaſticum.*

12 *Papa tollere poteſt ex cauſa Ius ſubditis quæſitum.*

13 *Papa non ſubditis ſibi temporaliter tollere non poteſt Ius quæſitum etiam per Ius Canonicum; nedum per legem ciuilem, etiam eum cauſa.*

14 *Princeps ſeu Imperator, ſeu Papa an, & quando tollant Ius, ſeu Dominium alicui: remiſſiue.*

16 *Papa ratione iuramenti tollere poteſt contractus laicorum tollendo iuramentum.*

17 *Diſponere quis poteſt per viã acceſſionis, ubi nõ poſſet principaliter.*

18 *Lex ciuilis tolli poteſt à Papa ratione peccati etiam reſpectu ſibi non temporaliter ſubditi, & in omni foro.*

19 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi à ſolo Papa obtineri poteſt, non ab inferioribus etiam Epiſcopis poſt periurium incurſum.*

20 *Periurij pœnas, & qualiter contra periurum ſit procedendum, tam à Iudice eccleſiaſtico, quam ſeculari, vide remiſ.*

QVÆRO vigeſimoquarto de vtili, & practicabili quæſtione; vtrum per abſolutionẽ à iuramento cõceſſam à S. D. N. Papa, ſiue à ſacra Pœnitentiaria ad effectum agendi, vel excipiendi, atque inſimul à periurio incurſo † citata Parte, vt hoc caſu fieri ſolet & 1
debet, ſit derogatum exceptioni periurij, & iuri ex eo Parti aduerſę quęſito ex lege, ſi quis maior. C. de tranſa. ac proinde derogatum eſſe cenſeatur eidem legi, ac regulę eiuſdem Sanctiſſimi de iure quæſito non tollendo, vt ei locus non ſit, eiuſque allegatio nihil ſuffragetur.

Hunc articulum tetigit D. Io. Bapt. Marcheſ. in allegato tract. de commiſſio. Par. 1. commiſ. 1. c. 6. in prin. vbi dicit hanc quæſtionem reperiſſe motam per Gomeſ. ſuper reg. Cancel. de iure quæſito non toll. reg. 16. num. 2. eſt allegatio corrupta errore, vt puto Typographorum; quia debuit allegari regula 17. quæſt. 15. vbi Gomeſ. hoc tangit, & refert hunc articulum fuiſſe ventilatum, & deciſum in Rota Roma. in vna Parmen. Spolij: nam, vt inquit, in d. cauſa dubitabatur, † numquid 2
huiuſmodi abſolutio à iuramento, & à periurij reatu ad effectum agen-

agendi, & excipiendi, parte tamē citata, à ſacra Pęnitentiaria obtenta ſub prætextu quod ille qui iurauit fuit enormiſſime lęſus, ius parti aduerſæ ſuſtulerit, vigore d.l. ſi quis maior, quæſitum aduerſus contrauenientem. Et dicit fuiſſe in Rota concluſum quod ſic, probata poſtmodum enormiſſima lęſione. Et quamuis Gom. videatur præſupponere quod fuerit in conceſſione dictæ abſolutionis derogatum expreſſe dictę reg. de iure quæſito non toll. quia in his terminis ipſe ponit illam quæſtionem 15. (nam & in his quoque terminis dubitari poterat an eſſet ſublatum Ius Parti quæſitū per d. abſolutionem etiam ſtante expreſſa derogatione regulæ, per ea quæ idem Gomeſ. adducit in illa quæſt. 15. pro prima parte negatiua)
3 † tamen quantum ad caſum quęſtionis noſtrę circa dictam abſolutionem, Gomeſ. idem tenet, & intelligit, etiam quod nō fuerit facta expreſſa derogatio illius regulę, ſed quod per conceſſionem huiuſmodi abſolutionis cenſetur fuiſſe derogatum illi regulæ, probata enormiſſima leſione; quia, vt ipſe dicit, conſtat ꝙ Papa ex cauſa enormiſſimæ leſionis voluit concedere abſolutionem: vnde ſi probatur quod illi aſſeritur, videtur derogare d. l. ſi quis maior, & per quandam conſequentiam videtur tollere Ius quęſitum ex ea. Id quod apertius declarat ſuper d. regul. de iure quæſito non toll. in quæſt. tertia, vbi aperte ſentit, & tradit quod per huiuſmodi abſolutionem cenſetur ſublatum Ius Parti quæſitū vigore dictę. l. ſi quis maior, etiā non facta derogatione expreſſa illius regulę, & quod non ſit opus talis derogationis expreſſę; quia eo caſu regula non intrat, nec locum habet, † ex dicta ratione, nēpe ex eo quia in caſu dictæ abſolutionis conceſſæ Ius Parti quæſitum non tollitur principaliter, ſed ſecundario, & per conſequentiam per abſolutionem; tum etiā quia illud Ius non eſt principalis negocij, ſed eſt Ius occaſionatū; quo caſu d. reg. non habet locum, vt latius per eum. 4

Clarum eſt autem quod Ius, ꝙ tollitur, & præiudicium, quod ei infertur per abſolutionem, non principaliter, & certitudinaliter infertur, ſed ſecundario, & per quandam conſequentiam. patet quia non infertur tantum per ipſam abſolutionem, quæ tantum conceſſit facultatem agendi vel excipiendi; quantum ex probationibus enormiſſimæ ælſionis puta, vel contractus ſimulati, iuxta exempla poſita à Gomeſio: quę ſcilicet probationes fieri nō potuiſſent, niſi conceſſa abſolutione: Id quod conſiderauit quoque idem Gom. in d. q. 15. Etenim mens Papę in abſolutione concedenda eſt vt principaliter faueat abſoluto circa abſolutionem aduerſus iuramentum, quod ex iuſta cauſa venit relaxandum; non vt tertio Ius tollat: & ſi inde cōtingit vt tertio pręiudicium eueniat, id eſt occaſionaliter, & non debet conſiderari illud ad effectū illius regulæ: vt dicit Gom. d. q. 3. ver. quid dicendum. † Similiter 5
& in quibuſdam alijs abſolutionibus

nibus per ſacram Pœnitentiariam conceſſis non habetur ratio iſtius præiudicij ſecundarij, & quod occaſionatiue obuenit, vt patet in abſolutione ab homicidio, in qua non apponitur clauſula, ſi nondũ ſatisfecit, ſatisfaciat parti læſæ competenter, vel cum ea concordet; quia ille de cuius præiudicio principaliter ageretur, eſt mortuus: & de præiudicio aliorum non curatur, quia mediate venit, & ſecundario: prout bene ponitur dicta clauſula in abſolutione à membri mutilatione, quia mutilatus ſentit damnum immediate, & principaliter, ideo habetur ratio illius: vt per Gomeſ. dicta q. 3.

6 In quo tamen articulo, † videlicet an ſit locus dictæ reg. de iure quæſito non tollend. vbi per gratiam & conceſſionem factam Ius parti aduerſę quęſitum non tollitur principaliter, & directo, ſed ſecundario, & in conſequentiam; ipſe Gomeſ. ſubijcit ad tollendum omnem ſcrupulum huiuſmodi diſtinctionem, videlicet, aut tempore gratię per Papam conceſſæ imminebat illud præiudiciũ ſecundarium, & occaſionarium; & in tali caſu putat locum eſſe regulæ, niſi clare appareat Papam etiam tunc voluiſſe pręiudicare. Aut vero tempore datæ gratię nullum imminet præiudiciũ, ſed poſtea contingit occaſionaliter; & tunc dicta regula non procedit ſecundum eum, quia nec mens, nec verba principis emanarunt ad alicui pręiudicandum, ſed principaliter ad benefaciendum impetranti. Et quamuis hanc diſtinctionem, & quęſtionem Gom. poſuerit in gratia lite pendente cõceſſa, tu potes intelligere etiam extra litis pendentiam, quia talis conſideratio de litis pendentia non eſt neceſſaria in dicta regula: & idem eſt cenſendum ſiue lis pendeat ſiue non, vt dicit Dom. Quintil. Mandoſ. ſuper illa reg. q. 3.

Per quam diſtinctionem Gomeſij videbatur ergo concludendum in quęſtione noſtra contra dictam eiuſdem Gomeſij affirmatiuam opinionem, & prædictã Rotæ Deciſionem: & ſic quod immo ex conceſſione pędictę abſolutionis non cenſeatur ſublata parti aduerſæ exceptio periurij, nec Ius ex eo quęſitum vigore d. l. ſi quis maior, & ſubinde non cenſeatur illi legi derogatum, ſicuti nec pariter regulę illi de iure quęſito nõ tol. niſi ſit facta expreſſa illius dorogatio, per dictam rationem, quia tempore conceſſionis abſolutionis pędictę imminebat illud præiudicium ſecundario, & occaſionatiue inferendum, quia iam parti Ius atque exceptio ex periurio competebat: & ſic videtur locus eſſe regulę, vt habet dicta diſtinctio. † Et quod regula locum habeat, & extendatur indiſtincte etiam vbi pręiudicium infertur, & Ius aufertur ſecundario tenet Mandoſ. ſuper d. reg. in allegata quęſt. tertia. † Sed ſaluatur dicta Concluſio abſque expreſſa derogatione, quia clare conſtat de mente D. Papę, quod voluit dictę legi ſi quis maior, pariterque pędictę reg. derogare probata enormiſſima lęſione, vt 7 8

ſupra eſt dictum, & dicit Gom.d. q.15.col.3. ver. quia conſtat. Et ideo hęc mens, quę apparet, ſufficit, & non eſt neceſſaria expreſſa derogatio, vt per eundem Gom. in allegata quęſt.ver. vt tamen: & tradit Rebuf. ſuper eadem reg. ver. fallit quando.

9 † Adde quod conceſſio abſolutionis huiuſmodi habet æquitatem, quia, probata cauſa, conſtat illi legi, & regulę prędictę fuiſſe derogandum, pręſertim quia d.l. non habet locum niſi vbi iuramentum iuſte & legitime fuit receptum, vt ibi per ſcribentes omnes. Cauſa vero non probata iurans idemque impetrans ſuccūbendo, periurus remanet, idemtidem & iuramēto ligatus, vt prius iuxta alias dicta, vt prudenter conſiderat D. Ioan. Bapt. March. vbi ſupra.

10 † Amplia dictam Concluſionē, videlicet quod per dictam abſolutionem à D. Papa conceſſam ſit ſublata exceptio ex periurio cōpetens, & Ius parti ex eo quęſitū vigore d. l. ſi quis maior, & ſit derogatum eidem legi, & regulę de iure quęſito non toll. vt procedat etiam contra non ſubditum Domino Papę temporaliter.

11 Neque enim obſtat quod † Papa vbi non habet temporalem iuriſdictionem actu, non poteſt tollere legem ciuilem quoad forum ciuilē, ſeu ſecularē vbi non imminet peccatum, ſed ſolum quoad ſuum forum, ſcilicet eccleſiaſticū; cum poteſtates, & iuriſdictiones ſint diſtinctę: vt notat Abb. in c. cum eſſes, in repeti. in notab.6. de teſta. & glo. in c. conſtitutiones, diſt. 10. & in reg. 2. in prima glo. de reg. Iur. in 6. & egregie conſulit Paul. de Caſtro conſ. 290. viſa ſupra ſcripta num. 3. lib. 2.

† Et quamuis poſſit tollere Ius quęſitum ſubditis, arg. eorum quę not. Innoc. de iniur. in c. noſtra, & iuxta id quod not. Glo. in c. 1. diſt. 12. ſcilicet exiſtente cauſa, vt etiam notat Io. And. in addi. ad Spec. tit. de lega. §. nunc oſtendendum, ver. 57. & per ſcribentes in l. fi. C. ſi contra Ius vel vtil. pub. † non tamen poteſt tollere Ius quęſitum non ſubditis, vt laicis, non ſolum per legem imperialem, ſed nec ſi per Ius canonicum: vt in eiſdem his terminis abſolutionis iuramenti conſulit idem Caſtr. in d. conſ. 290. Adde etiam cum cauſa, vt per eundem Caſtr. in conſ. 288. Primum dubium, num. 3. ver. aut quęritur, lib. 1. Vbi egregie explicat complectendo omnes caſus, † an & quando Princeps ſiue Imperator, ſiue Papa auferre poſſit alicui Ius quæſitum ſeu Dominium rei ſuę, & illum refert & ſequitur Fel. in c. quę in Eccleſiarum, num. 30. de conſti. † Hæc inquam non obſtant eo quia in caſu noſtro occaſione rei ſpiritualis, nempe iuramenti illud Ius prouenerat ex diſpoſitione legis ciuilis: merito tolli potuit per Papam etiam non ſubdito ei temporaliter: immo hoc caſu, etiam ſi de iure naturali tale Ius quęſitum eſſet, tolli potuiſſet, per ea quę notat Fel. in d. c. quę in Eccleſiarum, num. 46. vbi refert D. Abbatem notabiliter probantem, † quod ratione iuramenti poteſt Papa tollere contractus laicorum tollendo iuramentum cum cauſa: Sed neque alioqui

Margin numbers (right column): 12 (at "† Et quamuis"), 13 (at "pub. † non tamen"), 14 (at "plectendo omnes caſus, † an &"), 15 (at "conſti. † Hæc inquam"), 16 (at "probantem, † quod ratione").

17 qui nouum eſt in iure,† vt diſponat quis aliquando in materia per viam acceſſionis, in qua non diſponeret principaliter: ad hoc c. ex literis, de iurepatro. Bart. in l.inter omnes.§.ratione. ff.de fur. & notat Fel. vbi ſupra. Item quia imminet peccatum; nã ſtante veritate cauſę allegatę, puta enormiſſimæ lęſionis, doli, vel ſimilis, patet ineſſe peccatum in obſeruantia illius legis; quia ſic illud Ius parti turpiter, & malo modo acquiſitum fuit. ideo iuremerito poteſt,& debet Papa huic rei occurrere derogando illi legi ſi quis maior,& iuri eius vigore
18 ex periurio quæſito; † quia vbi imminet peccatũ poteſt Papa abrogare legem ciuilem etiam reſpectu non ſibi temporaliter ſubditi, & in omni foro: vt dicunt omnes in d.cap.quę in Eccleſiarũ, de conſti. & Abb. & Caſtren. in locis citatis: idem Abb. & doct. in c.fi. de præſcri. Et eſt conſpicua iuriſdictio, & poteſtas Papę in hoc caſu,quippe cum diſcutiendum ſit circa iuramentum, an ſit licitum, vel illicitum, vt de ipſo prætenſo periurio conſequenter dignoſci valeat,an vere admiſſum fuerit vel non,an Ius parti acquiſierit, vel non; quod quidem iudicium atque cognitionem certũ eſt ad poteſtatem ſecularem non ſpectare, ſed ad ſolam Eccleſiam pertinere; vt in cap.venerabilem, vbi nominatim Abb. num.13.de elect.

Et prędicta pariter intelligi poſſunt de iure quęſito laicis ex diſpoſitione Auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. ad notata in Addi. ad Bar. in conſ.90. dilecto. in fi. addi.mag.lib.1.

Et in hoc caſu admittendus erit vtique ille intellectus illius capituli venerabilem, qui habet
† quod ad ſolum Papam pertinet 19
de huiuſmodi re iudicare,ac proinde abſolutionem concedere, non ad alios pręlatos etiam Epiſcopos, ex quo poſt admiſſum periurium agitur de pręiudicando iuri tertio quęſito,& de derogando d. legi ſi quis maior. & d. reg. de iure quæſito non tol. iuxta iam dicta;quod præter Principem nemini licet, neque etiam Legato de latere:vt tradit Gom. ſuper d. reg. q. vlti. Id quod ego annui ſupra in Par. prima, q. 2. in fi. & conſulit Caſtren. d. conſ. 290.num.2.3. lib. 2.

† De pœnis periurij vltra eam 20
de qua in d.l.ſi quis maior,& quo modo ab vtroque Iudice tam ſeculari,quam Eccleſiaſtico procedatur contra periurum, non eſt noſtrum per tractare: remitto ad Couar.plenius alijs de hoc differentẽ ſuper 6. Decretal. tit. de pact. c. quamuis, in relect. in 1. par. §.7.

QVAESTIO XXV.

Vtrum appellatio locum habeat in abſolutione à iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in abſolutione à iuramento, & ante abſolutionem conceſſam, & poſtea conſiderari poteſt, ſcilicet vel ab abſolutione concedenda, vel à conceſſa.*

2 *Appellatio ab abſolutione à iuramento ſimplici, & totali emiſſa valet, & eſt admittenda.*

3 *Appellatio ab abſolutione excommunicationis non admittitur, nec impedire poteſt eius effectum.*

4 *Iudex ad quem appellatum eſt ab abſolutione iuramenti plenaria, & ſimplici inhibere poteſt etiam Iudici laico, qui intromittere ſe vellet de negocio principali.*

5 *Impeditur quid facilius ad eſſe produci, quam quod productum tollatur.*

6 *Appellatio ab abſolutione iuramenti praparatoria, ad effectũ agendi, vel excipiendi nõ valet, nec eſt admittenda.*

7 *Appellatio qua ratione à diffinitiua ſit permiſſa, & ab interloquutoria prohibita.*

8 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi dici poteſt reſcriptum potius quam ſententia.*

9 *Abſolutio à iuramento de ſurreptione, & obreptione impugnari poteſt etiam coram Iudice laico.*

10 *Peccata quanto diutius detinent animam alligatam, tanto grauiora dicuntur.*

11 *Appellatio non admittitur, nec habet effectum, vt poſſit ſuſpendere, nec extinguere iudicatum vbi agitur de ligamine anima.*

12 *Appellatio ab abſolutione à cēſuris Eccleſiaſticis non extinguit neque ſuſpendit.*

13 *Excommunicationis effectus quoad animam qui ſint.*

14 *Iuramentum quoad animam quid operetur.*

15 *Abſolutio ab excommunicatione, & abſolutio à iuramento inuicem differunt, & quid.*

16 *Iuramenta regulariter ſunt obſeruanda: extende vt nu. 17.*

18 *Abſolutio à iuramento contingere poteſt vt ſit potius nocua, quam proficua anima abſoluti.*

19 *Iuramento ligatus non dicitur ex hoc in peccato eſſe.*

Iura-

20 *Iuramentum ſuapte natura bonum eſt, atque actus latria.*

21 *Abſolutio à iuramento præpatoria ad effectum agendi, vel excipiendi non poteſt impediri à parte aduerſa.*

22 *Abſolutio à iuramento an ſit ad effectum agendi, vel ad effectum excipiendi neceſſarium eſt noſſe, ac diſtinguere.*

23 *Appellatio ab abſolutione iuramenti ad effectum excipiendi haud vtilis eſſet appellanti: & nu. 24.*

25 *Appellatio friuola, & inualida non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, nec inducit attentata.*

26 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi proprie, & ſtricte quando dicatur.*

27 *Appellatio etiam ab abſolutione iuramenti obtenta ad effectum agendi non valet, & non eſt admittenda.*

Extende vt nu. 28.

29 *Titulus nil nouan. app. pen. non habet locum in appellatione friuola, & fruſtratoria.*

30 *Item nec in appellatione à iure probibita.*

31 *Iudex ad quem vigore appellationis coram eo interpoſita ab abſolutione iuramenti ad effectum agendi non poſſet inhibere Iudici laico ne procedat ſuper contractu.*

32 *Delatio appellationis interpoſitæ ab abſolutione ad effectũ agendi an conualidet appellationem ipſam, vt ſuſpendere habeat effectum abſolutionis.*

33 *Delatio efficit validam appellationem, quæ iure ſuo non valeret.*

QVÆRO vigeſimoquinto, ſi cõtingat appellari à conceſſione abſolutionis, vtputa quia Pars vel fuit citata, vel alias notitiam habuit abſolutionis petitę, & ab ea appellauit, an appellatio ſit admittenda, eaque interpoſita atque pendente, poſſit is, qui abſolutionẽ habuit, citra periurij metum venire contra obligationem iuratam. Et, ne furtim alienis vti velle videamur tetigerunt hunc articulum D. Io. Bapt. Marcheſ. in ſæpe allegato tract. de commiſ. par. 1. commiſ. 1. cap. 6. num. 22. & Dom. Anton. Gaglia. in ſupra alleg. opuſculo de abſol. à iuram. in 3. §. num. 32. Et ambo concludunt ſimpliciter appellationem nihil impedimento eſſe abſolutioni; & nullatenus obſiſtere quominus is, qui eam obtinuit, ius ſuum proponere valeat agendo, vel excipiendo, vt ipſi dicunt.

Mihi ad pleniorem quæſtionis definitionem notitiamque habendam operæpretium viſum eſt eã diuidere in duas partes, prout dupliciter abſolutionem conſiderandam eſſe præmiſi: ac proinde duplex habenda erit inſpectio. Prima circa abſolutionem propriam & plenam, quę apta eſt ex toto tollere obligationem, ad dicta in prima par. q. 1. ver. vlterius. Secunda

cunda circa abſolutionem pręparatoriam, ſeu habilitationem ad effectum agendi, vel excipiendi, de qua ibi in q. 2.

Sed & prius ea quoque conſideratio non videtur prætermittenda, quod dupliciter intelligere, & conſiderare poſſumus appellationem in conceſſione abſolu-
1 tionis. † Primo vt pręcedat appellatio, vtputa quia aduerſarius nolebat abſolutionem petentem abſolui, & quatenus abſolueretur, quia videbat Iudicem, ſua contradictione non obſtante, ad abſolutionem deuenire velle, appellauit, iuxta in ſimili diſpoſita in c. qua fronte: de appel.

Vel ſecundo quod ſubſequatur appellatio, nempe quia à conceſſa abſolutione fuerit appellatum. Et duplex ſubſequenter exinde rurſus occurrere pôt inſpectio, videlicet, vt conſideretur appellatio reſpectu validitatis abſolutionis quoad ſe, An ſcilicet fieri poſſit appellatione interpoſita atque pendente, adeo quod appellationis pendentia nihil habeat obſiſtere quominus abſolutio dari poſſit, & quin data valeat, vel potius ſit irrita, & inualida, tamquam ſcilicet attentata, vtpote data appellatione pen. nec tutus ſit conſequenter abſolutus à periurio atque à vitio attentatorum agendo, vel excipiendo. Altera eſt inſpectio an à conceſſa iam abſolutione appellatio detur, habito ſolum reſpectu ad negocium principale, videlicet vt & ſi abſolutio ipſa non ſubiaceat vitio attentatorum, cum non ſit data pendente appellatione, ac proinde nequeat ipſa ex hoc capite tamquam attentata infringi nec inualida cenſeri; tamen per appellationẽ ab ea interpoſitam ſuſpendatur eius virtus, & effectus, vt pariter ſuffragari nequeat abſoluto ad veniendum contra promiſſa iurata abſque periurio. Ex his namque termini quæſtionis, materięque abſolutionis iuramẽti à doctoribus ſuboſcure tractatæ fient notiores, & quęſtionis reſolutio clarior habebitur.

Circa primam partem quęſtionis, vbi agitur de abſolutione plena, & ſimplici apta ex toto tollere obligationem, dicendum, † quod 2
ſi contingat ab ea appellari, appellatio valet, & eſt admittenda, quoniam per talem abſolutionẽ infertur graue, & irreparabile præiudicium, in quocunque caſu eam dari contingat. nam ſiue ex ea ſequi habeat reſciſſio contractus; quia ſcilicet datur in caſu, in quo iuramentum eſt validatorium contractus, ita quod ſine iuramento non valuiſſet: ad dicta in quęſt. 16. paulo poſt princ. ver. cum primis, & ſeq. hoc caſu pręiudicium eſt graue, & irreparabile quoad totalem obligationem: quia tunc non reſeruatur Ius partis illęſum in alio iudicio defendendum; quia hęc abſolutio concernit totum negocium, & in eius diſcuſſione, & cognitione illud definitur, ad ea quę tradita, & exemplificata ſunt ſup. hac par. 3. in d. q. 16. in prima Concluſione per totam. Et ſiue detur ipſa plena, & ſimplex abſolutio, etiam in caſu in quo ex ea non habet contingere eo ipſo reſciſſio contra-

ctus

ctus eo quia contractus de ſe alio iure validus erat; nihilominus etiam hoc caſu abſolutio ipſa eſt præiudicialis, & definitiua quantum ad iuramentum, & obligationem ex eo contractam: ad dicta ſup. ex Abb. in d. q. 16. in fi. in Ampliatione; ideo in vtroque caſu appellatio eſt concedenda. l. pen. C. quorum appel. non reci. l. 2. vbi Bar. nu. 26. ff. de appel. reci. nouiſſime iure noſtro in Concil. Trid. Seſſ. 24. cap. 20. paulo poſt princ. in Decretis reformat. not. Bar. in l. arbitro: ff. qui ſatiſd. cog. & in l. intra vtile: ff. de mino.

Et ex hac concluſione infertur quod, cum appellatio valida ſit, & de iure admittenda, habebit effectus ſuos; etenim ſuſpendet abſolutionem eiuſque vim, & effectũ, vt ea abſoluto nihil patrocinari habeat quin omnia eius vigore prętextuque innouata, & exequuta attentata cenſeantur: toto tit. in vtroque iure, nil nouan. app. pen. & vt lite pen. & in c. dilectis. de app. c. non ſolum. eo. in ſexto: Et ad ea quę de appellationis vi, & effectu, deque appellatione pendente exequutis, & innouatis copioſe tradit D. Robert. Lancel. Peruſi. in præalleg. tract. de atten. par. 2. tit. de atten. app. pen. c. 12. in præf. pręſertim, num. 75. cum ſequentib. & in multis quas ſubijcit Ampliationibus.

Neque his quicquam obſtare 3 habet, † quod dicitur de abſolutione excommunicationis, quod ea fieri valide poteſt app. pend. & patrocinari habet abſoluto, neque impeditur eius effectus ab appellatione: cap. qua fronte, vbi Doct. de appel. & per D. Rober. Lancel. d. tit. de atten. appel. pen. limit. prin. 23. quia ratio pręiudicij totalis obligationis, ſeu principalis negocij, quæ ineſt in abſolutione iuramenti prædicta, & nõ in abſolutione excommunicationis; item diſcrimen, quod eſt inter eas alijs reſpectibus, & rationibus, de quibus infra agendum eſt in ſecundo articulo, ſeu parte quęſtionis, non permittunt fieri poſſe inter eas ęquiparationem, & argumentationem: vulgata l. Papinianus exuli: ff. de mino. cum ſimil.

Quoniam enim huiuſmodi abſolutio pręcipue occurrit, & conſideratur in ea ſpecie promiſſionum, ſeu contractuum, in quibus obligatio inhæret, ineſtque ſoli iuramento, iuxta tradita ſupra hac par. 3. q. 14. in ſecundo, & tertio caſibus, & dictum eſt ſup. q. 16. ver. cum primis; ac proinde non eſt dare eam ſeparatam ab corruptione eorumdem contractuũ, vt conſiderauerunt eam Io. Cal. & Paul. de Leaz. quos refert Abb. in cap. cum contingat, nu. 9. ver. ſed Ioan. Cal. & eos ſequitur in diſtinctione, quam ibidem ſubijcit, de iureiur. & eſt declaratum ead. q. 16. d. ver. cum primis, & clarius ibidem inferius, in ver. inſuper pro clara, & ibi in prima Concluſione: merito conſequitur, ꝙ ratione connexitatis appellatio ab abſolutione interpoſita operari habeat effectum ſuum ſuſpenſiuum quoad principale negocium ac totam cauſam: cap. ſuper eo, il primo, vbi Anton. de Butr. Abb. præſertim in primo notab. Deci. & al. de appel. idem Deci. in cap.

ad

ad hæc, il primo, num. 2.3.4. & 5. eodem tit. non enim terminari poteſt queſtio negocij principalis hoc caſu ſine articulo appellationis. nam ex quo validitas, vel inualiditas negocij principalis à validitate, vel inualiditate iuramenti dependet, ad ſupradicta; nõ poteſt haberi diffinitio ſuper ipſo principali negocio, ſeu ſuper cõtractu, vel promiſſione, niſi diſcuſſo prius de iuſtitia, vel iniuſtitia abſolutionis datę, & ſic niſi terminato articulo, ſeu cauſa appellationis: vnde merito ſuper principali negocio, ſeu cauſa ſuperſedetur: d.c. ſuper eo, il primo, vbi Abb. de appel.

Neque his aduerſatur, quod dicunt cauſam abſolutionis à iuramento ſeparatam eſſe à cauſa, ſeu negocio principali; id enim minime verum eſt in ſpecie hac, de qua loquimur; ſed illud dictũ in pręparatoria abſolutione ad effectum agendi, vel excipiendi locum ſibi vendicare poteſt. Id quod inferius in dicendis circa ſecundam partem, ſeu articulum quæſtionis diſcutietur.

4 Quamobrem ex prædictis † iam nullum dubium remanebit circa inhibitionem, quin Iudex ad quẽ inhibere valeat, etiam Iudici laico, qui intromittere ſe vellet de negocio principali in cognoſcendo, vel exequutione danda. Nam ex quo appellatio ratione dependentię, & connexitatis totum negocium deuoluit ad Iudicem ad quem: d.c. dilectis: de appel. merito inhibere poteſt: c. non ſolum, cum parua Glo. in ver. deuolutũ, de appel. in 6. clarius in c. Romana. §. ſi vero, & ſeq. eo. tit. & lib. faciunt tradita à Panor. in c. tuã, maxime, in vltimo notab. num. 5. de ordi. cogni. & ſequitur Rob. Lancel. in prælle. tract. de atten. par. 2. cap. 20. tit. de atten. poſt inhib. in pręfat. ſub 3. quæſt. num. 91. Et de inhibitione dixi alias ſupra hac par. 3. queſt. 14. ver. Et quantum ergo attinet, cum multis ſequent. à nu. 48.

Quin & de incompetentia Iudicis laici in ſpecie contractuum de quibus agimus ſatis, ni fallor, oſtenſum eſt ſupra hac eadem par. 3. quæſt. 16. non multum poſt prin. quæſt. in ver. inſuper pro clara.

Et dicta circa hunc primum quæſtionis articulum procedent pariter ſi pręceſſerit appellatio, eaque interpoſita conceſſa fuerit abſolutio, iuxta primam partem conſiderationis pręmiſſę ſupra, in ver. ſed & prius: immo & multo facilius operari habebit appellatio, & impedietur abſolutio, & eius effectus, † per reg. facilius 5
impeditur quid ineſſe produci, quam quod productum tollatur; quod not. in Specu. tit. de actore. §. 5. ver. quid ſi eam.

Circa ſecundum queſtionis articulum, † vbi agitur de pręparatoria abſolutione ad effectum a- 6
gendi vel excipiendi, dicendum eſt appellationem locum non habere nec eſſe admittendam: quia ceſſat hoc caſu ratio pręiudicij totalis, & irreparabilis: ad late dicta ſupra hac par. q. 16. Concl. 2.
Hac n. precipua † ratione Ius ci- 7
uile permiſit appellationem dũtaxat à ſentẽtia diffinitiua, candẽ vero vetuit regulariter ab interloquutoria, exceptis ſcilicet his,

quæ

quę Diffinitiuę vim habent, quia
non inferunt pręiudiciũ,ſeu gra-
uamẽ irreparabile: vt in l.pen.C.
quor. app. non reci.l. 2. vbi Bar.
ff. de appel. recipi. idem Bar. in
l. arbitro.ff.qui ſatiſ. coga.& in
l. intra vtile.ff.de mino.

Quod & ius canonicum nouiſ-
ſime in Concilio Trident. veluti
iuri,& rationi congruum ample-
xum eſt,vt in illo Concil. Seſſ.24.
cap.20.paulo poſt prin.in Decre-
tis de reformat.

Et ita per hanc rationem te-
net D.Ioan.Bapt.Marcheſ.vbi ſu-
pra citatus, pro qua ratione alle-
gat Aufrer. in addi.Deciſ.Capel.
Toloſ.Deci.62. & Bellam. Deciſ.
8 224. † Item dicit quod iſta non
eſt ſententia,vel Decretum, à qua
ſeu quo appellari valeat: ſed eſt
quaſi reſcriptum gratioſum Prin
9 cipis,† contra quod aduerſæ par-
ti reſeruatur remedium, quia il-
lud de obreptione, vel ſurreptio-
ne impugnare valet: ad hoc alle-
gat Deciſ. Afflic.210.num.9. etiã
coram Iudice laico, coram quo
Iudicium ordinarium ſuper prin-
cipali erit agitan. cum Iudex lai-
cus cognoſcere poſſit de ſurre-
ptione,& obreptione,ſiue nullita-
te abſolutionis: ad dicta in ſecun
da par.q.7.concl.5.& adnot.Mar.
in 4. par.prin. ſui Specul.diſt.11.
Iudi.num.68.

Sed D. Antonius,vbi ſupra ci-
tatus tenet appellationem non
valere per eam rationem; nempe
quia agitur de ligamine animæ;
& ſic vt anima remaneat ſolu-
ta vinculo iuramenti quo erat li-
gata: hac enim ratione, inquit,
vbi agitur de ligamine Animæ,vt
minori tempore, prout fieri po-
teſt ligata remaneat † (cum pec- 10
cata quanto diutius infelicem
animam retinent alligatam ſint
grauiora:cap.fi.de conſue.)† tunc 11
appellatio nec extinguit, nec ſu-
ſpendit iudicatum, vt per eum
allegat Fel. in rub. de appella. Et
Felinus ibi col.1.nu.1. ver. ad ſe-
cundam,& n.2.loquitur de abſolu
tione à cenſuris Eccleſiaſticis; nã
† à tali abſolutione,inquit, ſi ap- 12
pelletur,appellatio nõ extinguit,
neque ſuſpendit: ex Angel. in l.
furti, in prin. ff. de his, qui nota.
infa.

Verum hæc ratio,quicquid pol
leat in appellatione ab abſolutio-
nibus cenſurarum,mihi non vide-
tur eũdem effectum operari poſ-
ſe in appellatione ab abſolutione
iuramenti, nec tuto recteque ar-
gui poſſe de vna appellatione ad
aliam. Non enim videtur quod
fieri poſſit bona æquiparatio in
hoc inter abſolutionem,pone,ex-
communicationis, & iuramenti;
ſicuti non bene, & congrue ſimi-
liter cadit ęquiparatio inter ex-
communicationem,& iuramentũ:
nam diuerſa eſt ratio, diuerſus
eſt finis, & effectus vnius atque
alterius. † Etenim excommuni- 13
catio auertit, elongatque nos à
Deo, & tradit Satanæ: c. Engel-
trudam.3.q.4.cap. audi. 11. q.3.
† Iuramentũ obſtringit nos Deo, 14
vt patet ex eius diffinitione, de
qua omnes in rub. extra de iure.
& patet in cap. & ſi Chriſtus, eo.
cũ ſimil.† ex quo pariter fit con- 15
ſpicuum longe diuerſam eſſe ra-
tionem abſolutionis excommuni-
cationis,ac iuramenti. Nam ani-
ma,quæ excommunicationis vin-
culo irretita manet, certo peri-

clitatur ob dictum effectum formidabilem excommunicationis, & alios, de quibus per Nauar. in Man. cap. 27. rub. quid operetur excommunicatio, num. 18. 19. & ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda: cap. 1. 11. q. 3. Et proinde certum eſt abſolutionem excommunicationis ſemper proficuam, & ſalutarem fore excommunicatione ligato, ſemperque prodeſſe abſoluto. Non ſic in abſolutione
16 à iuramento; † nam cum regulare ſit iuramenta eſſe obſeruanda, vt legitur in d. cap. & ſi Chriſtus,
17 † etiam quod ex iuſta aliqua cauſa venirent diſpenſanda, vt eſt bonus tex. in cap. debitores, in c. ſi vero, & c. verum: d. tit. de iureiu.
18 † exinde conſequitur abſolutionẽ à iuramento datam non ſemper fore tutam, & ſalutarem; quin potius vtilius ad ſalutem eſſe animę iuramenti vinculo ligatæ eo vinculo obſtrictam remanere, iuramentumq. obſeruare, quam ab illo per abſolutionem liberari; tum quia reddenda ſunt Domino iuramenta, vt dicitur in d. c. & ſi Chriſtus: & d. c. debitores. Tum quia in d. c. ſi vero, dicitur quod non eſt tutum contra iuramentũ venire: Tum quia abſolutio minus iuſte data non ſuffragatur: vt dixi ſupra hac eadem Par. in ſecunda & 3. queſt. Tũ quia Inno. in c. ad aures, de his, quæ vi, met. ca. admonet, quouſque aliter prouidere Epiſcopus poteſt commode, non veniat ad abſolutionẽ. Quare vel ex hoc ſaltem, nempe quia certum non eſt abſolutionem iuramenti ſalutarem fore animæ ligatæ, ſicuti eſſe diximus in abſolutione excommunicationis; nõ deberet reijci appellatio. † Item 19
verum non eſt quod qui iuramenti vinculo ligatus eſt reperiatur in peccato, vt inferre velle videtur ipſe D. Antonius, † cum iura- 20
mentum ſuapte natura bonum ſit, & actus latriæ: vt dictum eſt in Prelu. ſecundo, num. 4. quin potius timendum eſt, ne per abſolutionem incidat in peccatum, promiſſa non obſeruando, atque à fide deficien. ex tribus illis rationibus proxime poſitis.

Quamobrem ſolidiorem præmiſſæ Concluſionis rationem, † quare in abſolutione ipſa prę- 21
paratoria appellatio locum non habeat, vltra dicta ſupra de ceſſatione pręiudicij, eam eſſe dixerim, nempe quia eiuſmodi abſolutio non poteſt ab aduerſa parte impediri, ex rationibus quas adduxi ſupra hac eadem par. qu. 16. in 1. Concluſ. num. 78. Ergo fruſtra appellationem interponeret, vt ad ſenſum patet; & interpoſita non eſſet admittenda: Spe. tit. de except. §. 4. viſo. num. 19. ver. facta igitur, tex. in c. cum appellationibus, de appel. lib. 6.

Cæterum circa hunc ſecundum articulum propoſitę quæſtionis, ne inanis forte cuiquam quæſtio videri habeat, vtque eiuſdem vtilitas oſtendatur; cum primis videre operæpretium erit quando ſeu in quibus terminis quæſtio iuxta hunc ſecundum ipſius articulum procedere habeat.

† Qua in re ad eam diſtinctio- 22
nem recurrendum eſt, quam ſupra hac eadem par. 3. qu. 8. ver. Cęterum quo res, inter abſolutionem petitam ad effectũ agendi, & eam quę petitur ad effectũ exci-

excipiendi conſtituimus atque explicauimus, quam neceſſario conſideraſſe, & conſtituiſſe, vel ex hoc loco, & ex præſenti inueſtigatione fit conſpicuum.

Itaque aut intelligere volemus de abſolutione petita ad effectum excipiendi; quia ſcilicet petitur à debitore, vt poſſit ſuffragio ſuæ exceptionis abſque incurſu periurij contra creditoris pulſationem ſe tueri;& ſic euadere in debitam ſolutionem, ſeu præſtationem:ad ea quę iuxta diſtinctionē prędictam circa hunc modum ex-
23 plicata ſunt in d.q.8.† Et vix eſt, meo quidem Iudicio, vt in terminis huius caſus, ſeu modi locū fieri cōtingat pręmiſſę quęſtioni, ſuppoſito etiam caſu, in quo debitor petendo abſolutionem non coarctetur termino, nec conſtituatur in mora, ac ſubinde non incurrat periurium: uix enim eſt, vt hoc caſu, iuxta hoc prędictæ diſtinctionis membrum contingat appellari ab abſolutione: etenim ſuperfluum eſſet creditorem ad appellationis refugium conuolare. quoniam enim huiuſmodi abſolutio petitur locumque habet in obligationibus, ſiue cōtractibus,qui non ſunt,vel ſaltem non apparent de ſe nulli, ac proinde petitur, vt ſeparatā à contractu per viam habilitationis ad reſcindendum illum; ad dicta ſup. hac par. q.14. in 4. caſu per tot.& inferius in ea quęſt. in materia inhibitionis in ſecūdo caſu; ſuperuacanea eſſet appellatio: quia huiuſmodi abſolutio nulli, vel minimo creditori eſt pręiudicio, tum quoad Ius ſuum aduerſus exceptionē exaduerſo oppoſitam, ſeu opponendam defendendum, ad late dicta ſupra hac par.q.16.Concluſ.2.& alibi: tum quia abſque appellationis ope remedium ſibi remanet aduerſum ipſam abſolutionem, vt eam etiam coram Iudice laico de obreptionis,ſubreptionis, & nullitatis vitio arguere valeat;qui de his quidem bene cognoſcere pōt, vt dictum eſt ſup. in prin. huius articuli, & ego dixi latius ſupra in ſecunda par.q.7.in Concluſ.5. Tum demum nihil præiudicialis eſt d. abſolutio creditori reſpectu proceſſus, & executionis; quia,ſi ei locus eſt, non retardabitur per d. abſolutionem; ad dicta ſupra hac par.q.9.num.9.& d.q.14.nu. 45.46.

† Nec dici poteſt, quod vtilis ſit 24
hoc caſu appellatio ad impediendam inhibitionem Iudicis Eccleſiaſtici; quia reſpondetur, quod appellatio aut non eſt neceſſaria, vtpote quia inhibitio fieri non poteſt,ad tradita in d.q.14. num. 48.& inferius in ſecundo caſu ſub num. 56. in fi. cum ſequentibus. Aut, ſi eſſemus in caſu, in quo concedendum eſſet Iudicem Eccleſiaſticum inhibere poſſe Iudici ſeculari prętextu abſolutionis ab eo petitæ (qui caſus contingere poſſet iuxta illum poſitum ſupra in d. quæſt. 14. vbi agitur de inhibitione in ſecundo caſu,nu.60. in ver. Adde tamen.) Et eo caſu appellatio non ſufficeret,quia ea non obſtante,inhibitio nihilominus fieri poſſet: quod oſtenditur ex eo,† quia appellatio, vtpote 25
friuola,& inualida,ad dicta ſupra hucuſque circa hunc ſecundum articulum, non ſuſpendit iuriſdi-

ctionem Iudicis, nec inducit attentata, vt per copioſas auctoritates tum Iurium, tum Doctorum comprobat Lancel. in præal. tract. de attenta. par. 2. cap. 12. tit. de attenta. app. pen. in lim. 6. quem propterea retuliſſe ſufficiat abſque eo quod modernorũ more tranſcribantur eius allegationes, libenter in hoc ab eorum hoc more diſcedendo, ne impleantur folia ſuperfluis citationibus: ad notata diſt. 23. in cap. tales, pro quo etiam. C. de vet. iu. enu. l. tanta. §. ſi quid autem, ibi ſimilique modo.

Aut vero intelligimus de abſolutione ad effectum agendi, ſic proprie, & ſpecifice ſumpta iuxta alterum membrum prædictæ diſtinctionis, de qua in præalleg.
26 q. 8. † Exemplum in creditore, qui fecit pactum cum iuramento de non petendo, vel in venditore, qui vult retractare venditionem iuratam, vel in filiafam. quæ vult agere ad bona paterna quibus cũ iuramento renunciauerat. Et in his terminis, iuxta hoc illius diſtinctionis membrum, in hoc ſecundo præſentis quæſtionis articulo præparatoriæ abſolutionis dubitari, quærique vtilius continget, an appellationi locus eſſe debeat, quippe cum hoc caſu intereſſe Partis videri poſſit abſolutionem non dari, datamque appellationis diffugio protelari, abſolutionemque petentem iuramento ligatum detineri, vt euitet moleſtiam illius impetitionis.

27 † Et in hoc quoque caſu dicendum eſt appellationem locum nõ habere, nec fore admittendam; quia ceſſat ratio appellationis ad mittendæ, ſcilicet præiudicij totalis, & irreparabilis, de qua ſupra in principio huius ſecundi articuli, in ver. circa ſecundum, & per alia ibi dicta vſque ad ver. Cæterũ circa: quæ omnia in hoc caſu locum ſibi vendicant. Et ſi nihilominus emiſſa fuerit, cenſenda eſſet manifeſte friuola, & inualida, vtpote contra vtriuſque Iuris mentem emiſſa: vt in Concilio, & alijs Iuribus allegatis ſupra in prin. præſentis articuli. Et conſequenter nec abſolutionis vim & effectum impediret, quin abſolutus Ius ſuum libere perſequi poſſit illius vigore, nec Iudicis à quo iuriſdictionem ſuſpenderet, nec attentata induceret, nec alium appellationis effectum haberet: iuxta tex. in c. dilectis, de appella. & in c. Romana. §. ſi vero, & ſeq. & in c. non ſolum, eo. tit. in 6. copioſe allegat Lancel. in ſæpe alleg. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attenta. appel. pen. limit. 6.

† Et hanc Concluſionem procedere intelligemus ſiue conſideremus appellationem præceſſiſſe, & ſic ea interpoſita, & pendente, conceſſam fuiſſe abſolutionem, iuxta primum modum conſiderationis præmiſſæ ſupra in ver. ſed & prius: nam appellationis pendentia nihil habebit obſtare, quo minus abſque vitio attentati abſolutio dari poſſit, & quin data ſuffragari valeat abſoluto, vt ſine metu periurij libere Ius ſuum perſequi valeat, per rationes prædictas maxime ſupra in ver. Quamobrem, num. 21. & proxime ſupra in ver. & in hoc quoque. 28

Siue conſideremus appellationem

nem, iuxta ſecundum modũ prædictæ conſiderationis,ſcilicet vbi ab abſolutione conceſſa interponitur : nam & hoc quoque caſu appellatio inualida erit,& nullius effectus; immo multo magis id aſſeri poteſt in hoc ſecundo modo : quia ſi appellatio præcedens non ſuſpendit, nec impedit abſolutionem ſubſequentẽ,multo minus appellatio ſubſequens ſuſpendere habebit abſolutionem præcedentem:prout in ſimili in abſolutione excommunicationis arguit Lancel. in d. tract.de atten. par.2. tit. de atten. ap. pen. lim. 23.nu.6.facit reg.facilius impeditur quid ineſſe produci, & c. de qua ſupra non multum poſt prin. q. ver. Et dicta. Ac proinde huiuſmodi friuola appellatio nihil obſiſtere poterit quominus in negocio ſuper contractu procedi valeat vigore abſolutionis obtentę:

29 † nam reg.ſiue titulus nil nouandum appel. pen. limitatur non procedere in app. friuola, & fruſtratoria, ad late tradita à Lanc. d. tract. de atten. d.tit.de atten.

30 ap. p. d. limit.6. prin. † & minus in caſibus, in quibus appellatio eſt à Iure prohibita,vt per eundẽ Lancel.dicto tit.de atten.ap.pen. limi.33. prout talem eſſe appellationem in præſenti caſu patet ex dictis in prin. huius ſecundi articuli,nu. 6.7.

31 † Quocirca neque Iudex appellationis, qui talem appellationẽ recepiſſet, inhibere poſſet Iudici ſeculari, ne procederet ſuper cõtractu; quia huiuſmodi appellatio friuola,& prohibita,ac minus legitime interpoſita non tribuit Iudici ad quem iuriſdictionem, quia non intelligitur deuoluta:vt probatur in c.dilectis, de appell. clarius in c.Romana.§.ſi vero,in ver. ſimile, & ibi Glo. & in §.ſeq. Quod ſi: eo.ti.in 6.& per Lanc.d. ti.de att.ap.pen.in pręfa.n.5.ver. deuoluta,vſque ad num.8.merito non poteſt inhibere.c.non ſolum, ibi,negocium fore deuolutũ,d.ti. de appel. in 6. & eſt ibi Glo. expreſſa, per d.c.Roma.d.§.ſi vero, cum ſeq. & per eundem Lancel. d.ti.de att.ap.pen.lim.2.nu.35.& in tit. de atten.inhib.pen.in præf. ſub quarta quæſt. nu.117.

Neque tamen ſine remedio in hoc caſu remanebit is, contra quem agendum eſt vigore abſolutionis conceſſæ; quia reſeruatur ſibi remedium contra ipſam abſolutionem penes Iudicem cauſę, vt eam coram illo de ſurreptione, obreptione, ſeu nullitate impugnare valeat : ad dicta in ſecunda par.q.7.Concl.5.& ſup.eadem q. in 2. Artic. paulo poſt princ. num.9.

† Sed quid ſi Iudex appellationi detulerit?dubitari poſſet numquid delatio habeat ſuſtinere appellationem, ac proinde ſuſpendatur abſolutio data, vt nequeat is,qui eam obtinuit,citra metum periurij agere,ac Ius ſuum perſequi pend.app.& ſi agat,inducãtur attentata, & de periurio quoque accuſari valeat. Et dubium facit ratio atque Deciſio c.cum appellationibus.§.ſi vero,de appel.lib. 6. tum quod ibi dicit Archi. inquiens per illum tex. fore notandum,† quod appellatio, quæ iure ſuo non valet,efficitur valida per delationem. Et illum refert, & ſequitur Gemi.ibi,col.3,in fi.ver. 32 33

per

per hunc tex. ex quo iunctis dictis Archi. & Gemi. multum ſuadetur appellatione admiſſa, eaque pendente, abſolutionem debere ſilere atque ſuſpendi.

Et quod friuola & fruſtratoria appellatio à delatione roboretur, vt poſſit inducere effectus validę appellationis, adnotauit Maran. in ſua Praxi, in 3. par. ſextæ Par. prin. in ſecundo actu de app. nu. 182. Et dixit Barb. in conſ. 18. mihi videtur, num. 11. lib. 1. quod ti. nil nou. ap. pen. limitatur quando appellatio eſt friuola, ſi tamen ei non ſit delatum: copioſe hunc artic. proſequitur Lancel. d. ti. de atten. ap. pen. d. limi. 6. num. 20. & limi. 53. num. 55. vbi eundem effectum dicit operari ipſam delationem in appellatione prohibita.

Qua de re relinquo tibi cogitandum, nec proſequor pro nunc, quia tempus non ſuppetit.

Finis Tertiæ Partis.

D E

DE ABSOLVTIONE FORENSI IVRAMENTI PROMISSORII, ſiue Obſeruationis.

PARS QVARTA.

In qua agitur de abſolutione, ex quibus cauſis quibuſue Perſonis danda ſit, vel non: Et quando quibuſue non ſit neceſſaria; & proinde fas ſit abſque ea propria auctoritate contra actum iuratum venire. Ponunturque tumultuarie caſus aliquot ſaltem vtiliores, & frequentiores in practica, vt ex his facile ſit ad alios ſimiles inferre.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum infringere non eſt tutum alicui, etiam ex cauſa regulariter, ſed abſolutionem petere debet.*

2 *Abſolutio à iuramento quando ſit neceſſaria darique debeat: ponitur regula.*

3 *Abſolutio à iuramento quando non ſit concedenda: datur regula.*

4 *Abſolutio à iuramento quando non ſit neceſſaria: aſſignatur regula.*

IN primis vero cóſtituen- 1
dæ, præmittendæq. ſunt ſequẽtes Regulę. Et prima Regula ſit, Non eſſe tutum alicui contra proprium iuramentum venire. Sed ſi quis aliqua de cauſa prætendat ad obſeruantiam præſtiti iuramenti ſe minime teneri, abſolutionem ab Eccleſia obtinere debere. Iſte eſt tex. in c. ſi vero, & in c. verum: de iureiuran.

Seçunda Regula erit. † Quod 2
abſo-

abſolutio quandoque dari poteſt, & debet, quia ſubeſt cauſa. Et po-
2 teſt poni Regula, † quod vbicumque iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis, id eſt eius cui pręſtitum eſt, non tamen continet turpitudinem ex parte iurantis, quia poteſt ſeruare iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ, & abſque peccato; tūc opus eſt abſolutione, & ea dari debet. Hæc regula ſumitur ex Pan. in cap. 1. in 3. notab. & in c. 2. in primo notab. & in c. debitores, in ſecundo notab. & in c. ſi vero, in 3. notabili: de iureiur. & pro hac reg. adde quę eleganter declarat idem Abb. in conſ. 8. Omn. Dei: & c. Tria ad Deciſionem, nu. 5. lib. 2.

3 Tertia Regula Abſolutio quãdoque † dari non debet, quia nō ſuppetit cauſa: Et in hoc ponatur regula, quod vbicunque iuramentum nullam turpitudinem continet neque ex parte iurantis, neque ex parte recipientis, ſed eſt vndequaque licitum, etiã ex parte materiæ, habẽs illos ſuos tres comites, ſcilicet veritatem, Iudicium, & Iuſtitiam; tunc ſeruari debet omnino iuramentum, & non eſt diſpenſandum: vt in c. & ſi Chriſtus, & ibi Abb. nu. 8. de iureiur. cum ſimil. 4

Quarta Regula † erit, quod Abſolutio quandoq. non eſt neceſſaria, quia iurans non tenetur ſeruare iuramentum, & de per ſe poteſt venire contra, eo quia iuramentum non eſt obligatorium, & ipſo Iure non ligat, quia eius obſeruantia inducit, & nutrit peccatum; vel etiam ſi iuramentum tenet, adeſt tamẽ cauſa ob quam licitum eſt contrauenire abſque reatu, & incurſu periurij, etiam non præuia abſolutione.

Videamus igitur iuxta præmiſſas Regulas per caſus aliquot ſpeciales quando danda ſit abſolutio vel nō, & quãdo nō eſt neceſſaria.

CASVS PRIMVS.

De ſimulatione adhibita in contractu, ſiue iuramento, an ſit iuſta cauſa ob quam danda ſit abſolutio à iuramento, vel non ſit neceſſaria Abſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum omnia in inſtrumento contenta vera eſſe & c. duplicem uim ac ſenſum habet, ſcilicet aſſertorij, & promiſſorij.*

2 *Abſolutio ab eo iuramento, quo Partes iurant omnia in contractu ſiue inſtrumento contenta vera eſſe, & obſeruare, an & quo reſpectu, vel ratione locum habere poſſit: & nu. 5. 8. 15. 16.*

Iura-

3 *Iuramenti aſſertorij obligatio qualis ſit, ſeu qualiter ſe habeat.*

4 *Iuramentum aſſertorium non eſt capax abſolutionis, & quare.*

6 *Iuramenti promiſſorij obligatio qualis ſit, ſeu qualiter ſe habeat.*

7 *Iuramentum promiſſorium eſt capax abſolutionis, & quare.*

9 *Turpitudinem ſuam allegans, an & quando audiendus ſit, vel repellendus: & num. 10. 11. 13. 14. 17.*

12 *Simulationem ſuam quis allegare, & opponere poteſt.*

18 *Abſolutus à iuramento quo aſſerit vera eſſe in inſtrumento contenta, & c. admittitur ad probandum ſimulationem & tenent probationes, ſiue Pars taceat, ſiue contradicat.*

19 *Abſolutus à iuramento ex cauſa ſimulationis grauatur onere probandi, quod alioqui ſibi non incubuiſſet.*

20 *Iurans per ſimulationem an audiatur allegans ſimulationem, etiam non petit a abſolutione ab illo iuramento: remiſſiue.*

CVM primis vero de eo iuramẽto caſum ponere operæpretiũ duxi, quo Partes in contractu iurant p̃dicta omnia, & ſingula vera eſſe, & obſeruare, & c. vt quotidie in inſtrumentis Notariorum reperitur: prout refert Iaſ. in l. nemo poteſt, in prima lect. num. 46. ff. de leg. 1. Si Pars quæ vult contrauenire aſſerens contractum iti demque iuramentum fuiſſe & eſſe ſimulatum, petens propterea abſolutionem ab huiuſmodi iuramento ob allegatam ſimulationem, numquid ſit audiendus. In hoc enim iuramento abſolutio non videtur tranſire poſſe ſine difficultate, & contradictione: ſi quidem, aut verum eſt quod Pars ipſa iurauit; & iuramentum non eſt relaxandum: aut eſt falſum; & per relaxationem euitare non poteſt periurium: l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo: ff. de verb. obli. prout arguit Feli. in c. debitores, vbi de hoc caſu ſpeciatim quęſtionem formauit, q. 5. nu. 11. de iureiur. Ac item abſolutionẽ ſiue relaxationem dandam eſſe negat Iaſ. in pręalleg. l. nemo poteſt, in prima lect. nu. 46. vbi poſt Aret. ibi tenet abſolutionem ab hoc iuramento peti, ac obtineri non poſſe, nec debere ea ratione, quia, inquit, eo ipſo quod peteret quis ſe abſolui à iuramento eo, quia diceret illud, quod iurauit falſum eſſe, allegaret ſe periurum & ſic non admitteretur ad allegandam turpitudinem ſuam.

Contrariam partem affirmatiuam, quod danda ſit abſolutio tenet Imol. in d. l. nemo poteſt: & nouiſſime hanc partem ſequutus eſt D. Anto. Gagliar. in d. opuſculo ſuo de abſolutione à iuramento in §. 3. ſub num. 7. quod fuit mihi oſtenſum Theate poſt hæc ſcripta: & dicit ibi, quod abſolutio

Digitized by Google

in omni caſu obtineri poteſt etiã in tali iuramento, quo quis iurauit omnia vera eſſe.

Attamen ne erremus in terminis, & ſciatur quomodo, & qua ratione locum habere poſſit abſolutio in huiuſmodi iuramento, diſpiciendum eſt quo tendat vis, ac intentio huius iuramenti.

1 † Et, vt patet, duplicem ſenſum habet, atque duplicem ſcopum, nempe aſſerendi, & promittendi. Et ſic duplex in effectu continet iuramentum, videlicet aſſertorium quatenus dicit vera eſſe, & c. Et promiſſorium quatenus continet reſpicitque obſeruantiam promiſſorum,

2 † Aut ergo conſiderare, & accipere volumus hoc iuramentum ex parte qua continet aſſertorium; & hoc modo conſiderando, ſcilicet ſimpliciter aſſertionem factam, & quatenus ſolũ rationem habet aſſertorij, non poteſt locum habere in illo abſolutio. Et ratio eſt,

3 † quia obligatio iuramenti aſſertorij non refertur in rem iuratam, ſed ad actionem iurandi refertur; hoc eſt nemo iurat id verum efficere, ꝙ aſſerens iurat, ſed tamen bene obligatur præciſe iurare quod verum eſt, vel fuit; quia materia aſſertorij eſt veritas rei de preterito, vel de præſenti: quæ, cum iam in neceſſitatem tranſierit, & in commutabilis facta ſit, non eſt in facultate iurantis poſitum illã veram, vel falſam efficere, ideoque & iuramentum de ea factum, qualecumque ſit, eſt immutabile,

4 † & non capax abſolutionis: aut enim verum iurando de ea aſſeruiſti, & non eſt cur petenda ſit abſolutio, neque illa locum habere poteſt; & ſic procedit oppoſitio ſuperius facta in prima ſui parte: aut falſum aſſeruiſti; & cũ iam illico periurium admiſeris, non eſt locus abſolutioni à iuramento, ſed à periurio, vt in ſecunda parte illius oppoſitionis, & ad alia latius dicta in par. 1. q. 6.

† Aut vero abſolutionem quis vult ab hoc iuramento, qua parte eſt promiſſorium, ideſt quatenus reſpicit obſeruantiam, & non cõtrauentionem promiſſorum; & ita bene locum habere poteſt in illo abſolutio; & ſi iuſta ad eſt cauſa petendi non eſt deneganda. 5

† Etenim quãuis in promiſſorio quoque iuramento requiratur veritas ſicut in aſſertorio, cum quis teneatur gerere in animo, cum iurat, verum efficere, ideſt obſeruare quod promittit, & proinde obligatus remanet iuramentum implere: 6

† attamen quoniam materia iuramenti promiſſorij, vtpote de futuro, variari poteſt, vt, quamuis fuerit prius idonea quę ſub iuramento promitteretur, fiat poſtea inidonea vt adimpleatur: merito concludendũ eſt conuenire ei poſſe abſolutionem, vt id latius deductum fuit ſupra in prima par. in pręalleg. qu. 6. 7

† Nihil enim obſiſtit quominus hoc reſpectu obtineri debeat, & poſſit abſolutio. Nam & ſi damus vera fuiſſe in contractu geſta, pro ut iuramento ipſo aſſertum eſt; tamen eſſe poteſt, quod vel tunc affuerint cauſæ, vel poſtea extiterint, ob quas à promiſſis recedere fas ſit: vt prudenter aduertit Bart. in l. fi. num. 2. in fi. C. de non nume. pecu. Ergo multo magis 8

locum

locum habere poterit abſolutio, cum non fuerit nec ſit id, quod adimpleri iuratum eſt.

Neque enim obſtat ratio, quã Iaſ. in loco citato conſiderandam propoſuit, nempe quia eo ipſo, quod peteret ſe abſolui iurans ab huiuſmodi iuramento eo,quia diceret illud, quod iurauit eſſe falſum, allegaret ſe periurum; & ſic non admitteretur ad allegandum turpitudinem ſuam.

Nam reſpondetur, quod taliter ſuam turpitudinem allegans,
9 non eſt repellendus. † Regula enim illa quę habet, quod non audiatur allegans pro ſe turpitudinem ſuam,de qua in l. tranſact. finita. C. de tranſ. plene Bart. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. Procurator: ff. de iureiuran. & Abb. plene poſt eum in c. cum ſuper de conceſ. pręb. & in c. inter dilectos, de dona. & Fel. copioſe in c. tertio loco, de præſumpt. & per ipſum Iaſ. latiſſime in d. l. iuſiurandum, quod ex cõuentione. d. §. Procurator: hæc regula, inquam, non habet impedire quominus iſte in pręſenti caſu admittatur; quia reſpondetur ei, quod fallit hic, & ratio fallentię deducitur oſtendituſque
10 ex pluribus. † Primo quia iſte coadiuuat intentionem ſuam allegando contra participem turpitudinis, & ad euitandum dãnũ; quo caſu dicta reg. fallit, vt declarat Abb. in d. c. cum ſuper, ſub num. 9. ver. Aut excipiendo, de conceſ. præb. & conſulit Bart. Cæpol. in conſ. 57. inter criminalia incipien. In Chriſti nomine. Franciſcus. num. 4. & habetur in l. de tutela. C. de in integ. reſt. mi. & in l. viro atque vxori. ff. ſol. mat. Idque eo magis procederet ſi eſſet in poſſeſſione, tũc n. ſi allegaret ſimulationem dicens, puta, ſimulate vendidiſſe, & iuraſſe, ſine ſcrupulo audiretur allegans turpitudinem ſuam contra illum, qui eſt in pari turpitudine: reg. in pari, de reg. iur. in 6. & per eam notat Io. And. ad Spec. tit. de don. ſub nu. 7. lit. q. addi. incipit, Quia non videtur. † Idem ſi agat, ex 11
quo eſt ſine fraude, audiri debet: vt probat idem Ioan. Andr. in d. addit. † Et non eſt dubium quin 12
poſſit quis dare de ſimulatione à ſe commiſſa, vt multos ad hoc congerit Berta. ver. contractus ſimulatus, num. 2. & conſulit Pet. de Anchar. conſ. 228. † Secundo 13
fallit hic dicta regula, quia ſumus in actu nullo, vt patet: nam ſimulate factum, pro non facto habetur, vt probat Specul. tit. de confeſſionibus. §. nunc videndum, circa finem: & eſt Glo. ſingularis in l. emptione. C. plus vale. quod agi. & ideo dicta reg. non obſtante, debet audiri, vt declarat, & belle comprobat Iaſ. in d. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. Procurator, ſub num. 30. ver. Decimo limita. ff. de iureiur. † Ter- 14
tio audiri debet iſte taliter turpitudinem ſuam allegans, dicta reg. non obſtante, in odium illius recipientis turpiter promiſſionem, ſeu iuramentum; ita eſt Gloſ. in c. ex tenore, de conceſ. pręb.

Et quod ita in practica obſeruetur, ſcilicet vt talis abſolutio detur, ponit caſum Ludou. Gom. in reg. Cancel. 16. de iur. quæſ. non tol. q. 11.

Et ex his ergo patet, † quod in 15

prædicto quoque iuramento, quo Partes iurant omnia, & ſingula vera eſſe, & in nullo contrafacere, vel venire, rite & recte locum habere poteſt abſolutio, cum nihil ſit, quod eam impediat: ex quo enim adeſt iuſta cauſa contraueniendi, dari poteſt, & debet; c. ſi vero: & c. verum: de iureiu. cum ſimil. & ad tradita ſupra in prima par. q. 2. & 3. de poteſtate
11 Papæ, & Epiſcopi: & alibi. & patet ex Inno. in c. debitores: de iureiur. & in c. ad aures, de his,
12 quæ vi met. & in c. cum inter, de renuncia. Et certum eſt poſſe cõtrahẽtem allegare ſimulationem à ſe commiſſam, vt dixi: neque reluctatur præmiſſa regula quin
13 audiri debeat, ad ſupradicta.

Et hanc partem contra Iaſ. tenet idem Imo. in c. cum contingat, col. 168. ver. item attende, quod in quantum dixi, de iureiu.

Eandem firmat Abb. in quæſt. incipit ſtante ſtatuto, quæ eſt ſecunda inter ſuas quæſt. col. penul. ver. in ſecundo vero, quam dicit aperte ſentire Fed. de Sen. in cõſ. 284. ſed in meo libro eſt conſil. 300. incipit factum tale eſt, debitor, & eam tenere dicit Fed. in
14 illo conſil. iuncto principio cum fine.

Hanc tamen affirmatiuam partem Abb. in d. loco declarat, & limitat procedere, & veram eſſe dummodo affuerit iuſta cauſa, quæ excuſare habeat à ſimulatio-
16 ne: vtputa quia aliqua † neceſſitate ductus iurauerit falſum, vt quia aliter non poterat recipere mutuum, vel euadere metum ſibi illatum: nam tunc habito reſpectu ad neceſſitatem, in qua erat conſtitutus; & ex quo contractus fuit ſimulatus, tenet quod audiatur petendo abſolutionem: & quia, licet ſic iurando fuerit in aliqua culpa, aduerſarius tamen reperitur in maiori: arg. l. ſi obſtetrix, in fi. ff. ad l. aquil. & hoc caſu procedat opinio Fed. & aliorum pro hac parte citatorum. Sed ſi nulla neceſſitate ductus hoc fecit, immo potius ad deceptionem alterius; tunc non audiatur allegando ſimulationem ad commodum ſuum, ex quo detegit turpitudinem ſuam: d. c. inter dilectos, de dona. & l. ſi quis prediũ. §. quid: ff. de leg. 2. & hoc caſu procedat opinio aliorum. Quæ diſtinctio parum diſtat ab his, quæ tradidi ſupra priuſquam in hanc Abb. conciliationem incidiſſem.

Eandem hanc partem affirmatiuam firmat Feli. in d. c. debitores. d. quæſt. 5, vbi dicit, † quod 17
hoc caſu audiri debeat allegans turpitudinem ſuam, ex quo allegat eam ad hoc, vt reſcindatur illa turpitudo; & tunc admittitur etiam quod iſte agens certet de damno inferendo alteri, qui participauit dolum, vel quærit lucrũ illicitum; quia magis fauendum eſt actori, quam aduentitio lucro rei; & ſic concludit per hoc, quod in caſu propoſito videtur audiendus: & ad hoc refert Bal. in repe. l. 2. in 15. char. ff. de iureiuran. inquiens Bal. ibi formare quæſt. de hoc caſu eleganter, & multum diffuſe.

† Et adde quod non eſt opus 18
quærere hoc caſu an Pars taceat, vel contradicat, an conſentiat, vel non; quia ex quo admittitur ipſe allegans turpitudinem, ſeu periu-

periurium ad probandum cauſas propoſitas, erunt validę probationes, ſiue Pars taceat & conſentiat, ſiue diſſentiat & reſiſtat: vt id in ſpecie adnotauit Rimi. Iun. conſ. 62. num. 33. qui allegat Fel. & Bal. vbi ſupra citatos.

19 † In hoc tamen caſu abſolutus ob ſimulationem admiſſam hoc ſentiet incommodum, quia remanebit oneratus onere probationis, quod ſibi alioqui de iure non incubuiſſet: idque ex eo, quia iurauit ea vera eſſe: vnde ex hoc remanet grauatus probare in contrarium, etiam ſi de iure huiuſmodi probatio ad partem ſpectaſſet. Pone, ſi quis opponeret exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus inſtrumentum mutui, in quo aſſerebatur illum habuiſſe talem pecuniam mutuo, & ille iurauit vera eſſe; & c. Nam debet probare ſe nō recepiſſe pecuniam, licet alias de iure incumberet parti onus probandi ſe mutuaſſe: & ita determinatum fuiſſe per Rot. affirmat Gome. in pręallegata regula Cancella. 16. quæſt. 11.

Et quod abſolutio danda ſit in hoc caſu à prædicto iuramento, vltra prędicta colligitur ex traditis à Panormi. in c. cum contingat: à num. 18. de iureiuran. vbi ponit queſtionem de hoc caſu in fortioribus terminis, † videlicet 20
numquid non petita prius abſolutione à prędicto iuramento admittatur iurans ad probandum ſimulationem prætenſam; & per diſcurſum ſex caſuum quibus eã quæſtionem diſcutit, & abſoluit, patet quod ipſe prẹſupponit quod abſolutio obtineri debet ſinę difficultate.

An autem & quando abſolutio ipſa non ſit neceſſaria, & ſine ea admittendus ſit iurans ad probandam ſimulationem, videre poteris penes ipſum, qui plene & eleganter diſſerit hunc articulũ; adeo quod ſuperfluum pariterq. longum eſſet eius dicta tranſcribere.

CASVS SECVNDVS.

Si iurauit quis abſolutionem non petere.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento de non petendo illam, neceſſaria eſt, & venit concedenda, & num. 2.*

3 *Iuramentum de non petendo abſolutionem à iuramento illicitum eſt, & turpe quoad recipientem illud.*

4 *Abſolutio à iuramento conceditur ob turpitudinem recipientis, licet à iurante poſſet obſeruari iuramentum ſine peccato.*

5 *Abſolutio à iuramento de ea non*

non petenda iuri Partis nihil detrahit.

6 *Abſolutio petenda concedendaque eſt à iuramento de non vocando in Ius: vel de non vtendo abſolutione petita, & ſimilibus.*

7 *Abſolutio à iuramento de ea non petenda origo eſt aliarum abſolutionum petendarum, & ab illa alia proficiſci, & ſubſequi habent.*

8 *Abſolutiones tot eſſe debent, quot ſunt iuramenta, nec vna pro alijs ſupplere poteſt.*

9 *Paul. de Caſtro aſſerens vnicam abſolutionem ſufficere, declaratur, & defenditur ab imputatione Felini.*

10 *Abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi efficitur plena & ſufficit pro obtinendo ſuper contractu.*

11 *Abſolutio a iuramento de illa non petenda an prius, ſeparatimque obtineri debeat, vel vna cum alijs vnica petitione atque abſolutione obtineri poſſit.*

12 *Reſcriptum intelligitur iuxta ſupplicationem.*

SECVNDVS caſus erit in eo iuramēto, quo iurauit quis nō petere abſolutionem à iuramento. Dubitatur namq. an abſolutio peti poſſit ab hoc iuramento, vel etiam an illa ſit neceſſaria, etenim pro vtraque parte ſunt opiniones.

Nam quod abſolutio non ſit neceſſaria ab hoc iuramento, quo iurauit quis non petere abſolutionem à iuramento, ſcilicet pręſtito pro obſeruantia promiſſoru: & quod nihilominus poſſit petere abſolutionem ab iuramento hoc prius pręſtito pro obſeruantia contractus, non obſtante illo poſteriori quo iurauit eam non petere, quia tale iuramentum illicitum eſt, & ideo non eſt opus pręuia illius abſolutione, ſentit Nauar. in relectione c. accepta de reſti. Spol. in ſolut. ſextę oppoſitionis, num. 10. poſt Feli. in c. 2. num. 19. de ſponſal. vbi Feli. hoc ſentit argumento Concluſionis Richar. in 4. ſent. diſt. 38. q. 3. art. 9. in voto de diſpenſatione voti non petenda, ſcilicet tale votum minime valere; quod deducit ex multis, quæ etiam refert idem Felin. in loco citato: idem videtur ſentire Feli. per eandem concluſionem Richar. in c. 1. nu. 14. in fine, de iureiur.

Contrariam ſententiam, quod immo abſolutio peti non poſſit à prædicto iuramento, & quod taliter iurans ſit excluſus ab abſolutione impetranda à priori iuramento, ex quo prędictum poſterius iuramentum, quo iurauit abſolutionem non petere, ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis, tenet pract. Pap. in for. iuramen. quod pręſtatur à Par. Glo. iuram. veritatis, num. 5. per c. cum contingat, de iureiur. cum ſimil. & quia Iudex aditum pręſtare non debet ad inducendum periurium: vt in l. 1. in fi. C. ſi aduer. vendi. ſecundum ipſum Papien. & in hunc ſenſum illum intelligit Addi. ibi ad illum. in ver. iuramentum.

Hoc

Hoc idem, videlicet quod abſolutio obtineri non poſſit à prędicto iuramento præſtito de abſolutione non petenda, tenet Ro. in conſ. 326. in pręſenti conſultatione, vſque ad num. 5. per dictam rationem, quia tale iuramẽtum eſt ſeruandum, cum non vergat in diſpendium ſalutis ęternę: per d. c. cum contingat, de iure. & c. licet, eo. in 6. cum alijs per eum citatis, & per Glo. quam affirmare dicit tale iuramentum ſeruandum eſſe, in c. tuas, de vſu. Et ſolum concedit ibi Roman. ꝙ adſtrictus tali iuramento habeat remedium denunciandi illud Eccleſię; idque dumtaxat in caſu, in quo prius iuramentum illicitum eſt ex parte recipientis, vtputa quia materia, ſuper qua principaliter iuratum eſt, ſeruari non poteſt ſine peccato ipſius cui iuratum eſt: & ſic quatenus is, cui iurauit, propter hoc perſeuerat in delicto: c. quemadmodum, in fine; de iureiur. hoc enim conſtito Eccleſia poterit illum compellere ad relaxationem iuramenti; & vt pęnitentiam agat de delicto, & hæc probantur in c. 1. & c. ad noſtram, il 2. d. tit. de iureiur. ſecundum ipſum. Secus autem vbi materia ipſa, ſuper qua principaliter eſt iuratum, ſeruari poteſt ſine peccato; quia tunc vtrũque iuramentum ſeruandum eſſet ſecundum eundem Roma. Et ita illum intelligit, & citat Feli. in c. debitores, vbi de hoc pręſenti caſu ſpeciatim quęſtionem format, in quæſt. 3. de iureiur. Et idem cũ Rom. videtur tenere Abb. in qu. 2. incipit ſtante ſtatuto. col. fi. in vndecimo caſu.

Tertia eſt ſententia in hoc articulo, vt validum ſit prędictum iuramentum pręſtitum de abſolutione non petenda à iuramento prius pręſtito de non contraueniendo promiſſis, ſeu contractui, & quod peti debeat abſolutio, & ſit neceſſaria, ſed quod ea concedi debeat; quam habuit Bal. in repeti. l. 2. col. 30. ver. quoad primam: ff. de iureiur. quam ſequitur Feli. referendo Bal. in præalleg. c. debitores: q. 3. de iureiur. & eam prius ſenſit Io. And. in addi. ad Specul. in rub. eo. tit. de iureiuran. in fine. Eiuſdem ſententiæ eſt Domi. Soto in tract. de iuſti. & iure. lib. 8. q. 1. art. 9. col. penult. circa prin. ver. Immo vt de voto. & Affl. Deciſ. 30. num. 5. vbi dicit, quod fieret periurus qui peteret abſolutionem à iuramento, niſi habita prius abſolutione à iuramento pręſtito de illa non petendo.

Et hęc ſententia videtur mihi æquior, & tutior. † Nam quantum ad primum, quod petenda ſit abſolutio eaque ſit neceſſaria, id verius, & tutius eſt, cum etiam in caſibus, in quibus iuramentum illicitum eſt ex parte recipientis, & adeſt iuſta cauſa contraueniendi, non ſit tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire: vt dicit tex. in c. ſi vero: de iureiu. Et nemini etiam in his caſibus dicendum eſſe, vt iuramentũ non ſeruet, admonet ſum. Pontif. in c. verum: eo. tit. id quod latius deducit, & confirmat Felin. in c. 2. col. pen. in quinta, & vltima concluſ. de ſponſal. 1

† Et quantum ad ſecundum, ꝙ ſcilicet dãda ſit abſolutio, id quidem 2

dem iuſtum, & ęquum eſt; † quippe cum tale iuramentum ſit illicitum, contineatque turpitudinē, & peccatum ex parte recipientis eo, quia inducit creditorem ipsū ad delinquendum, vt ſcilicet huiuſmodi iuramenti cautela debitorem deceptum detineat illaqueatum, ne ad iuſtitiam confugere poſſit; ergo relaxandum eſt tale iuramentum: l. ſi vnus. §. illud: ff. de pact. quam rationem adducit Bal. ſupra citatus in repeti. d. l. 2. ff. de iureiur. ſequitur Feli. in d. c. debitores. d. qu. 3. & item quia nullum Ius acquiritur creditori ex tali iuramento, ex quo in eo verſatur turpitudo: l. ſi. ff. de act. & obli. vnde dicendum eſt abſolutionem peti poſſe, & eſſe concedendam, vti ſalutarem vtrique: vt tenet Imol. in cap. 1. col. 3. de iureiur. quem refert & ſequitur Feli. in d. c. debitores: d. q. 3. quaſi in fine. & in eodem c. 1. in tertio remedio, num. 14. ver. ſed in quantum. Et ita hanc partem poſt Feli. & Imol. mox relatos ſequitur Addi. ad pract. Papien. in loco paulo ſuperius citato. Et eam tenuerunt Ruy. cōſ. 103. ponderatis, col. ſi. ver. vel ſaltem. lib. 4. Affl. Deci. 220. In cauſa D. Ioan. num. 12. Soci. conſ. 59. in cauſa nobilium, in ſecundo dubio. lib. 3. D. Hor. Mandoſ. qui eos refert poſt Bal. ſupra relatum, in Addi. ad Roma. d. conſ. 326. in prima Addi. ſequutus eſt nouiſſime D. Flam. Pariſ. in tract. de reſigna. benef. tom. 2. lib. 13. qu. 1. nu. 39.

Ex quibus patet quod nihil habet obſtare huic ſententiæ ratio in proxima ſuperiori adducta; † nam & ſi iuramentum ſeruari poteſt ex parte iurantis, tamen quia habet turpitudinem ex parte recipientis, vt eſt dictum, relaxari debet: c. ſi vero: & c. verum, de iureiuran. cum ſimil. & per ſuperius dicta. 4

Et conſiderari poteſt pro hac parte ea quoque ratio, quam cōſiderauit Ioa. And. in eo iuramēto de non vocando in ius creditorem, † ſcilicet quia abſolutio iuri partis nihil detrahit, exemplo licentiæ per libertum à Prętore petitę vocandi patronum in ius, vel parentem: l. quique. §. 1. ff. de in ius voc. & prout latius deducit Feli. in pręalleg. c. 1. in 3. remedio, num. 14. ver. ſed in quantum: de iureiur. 5

Et per hanc poſtremam rationem, & alias ſuperius adductas, ex quibus concluſum eſt petendā concedendamque fore, & eſſe abſolutionem à iuramento de non petendo abſolutionem, ampliari poteſt hic caſus, & hęc Concluſio in eo iuxta tertiam, & poſtremam ſententiam firmata, vt pariformiter procedant in alijs ſimilibus iuramentis, † vtputa de non vocando in ius creditorem, de quo mox dictum eſt ex Io. And. in allegata addi. ad Spec. in rub. de iureiur. in fine: & item de non vtendo abſolutione, ſeu relaxatione caſu quo petita, & obtenta fuiſſet: & ſimilibus, quia vigent pariter in his iuramentis prædictę rationes, vt videre eſt ex Io. And. & Feli. in locis proxime citatis. 6

Obſeruandum eſt poſtremo circa abſolutionem ipſam obtentam à prędicto iuramento de non petendo

tendo abſolutionem à iuramen-
to prius præſtito pro obſeruantia
7 contractus, † quod ea eſt origo,
ex qua poſtmodum aliæ abſolu-
tiones aliorum iuramentorum
proficiſci habent: nam relaxato
hoc iuramento, petetur abſolutio
8 alterius iuramenti: † vnde tot
erunt neceſſariæ petitiones, & re-
laxationes, quot ſunt iuramenta;
& ex vnius relaxatione alterius
origo proficiſcitur: ita dixit Bal.
in præalleg. repeti. l. 2. ff. de iure-
iur. Et Feli. poſt eum in præalleg.
c. debitores: d. q. 3. de iureiur.

Et ſi, hac abſolutione non ob-
tenta, iurans procederet ad pe-
tendum abſolutionem iuramenti
præſtiti pro obſeruantia contra-
ctus, fieret periurus, vt eſt dictũ,
& non debet audiri; & ſi audire-
tur obtinendo abſolutionẽ iſtius
prioris iuramenti, Abſolutio non
prodeſſet; quia eam petendo eo
ipſo incidit in periurium, ex quo
iurauerat eam non petere: & ideo
non debebat, nec debet audiri,
quia fruſtra legis auxilium implo
rat, qui committit in legem: cap.
quia fruſtra, de vſur. cum alijs,
quæ ad hoc citat Roma. in prę-
alleg. conſ. 326. num. 1. & in ter-
minis noſtris dicit eſſe Conclu-
ſionem Fed. de Sen. in conſ. 291.
ſed in meo Codice eſt conſ. 300.
incipit, Factum tale eſt: debitor.
Et ita hanc Concluſionem firmat
D. Hor. Mandoſ. in Addit. ad Ro.
ibi in ſecunda addi. poſt Soc. in
conſ. 59. ſupra alleg. incipit in
cauſa nobilium, in 2. dubio, lib. 3.
& Thom. Gram. Deci. 66. in cau
ſa excel. num. 11. & 12. Sigiſ. Loſr.
conſ. 12. in cauſa magnifici, num.
22. Pariſ. conſ. 63. prorogationes,
num. 15. lib. 1. & alios quos ipſe
Mandoſ. citat in ea addi.

† Neque his contradicit Paul. 9
de Caſtro in conſ. 259. incipit, cir-
ca primum quæſitum, lib. 2. in
nouis, vt immerito quidem ei im-
ponit Feli. in præall. c. debitores:
d. qu. 3. prope finem, verſi. quod
nota contra Paul. quoniam Paul.
in d. conſ. non intendit neque di-
cit quod abſolutio vnius iura-
menti ſuppleat pro abſolutione
alterius iuramenti, ſiue quod vni
ca abſolutio ſufficiat, & ſuppleat
in pluribus iuramẽtis; & ſic quod
non debeant eſſe tot abſolutiones
quot ſunt iuramenta, vt ſupra fir-
matum eſt: † ſed ipſe hoc tantum 10
dicit, ſcilicet quod abſolutio ha-
bita ad effectum agendi in vno, &
eodem iuramento præſtito pro
obſeruantia contractus ſufficit, p
retractatione contractus poſtea
obtinenda abſque eo, quod neceſ-
ſaria ſit ad idem alia abſolutio;
quia ea obtenta ad effectum agen
di, repletur probationibus po-
ſtea factis: quia ſi per relaxatio-
nem iuramenti data fuit licentia
ad agendum, videtur data etiam
fuiſſe ad peragendum, vocata ſci-
licet poſtmodum Parte in pera-
gendo: & ſic non eſt neceſſaria
alia plena abſolutio; quia ex pro-
bationibus in iſto plenario Iudi-
cio factis parte vocata, illa quæ
fuit præparatoria, & conditiona-
lis, euaſit plena, & ſimplex abſolu
tio: vt ibi per eum, & dictum eſt
in prima Par. q. 1. ver. Aut ſecun-
do modo, & in quæſt. 2. in fi. &
latius hac eadem Par. 3. qu. 10.
quare iniuria certe Caſtrenſis à
Felino redargutus fuit, & inad-
uertenter, vt puto.

Illud in dubium reuocari poſ-
11 ſet, † An ſit neceſſarium primum petere abſolutionem à dicto iuramento præſtito de abſolutione non petenda, ſiue petita non vtendo, ſiue etiam ab illo de non vocando in Ius creditorem, vt ea prius obtenta non alias petere poſtmodum poſſit abſolutionem, ſiue relaxationem à iuramento prius præſtito de non contraueniendo; vel poſſint omnes huiuſmodi abſolutiones vnica petitione atque abſolutione complecti, & obtineri. Et ex ſententia atque doctrina Baldi ſuperius relata videbatur, quod ſeparatim primo obtinenda ſit abſolutio ab illo iuramento pręſtito de ea non petenda, vel ſimilibus prædictis; quia illa aliarum eſt origo, vt dictum fuit.

Dicas quod vnica petitio ſufficit, atque vnica abſolutio pro omnibus: neque diſputatione opus eſt, ex quo ita habet communis omnium curiarum practica. Et reuera nemo diſſentit: nã Bal. Feli. Gram. atque alij ſupra citati, & ſi qui alij ſunt, qui aliter iuxta prædicta tradidiſſe videntur, reuera in effectu non diſſentiunt; ſed hoc ſolum requirũt, ſcilicet vt fieri debeat mentio de omnibus iuramentis: & generalis abſolutio poſtmodum ſufficit pro omnibus; quia tunc non eſt ſurreptio, quę vitiare habeat abſolutionem, & data intelligitur pro omnibus iuramentis expreſ-
ſis; † quia reſcriptum refert ſe ad 12
ſupplicationem, & refert quicquid eſt in ſupplicatione: l. 1. vbi Pariſ. multa ad hoc congerit in Addi. ad Bar. C. de diuer. reſcri. & ſecundum formam petitionis intelligitur: c. inter dilectos. §. cæterum: de fide inſtr. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus: ff. de inter. act. Deci. in conſil. 33. viſo puncto. col. 1. & conſ. 373. viſo conſilio: Rebuf. adducens ſimile de abſolutione excommunicationis in Praxi bene. Par. 1. in 3. par. ſigna. num. 24. & ſeq. vide pro vtroque dicto multos quos congerit Bert. in aureo ſuo reperto. ver. reſcriptum interpretatur: num. 20. cum ſequentibus. non enim vanam modernorum gloriã affecto, qui in numeroſa doctorum nomenclatura, atque in allegationum copia ab alio etiam collectarum gloriantur, contra quos inuehitur Nau. in relect. c. accepta, in ſolutio. oppoſitionis ſextę, in fi. de reſti. ſpol. Et in noſtris terminis aperte ſentit Ro. in pręalleg. con. 326.

Et reperi poſt hæc ſcripta ita firmaſſe D. Anton. Gagliar. in ſuo opuſculo abſol. à iuram. §. 2. nu. 57. ex alijs quæ adducit. vlterius non perſequor, quia paſſus non eſt admodum dubius, & practica eſt inolita.

CASVS

CASVS TERTIVS.

DE METV.

In quo agitur de Metu Iuſto, Vano, & Reuerentiali, & inſeritur quæſtio de Metu illato à Tertio.

SVMMARIVM.

1 *Metus coactionis, & incuſſus idem.*
2 *Metus* Reuerentialis, *& præſumptus idem.*
3 *Metus Iuſtus qui dicatur.*
4 *Metus iuſtus ex quibus incutiatur.*
5 *Metus iuſtus qualiter, & ex quibus probetur: remiſſiue.*
6 *Abſolutio à iuramento meticuloſo neceſſaria eſt; quia iuram. eſt obligatorium: amplia vt nu. 9. 10.*
7 *Metus non eſt contrarius conſenſui, vel voluntati, ſed libertati.*
8 *Promiſſio ob turpem cauſam eſt ipſo iure nulla.*
9 *Iuramentum metu præſtitum obligatorium eſt etiam in foro conſcientiæ, & eget abſolutione: amplia, vt nu. 10.*
11 *Iurans etiam per Metum præſumitur habuiſſe animũ iurandi verè, ſeu ſe obligandi.*
12 *Periurium ex iuramento Metu præſtito an, & quando pro peccato mortali, vel veniali ſit puniendum: & num. 14. 18.*
13 *Pœna mitiganda eſt vbi ex præſumptione ferenda eſt ſententia.*
15 *Iuramentum Metu præſtitum vt ſit obligatorium, ſufficit vt affuerit intentio verè iurandi, & non eſt neceſſaria intentio actualis, & præciſa ſeſe obligandi.*
16 *Confitenti de omnibus creditur in foro pænitentiæ.*
17 *Fictio an admittatur, & excuſet ab obligatione in iuramento Metu extorto: remiſſiue.*
19 *Iuramentum de re licita ex genere ſuo obligat ſub reatu mortali niſi tenuitas materiæ alleuiet.*
20 *Iurans propter metum ficte, & ſine animo ſe obligandi, an, quantum, & qui peccet.*
21 *Iurans per metum ſine intentione ſe obligandi, ſeu verè iurandi, contraueniendo non peccat; quia iuramentum non obligat: & nu. 26.*
22 *Iuramentum præſtitum per metum incuſſum coactione abſoluta, & præciſa non eſt obligatorium, & non eget abſolutione.*
23 *Iuramentum vbi eſt præſtitũ*

per metum ſuper actu de iure inualido, ſeu à lege prohibito an ſit obligatorium, egeatque abſolutione, & nu. ſeq.

24 *Iuramentum præſtitum per metum in ijs actibus, in quibus expreſſim à iure prohibetur metus, & voluntas libera, ſpontaneusque conſenſus requiritur, an & quando ſit obligatorium, egeatque abſolutione.*

Quid in foro pœnitentiæ: nu. 25.

27 *Proteſtatio facta à iurante de Metu illato, & qualiter iurat coacte, an & quando ſufficiat ad probandum intentionem ipſius ſe non obligandi, & nu. 30. 34.*

28 *Proteſtatio eliditur per contrarium actum.*

Declara vt nu. 30.

29 *Factum potius, quam dictum attenditur.*

31 *Iurans ſi timet proteſtari de metu ſibi illato, & de ſua intentione, quid agendum.*

32 *Iuramentum an ſufficiat ad probandum animum ſe non obligandi propter metum.*

33 *Animus qualis fuerit iuramento probatur.*

Limita vt ibi duobus modis.

35 *Proteſtatio de metu illato, & de animo non ſe obligandi vtilis eſt ſemper, & quare.*

36 *Proteſtatio de metu illato non eſt neceſſaria pro reſciſſione actus meticuloſi, quoniam reſcinditur etiam illa non præmiſſa.*

37 *Metus illatus in cõtractu præſumitur illatus in iuramento illi adiecto.*

38 *Abſolutio à iuramento pratextu metus obtineri poteſt probato de metu in contractu, licet non probetur præciſe de metu in iuramento.*

39 *Abſolutio à iuramento propter metum dari debet.*

40 *Iuramentum ſortitur naturam actus cui adijcitur.*

41 *Iuramentum non validat actum, qui ob metum nullus eſt, ſed ipſum quoque inualidum eſt.*

Declara vt ſupra nu. 24. per totum, maxime in fi.

42 *Matrimonium ex metu cadente in virum conſtantem nullum eſt ipſo iure.*

43 *Matrimonium ob metum nullum non confirmatur iuramento.*

44 *Iuramento eadem ineſt conditio, quæ ineſt actui cui adijcitur, vt ſi liber conſenſus in actu requiritur, idem & in iuramento, & ſi deficit in actu, & in iuramento quoque deficere cenſetur.*

45 *Iuramentum redditur inualidum ex eadem cauſa, ex qua inualidus eſt actus cui hæret.*

46 *Iuramentum non ſupplet pro conſenſu in actu requiſito.*

47 *Metus non purgatur iuramento.*

48 *Iuramentum magis ſtringit actum cui inhæret, ſed tamen iuxta illius vim & naturam, quam non mutat nec alterat iuramentum.*

49 *Metus purgatur ex iuramento ex interuallo ſponte addito ad confirmandum actũ prius per metum geſtum.*

Limita vt nu. 51.

Iura-

50 *Iuramento ineſſe præſumitur animus ſe obligandi.*

51 *Metus, cauſa ipſius durante, non purgatur ex iurata ratificatione, vel alio actu ſponte, & ex interuallo ſubſequuto.*

52 *Metus antea in iuramento incuſſus non purgatur per actũ voluntarium, & ex interuallo ſubſequutum.*

53 *Soluens poſt præſtitum iuramentum præſumitur ſoluere potius cauſa euitandi periurium, quam confirmandi actum, ſeu promiſſionem iuratam.*

54 *Iuramentum obſeruare ſoluendo congruentius eſt, quam abſolutionem a iuramento petere.*

55 *Præſumptio modica ſufficit ad elidendam præſumptionem ſpontaneæ ſolutionis.*

56 *Abſolutio à iuramento non eſt concedenda aduerſus creditorem ob metum non ab ipſo, ſed ab alio illatum, nu. 65. & 71. cum multis ſeq.*

57 *Metum paſſo ſubuenitur etiã contra eum, qui metum non intulit.*

58 *Actio quod metus cauſa datur contra quemcunque ad quem commodum peruenit ex metu etiam ab alio incuſſo: declara vt nu. 61. 62.*

Amplia etiam in tenente rem titulo oneroſo, num. 59. & quare nu. 60.

63 *Iuramentum metu extortum eſt obligatorium etiam iure ciuili inſpecto.*

64 *Metus cauſa quod ſit non eſt ipſo iure nullum, ſed competit actio ad reſcindendum.*

66 *Iuramentum metu præſtitum in actu à lege prohibito non eſt obligatorium.*

67 *Maritus vxoris iuramentum recipere cenſetur in alienatione rei dotalis: nu. 69.*

68 *Alienatio rei dotalis licet inualida ſit quoad vxorem, valet in præiudicium mariti, & hæredum; quia tenentur ad intereſſe.*

70 *Vindicare poteſt mulier à quocumque rem dotalem alienatam.*

72 *Abſolutio non eſt danda a iuramento vbi non adeſt turpitudo in recipiente, vel ex parte materiæ, & nihil aliud obſiſtit quominus à iurante ſine interitu ſalutis ſeruari valeat.*

73 *Abſolutionis dandæ à iuramento per metum præſtito ſola cauſa eſt odium inferentis metum, iuramentumque recipientis.*

74 *Abſolutio à iuramento ſine cauſa dari non poteſt, etiam præparatoria.*

75 *Odio alterius grauari nemo debet.*

76 *Condition iniqua alteri per alterum inferri non debet.*

77 *Abſolutio à iuramento dari non debet quando neutra Pars peccat ex obſeruantia iuramenti.*

78 *Abſolutio à iuramento, quod de ſui natura malum non eſt, & ex parte iurantis ſeruari poteſt ſine peccato, nullam aliam ob cauſam venit concedenda, quam ob turpitudinem, & peccatũ recipientis.*

Abſo-

79 *Abſolutio à iuramento iuſtè datur ob ſolam turpitudinem recipientis: & quare.*

80 *Ius ſuum nemini ſine facto ſuo auferri debet.*

81 *Iuramenti obſeruantia eſt de iure naturali diuino, & in præcepto.*

82 *Abſolutionis dandæ à iuramento cauſa iuſta non eſt pecuniarium damnum, vel intereſſe.*

83 *Damnum quod quis culpa ſua ſentit ſibi imputet.*

84 *Anima corpori cunctiſq. rebus eſt præferenda.*

85 *Iuramentum licet ſit illicitum & peccatum contineat ex parte recipientis, tamen ſi ex parte iurantis ſeruari poteſt ſine peccato, obligatorium eſt, & eſt ſeruandum, & de ratione.*

86 *Iurans per metum ab alio quã à recipiente incuſſum, actione quod metus cauſa aduerſum illum pro intereſſe experiri poteſt.*

87 *Periurijs non eſt via aperienda.*

88 *Dolus & fraus nemini patrocinari debent.*

89 *Fraudibus eſt obuiandum.*

90 *Metus vanus qui, & qualis.*

91 *Iuramentum vano metu præſtitum multo magis eſt obligatorium.*

92 *Abſolutio à iuramento an ſit danda propter vanum metũ; quod ſic, nu.93.*

94 *Cap. Cum dilectus: de his quæ vi met. ca. declaratur.*

95 *Metus reuerentialis qui dicatur, ſeu quando, & ex quibus incutiatur.*

96 *Metum quoque reuerentialem Paſſo ſubuenitur: intellige vt nu.104. & 110.*

97 *Abſolutio à iuramento an concedi debeat propter metum reuerentialem; quod non.*
Limita vt nu. 110. 111. 112.

98 Reuerentia *ſola patris, mariti, vel ſuperioris inducit metum reuerentialem tantum, non autem iuſtum.*
Limita vt nu.104.110.112.

99 *Præſentia ſola patris, mariti, vel ſimilis non facit præſumi metum, & nu.100.*

100 *Lex fin. C. qui et aduer. quos declaratur.*

101 *Res vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*

102 *Cauſa vna eademque contrariorum non eſt, et nu.103.*

104 *Lex 1.§.quæ oneranda: ff. quarum rerum act. non det. declaratur.*

105 *Clericus an & quando repetere poſſit beneficium prætextu metus, quo renũciaſſe allegat.*

106 *Probandi onus metus cauſam iuſtam affuiſſe incumbit allegantі.*

107 *Reuerentia ſola ſeu præſentia patris, mariti, Epiſcopi, et ſimilis non inducit iuſtam cauſam metus, etiam quoad contractus cum eiſdem ipſis initis.*

108 *Metus reuerentialis ſeu obſequialis ſolus non excuſat, nec præſtat reſtitutionem, etiam vbi voluntatis libertas requiritur. Limita vt n.109.*

110 *Metus reuerentialis ſeu obſequialis præſtat iuſtam cauſam abſolutionis à iuramento, et reſciſſionis actus vbi is cui*

cui reuerentia debetur, eſt ſaua, & crudelis natura.

111 *Preces potentis, & ſaui hominis induennt iuſtum metum.*

112 *Preces importuna, & nimia perſuaſio et ſolicitatio eius, cui debetur reuerentia, inducunt iuſtum metum.*

113 *Perſuaſio magna loco compulſionis, & coactionis babetur.*

Item non eſt ſine ſuſpicione calliditatis: ibidem, ac item doli: ibidem.

114 *Dolus, calliditas, & machinatio pro eodem babentur.*

115 *Laſio nimia & eccceſſiua inducit praſumptionem iuſti metus.*

Item inducit praſumptionem machinationis, doli, et coactionis, ibidem.

116 *Metus cauſa durante, parum refert an actus fiat in praſentia, vel abſentia illum inferentis.*

117 *Iudicis arbitrio pracipue relinquuntur cauſa iuſti metus.*

TERTIVM caſum ponam in Metu; De quo q̃ro & in dubium reuoco an abſolutio à iuramento ob Metum danda ſit, vel non: vel etiam an nullum ſit iuramentum, vt non egeat abſolutione ob defectũ primi Comitis, ſcilicer veritatis cõſenſus, & intentionis. Hunc articulum diſcutiunt Doctores varijs in locis. Canoniſtæ in c. 2. & in c. ſi vero, vbi late Abb. & Fel. de iureiu. aliquid in c. cum contingat, eo. Inno. & alij in c. ad aures, vbi Glo. de his quę vi met. & eſt Glo. plena in c. Abbas, illo ti. aliquid Abb. in c. cum dilectus, num. 10. eo. tit. Legiſtæ in auth. ſacramenta puberum, C. ſi adu. vendit. pleniſſime Seraph. in ſuo tract. de priuil. iuram. priuil. 110. per totum.

E Theologis Domi. Soto poſt D. Thom. per eum oitatum in tract. de Iuſti. & iure. lib. 8. q. 1. arti. 7.

Et pro clariori reſolutione diſtinguo hunc caſum in tres Partes, prout trifariam conſiderari poteſt Metus. Nam eſt Metus
coactionis, ſeu violentiæ, † qui 1
dici poteſt incuſſus, ſeu illatus; &
eſt duplex, ſcilicet iuſtus, & vanus. Altera eſt ſpecies Metus,
† qui reuerentię, ſeu obſequij ap- 2
pellatur, qui & præſumptus dici
poteſt.

De Metu Iuſto.

METus † iuſtus dicitur ille, 3
qui cadit in virum conſtantem: l. metum: ff. quod met. ca. Nauar. in Man. cap. 22. nu. 51. Et eſt is, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum ſibi imminens effugiendũ: Nauar. in d. loco. Couar. in lib. quarto Decretal. ti. de ſponſal. & matr. in ſecunda par. cap. 3. §. 4. num. 2.

† Et cauſæ quæ cauſant iſtum 4
iuſtum Metum, quæ communiter aſſignari ſolent, ſunt Mors, Mutilatio membrorum, amiſſio omniũ bonorum, vel etiam maioris partis, vt per Nauar. d. num. 51. ver.

Quin-

Quintum'. Et aliæ quoque plures colligi poſſunt ex Berta. ver. Metus, per diſcurſum. Et de hoc iuſto metu, & de cauſis ex quibus incutitur, luculenter diſſerit D. Flam. Pariſ. in ſuo tract. de reſigna. benefi. tom. 2. lib. 13. q. 1. per totam.

5 † Et qualiter & ex quibus probetur, late, & probe per eundem D. Flam. ibidem: & per Berta. d. ver. Metus in pluribus locis.

6 † Et in hoc quoque Metu concludendum eſt, iuramentum tali metu extortum non eſſe nullum, ſed obligatorium; adeo quod pro pria auctoritate quis nequeat contrauenire; & ſit opus abſolutione. probatur hæc affirmatiua Conclusio, quod iuramentum ſit obligatorinm, & egeat abſolutione in c. ſi vero: & c. verum: de iureiur. & eam firmat Abb. ibi in d. c. verum, in primo notab. & Glo. ibi in ver. inuiti. Et Glo. in c. Abbas, poſt prin. Glo. mag. de his quæ vi met. Et eſt com. opin. teſte Mich. Graſ. com. opin. lib. 1. cap. 7. num. 11. Burſat. conſ. 72. n. 1. 25. vol. 1. qui eam etiam in foro ciuili ſeruandam cenſet ex d. Mich. Graſ. alios citante.

Neque obſtat quod iuramentū videtur nullum ex defectu conſenſus, qui per metum excludi videtur, ad notata in l. ſi per errorem: ff. de iuriſ. omn. iu. & ff. qui & à quibus: l. ſi priuatus; & ſic non fouetur iure naturali, cum deficiat conſenſus, qui eſt de iure naturali, nec conſequenter iure diuino fouetur, cum in vniuerſum ius naturale ſit diuinum ea ratione, quia à Deo exiſtit, qui eſt auctor, & conditor naturę, & conſequenter iurium ipſius: huic enim obiectioni reſpōdetur, quod

† metus non eſt contrarius conſenſui, vel voluntati, ſed libertati: alioqui non fuiſſet neceſſarium Edictum Prętoris, quod met. ca. Ita ſol. Bal. in d. cap. ſi vero. 7

Neque item obſtat quod non videtur neceſſaria abſolutio; quia cum ſit turpitudo, & delictum ex parte compellentis, non debet ex improbitate ſua conſequi actionem, vt dicitur in l. itaque fullo: ff. de fur. † Et promiſſio ob turpem cauſam eſt ipſo iure nulla: l. 8 ſi plagij, vbi Bar. ff. de ver. obli.

Nam reſpondetur, quod ſpeciale eſt in iuramēto ob Dei reuerentiam, cui ſcilicet acquiritur obligatio ex iuramento, & non eſt turpitudo ex parte ſua: idem Bal. vbi ſupra. Et hanc Concluſionē firmat Inn. in c. venerabilem, ante ſi. de elect. Cin. in rub. C. de his, quę vi, met. Paul. de Caſtro conſ. 455. ad primum puto, nu. 6. verſus ſi. lib. 2.

Amplia Conclusionem procedere † etiam in foro pænitentiali, ſeu conſcientię: vt diſputatione præmiſſa firmat Domi. Soto in 9 tract. de iuſti. & iur. lib. 8. qu. 1. ſupra alleg. arti. 7. pagi. 4. ver. ſed vrgentiora; per quatuor columnas ſequen. per d. c. ſi vero, & d. c. verum, & 15. q. 6. c. ſi quandoque, & ſeq. & poſt D. Tho.

† Item amplia, etiam quod ſine culpa ſua iurator inciderit in 10 metum; quia ſcilicet ipſe non dedit cauſam, vt ſibi metus inferretur, per ea quę tradit Gloſ. præallegata in d. c. Abbas, & ibi Panor. ſuper ea, nu. 7.

Ter-

11 † Tertio amplia, vt in dubio præſumendum ſit iurantem habuiſſe animum ſe obligandi tali iuramento, ſeu ſaltem iurandi vere; quod ſufficit ad illum obligandum, licet non intenderit ſe obligare, ſecundum Domin. Soto infra allegandum. Et ſic, vt præſumendum ſit pro validitate iuramenti; adeo vt non credatur iuranti contrarium aſſerenti in foro fori. Nam & ſi pręſumi quoque poſſet quod iurator noluerit ſe obligare: argumento c. cum ſuper hoc, de renun. & l. cum de indebito: ff. de probat. tamen quia poteſt eſſe contrarium, ideo Eccleſia quę non iudicat de occultis, in reuerentiam iuramenti vult pręſumere quod iurator habuerit animum ſe obligandi: ſtatuitque talia iuramenta debere obſeruari, ne alioqui, admittendo allegationem metus, aperiret viã periurijs: vt dicitur in d.c. ſi vero: & c. verum. Et hoc in effectu vult Abb. in d.c. ſi vero.

12 † Verumtamen quoad pęnam, per eandem rationem, quia Eccleſia nõ iudicat de occultis, vult pręſumere in mitiorem partem non puniendo pro mortali, quaſi ille noluerit ſe obligare; & ſic quaſi ſolum venialiter peccauerit aſſumendo ſcilicet nomen Dei in vanum, & ſine effectu: idque tum in odium metum inferentis; tum

13 quia † ex quo Eccleſia iudicat ex præſumptione, debet in pœna infligenda temperare ſententiam: ita notanter declarat Abb. vbi ſupra ex eo quod notat Inno. in c. quia veriſimile, de præſumpt. facit c. in pœnis: de reg. iur. cum ſimil.

† Ergo in caſu certo, ſcilicet 14
vbi conſtaret quod iurator habuerit animum ſe obligandi, ſeu iurandi, vt dixi ſufficere iuxta Sot. infra allegandum, contrauemiendo, etiam quoad pœnam haberetur pro periurio mortali; & pro tali veniret puniendus, licet ob metum non ita acriter, ac ſi ſponte vel vano metu iuraſſet: ita Abb. dicit ſe credere in d.c. ſi vero, & ita reſtringit tex. in d. c. verum, intelligendo illum vt loquatur quando eſt dubium de animo iurantis. Et cum hac declaratione & intellectu Abb. pertranſit Fel. in d.c. ſi vero, circa finem: ver. tertia declaratio.

Sed in foro conſcientię ſtandũ eſſet aſſertioni ipſius iurantis pœnitentis, an habuerit animum ſe obligandi, vel iuxta Soto vere
iurandi; † nam hoc ſufficit ſecun- 15
dum eum, ſcilicet quod coactus habuerit animum iurandi, vt maneat obligatus, nec vltra requiritur, videlicet vt habuerit animum ſe obligandi; quia obligatio ex ipſa iuramenti natura, niſi rei natura reſiſtat, neceſſario naſcitur, quoniam eſt atteſtatio per ſacra, quam nefas eſt fieri rei falſæ, atque adeo crimen, ſi per iurantem non reddatur vera: fit enim irreuerentia iuramento, quamuis coacto, ſi non ſeruetur, vt per eundem Dominicum Soto d. art. 7. pag. 5. & ratio præmiſſi
dicti eſt ea; † quia in foro pœni- 16
tentię de omnibus creditur confitenti: c. ſignificaſti, il 1. de hom. & ita tenet Ioan. Andr. in d. cap. verum, de iureiur. & in c. ad audientiam, quod met. ca. quem refert Abb. in d. c. ſi vero, ſuper

glo. 3. & ſequitur ibi Fel. ſub nu. 8. Seraphi. d. priuil. 110. in 2. limit. & ante eos Syluester in ſumma, verb. iuramentum 4.§.7.

17 † Vtrum autem coacto liceat fingere ſe iurare, idem Soto remittit ſe ad dicenda per eum d. art. 7. ſuper 4. argum. pag. 7. ver. ex ſecundo autem membro.

18 Sed in dubium reuocant, † an dictum periurium, quod incurrit quis non ſeruando dictum coactũ iuramentum, ſit peccatum mortale, vel veniale: & Soto d. art. 7. pag. 5. ver. in dubium, immerito inquit in dubium id reuocari; quia ſine controuerſia concedendum eſt eſſe mortale; † quia
19 iuramentum de re licita ex genere ſuo obligat ſub reatu mortali, niſi ex tenuitate materiæ alleuietur; & reprehendit Panormitanũ tenentem, vt ipſi videtur, in d. c. ſi vero, obligationem non eſſe niſi ſub reatu veniali. Cęterum Panormitanus non debuit reprehendi; quia immo & ipſe quoque tenet, quod dictus coactus iurator contraueniendo peccet mortaliter, ea ratione; quia adfuit conſenſus; ſed bene, inquit, quod ratione metus non puniretur ita acriter, ſicut ſi veniſſet contra iuramentum libere pręſtitum, quaſi ſentiat iſtud eſſe peccatum mortale leue, id quod & ipſemet Soto fatetur: inquit enim quod eſt omnium mortalium periuriorum leuiſſimum. † Et ſi iurauit
20 ſine animo ſe obligandi, hoc caſu tenet Abb. quod iurator peccet venialiter, ſcilicet aſſumendo nomen Dei ſine effectu, vt ſupra retuli; quod intelligit etiam ſolum in homine perfecto, cum quiuis alius excuſetur propter metum; † ſed in contraueniendo ſentit quod nullum adſit peccatum; 21
quia, inquit, hoc caſu non indiget quoad Deum abſolutione; quia Deus recipit iuramentum, prout ex corde procedit: vt in c. humanæ aures, 22. qu. 5. & forte Soto non aduertit hanc diſtinctionem Panormitani.

Limitanda eſt prædicta principalis Concluſio, vt procedat in metu illato coactione conditionali, † non abſoluta, vt quia ſcilicet omnino pręciſe cogatur; 22
quia tunc non eſt metus ſimpliciter, ſed vis maior, cui non poteſt reſiſti: & cum talis vis abſoluta non habeat conſenſum, iuramentum non eſt obligatorium, nec eſt opus abſolutione: vt per Fel. in d. c. ſi vero, in fi. & Seraphi. d. priu. 110. in fi. latius ante eos Abb. in d. c. verum: quod tamen videtur difficile in Practica poſſe contingere per ea, quę tradit Abb. ibidem. Et dicetur inf. in ſequenti caſu principali.

† Limita ſecundo, niſi iuramentum interponeretur ſuper actu de iure inualido, ſeu improbato à lege iuxta c. cum contingat, & alia iura inf. alleganda; 23
quia tunc iuramentum non eſt obligatorium ipſo iure: concurrunt enim duo impedimenta, nępe metus in iuramento, & legis reſiſtentia in actu: ita ſingulariter limitat Abb. in c. cum contingat, in 3. notab. de iureiuran. inquiens ita tenuiſſe Dominum Vincentium Mediolanenſem eximiũ Canoniſtam; & hanc limitationẽ confirmat Nauar. in ſua relectione ſuper c. accepta: in ſolut. oppoſ. 5.

poſ.5.num.12. de reſt.ſpol. per c. cum contingat: de iureiur. & c. quamuis, de pact. in 6. & c. licet, de iureiur. in 6. & auth. ſacramenta. C. ſi adu. vendi. Et Feli. in c. 2. per dicta iura: num. 2. de iureiu. pro qua opinione Abbatis alios quoque citat Couar. ſuper 4. lib. Decretal. ti. de ſponſal. 2. par. c. 3. §. 5. ſub num. 2. Sunt tamen qui contrariam ſententiam ſunt ſequuti, nempe quod hoc quoque caſu iuramentum metu extortum ſit obligatorium, & proinde opus ſit abſolutione: quos citat idem Couar. in eodem loco, quorum ſententię ſe ſubſcripſit reputans eam de iure veriorem, vt ipſe dicit in lib. 1. var. reſolut. cap. 4. ſub num. 6. ver. obiter tamen; & pro ea allegat in d. §. 5. d. nu. 2.

Opinio tamen Abb. frequentius admittitur à Iudicibus præſertim ſecularibus, qui admittunt agentes & excipientes nulla pręmiſſa abſolutione ab huiuſmodi iuramento meticuloſo, veriti ne Iudex Eccleſiaſticus, à quo danda eſſet abſolutio, ipſam quoque principalem cauſam ad ſe aduocaret, ipſius cōtractus vim & obligationem propria ſententia definiendo: ex doctrina, & ſententia Bal. in l. ordinarij. C. de rei vendi. ita refert Cou. in d. c. 4. de qua re ego peculiarem qu. inſtitui, & diſputaui.

Verum ipſe Couar. ſicuti tenet abſolutionem à iuramento etiam in caſibus præmiſſę limitationis metu extorto eſſe requirendam, ita improbat dictam practicam Iudicum ſecularium: A qua profecto, ſi Deum timent & venerantur, valde cauere deberent, quoniam non eſt tutum eis, quippe qui præſertim de viribus iuramenti cognoſcere nequeunt, quēquam ſine abſolutione admittere contra iuramentum, aperiendo viam periurijs contra c. ſi vero: & c. verum, de iureiur. cum ſimil. & in hac ſententia reſidet Burſat. in conſ. 72. num. 25. lib. 1. dum inquit eam in foro ciuili eſſe ſeruandam ex com. opin. de qua Mich. Graſ. per eum relat. & ita illum refert, & intelligit D. Flam. Par. in tract. de reſig. ben. tom. 2. lib. 13. q. 1. num. 34. cum duobus ſeq.

† Tertio limita eandem Concluſionem non procedere vbi à iure prohibetur nominatim metus interuenire; & libera voluntas ac ſpontaneus conſenſus requiritur, iuxta c. Abbas, de his, quę vi, met. & prout in matrimonio: in his enim, & ſi iuramentum adijcitur, non obligat, & conſequenter abſolutione non egeret: ita Fel. in d. c. ſi vero, in fi. verſ. quinto, declara, & dicit ita tenere Abb. in c. 2. poſt glo. 1. ibi, de eo, qui dux. in matr. quia tale iuramentum non reſtituit libertatem conſenſus, & voluntatis requiſitam; & ideo, ſicut actus eſt nullus, in quo adfuit metus, ita etiam iuramentum extortum ſuper tali metu: vt declarat Fel. in loco cita. Et eſt Glo. in d. c. Abbas, circa medium Glo. ibi, Ab iſta doctrina: ſequitur Seraphi. in ſæpe alleg. priuil. 110. ſub num. 8. ver. ex ſupradictis, vſque ad nu. 12. Secus ſecundum eum, vbi lex ſolum prohiberet metum annullando actum meticuloſum, & vltra non procederet exigendo libertatem quoque conſenſus, & voluntatis in ipſo 24

actu; hoc enim caſu ſecundum eum iuramentum teneret, ſi non ad conualidandum actum, ſaltem vt non contraueniatur, niſi obtenta abſolutione. & iuxta hunc caſum poteſt intelligi Abbas in d.c. Abbas, ſub num. 8. ver. vel dic, quod ibi. Et iuxta hanc diſtinctionem quantum ad abſolutionem à iuramento conciliari poſſunt diuerſæ ſententiæ Doctorum, quando illa requiratur à iuramento metu prçſtito ſuper actu de iure nullo, vel non ſit neceſſaria.

25 † Item ſublimita hanc limitationem quoad forum pœnitentiç; nam reſpectu illius fori iuramentum obligaret etiam in caſibus, in quibus à iure libera voluntas, & ſpontaneus conſenſus exigitur. nam ſi quis metu mortis, puta, iurauerit contrahere matrimonium cum aliqua, licet tale iuramentum ſit omnino relaxandū, tamen interim, dum non relaxatur, remanet obligatus iurator, & cum alia ante relaxationem contrahere nequit: iſta eſt opinio Diui Bonauenturæ in 3. ſentent. diſtin. 39. quem refert Dom. Soto in ſçpe citato art. 7. pag. 5. ver. arguat autem quis, & cum eo pertranſire videtur ea ratione, quia, quamuis ſit contra finem iuramenti illum contrahere aſſenſu coacto; nihilominus non eſt adeo intrinſece malum, quin poſſit fieri materia redemptionis vitæ, atque adeo iuramentum teneret. Hoc tamen caſu abſolutio omnino ſine difficultate eſſet danda: d.c. ſi vero, & c. verum, de iureiuran. vt per eum.

26 † Quarto principaliter limita d. Concluſionem, vt procedat in dubio iuxta iam dicta ſupra in tertia ampliatione: ſecus, ſi conſtet Eccleſiæ quod nullo modo intendebat ſe obligare; nam hoc caſu iuramentum non obligat, & non egeret abſolutione: Fel. in d. c. ſi vero, col. fi. in 4. declarat. poſt Imol. per id, quod habetur in cap. primo, quod metus ca. & in l. qui in aliena, §. celſus: ff. de acqu. hær.

† Adde quod conſtare poteſt 27 per proteſtationem à iurante palam factam de metu ſibi illato, & quod ob illum iurabat ſine voluntate iurandi, ſecundum Seraph. in cit. priuil. 110. in 3. limit. per d. cap. 1.

Sed contra videtur, † quia tollitur proteſtatio per contrarium 28 factum poſtea ſecutum: c. cum M. de conſti. † nam potius conſiderandum eſt quod eſt factum, quã 29 quod eſt dictum: c. ad audientiam de appel. c. in his, de verb. ſignif. C. plus vale. quod agi. l. ſi quis.

Contrarium hoc Abb. in d.c. 1. ſoluit hac diſtinctione: † quandoque 30 proteſtatio eſt iuſta cauſa veſtita, vt hoc caſu, ſcilicet metu, nempe qui prçſtat iuſtam cauſam venienti contra proteſtationem: d. c. 1. & remanet ſalua proteſtatio, nec tollitur per contrarium factum. Quandoque nulla ſubeſt cauſa qua cogatur facere contra; & tunc, ſi facit, eliditur proteſtatio per cōtrarium factum: de hoc eſt glo. in c. tua, in verbo mulierem, in 2. parte glo. de ſponſa.

† Sed quid, ſi non audet proteſtari? 31 dicunt quidam, quod fieri debet proteſtatio coram alijs ꝓbis viris, argum. c. paſtoralis. §. 1. de offi. deleg. Sed Abb. in d.c. 1.

poſt

poſt glo. 2. ibi, dicit quod tunc non eſt neceſſaria alia proteſtatio, & non tenetur aliud dicere; quia forte timet reuelari ab illis viris; & ideo, inquit, ſatis eſt ꝓbare poſtmodum metum: c. Abbas: c. ad aures, illo ti. quod metus cauſa.

At in caſu noſtro hoc ſolum non ſufficeret propter iuramentum, quod obligat etiam cum me
32 tu, vt habet cõcluſio noſtra: † ſed, ſi probato metu, iuraret etiam ſe ſine voluntate vere iurandi iuraſ-
33 ſe, forte ſufficeret; † quia quæ conſiſtunt in animo, probantur iuramento, niſi tamen iurans eſſet ſuſpectus: Bal. in l. falſus. C. de furtis: & niſi vrgeret contra aliqua alia præſumptio, allegat multos Berta. verb. animus, nu. 10.

Et quod dictum eſt de prote-
34 ſtatione, † Adde an & quando illa ſufficiat ad probandum actum fuiſſe meticuloſum, & non ex animo geſtum, Did. Couar. ſuper 4. Decretal. ti. de ſponſal. & mat. in ſecunda Par. cap. 3. §. 5. verſus fi. ſub num. 12. Vbi dicit quod ſi fiat in ipſo actu aduerſa Parte præſente, & non contradicente; ſatis ꝓbatur metus ex proteſtatione: ex tex. & glo. in c. lotarius. 31. q. 2. & alios quos allegat. Si vero fiat ante actum, ex cauſa tamen legitima, etiam ex interuallo actus geſtus preſumitur metu expeditus, ex Abb. in d. c. 1. de his, quę vi, & Deci. in c. fi. de appella. & optime, inquit, Ripa in d. c. cum M. nu. 101. de conſti.

35 † Et adde quod eſt vtile ſemper vt fiat eiuſmodi proteſtatio, quia ſemper adiuuat probationẽ metus, vt dicit D. Flamin. Pariſ. in tract. de reſigna. benefi. alias allegat. tom. 2. lib. 13. q. 1. nu. 190. ex multis per eum citatis, & ibi per plures numeros ſequentes alia vtilia videnda ponit de iſta proteſtatione. Et de probatione metus quomodo & qualiter fiat, diſſerit erudite, & copioſe, prout alia, per totam illam quæſt.

† Non tamen neceſſaria eſt ip- 36
ſa proteſtatio ad ipſius actus metu facti reſciſſionem, vt admonet Couar. d. §. 5. prope finem; ſufficit enim quod aliter conſtet de metu: quod nouiſſime adnotauit D. Flami. Pariſ. d. q. 1. nu. 190. idque iam antea tradidit Cardi. in Cle. cauſam. §. verum, de elect.

Et eſt notandum, † quod vbi 37
probatum eſſet de metu illato in contractu, præſumeretur quoque illatus in iuramento, adeoque idem metus iuramento ineſſe prę ſumeretur, per Theoricam Bar. in l. ſi. §. item quæſitum: ff. de cond. indebi. vbi notanter dicit quod idem error, qui eſt in principali promiſſione, eſt etiam in acceſſoria; & eadẽ ratione eodemq. impulſu motus quis videtur in vna atque in altera: facit inquit, l. doli mali exceptio, in ver. diuerſum: de noua. idque nominatim in iuramento notat Ioan. Bertã. fir. in Reper. ver. Metus, nu. 46.

† Sufficit ergo probare inter- 38
ueniſſe metum in actu, licet non probetur quod ſpecifice, ac prę ciſe interuenerit in iuramento ad hoc, vt abſolutio ab ipſo iuramento propter metum peti, & obtineri poſſit, † prout illa qui- 39
dem ex hac cauſa plane concedi poteſt, ac debet: c. ſi vero. c. verũ, de iureiuran. cum ſimil. & alibi,

non

non ſemel dictum eſt ſupra: & ex communi opinione, de qua ipſe teſtatur, conſulit Port. Imol. conſ. 101. nu. 6.

Et hęc quidem facillime admitti debent ex ea pręſertim ratio-
40 ne, † quia iuramentum ſortitur naturam, & conditionem, quæ à primordio ineſt actui, in quo præſtatur: l. fi. C. de nō nu. pecu. Cou. in alleg. §. 5. num. 3. Burſat. poſt alios à ſe citatos in conſi. 40. nu. 57. lib. 1. copioſe Anto. Gabr. in commu. conclu. tit. de iureiuran. conclu. 10. in prin. Doct. maxime Alex. & Deci. in l. quod te: ff. ſi cert. pet.

41 Et eadem ratione, † ſi actus ipſe ex metu redditur nullus, nihil ei validitatis impertiret iuramen tum illi adiectum: exemplum in
42 matrimonio, † quod ex metu in virum conſtantē cadente eſt nullum ipſo iure: c. ſignificauit, de eo qui dux. in mat. & per Couar. d.
43 §. 5. in prin. † neque confirmatur iuramento, vt ibi per eum, & con ſulit Burſ. conſ. 72. num. 21. vſque ad 24. lib. 1.

Idem in alijs actibus, qui ob metum ſunt nulli, de quibus per Glo. in c. Abbas, circa medium Glo. ibi, Ab iſta doctrina, vſque ad finem, de his quæ vi met. ca.

44 † Nam iuramentum adhęrens matrimonio, exempli gratia, per metum contracto, ita habet eam conditionem, videlicet ſi liber cō ſenſus interueniat ſicut ipſe con-
45 iugalis contractus: † cumque ipſe liber conſenſus deficiat ad iuramentum quoque eo caſu requiſitus, ipſum iuramentum pariter remanet inualidum, vt ſubinde abſolutione ab illo haud ſit opus: vt id colligitur aperte ex Fel. in c. ſi vero, in fi. ver. Quinto, de iureiur. & iuxta tradita ſupra num. 24. per totum, maxime in fine.

† Nec enim iuramentum ſupplet pro ipſo libero conſenſu in 46
actu ipſo requiſito: c. fi. in fi. iuncta Glo. ibi in ver. reuocatus, cū ibi notat. ad eam: de pact. lib. 6. & notat Couar. vbi ſupra num. 3. & Feli. in loco mox citato, † quia 47
non purgatur metus per ipſum iuramentum, vt per Feli. in eodem loco, & Burſ. d. conſ. 72. num. 24. & D. Flam. Pariſ. in alleg. q. 1. à num. 16. vſque ad 23. & inferius nu. 211. cum ſeq.

† Nam licet iuramentum ma- 48
gis ſtringat actum cui adijcitur, non tamen mutat, vel alterat naturam ipſius actus: idem Burſat. ex alijs per eum adductis in d. loco: & vltra ſe non effundit, ſed iuxta illius rei naturam operatur & regulatur: ad hoc bonum argumentum in Clemen. 1. in fine: de pręben. & in reg. acceſſorium, de regul. iur. lib. 6. Bellame. conſi. 24. num. 10. Et non obligat plus quam actus, cui apponitur, ſed bene efficacius, iuxta tamen cōditionem, & naturam actus, vt eſt dictum, & notat Deci. in l. quod te, in ſecunda lect. nu. 44. vbi exemplificat.

Et pręḋicta intellige, † niſi iu- 49
ramentum ex interuallo ſine metu additum ſit ipſi actui ſiue promiſſioni antea metu factæ; tunc enim, † ex quo in iuramento pręſumitur animus & intentio iuran 50
tis ſeſe obligandi, etiam in metu pręſtito, vt deductum eſt ſupra in 3. Ampl. nu. 11. ex reiteratione

conſen-

conſenſus & volutatis ex iuramento inſurgente,eſſet purgatus metus actus, ſeu ꝓmiſſionis prçcedentis , vt (omiſſis multis quę ad hoc ex vi Geminationis adduci poſſent, de quibus Euerar. in Topi. iuris,in loco à vi Gemi.late Corſet. in ſuo tract. de Gemi. & Berta.in ſuo Reper.in ver.Gemin.) id in ſpecie notat Bal. in tract. ſchiſma . quem poſuit in rubri. C. ſi quis al. teſta. prohi. col.20.ad hoc l.2.vbi Bal.& Alex. C.quod met.ca.& l.ſi ob turpem, vbi Bar. & Alex. ff. de condi. ob turpem ca. Et expreſſe id conſulit Burſat. quam plurimos alios allegans, in conſil.72. ſub quarto præmiſ. nu.29. per totum,lib.1.

51 † Niſi tamen eadem cauſa Metus etiam tẽpore iuramenti adiecti perſiſteret;quia tunc non purgaretur metus præcedens ex ratificatione ſubſequuta etiam cum iuramento,nec ex alio actu, licet ſpontaneo, & ex interuallo ſequuto : vt tradunt Doctores preſertim Alex. in d.l.2. C. quod met. ca. vbi exemplificat ; idem Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem : ff. ſol. mat. & expreſſim conſulit Burſ. in d. conſ.72. ſub d. quarto pręmiſſo , paulo ante : ſub num. 26. cum ſeq. vbi multos congerit. Et per multa exempla tradit D. Flam. Pariſ. in tract. de reſig. bene.tom.2. lib.13.q.1.num.206. cum ſequentibus:& num.212.nominatim tradit de iuramẽto ſubſequuto , quod ſponte ex interuallo interpoſito non habet purgare metum præcedentem,adhuc eadem metus cauſa durante, ex Nat.conſ. 451. num.3. & Couar. ſuper 4. lib.Decret. par.2. cap.3. §.5. ſub num.1. & Boer.Dec.100. num. 14.

† Item ſecus eſſet è contra ſi 52 incuſſus eſſet metus in iuramento antea pręſtito, & interuallo interiecto fieret actus voluntarius veluti ratificatorius , ſeu approbatorius iuramenti prius pręſtiti ; quia per ipſum actum, etiam ſponte,& ex interuallo geſtũ non intelligeretur purgatus metus, qui antea iuramento acceſſerat : ſed idem metus, qui fuit in iurata promiſſione, cenſeretur adhuc eſſe in obſeruantia, ſeu in exequutione ; ita determinat Bart. in l. 2. in vltimis verbis,poſt Glo.ibi. C. quod met. ca.

Sed contra iſtam illius Glo. & Bartoli determinationem eſt glo. in c. ad audientiam,in ver.ad reſignationem : de his quæ vi met. ca.quæ ſentit non ſufficere vt metus adfuerit tempore iuramenti, niſi etiam duret tempore exequutionis,ſeu obſeruãtiæ; quia ſpõte videtur purgatum vitium metus præcedentis : per d. l. 2. C. quod met.ca. & ita intelligit illum tex. in d.c.ad audientiam : ſed contra eam Glo. tenet ibi Ioan.And.per eam rationem, quia licet in exequutione non duret metus prius incuſſus,adeſt tamẽ metus periurij,† & ideo excuſor, quia videor 53 exequi timore iuramenti ; & ſic potius ne incurram periurium, quam animo confirmandi actum iuratum : quod eſt notabile dictum.

Non obſtat illa ratio , quam ꝓ illius Gloſ. opinione adducunt , videlicet quod poteſt euitari periurium aliter quam ſoluendo, ſcilicet petendo abſolutionem à iuramen-

ramen-

ramento; & ideo non excuſor, ſi poſtea ſponte ſoluo: nam ad hoc reſpondet Hoſti. in d.c. ad audientiam, dicens quod non eſt imputandum ſoluenti, ſi voluit potius implere iuramentum, quam pe-
54 tere ſe abſolui; † quia ita debuit potius facere, & eſt congruentius ſecundum conſilium Inno. in cap. ad aures: d.ti. de his quæ vi met. ca. Et item non eſt imputandum ei ſi ſoluit, quia potuit timere periurium quoad vulgi opinionẽ, qui de facili opinari poſſet illum eſſe periurum, etiam obtenta ab-
55 ſolutione: † vnde omnis modica præſumptio ſufficit ad tollendam illam præſumptionem, quod ſponte ſoluerit, ſicut in ſimili not. Inn. in ſuſceptione habitus in c. 1. illo ti. de his quæ vi met. Et ex his, & alijs, quæ adducit contra dictã Glo. in d. c. ad audientiam, tenet ibi Abb. & contra eam probare ait aperte illum tex. in quo nihil dicitur quod tempore renunciationis metus durabat, immo tex. in c. fi. dicit quod virtute iuramenti tenebatur reſignare. Et hanc partem contra dictam Glo. tenet, & ex prædictis, & alijs medijs comprobat Alex. inquiens eam communiter teneri, in præallegat. l. 2. C. quod met. ca. vbi num. 8. in fi. ſubdit hanc opinionem in vtroque foro eſſe tenendam.

Et quantum ad abſolutionem, ſi poſt obſeruantiam iuramenti iurans vellet repetere quod ſoluit vigore d. iuramenti, iuxta d. c. ad audientiam: de his quæ vi met. patet eam non eſſe neceſſariam, per id quod legitur, & notatur in illo tex.

De Metu à Tertio illato.

Qvid ſi metum intulit alius, non autem is, qui iuramentum recepit? numquid eiuſmodi metus habebit ſibi præiudicare, vt ex illo abſolutio in ſui præiudicium ſit danda iuranti? Et ſupponitur quod iuramentum alioqui non ſit turpe, & quod ſine peccato iurantis, & recipientis obſeruari poſſit. Caſus eſt quotidianus. Nam filijfam. ſępe contrahunt vna cum parentibus ſuis obligando ſe illi, cum quo contrahunt medio iuramento, & poſt modũ, vbi conueniuntur pro obſeruantia, allegant ſe metu parentum ſe obligaſſe, & hac de cauſa pretendunt ſe abſolui debere ab illo iuramento, prout habui de facto. Et ſimiliter contingere poteſt in alijs caſibus ſimilibus.

Et ſupponendo caſum, in quo ob metum iuramentũ non eſt nullum, ſed valet, & tenet ad dicta ſupra in pręſenti caſu non longe à princ. ver. & in hoc quoque:
† puto intrepide concludendum 56
fore abſolutionem non eſſe dandã nec iuſte dari poſſe, per regulam vulgatam iuris Canonici, quę habet quod iuramentum, quod à iurante ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis, ſeu ſine peccato ſuo, ſeruari debet, etiam ſi non ſine peccato eius cui iuratum eſt, ſeruari non poſſit: vt in c. debitores: c. ſi vero, c. cum contingat, de iureiu. notat nominatim Paul. de Caſtro conſ. 455. Ad primum puto, num. 6. circa medium, lib. 2. & ante in conſ. 305. notandum, num. 1. circa me-

medium: Rom. conſ. 437. verſus finem, & affirmant ſcribentes paſſim. Et ſi ex nulla parte adeſt turpitudo, ſcilicet neque ex parte iurantis; neque eius cui iuratur, adeo quod in eius obſeruantia ex nulla parte adeſt peccatum, abſolutio dari non debet, ſed omnino ſeruandum eſt iuramentum: vt dicitur in c. & ſi Chriſtus, parũ poſt prin. ver. & quamuis non ſit, de iureiur. vbi not. tex. item fortis in c. quamuis, qui habet dictiones præciſas, omnino obſeruandum, vbi id notat Archi. de pact. in 6. Et deducit Roma. per illud & alia iura in loco citato. Et in ſpecie expreſſim conſulit Caſtr. in conſ. 174. incipit, Contra ſuperius, in prin. in prima Par. & in confeſſo eſt apud omnes.

57 † Non obſtat quod ſubuenitur metum paſſo etiam contra eum,
58 qui metum non intulit, † ex eo quia in actione, quod met. ca. non quæritur vtrum is, qui conuenitur, an alius metum fecerit, ſed ſufficit quod lucrum ad eum peruenerit ex metu ab alio incuſſo: dicit tex. in l. ſi cum. §. in hac. ff.
59 quod met. ca. † Plus etiam hoc locum habet etiam contra eum qui rem habuit ex titulo oneroſo: vt legitur in d. l. ſi cum., in §. aliquando, in fi.

Nam reſpondetur multifariã. Et primo, quod ſecundum vnam opinionem requiritur quod fuerit particeps metus is, ad quem res peruenit ex cauſa oneroſa, vt teneatur ex metu ab alio incuſſo: vt not. in l. non intereſt. C. de his quæ vi met. ca. & in d. l. ſi cum, d. §. aliquando; & per Alex. late in l. fi. in princ. ff. de eo per quem factum: & c. † vel ſecundo reſti- 60
tuitur aduerſus omnes metum paſſus propter ambiguitatem, ſeu ignorantiam, quam in ſe habet metus, vt dicit tex. in d. §. in hac autem: id eſt eo quia neſcitur à quo metus proceſſerit, vt notatur ibi ver. ignorantiam. Et ideo in dubio aduerſus quemcũq. datur reſtitutio, vt euitetur captio in metu: vt id explicat tex. in ea l. ſi cum, in §. aliquando, in fi. & ibi not. in ver. captioſus. hæc autem ambiguitas, ſeu ignorantia non præſupponitur in caſu noſtro. † Quod vero in eadem 61
l. in §. pædius, expreſſe cauetur de metu ab alio incuſſo, ſcilicet vt ob illum reſtitui debeat metũ paſſus aduerſus eum qui metum non intulit; id de eo cautum eſt, qui metum, & purum lucrum ex alieno metu conſequutus eſt, vt id aperit ratio, quę ſubditur, ibi, nam in alterius premium verti alienum metum non oportet. †
Tertio quod beneficio ſui Edicti 62
Prætor prouidit ne cuiquam ex metu à ſe vel alio incuſſo acquiratur, non autem vt cuiquam ex alieno metu in iure ſuo pręiudicetur, ſeu damnum inferatur. Quarto item cumulatiue ad alia prędicta reſpondetur, quod illa iuris ciuilis diſpoſitio eſt in caſu vbi non adeſt iuramentum; † nam 63
cum illo metum paſſus etiam illo iure efficaciter iuramento teneretur, ſecundum Placen. vt not. in l. 2. poſt medium Gloſ. mag. ibi, Item quid ſi iuraui. C. quod met. ca. & ad fuſe deducta ſupra in Par. 3. q. 5. ſuper declaratione legis non dubium. C. de legib. quod

ea lex non reſiſtat huiuſmodi iuramento, id quod audactius dici
64 poteſt in hoc caſu, † cum metus cauſa geſtum non ſit nullum ipſo iure regulariter, ſed reſcinditur beneficio Edicti Prætoris, ideſt actione, quod met. ca. vt toto ti. ff. quod met. ca. & not. Alex. in l. 3. num. 12. per illum tex. C. eo. & ratio notatur in l. 2. illo ti. in fi. Glo. magnę, ſcilicet quia non fuit turpis promiſſio, ſed turpiter facta, quia non venit turpe in obligatione. dixi regulariter propter diſtinctionem Bart. in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. eo. ti. Non obſtat C. ſi aduer. vendi. auth. ſacramenta, vbi excipitur nominatim de metu quoad obſeruantiam iuramenti; quia illud eſt propter nullitatem, quę inſuper cum metu adeſt in contractu, vt ſtatim ſubijciam: & præterea dici poteſt ibi intelligi de iuramento metu extorto
65 à contrahente cũ minori. † Quinto, & ſecurius reſpondetur præmiſſam Concluſionem quoad abſolutionem minime concedendã in caſu præmiſſo certiorem eſſe de iure Canonico, per id quod dictum eſt huiuſmodi iuramentũ valere ac obligatoriũ eſſe ex parte iurantis, & firmat Abb. in c. cum contingat, ſub notab. 3. de iureiur. & quia nulla turpitudo eſt in recipiente, cum ipſe non intulerit metum, nec fuerit ſciens, vel particeps illius; & conſequenter non eſt cur abſolutio in eius præiudicium ſit danda, quippe cũ illa ſolummodo propter turpitudinem metum inferentis, & in ipſius odium veniat concedenda, ad infra dicenda. vnde ſeruandum eſt omnino iuramentum, ex quo ſine peccato vtriuſque obſeruari poteſt, vt dixi, & latius infra dicetur.

Neque huic Concluſioni obſtant c. cum contingat, pręalleg. de iureiur. & c. licet mul. eo. in 6. & Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. in quibus cauetur iuranti non obeſſe iuram. metu extortum; quoniam dupliciter reſpondetur. Primo quod in d. c. cum contingat, & ſimilibus eſt caſus ſpecialis ſpeciali, ac fortiori ratione prouiſus; † quia iuramentum interpoſitum eſt in caſu à lege prohibito; & ideo metus viciat iuramentum propter legis reſiſtentiam, quę adeſt vltra metum; & ſic concurrunt duo impedimenta, quæ obſtant iuramento, iuxta illud, funiculus triplex difficulter rumpitur, vt in Spe. de diſpu. & alleg. §. 8. ver. iudicati & ad dicta ſupra hoc eodem 3. caſu prin. in limi. 2. num. 23. Ex quo enim talia iuramenta ſunt contra legem, non ligant niſi omnino ſint voluntaria: vt dicit Abb. in d. c. cum contingat, in 3. not. & inferius, num. 21. verſus fi. ver. ſextus caſus. Eſt namque quid imputandum ſit contrahenti, nẽpe quod in actu à lege improbato contraxit, & iuramentum recepit. 66

Secundo dici etiam poteſt, ꝙ ibi non aperitur à quo debeat eſſe illatus metus; & non eſt quid prohibeat quin intelligamus etiã cap. illud cum contingat, ſentire de metu illato ab accipiente rem dotalem, quod quaſi annuere, & pręſupponere videtur Abb. proxime citatus ibi in d. ſexto caſu, vel ſaltem, quod ipſe fuerit ſciens metus

metus mulieri illati, per id quod tradit Hoſt. in ſum. illo ti.de iureiur.§.Papa:ver.Item attendas. tum prẹterea quod in illis iuribus conſtat quod iuramentum tendit appoſitumque eſt in fauorem, & commodum metum inferentis,& pariter iuramentum recipientis,etiam ſi intelligere velimus in c. cũ cõtingat præſupponi illatum eſſe metum à marito: vnde ſibi conſequenter eſſet prẹiu-
67 dicialis abſolutio. † nam ipſe in effectu cenſetur iuramentum vxoris recepiſſe, quia ipſe alienauit, & ipſi vxor conſenſit, & ipſe tenetur ad intereſſe ſi alienatio nõ ſubſiſtit; & ideo ſua intereſt, ſeu ſuorum hæredum alienationem per iuramentum ſuſtineri,ad notata inſti. quib. al. li. in princ.
68 † quoniam in eius, & hẹredum ſuorum prẹiudicium tenet alienatio:vt not.Iaſ.in addi. ad Porc. ibi in ſecunda addi.& latius Abb. in d.c.cum contingat, in ſecundo notab.

Et quoniam vis tota oppoſitionis illo cap.cum contingat potiſſimum videtur niti poſſe; idcirco circa illud vlterius ſubtiliuſque conſiderandum eſt,quod in ſpecie illius cap. nullum negocium geritur inter creditorem mariti,ſeu accipientem rem dotalem, & ipſam mulierem conſentientem, quia mulier cum eo non contrahit; ſed inter eam & virum ſuum, quippe eidem viro ſuo non alij cuipiam conſenſum præſtat, nec alius quam maritus eam requirit, nempe pro alienatione ab eo
69 valide fienda;†& ſic reuera maritus recipit conſenſum,& iuramentum mulieris;vnde merito inficitur metu iuramentum, ex turpi ſcilicet ipſa receptione mariti inferentis metum, iuramentumque recipientis: nec mirũ ſi iuramentum ipſum per abſolutionem reſcindi meretur, quin etiam de ſe non eſt obligatorium, iuxta opinionem Abbatis,quam retuli ſupra, nempe ea ratione; quia in ſui præſtatione ac receptione turpiter facta vitio affectum fuit, vt dixi; & ſic non habetur reſpectus ad illum tertium, qui rem dotalem recepit,ſit ne metus expers, vel non, quia reuera non ipſe iuramentum recepit; quia nec cum muliere contraxit, vt dixi. † Sed 70
vindicat mulier rem dotalem ab eo ſicuti faceret ab alio quocunque ex natura rei vindicationis, iuxta l. officium: ff. de rei vindi. & l. in rebus. C. de iure dot.

Secus ergo vbi iurans cum eo contrahit,qui iuramentum ab eo licite, ac libere exigit,illudque nullo metu,vel dolo adhibito,ſed bona fide, iureque recipit: hoc enim caſu iuramentum cum in ſui præſtatione, ac receptione, ſcilicet tam ex parte iurantis, quam recipientis nullam habeat turpitudinem,validum omnino cenſendum eſt:nõ enim adeſt ratio quare aliter cenſendum ſit: † neque 71
enim metus ab alio, quam à recipiente illatus inficere habet iuramentum; quia extrinſecus adhibitus eſt, & non intercedit in receptione ipſius iuramenti, & facto recipientis, ideoque non poteſt inficere illud, neque obeſſe debet recipienti iuramentum licite abſque turpitudine; † nam
vbi iuramentum non vitiatur ex 72
turpitudine illud recipientis, neque

que illicitum eſt ex parte mate-
riæ ſuper qua præſtatur, neque
aliud obſiſtit quin ſeruari valeat
ſine ſalutis interitu,in tantum eſt
obligatorium, vt ſeruari debeat
omnino, & non ſit locus abſolu-
tioni: vt dictum eſt ſup. & id cla-
re explicat Abb. in d.c.cum con-
tingat, & ibi eſt tex. apertus,nu.
22.ſub octauo caſu;& eſt tex.in c.
ex reſcripto: c. querelam, cum
alijs ſimilibus eo.ti.de iureiuran.
neque enim in caſu præmiſſo ad-
eſt ratio ob quam abſolutio dan-
da foret ob metũ illatũ,videlicet
in odium metũ inferentis,itidem
que iuramentũ recipientis;quip-
73 pe † ob hanc ſolam rationem lo-
cus eſſe poteſt hoc caſu abſolutio-
ni, prout conſiderat docetque
Dom.Sot.in tract.de iuſt. & iure.
lib.8.q.1.art.9.col.8.ver.ſecundo
diſpenſat: & aperte, & expreſſe
innuit ſum. Pontif.in d.c.ſi vero,
in fi. vbi eadem ſola ratio conſi-
deratur, & aſſignatur,ibi, ad co-
ercendam iniquitatem eorum, &
c. & quam conſiderat Abb. in lo-
co proxime citato: & Paul. de
Caſtro,in d.conſ.174.nu.1.lib.1.
Et eſſet alioqui iniuſta, & iniqua
abſolutio; quia daretur in præiu-
dicium eius, qui metum neque
intulit,neque eius particeps fuit,
ſed iuſte iuramentum recepit.

Item daretur ſine cauſa: ete-
nim reſpectu huius,qui iuramen-
tum recepit, & iuramenti ab eo
recepti, & de cuius præiudicio
agitur in ipſa abſolutione,nulla
cauſa conueniens allegari poteſt;
nulla enim cauſa ſibi impingi po-
teſt,ex quo ipſe non intulit metũ
ſed licite,ac bona fide iuramentũ
74 recepit;† ideo abſolutio ſine cau-
ſa dari non debet, neque poteſt,
vt aperte probatur in d. c. cum
contingat: & c. querelam,de iu-
reiur. & c. licet eo. in 6. cum
ſimil. quod etiam verum eſt in
abſolutione præparatoria,ad effe
ctum ſcilicet agendi,vel excipien
di, vt late ſupra in tertia Par. q.
tertia demonſtratum fuit. Et ſi
diceremus,quod in præſenti caſu
ſcilicet ob metum ab alio illatum
iuramentum non eſſet ſeruandũ,
& quod abſolutio danda foret in
odium metum inferentis; exinde
ſequeretur inconueniens, & quid
iuri vtrique exoſum, videlicet ꝙ
recipiens iuſte iuramentum gra-
uaretur, ſibique ius ſuum auferre
tur odio alterius,†quod neutrum 75
ius patitur,vt in reg. non debet
de reg. iur. in 6. & l. ſi quis in
ſuo.§.legis. ff. de inof. teſta. † Et 76
alteri per alterum iniqua condi-
tio inferretur,quod iure ſimiliter
prohibetur,vt in l. non debet al-
teri: ff.de reg.iur.Merito itaque
hoc caſu non eſt locus abſolutio-
ni,ſed ſeruandum eſt iuramentũ,
ex quo in eius obſeruãtia ex neu-
tra parte adeſt turpitudo,vel pec
catum,vt ſupra eſt dictum: † nam 77
abſolutio à iuramento non poteſt
peti, & concedi non debet quan-
do neutra Pars peccat; ſed tunc
ſeruandum eſt iuramentum: pro-
ut id nominatim tradit Paul. de
Caſtro, in conſ. 122. viſo puncto
ſupra ſcripto,in fi.li.2.in nouis.&
in conſ.174.num.1.lib.1. ſuperius
alleg. vbi firmat expreſſe, quod
tunc ſolum eſt locus relaxationi,
quando ſine peccato iurantis po-
teſt ſeruari iuramentum, & ſic
ipſo iure valet, ſed non ſine pec-
cato recipientis, vt ibi per eum
& pa-

& patet ex Romano in prçalleg. conſ.437.num.11.ver.quoad tertium,vſque ad fi.

Itaque (vt ſatis iam ex prædi-
78 ctis conſtat) † iuſta cauſa abſolutionis dandæ, ſcilicet vbi iuramentum de ſui natura malum nō eſt, ſed eſt obligatorium, quia ſeruari poteſt ſine peccato ex parte iurantis,ac proinde neceſſariū eſt habere abſolutionem,iuxta c. 1. c. debitores: & c. ſi vero, de iureiur. nulla alia eſſe poteſt,niſi quia adeſt turpitudo, & peccatū
79 ex parte recipientis. † hæc enim non immerito iuſta cauſa eſſe cēſetur, quia peccauit iuramentum taliter recipiendo; & quia illicitum eſt ex vna parte iuramentū, abſolutione dignum eſt,in odium quippe illud turpiter atque illicite recipientis: vt legitur, & notatur in c.ſi vero,de iureiur.proxime relato.

Eſſet enim iniquum vt is, qui praue & turpiter iuramentum extorſit, commodum ex illo reportaret, & alter incommodum: & iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum: c. quanto, de iureiur.

At vbi iuramentum licite eſt receptum, non eſt cur abſolutio ab eo contra ipſum recipientem ſit petenda; quia eius reſpectu nulla conueniens cauſa allegari poſſet (vt dixi) & ita ſentit & declarat Caſtren.d. conſ.122. quaſi in fine; & in conſ.259. col. 3.ver. ſtant ergo: & conſ.290.ſub num. 2. ver. ſed dubitatur. eo.lib.2.

Ceſſat enim hoc caſu illa ratio d.c.ſi vero: & c.1.& c.debitores, ob quam diximus dari poſſe, ac debere abſolutionem; ergo & c. & ita declarat, & argumentatur Abb. ſupra allegatus in d. c. cum contingat,in 3. notab. & inferius,num.21.verſus fi. & explicatius, ſub num. 22. ſub octauo caſu. Non enim dici poteſt huiuſmodi iuramentum eſſe iniquitatis vinculum ob metum ab alio illatum, ex quo recipiens iuſte iuramentum, iuſte illo iurantem vinculauit:quin potius è contra eſſet iniquum ſi eidem recipienti ius ſibi ex eo iuramento ſine aliqua iniquitate & peccato quæſitum, abſolutione, ſeu relaxatione mediante auferretur,† cum 80
ſit iniquum & contra iuris regulam ius noſtrum à nobis ſine facto noſtro auferri: l. id quod noſtrum: ff.de reg. iur. & per alia paulo ſuperius dicta. Et ita in his terminis circa abſolutionem etiam à Papa petitam determinat Paul. de Caſtro d. conſ. 290. viſa ſupra ſcripta: col.2. ver. ſed dubium eſt.

Concludendum eſt igitur,quod cum iuramentum ab vtraque parte ſit licitum, & ex eius obſeruantia in neutra parte inducatur peccatum,omnino eſt obſeruandum,
† cum redditio, ac obſeruantia 81
iuramenti ſit de iure naturali diuino,& de præcepto.22.q.1.ſi peccatum,in prin. & c. & ſi Chriſtus, verſus fi. ibi redde Deo,vbi Abb. notat quod iuramentum tenemur ſeruare ex præcepto iuris diuini, de iureiur.& not.Spec.ti.de inſtr. edi.§.12.num.26. Ideo nullo modo fas eſt illud infringere, vt dicit Spec. in eo loco.

Et quamuis iurans ex tali iuramento præiudicium, & damnū recipiat, tamen quia iuramentū tenet

tenet & obligat,& non adeſt cau-
ſa vnde in odium illud recipien-
tis ſit danda,ſeruari nihilominus
82 oportet iuramentum: † non enim
eſt iuſta cauſa diſpenſandi à iura-
mento ex eo quia iurans damnũ
ex illo in re familiari patiatur:vt
tradit Inno. in c. quemadmodũ,
prope finem,& in d.cap.cum con-
tingat,de iureiur. Et Bal.in mar-
gar. ad illum.ver.iuramentum,&
efficaciter ad rem deducit Bella.
conſ.30. num.8. Et ſibi imputare
83 debet iurans,quia iurauit,†& fa-
cto ſuo conſequenter illud ſentit:
iuxta reg. damnum : de reg. iur.
in 6. Et caueat conſulere magis
diſpendio animæ , quam Burſæ ,
84 † cum anima corpori ipſi,& cun-
ctis rebus ſit præferenda: l.ſanci-
mus.C.de ſacroſ. Eccleſ.Spec.de
aduo.§. nunc tractemus . ver. fa-
cto autem. Et iuxta illud Euang.
Quid prodeſt homini , ſi vniuer-
ſum mundum lucretur : & c.

Nec confidere debet abſolutio-
ni ſine cauſa habitę etiam à Papa,
per ea quæ ex Domin. So. Innoc.
Abb. & alijs retuli ſupra in par-
te ſecunda, quæſt.2. in ſexto mẽ-
bro : & par.3. q.2. in ſecunda, &
3. Ampl.Qua in re parum aduer-
tenter agitur quotidie; dum paſ-
ſim nimis faciliter petuntur hu-
iuſmodi abſolutiones ſiue relaxa
tiones cum cauſa, & ſine cauſa,
nec minus faciliter conceduntur.

Et prędicta ſola ratio ac reſpõ-
ſio Inno. & Baldi debuiſſet ſatiſ-
facere cuidam Præſuli, qui à præ-
dicta mea opinione diſcordauit ,
& fecit mihi in ea magnam reſi-
ſtentiam . Quod in cauſa fuit , vt
veritatem huius articuli proli-
xius, quam oportuerit,deducere,
atque oſtendere libuerit: & de-
buiſſet ipſum remouere ab illa
ſua opinione , vt danda eſſet ab-
ſolutio;cũ ipſa ſua opinio in nul-
la alia ratione fundaretur, quam
in præiudicio pecuniario ipſius
iurantis; & non poteram illi per-
ſuadere (mirandum quidem eſt in
ſeniori) religionẽ iuriſiurãdi Deo
obſeruandam intereſſe pecunia-
rium præponderare debere:cuius
iuriſiurãdi religionis ratio haben
da eſt adeo,adeoque ea cordi fuit
Canonum conditoribus, † vt vo- 85
luerint iuramentum obligare , e-
tiam quod ex parte recipientis
contineat turpitudinẽ,& peccatũ.
nã ſatis eis viſũ eſt,quod ex parte
iurantis turpitudinem non conti-
neat , & ſic quod ſine peccato ſuo
ab eo ſeruari poſſit ; tex. clarus,
& apertus in c.debitores : c.ſi ve-
ro , & c. verum , de iureiur. cum
ſimil. not. Abb. in c. 1. notab.3.
eo. & huius ratio eſt;quia per iu-
ramentum potius iurans obliga-
tur Deo, quam homini;dirigitur
enim iuramentum in Deum prin
cipaliter,& principalis obligatio
ei acquiritur: d.c.debitores : vbi
Hoſt. & Abb. poſt eum . Et ideo
merito tenet iuramentum; quia
ex parte Dei non eſt turpitudo :
ita Abb. in d. c. debitores : num.
3. in fi. Id quod tamen mirandum
videri potuiſſet , ꝙ ſcilicet Deus
recipere velit iuramentum in vti
litatem, & fauorem facinoroſi ho
minis, qui odio eſt Deo, vt in Pſ.
Odiſti omnes, qui operantur ini-
quitatem . Et vlterius multum
ad propoſitum facit,quod pro re-
ſponſione ad hoc mirabile dicit
Abb. in d.c.1.num.4. videlicet ꝙ
Deus non reſpicit quicquid ſit ex
parte

parte recipientis: ſed religionem & promiſſionem iurantis: ex quo enim aſſumpſit religionem iuramenti ad implementum promiſſionis, quam poteſt ſine peccato ſuo exequi; debet ob Dei reuerentiam exequi: & multo ergo magis eam exequi debet in præſenti caſu iſti, qui ab eo recepit iuramentum, in quo non eſt turpitudo, ſed iuſte recepit; & conſequenter non adeſt cauſa, vel ratio quare abſolutio in odium ſui dari debeat & valeat, ad prædicta. Addebam quoque prædicta eo magis procedere in illa facti ſpecie, quæ occurrit, in qua ſcilicet obligatio ex iuramento acquiſita erat recipienti illud ex cauſa onerosa; & ideo cum certaretur de pari cauſa damni, iſti cui ex iuramento ſine turpitudine, & peccato obligatio iuſq. acquiſitum erat, ad ſupradicta, contra ipſum iurantem pro abſolutione inſtantem atque agentem fauebat regula l. ſi ſeruum. §. ſequitur, in fi. ff. de verb. obli. videlicet quod cum par vtriuſque cauſa ſit, potentior debeat eſſe is, qui abſolutioni contradicit, quã qui eam perſequitur, vt probatur in illa lege. Ad idem reg. in pari; vbi not. de reg. iur. in 6.

Addendum quoque eſt ad confirmandam prædictam concluſionem negatiuam, quod non ſit dãda abſolutio; nam alioqui nimis inique cum ipſo, qui iuramentum d. caſu iuſte, & bona fide recepit, ageretur; & longe deterioris cõditionis eſſet, quam ipſe iurator:
86 † quoniam is recurſum habere poteſt aduerſum ſibi metum inferentem pro ſuo intereſſe, tot. ti. ff. & C. quod met. ca. ipſe vero, qui iuramentum recepit, ex abſolutione, ſeu relaxatione ſuo iure, ac ſua obligatione fruſtraretur.

Amplius conſiderare oportet, ſi admittimus iurantem prętextu metus à quocunque illati obtinere debere abſolutionem, ſiue relaxationem contra recipientẽ iuramentum licite ac bona fide, iam de facili parabitur via fraudibus, deceptionibus, atque periurijs: quoniam non erit difficile ei, qui vult circumuenire in negocio ſecum contrahentem, procurare vt ſibi à quopiam, à Patre puta, vel alio inferantur minæ, vel aliud tale, vnde poſtea probetur metus incuſſus, vt tali prætextu obtinere ſic fraudulenter valeat abſolutionem, qua mediante venire poſſit contra iuramentum atque iuratam ipſam obligationem, fallendo Deum, & proximum contra iura Canonica clamantia † non eſſe aperiendam 87
viam periurijs: vt c. debitores: c. ſi vero: c. verum, de iureiuran. cum ſimil. Et iura dicentia dolũ,
† & fraudem nemini debere pa- 88
trocinari: l. verum. §. hoc quoque: ff. pro Soc. Glo. in l. titio, in prin. ff. ad munici. Spe. ti. de arb. §. 8. ver. quid ergo ſi ſe: Cin. & Bal. in l. ſi infantem. C. de leg. Spec. ti. de ceſſ. act. §. 1. ver. ex primis: & de appel. §. 4. ver. Sed ſecundũ.
† Et fraudibus eſſe obuiandum: 89
Clem. 1. §. fi. & ibi Card. de conc. præb. extra de præſcrip. c. ſedes. & de diuor. c. quanto. §. fi. & l. in fundo. §. fi ff. de rei vendi. & in Spec. de inſtru. editio. §. 3. ver. Sed pone ergo.

De

De Metu Vano.

SEquitur videre de metu vano, qui eſt vani hominis, & qui non caderet in virum conſtantem & prudentem. Et non eſt maioris mali, ſed minoris: vt colligitur ex. l. metum, la prima, & ſeconda: ff. quod met. ca. Exemplũ ſi homo diues videat ſibi ĩminere periculum amittendi centum aureos, niſi cum Męuia contraxerit matrimonium, illud contrahit, vt ponit Couar. ſuper lib. 4. Decretal. ti. de ſponſ. & matri. in ſecunda par. cap. 3. §. 4. ſub num. 2. talis enim metus non moueret virum conſtantem, & prudentem:
91 ſed eſſet vani timoris excuſatio.

† Et in huiuſmodi vano metu nulla poteſt eſſe ambiguitas quin iuramentum tali metu extortum valeat, & teneat: quod vel ex dictis ſupra circa metum iuſtum perſpicuum eſſe poteſt, & probatur in d. l. metum, 1. & 2. cum l. nec timorem: ff. quod met. ca. & in c. ad audientiam, & clarius in c. cum dilectus, extra eo. ti. q; met. ca.

92 Sed difficultas eſſe poteſt circa abſolutionem, videlicet † an adeo obligatorium ſit iuramentum, vt abſolutio dari non debeat, ſed omnino ſeruandum ſit iuramentum, ſcilicet dummodo tale ſit factum ſuper quo iuratur, vel quod promittitur, ſiue traditum eſt, q; ſeruari poſſit iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ, iuxta d. c. cum dilectus, & c. ſi vero, & c. verum, de iureiur. & Glo. in d. c. Abbas, circa prin. glo. d. ti. quod met. ca. vel abſolutio dari poſſit, & debeat etiam ab iuramento huiuſmodi metu extorto.

Reperio enim in hoc opiniones diuerſas. Vna eſt negatiua, q; abſolutio non ſit danda pro vano metu, quia iurans tali metu neceſſe habet ſtare iuramento ſuo, quam tenet Glo. in d. c. verum, in glo. 2. de iureiur. per c. accepta: & c. ſoliciti: de reſti. ſpol. & l. metum autem: ff. quod met. ca. quia, inquit, contra vanum metum non auditur aliquis.

Contrarium vult Abb. in d. c. verum poſt Hoſt. per eum relatũ. 93
† nam dicit quod fieri debet abſolutio in odium metum inferentis, ne ex dolo ſuo ipſe reportet commodum, & alius detrimentum. Et ad iura, quæ videntur contraria, reſpondet quod pro tali metu non iuuatur metum paſſus illo Edicto, ſcilicet actione quod metus cauſa, ſed per officiũ Iudicis ei bene ſubuenitur: de hoc dicit eſſe bonam Glo. in d. c. cum dilectus: ver. neque metum: de his quæ vi met. vbi gloſ. ponit etiam alia remedia quibus ſubuenitur in minori metu.

Neque obſtat d. cap. cum dilectus, quod plus alijs iuribus videtur obſtare huic opinioni. vbi ſum. Pontifex noluit ſubuenire contra iuramentum propter minorem metum.

† Nam reſpondetur, nil mirum 94
ſi ibi ſum. Pontif. noluit ſubuenire contra iuramentum pręſtitum in minori metu; quia actus geſtus per minorem metum non tendebat ad commodum violenti, ſeu metum inferentis, ſed redundabat ad maiorem ſalutem iurantis: vnde non reperiebatur commodum

modum ex parte violenti, nec vera deceptio ex parte metum paſſi, ſed fuit dolus bonus: & ſic non eſt cur debeat fieri abſolutio in odium inferentis metum, & ne ille reportet commodum ex ſuo dolo, & alius incommodum; ob quam ſcilicet rationem dictum eſt abſolutionem fieri poſſe, & debere in minori metu: & ita ſoluit & reſpondet idem Abb. in d. c. cum dilectus, num. 10. & eſt melior ſolutio, ac reſponſio omnibus alijs: ex qua habetur regula quādo dari poſſit & debeat abſolutio à iuramento in minori ſeu vano metu.

De Metu Reuerentiali.

95 SVpereſt videre de Metu Reuerentiali ſeu obſequij, † qui contingit ex obſequio, & reuerentia, quę Prælatis, parentibus, & ſuperioribus debetur: vt dicit Dida. Cou. ſupra alleg. ſuper lib. 4. Decretal. ti. de ſponſ. & mat. parte ſecunda, cap. 3. §. 6. num. 3. & habetur per Bar. in l. interpoſitas, ſub num. 5. ver. quandoque infertur, C. de tranſact. vtputa contrahendo cum eis, ſiue cum alijs ad eorum preces & mandatum, vel ad eorum mandatū, vel preces aliquid faciendo, iuxta l. 1. §. quę onerandæ: ff. quar. rer. act. nō detur. & ibi not. & l. ad inuidiam, vbi Bar. & doct. C. de his quæ vi, & plene per D. Fla. Pariſ. d. tract. de reſig. bene. to. 2. lib. 13. q. 1. num. 166. & per plures ſequentes. Et de eo legitur, & notatur in c. inſinuante, cum concordan. adductis per glo. ibi, in ver. metu regio: qui cleric. vel vouen.

Et poſito quod iuramentum tali metu præſtitum valeat, iuxta tradita ſupra in alijs ſpeciebus metus; tamen videbatur quod abſolutio ab eo eſſet danda; † quia 96 ſubuenitur huiuſmodi metū paſſo pro reſciſſione actus ſaltem Iudicis officio, licet non per actionem quod metus cauſa: vt in d. l. 1. §. quæ onerandę, & ibi not. in Glo. in ver. belliſſime, & in ver. metu: ff. quar. rer. act. nō det. & eſt Glo. in d. l. interpoſitas, in prima Glo. & conſulit Paul. de Caſtr. in conſ. 455. ad primum, puto, num. 6. poſt medium, lib. 2.

† Verius tamen eſt abſolutionem non eſſe dandam; quia immo 97 verius eſt quod huiuſmodi metus reuerentialis non eſt cauſa ſufficiens pro reſciſſione actus, & multo minus ſufficit exiſtente iuramento: vt eſt tex. apertus in d. c. cum contingat, de iureiū. vbi plus requiritur, nempe dolus vel metus incuſſus, ſcilicet vi: & ibi id notat Abb. in primo notab. nu. 1. † Quinimmo etiam ſecluſo iu- 98 ramento, ſola reuerentia proueniens ex dignitate, vel ſuperioritate, ac metus ex ipſa reuerentia ſola conceptus non excuſat, nec præſtat reſtitutionem: vt eſt tex. clarus in alleg. l. ad inuidiam, vbi Bar. C. de his quæ vi, met. Et ex pluribus more ſuo cumulatis cōfirmat Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem, num. 11. ff. ſol. mat. † Non enim eo ipſo ſolo, ꝙ præ- 99 ſens eſt Maritus, Pater, vel alia reuerenda perſona, nec ex blandis eorum ſuaſionibus. vel precibus probatur, vel prçſumitur metus,

tus, niſi aliter probetur coactio, vel opreſſio,& ſic metus incuſſus: vt vult Inno. in c. cauſam matrimonij,num.1. de offi. deleg.& ibi ſequuntur Abb. & alij;idem Abb. in præalleg.c. inſinuante, num.7. qui cleri. vel vouen. & Alex. in d.§.eo autem : d.nu.11. Et quod ex ſola ſuperioritate,ſiue reuerentia paterna,vel ſimili nullus inducatur, nec cenſeatur metus conſiderabilis,vult aperte Iuſti.Imp.
100 meo quidem Iudicio,† in l. fi. C. qui & aduer. quos,vbi eſt tex. ad hoc illuſtrior & fortior, vt mihi videtur,omni alio . Nam eſto ꝓhibitio illius legis reſtringatur ad reſtitutionem petitam ſolum ex capite minoris ætatis,non autē ſi ex alia aliqua iuſta cauſa petitur; tunc enim lex illa locum non habet; nec reperitur quin filijs, & libertis detur illa reſtitutio, vt poſt Iac. de Are. intelligit, & declarat Bar. ibi in vltimis verbis: tamen ex ea lege dilucide deducitur quod ex paterna, vel ſimili ſuperioritate,ſiue reuerentia nullus metus,nec alius reſpectus cōſiderari debet, ex quo reſtitutio competere habeat: alioqui enim male iniuſteque ea lege caueretur huiuſmodi reuerentiam excludere reſtitutionem : ad hoc toto ti. de his quæ vi,met. ca. C.
101 ff. & extra.† Et item quia res vna & eadem non poteſt diuerſo iure cenſeri : l. eum qui ædes,vbi Bar. in ſecundo not. ff. de vſuca. & per Io. Cępha.conſ.255. num.13.vol.
102 2.† Et vna eademque cauſa ſimul &ſemel contrariorum non eſt,ſecundum Philoſo. 2. Phyſicor. tex. 30. in fine. Cui conſonat quod
103 noſtrates dicunt, † quod duo inter ſe diuerſa, & contraria vna & eadem res efficere non debet : quod colligunt ex l.Lucius,& ſeq. ff. depo.cum ſimil. Potius ergo ad propoſitum dicere cogimur, in tantum abeſt, vt ex paterna, vel ſimili ſuperioritate, ac reuerentia pręſumatur metus,vel ſimilis reſpectus,vnde reſtitutio competere habeat; vt immo propter illam reſtitutio excludi debeat, vt ea lege cauetur. Atque vera ꝓinde erit Concluſio firmata abſolutionem à iuramento ex d.capite non eſſe concedendam, ex quo cauſa prædicti metus nulla eſt,ad ſupradicta,& ſine cauſa huiuſmodi abſolutio danda non eſt,ad tradita in par.3.q.3.

Non obſtant in contrarium adducta † ex l.1.§.quæ onerandæ.ff. 104
quar.rer. act. non det. vbi ex capite dictæ ſuperioritatis, ſeu reuerentiæ faltē Iudicis officio datur reſtitutio, & ad hoc ille tex. eſt fundamentalis & ſemper allegatur. Nam reſpondetur quod ille tex. non aduerſatur præmiſſæ Concluſioni, quoniam ibi non eſt ſola obedientia ſiue reuerentia, quæ excuſat, ſed vlterius præſupponitur aliqua cauſa iuſti timoris, vtputa aliquæ minæ, vel verbera,quę præceſſerint, vel alia ſimilis cauſa timendi. nec aliter ſentiunt duæ Gloſſæ ibi in ver. belliſſime in fi. glo. & in ver.metu ſolo; quæ pręſupponunt metū: & patet ex eo tex. in eo quod dicit, quod ſi libertus promiſit aliquid Domino,non poteſt petere reſtitutionem allegando metum; ſed debet Iudex procedere cauſa cognita, vt ſcilicet videat an iuſte habuit timere, prout illum tex.

tex. expendit Abb. pan. in c. cum dilectus, num. 7. de his quę vi, & in cap. cum contingat, num. 1. in primo not. de iureiur. Quod extendit idem eſſe in vxore allegante ſe aliquid feciſſe ob reuerentiam mariti, vt ſola reuerentia non excuſet, ex Bar. & Inno. vbi ſupra citatis.

105 † Et idem in Clerico, qui vult repetere beneficium, cui renunciauit, allegans ſe propter reue-
106 rentiam Epiſcopi renunciaſſe. † Et ſic onus probandi cauſam iuſti timoris incumbit eam alleganti; quia ex dignitate, ac ſuperioritate, ſiue reuerentia debita non præſumitur, nec ſufficit illius allegatio: vt per prædictos, & per Did. Cou. ſupra alleg. ſuper lib. 4. Decretal. ti. de ſponſal. par. 2. c. 3. §. 6. nu. 4. ſequitur D. Flam. Pariſ. in alleg. tract. de reſig. ben. to. 2. lib. 13. q. 1. num. 172. & nominatim conſulit Paul. de Caſtro conſ. 174. incip. contra ſuperius; verſus finem, ver. ſciendum tamen lib. 2.

Et ad prędicta adde Alex. ſupra citatum in l. ſi cum dotem. §. eo autem, num. 11. cum multis per eum adductis: ff. ſol. mat.

107 Amplia ſupradicta, † vt ſcilicet non ſufficiat ſola reuerentia, nec ex ea arguatur metus, vt procedant, nedum vbi poteſtati ſubditus contrahit cum extraneo ex ſuaſione, ſiue ad mandatum, vel preces eiuſdem, cui ſubijcitur, ſcilicet ſuperioris, Patris, Mariti, vel ſimilis; ſed etiã ſi cum eiſdemmet contrahat; vt hanc Ampliationem in filio cum Patre contrahente firmat Alex. contra Rom. in d. §. eo autem, d. num. 11. ver. Dicebat tamen Rom. pro qua dicit eſſe tex. apertum in c. quamuis, de pact. lib. 6.

† Secundo prędicta de ipſo metu obſequiali, quod non excuſet 108
nec reſcindat actum, amplia vt procedant etiam in his in quibus libera voluntas, & ſpontaneus cõſenſus requiritur, vt in matrimonio, ad late tradita per Couar. d. §. 6. per tot. Et per Alex. vbi ſupra citatum. ver. puto, quod rectius.

† Excepto tamen ingreſſu re- 109
ligionis, vt ibi per eum.

† Limitanda ſunt eadem, quę 110
dicta ſunt de ipſo metu reuerentiali, ſcilicet vt non ſit iuſta cauſa abſolutionis, ſeu item reſciſſionis actus, vt non procedant vbi is cui obſequium, ac reuerentia debetur, eſſet adeo diræ, ac ſæuæ naturę, vt facile ſauire ſoleat contra ſuis votis non obtempe-
rantes. † nam iſtiuſmodi iuſſio, 111
ſiue preces pluſquam reuerentialem metum incuterent; nam iuſtum, & excuſabilem metum inducerent: Abb. in d. c. cum dilectus, num. 8. & in c. inſinuante, in fi. qui cle. vel. vou. D. Flam. Pariſ. d. q. 1. num. 179. & ſeq. idem Abb. per eum alleg. cum alijs in c. Abbas, num. 4. d. ti. de his quæ vi met. ca. Tunc intrat illud Poetæ ignoti.

Eſt orare ducum ſpecies violenta iubendi;
Et quaſi nudato ſupplicat Enſe Potens.

pro quo eſt Gloſ. in l. 1. ver. quemadmodum: ff. quod iuſſu.

† Et idem ſi alia iuſta cauſa 112
vna cum ipſo obſequiali, ſeu reuerentiali metu allegaretur, & probaretur, vtputa nimia perſua-

Ppp 2 ſio,

ſio, ac ſolicitatio, ſiue importunę preces, ſecundum Inno. in c. petitio, in primis verbis, de iureiu.

113 † nimia enim perſuaſio, per quam quis inducitur ad aliquid, loco compulſionis, & coactionis habetur: vt egregie conſulit Paul. de Caſtr. in conſ. 174. contra ſuperius, paulo poſt prin. in prima par. per l. ff. de ſer. cor. l. 1. §. 2. ibi, perſuadere. Neque eſt ſine ſuſpicione calliditatis, & machinationis: vt per Caſtr. ibi per d. legem, & ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. ſi quis volentem, ver. ſed ſi volente, & conſequenter non deeſt ſu-

114 ſpicio Doli: † quippe calliditas, & machinatio idem eſt quod dolus: l. 1. §. dolum: ff. de dolo. & per Caſtr. vbi ſupra.

115 † Item propter nimiam, & eceſſiuam lęſionem metus ipſe reuerentialis iuſtificaretur, eſſetque iuſta cauſa abſolutionis iuramenti, ſeu item reſciſſionis actus, etiā non docto aliter de minis, vel alia ſimili cauſa. nam ex enormiſſima læſione præſumitur machinatio, & dolus, atque coactio, ac ſubinde peccatum mortale ex parte eius, cui reuerentia debetur, & actus non ſpontaneus, ſed ob nimiam reuerentiam, & timorem geſtus: ac proinde iure iuramenti relaxatio eſſet concedenda: vt in terminis huiuſmodi metus reuerentialis in filia bonis paternis, & maternis patri renunciante copioſe deducit Caſtr. in alleg. conſ. 174. per totum: & ad contrarium cap. quamuis, de pact. in 6. vbi tex. innuit quod non præſumitur Pater induxiſſe filiam vi, metu, vel dolo, niſi appareat, ipſe reſpondet ſub num. 3. quod ibi non enormiter filia lædebatur à Patre: vt ibi latius per eum deducitur: eadem conſulit in conſ. 305. incipit, notandum: in 2. par. & in eiſdem terminis, ſcilicet enormiſſimæ lęſionis intelligenda ſunt, quę idem conſulit de ipſo metu reuerentiali in conſ. 455. ad primum puto, eadem par. 2. vt etiam ibi patet ex eo. Adde Couar. præalleg. ſuper lib. 4. Decret. ti. de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 4. quaſi in fi.

† Prędicta amplia, vt durante 116 cauſa, ex qua ipſe reuerentialis metus iuſtificatur, parum referat ſeu actus fiat in præſentia eius cui reuerentia debetur, ſeu in abſentia: prout late deducit Alex. in alleg. l. ſi cum dotem. §. eo autem, num. 11. ver. Adde etiam: ff. ſol. mat.

† Prędictis etiam adde circa 117 cauſas, ex quibus habet iuſtificari metus reuerentialis, quod illæ multum reſident in arbitrio Iudicis; qui conſiderare habet naturā tum eius, cui reuerentia debetur, tum eam debentis: ſunt enim quidam qui facile verbis verbera iungunt, quidam mitiores qui ſolum minantur. Item conſiderandus eſt ſexus; nam minor cauſa excuſat mulierem, quam virum: & ſic his & alijs circūſtantijs perpenſis, Iudex arbitrabitur de reuerentiali metu: vt tradit Abb. in d. c. cauſam matrim. de offi. dele. & in c. cum dilectus, num. 8. de his quę vi, met.

CASVS

CASVS QVARTVS.

DE VI.

SVMMARIVM.

1 *Vis conditionalis quæ ſit, & qualiter fiat.*

2 *Vis abſoluta quæ ſit, & qualiter fiat.*

3 *Abſolutio a iuramento propter vim an, & quando dari debeat, vel non.*

4 *Vis abſoluta, quæ & maior dicitur, excludit conſenſum.*

5 *Iurare verbaliter quis cogi nequit.*

6 *Loqui quis cogi præciſe non poteſt: quod exemplis oſtenditur, & ratione, nu. 8.*

7 *Philoſophus quidã propter mortem ſuæ matris loqui amplius noluit.*

CIRCA vim eſt dicendũ.
1 † Aut eſt vis conditionalis, quæ nõ prçciſe cogit, ſed incutit metũ: & de hac dictum eſt ſatis ſupra in priori caſu
2 de metu. † Aut eſt vis abſoluta, quę prçciſe, & abſolute cogit, cui-
3 que non poteſt reſiſti, † & in hac eſt dicendum non eſſe opus abſolutione; quia iuramentum non eſt obligatorium, vt dictum fuit ſupra in d. primo caſu in prima ſpecie metus, in prima limit. † Nam 4
huiuſmodi vis maior, & abſoluta, cum ei non poſſit reſiſti, non habet conſenſum; & homo potius tunc dicitur pati, quam agere: ita diçit Abb. in c. verum, num. 3. de iureiur. per c. ſacris, quod met. ca. & de baptiſ. c. maiores, & 50. diſt. Presbyteros. Et iuramentũ conſenſus defectũ non ſupplet: vt adnotaui ſupra in prima ſpecie metus, in fine ex c. fi. cum ibi notatis, de pact. in 6. Et ſubdit Ab. ibidem quod hoc dictum eſt verũ in ſe. Verum ipſe Abb. poſt Ioa. And. dubitat circa practicam hu-
ius dicti; † quia non videtur quod 5
quis poſſit cogi abſolute iurare
verbaliter, † cum non poſſit quis 6
cogi prçciſe ad loquendum: & de
hoc † refert exemplum de quo- 7
dam Philoſopho, qui vocabatur Secundus, qui propter caſum matris plus loqui nolebat; & ideo ſcripſit Adriano in tabula, vocis meæ proferendæ nulla tibi poteſtas eſt. Et de quodam homine libero, qui coniurationem fecerat contra tyrannum, quem cum ipſe tyrannus ſupplicijs vellet inducere ad prodendum ſocios coniurationis, ille linguam ſuam momordit atque abſcidit, & in os tyranni ſçuientis abiecit: & ita pertranſit Abb. vbi ſupra.

Et vide pulchra verba Baldi ꝑ ratione prædictæ difficultatis, ꝙ coactio abſoluta non videtur, ꝙ

cadat

cadat in actu, & conſenſu verbi; in d. c. ſacris, num. 2. de his quæ vi,
8 met. ca. † quia, inquit, actus verbi habet organa propria, quę de ſubiecto in ſubiectum ambulare non poſſunt, nec extorqueri per vim niſi interueniat aliquis conſenſus, ſicut totus mundus non poteſt facere quod mutus loquatur: quod patet in dictis exemplis.

CASVS QVINTVS.

De Dolo ex propoſito.

SVMMARIVM.

1 *Dolus ineſſe iuramento dupliciter intelligi poteſt, ſcilicet vel ex parte iurantis, vel eius cui iuratur, nu. 3.*

2 *Abſolutio a iuramento doloſo ex parte iurantis dari non debet.*

4 *Abſolutio a iuramento doloſo, ſcilicet propter dolum adhibitum ex parte recipientis iuramentum an ſit neceſſaria: quod non: intellige vt num. 5. 10.*

5 *Iuramentum doloſum ex parte recipientis non eſt obligatorium; intellige vt ibi, & nu. 10.*

6 *Iuramentum abſque conſenſu non obligat.*

7 *Dolo inductus non intelligitur cõſentire, nec ſibi praiudicat, num. 8.*

9 *Iuramentum non obligat ad incogitata.*

11 *Dolus probandus eſt ab eo, qui illum allegat.*

12 *Dolus non præſumitur regulariter.*

13 *Dolus qualiter, & ex quibus probari valeat.*

14 *Doli probatio multum reſidet in arbitrio Iudicis, & qualiter Iudex in ea ſe gerere debeat.*

15 *Dolus ex propoſito, & Dolus re ipſa qualiter differant.*

QVINTVS Caſus ponitur in dolo, eritque videndum an ob dolum danda ſit abſolutio, vel non à iuramento, cui dolus adfuit: vel non ſit opus abſolutione, quaſi ex dolo iuramentum non ſit obligatorium.

† Et iuramentum doloſum dupliciter intelligi poteſt, nempe ex dolo ahibito in iuramento ab ipſomet iuratore, vt quia intentio eius eſt doloſa, quia ſcilicet intendit alium decipere, & ſupplantare, de quo late agit Dom. 1

Soto

Digitized by Google

Soto in iam alleg.tract.de iuſti.& iure: lib.8. q.1. arti.7. in quarto argum.

Et de hoc non loquimur nos;
2 † quia vix eſt vt quis à tali iuramento à ſe præſtito prætendere poſſit abſolutionem; tum quia ſibi non crederetur allegando ſe ſimulate, ac doloſe, & ſine intentione promiſſa adimplendi iuraſſe, ad ea quæ dicta ſunt ſupra in tertio caſu, in prima ſpecie metus, in tertia Ampliat. Tum quia non audiretur, vtpote allegans turpitudinem ſuam à ſe commiſſam in deceptionem, & damnum alterius, iuxta Theoricam Panor. in diſput. ſeu quęſt.2. incipit, ſtāte ſtatuto, col. fi. quam retuli ſupra in hac eadem parte in primo caſu, ſub num. 16.

3 † Vel ſecundo modo intelligitur doloſum iuramentum ex dolo adhibito à recipiente iuramentū, ideſt eo cui iuratur, quia per dolum, & fraudem induxit iurantem ad ſic iurandum, & promittendū.

4 Et concludendum eſt, † quod iurans ſic dolo inductus, & dece-
5 ptus non eget abſolutione; † quia iuramentum non eſt obligatoriū: quod eſt verum vbi eſt talis dolus qui habet excludere conſenſum in ipſo iurante: ita concludit Ab. in d. c. cum contingat in tertio notabili, num.3. de iureiur. ex notatis à Ioan. And. in c. vni. de cō-
6 mod. † nam iuramentum non obligat abſque conſenſu, immo nec vltra conſenſum: vt dicit idē Abb. in d. cap. vni. ſub num. 19. & patet quod non habuit conſenſum iurandi prout iurauit, ex quo fuit
7 deceptus, † dolo enim deceptus non dicitur conſentire: vt eleganter docet Domi. Flami. Pariſ. in ſępe alleg. tract. de reſign. bene. tom.2. lib.13. quæſt.3. num.9. † & 8 ideo qui dolo facit, nil ſibi præiudicat, vt per eum ibi in ſuperiori numero iuribus, & auctoritatibus per eum allegatis. Vnde cum aliter res ſit, quam ipſe cogitauerit, iuramento etiam ipſo non obligatur; † quia eſt regulare ꝙ 9 iuramentum non obligat ad incogitata, pro quo, vt allegationes longiores euitem, remitto ad aureum reperto. Bertach. ver. iuramentum, il primo, num.8. qui plurimas congerit. Et ad iſta addo eundem Abb. in d. c. cum contingat, nu.23.

Cęterum eſt aduertendum qualis debeat eſſe dolus; † quia non 10 qualiſcunque dolus ſufficit: non enim ſufficiens dolus eſt, quo fatui, & ſimplices deciperentur; ſed debet is eſſe, qui caderet in conſtantem, & prudentem virum, id eſt qui prudentes haberet fallere; vt dicit Abb. in c. cum dilectus, num.4. & 12. in fine: de his quæ vi met. ca. Dominus Flam. Pariſ. in alleg. quęſt.3. num.13. qui alios alleg.

† Scito tamen quod dolus eſt 11 probandus per eum, qui illum allegat: Bartol. in l. ſi quis ex argētarijs, §. pen. vbi etiam Caſtren. ff. de eden. glo. in l. cum ita. §. fi. de leg.2. in l. quoties. §. qui dolo: ff. de prob. Spec. ti. de pigno. §.1. ver. ſed quis probabit. D. Flam. d. q.3. num.16. qui alios allegat: eſt enim delictum: l.1. §. nunc tractemus: ff. de tutel. idem D. Flam. ibi, num.5. poſt alios à ſe citatos:
† ideo non præſumitur, niſi pro- 12 betur, regulariter: idem Domin.

Flami.

Flami.ibi,nu.16. qui multos congerit, & in reperto. Berta. ver.
13 Dolus, il primo,num.38.† Et adde quod non poteſt probari niſi per coniecturas & ſigna, cum cõſiſtat in animo: & quando ſigna ſunt manifeſta, dicitur Dolus verus: quando non patent, dicitur Dolus præſumptus: ita dicit Ab. in d.c.vni. num.13. ver. & licet: de commo. pro cuius declaratione videndus eſt Bar. in l. quod nerua. num.14. & ſeq.ff.depoſ.

Qualiter autem & ex quibus coniecturis,& ſignis probari poſſit, inquiras penes Maſcard. in tract.de proba.concl.531.vbi late, quem citat cum alijs idem Dom. Flami.d.q.3.num.18. per Bart. & al. in d.l.ſi quis ex argentarijs:ff. de eden.

Et quando & ex quibus præſumatur,vel probetur,videre etiam poteris late in reperto.Berta.in ver. Dolus prӕſumitur,per tot.

Et cum non ſit certa probatio doli, ſed ex coniecturis, & præſumptionibus ſit probandus,ad ſu
14 pradicta,† dici poteſt multum reſidere in arbitrio Iudicis qualis dolus ſit ſufficiens, qui ex qualitate,& conditione perſonarum id habebit diudicare,ad ea quæ traduntur de metu,de quo per Abb. in d.c.cum dilectus,num.8.de his quæ vi met.& Couar.ſuper alleg. ti.de ſponſ.& mat.par.2.cap.3.§. 5.num.10.Nauar.in Man. cap.22. num.51.ver. ſecundum: abunde per D.Flam.Pariſ. lib.13. ſupra alleg.q.1. num.58. cum ſex ſequ. & num.103.& nominatim in dolo colligitur ex Bart.in l.ſi.C.de ꝓb. & Spec. de expen.§.ſi. ver. tu autem, & Felin. in cap.ſi autem,de reſcr.

† Et hæc de dolo ex propoſito 15
adhibito dicta ſint quatenus intentioni tractatus noſtri conuenire viſa ſunt. Quid de dolo,qui re ipſa interuenire dicitur, definiendum ſit,dicam infra caſu viij. vbi de læſione agitur, ob quam ſcilicet dolus re ipſa interuenire dicitur,ad ea quæ declarat Abb. in d.c.cum contingat,num.23. infra in d.caſu allegandus.

CASVS VI.

De defectu Iudicij, deque iuramento temerario. In quo agitur de temeritate ex audacia, ex calore iracundiæ, & ex imprudentia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum requirit tres Comites ad eius validitatem, ſcilicet veritatem, Iudicium, & iuſtitiam, ſine quibus potius periurium cenſetur, & non eſt obligatorium.*

2 *Temeritas, & temerarium iuramentum quotupliciter accipian-*

cipiantur: & num. 3.4.5.6.

7 *Abſolutio a iuramento temerario ex eo quia eius obſeruantia continet periculum interitus animæ vel corporis non eſt neceſſaria, quia iuramentum non eſt obligatorium.*

8 *Abſolutio non eſt neceſſaria a iuramento, quod continet peccatum veniale, & ſic diſpendium ſalutis animæ, quia iuramentum eſt temerarium, & non obligatorium.*

9 *Abſolutio non eſt neceſſaria à iuramento temerario ex eo, quia dicitur vergere in peiorem exitum, quia iuramentum non eſt obligatorium, nu. 8.9.10.13.*

10 *Iuramentum in peiorem exitum vergere, cur ſic dicatur.*

11 *Iuramentum in peiorem exitũ vergere ſex modis dicitur, ex quibus & temerarium cenſetur: & non eſt obligatorium neque ſubinde eget abſolutione, ſed propria auctoritate poteſt iurans contrauenire: num. 8.9.10.13.*

12 *Iuramentum de re indifferenti cuius obſeruantia per accidẽs inducit peccatum mortale, vel veniale, non eſt obligatorium, & abſolutione non eget.*

13 *Iuramentum tendens ad excludendum opus ex charitatis lege, vel alioqui ex neceſſitate faciendum non eſt obligatorium, & non eget abſolutione.*

14 *Iuramentum tendens ad excludendum opus de genere bonorum non eſt obligatoriũ, & non eget ab abſolutione, ſed propria auctoritate iurãs contrauenire poteſt: declara vt nu. 12.*

15 *Iniuſtiæ duæ ſunt ſpecies, ſcilicet facere malum, & declinare à bono.*

17 *Iuramentum tendens ad excludendum opus indifferens ex charitate pro Deo, vel proximo faciendum, non eſt obligatorium, & abſolutione non eget.*

18 *Abſolutio an ſit neceſſaria à iuramento de non fideiubendo; quod non: & nu. 15. 18. Amplia ut nu. 15.*

20 *Proximum diligere ſicut nos ipſos ex Dei præcepto tenemur.*

21 *Proximo in neceſſitate qualiter, & in qua ſubuenire teneamur, & nu. 22.*

23 *Iuramentum de non faciendo opera pietatis, & perfectionis non obligat.*

24 *Abſolutio a iuramento de non mutuando non eſt neceſſaria, quia iuramentum de ſe non obligat,*

25 *Abſolutio a iuramento temerario ex calore iracundiæ, an & quando ſit neceſſaria, vel non: & nu. 30. 31.*

26 *Calore iracundiæ quicquid ſit, vel dicitur non prius habetur ratum, niſi perſeuerantia ſequuta declaret animi iudicium ſiue conſenſum affuiſſe.*

27 *Confeſſio ex calore iracundiæ emanata non præiudicat niſi detur perſeuerantia.*

28 *Votum vt ſit obligatorium & validum, requirit deliberationem, propoſitum voluntatis*

tis ex ipſa deliberatione firmatum, & promiſſionem.

29 *Iuramentum eadem requirit, quæ votum ad eius validitatem.*

32 *Abſolutio à iuramento temerario, quod alioqui licitum eſt, & ex neutra parte obſeruantia inducit peccatum, non eſt danda, quia iuramentum regulariter eſt obſeruandum.*

33 *Iuramentum ex defectu trium Comitum, ſcilicet veritatis, Iuſtitiæ, & Iudicij, vel alterius eorum inualidum eſſe,* & *non obligatorium, & non egere abſolutione quomodo, & quando verum ſit.*

34 *Abſolutio à iuramento temerario ſtricte,* & *proprie ſumpto quando danda ſit, vel nõ: remiſſiue.*

NVNQVID iuramentum temerarium ſit obligatorium, egeatq. abſolutione, nec ne hoc ſexto caſu definiemus. Et videbatur non eſſe obligatorium, & ſubinde abſolutio non eſſe neceſſaria ex defectu Iudicij Comitis neceſſarij iuramenti, ad tradita ſupra in
1 Præludijs; vbi vidimus † ad validitatem iuramenti requiri tres Comites, ſcilicet veritatem, iuſtitiam, & iudicium, & ſi quis horum Comitum deficiat, iuramentum rationem iuramenti non habere, ſed potius periurium cenſeri, iuxta illud Hierem. & iurabunt viuit Dominus in Veritate, Iudicio, & Iuſtitia: vt in c. & iurabunt, 22. qu. 1. & in c. animaduertendum, eadem, q. 2. & in c. & ſi Chriſtus, vbi Abb. declarat, n. 8. de iureiu. & ad dicta latius ſupra in Prælu. 4. in prin. & per tot.

Pro reſolutione operępretium viſum eſt pręmonere, quod iuramentum Iudicio carere, temerariumque eſſe multipliciter intel-
ligi poteſt. † Et quatenus propo- 2
ſito conuenire poteſt, temeritatẽ tripliciter in iuramento principaliter, large tamen, conſiderare
poſſumus. † Primo modo princi- 3
pali quatenus Iudicij defectus, ſiue temeritas prouenit ex audacia in malum, prout hoc modo temeritatem intelligit vocatque Card. in Clem. 1. §. porro: de ſum. Trini. ſecundum quam ſcilicet ſine iuſta cauſa ſcienter quis facit aliquid de prohibitis, vel negligit præcepta: vt explicat idẽ Card. in Clem. 1. §. ſi quis, de re iudi. Et ſecundum hunc modum large accipitur temeritas, largeque iuramentum temerarium dicitur. Proprie autem vocatur iniuſtum, vel iniquum, vt notatum eſt ſupra in 4. Pręludio, nu. 37.

† Secundo modo principali cõ- 4
ſiderare poſſumus temeritatem quatenus Iudicij defectus ineſt ei ex calore iracundiæ: & ſecundum hunc modum proprie dicitur temeritas, & iuramentum temerarium, prout illud vocat ſummus Pontifex in c. ſicut ex litteris: vbi doct. de iureiur.

† Tertiò modo principali con- 5
ſiderare poſſumus temeritatem in iuramento, & temerarium eſſe, ac dici iuramentum quate-

nus

nus defectus Iudicij eſt ex inconſideratione ac fatuitate, ſeu ex defectu conſilij;& ſic prout temeritas eſt ſpecies imprudentię; & ſecundum hunc modum ſtricte, & proprie accipitur temeritas: vt eam intelligit D.Thom.2.2.q.35. arti.15.& Gloſ.in c.1. ver. temerarius, de ſent. excom.in 6.& ibi Ioan.And. & ad notata per Doct. in c.finem litibus: de do. & cont. & in l. eum quem temere: ff. de Iudi.& Lanfr.Oria.in Praxi ſuper c. quoniam contra: ti. de expen. nu.5. de proba. ac ſtricte, & proprie iuramentum dicitur temerarium,ad notata ſupra in d.4. Prę lud. nu.34. De quibus tribus modis iuramenti temerarij agit Ab. in c. ſi vero, de iureiur. & in d.c. ſicut ex litteris, eod. vbi etiam alij.

De Temeritate ex Audacia ad malum.

RVrſus iuramentū, prout largo modo dicitur temerariū, ſcilicet iuxta primum modū,multifariam dici poteſt temerarium.

6 † Namque vno modo ſic dicitur temerarium iuramentum vbicunque ob eius obſeruantiam periclitatur ſalus animæ, ſeu corporis, ſcilicet quia in eius obſeruantia ineſt peccatum mortale,quod ſcilicet adimit vitam æternam, vel periculum amittendi vitam hanc temporalem, iuxta ea, quæ explicat Abb. in d. c. ſi vero, nu. 2. per totum,de iureiuran. caret enim prudentia ac animi Iudicio eiuſmodi iuramentum, & eſt temerarium:vt declarat idem Abb. ibidem, ver. nam ex his.

† Et hoc iuramentum non eſt 7
obligatorium, & non eſt neceſſaria abſolutio, quia iurans poteſt, immo debet propria auctoritate contrauenire: vt tradit Abb. in loco citato.

† Secundo modo eſt temerariū 8
iuramentum, quod vergit in diſpendium ſalutis animæ, ſcilicet per quod quis obligatur ad peccatum veniale: fit enim temere tale iuramentum; quia licet eius obſeruantia non ducat ad interitum vitæ æternę, prout facit obſeruantia eius quod continet peccatum mortale; tamen affert diſpendium vitę ęternæ,ideſt diminutionem, quia retardat ne cito ad eam perueniatur; quia decedens in peccato veniali retinendus eſt in Purgatorio: iuxta Cōcil.Trid. & declarat Abb. in d. c. ſi vero,num.3.verſi.dicitur autē. Et hoc iuramen. ſimiliter non eſt obligatorium: c. ſi aliquid, il 1. 22. q.4.

† Tertio modo iuramentum 9
dicitur temerarium, & non eſt obligatorium vbicunque vergit in peiorem exitū,videlicet † quia 10
peius eſſet illud obſeruare, quam infringere: vt dicitur in d.cap. ſi aliquid.

Et hic modus eſt multum generalis, & poteſt in ſe comprehendere peccatum mortale,& veniale.† Et habet ſex capita, ſecundū 11
quæ iuramentum dicitur vergere in peiorem exitum: vt dicit Abb. in d. loco, ver. tertio caſu, poſt Archid in dicto cap. ſi aliquid: & ſecundum quę ſex capita dici poteſt iuramentum eſſe temerarium, prout etiam retuli ſupra

in prima par. q. 2. ver. in peiorem exitum: vbi pariter explicaui hos ſex modos, ſeu hęc capita iuramenti temerarij. Quorum duo iam poſita ſunt in primis duobus præmiſſis modis, ſcilicet vbi iuramentum vergit in interitum ſalutis æternæ, ſiue etiam vitæ temporalis; & in diſpendium
12 ſalutis æternæ. † Tertium caput eiuſdem iuramenti in peiorem exitum vergentis, & ſubinde temerarij eſt cum iuratur aliquid quod in ſe eſt indifferens, tamen ex circunſtantijs accidentibus efficitur veniale, vel mortale. Pone exemplum ſecundum Abb. vbi ſupra, & Archid. in d. c. animaduertendum, 22. q. 2. ſi quis iurauerit quod nunquam erit negociator, vel miles, vel non recipiet feudũ à tali Domino, vel quod non recipiet mutuum, vel aliud quid ſimile: Certe contingente caſu, quod iſte cogatur fieri negociator, vel miles, vel recipere feudum à tali Domino, à quo iurauit non recipere, vel cogatur recipere mutuum, vtputa quia non poſſet aliter viuere, niſi veniat contra iuramentum ea faciendo, quæ iurauit non facere, non tenetur illud obſeruare: nam tale iuramentum cenſetur temerarium, & non eſt obligatorium. Ratio eſt ea, quia ſi à principio talis caſus neceſſitatis fuiſſet, vel eum præmeditatus eſſet, & nihilominus iuraſſet, iuramentum, vtpote abſque prudẽtia, & ſano animi Iudicio emiſſum, fuiſſet temerarium: & ideo non eſt opus abſolutione, & propria auctoritate poteſt contrauenire, ſecundum Archid. in d. cap. animaduertendum. quod Abbas vbi ſupra dicit eſſe notandum.

† Quartum caput prædicti iuramenti, quod dicitur vergere in peiorem exitum ſecundum Arch. in prælleg. c. ſi aliquid, eſt illius iuramenti, per quod excluditur opus ex neceſſitate, ſeu ex obligatione legis charitatis faciendũ: vt quando quis iurat quod nihil ex charitate dabit tali, vel quod non colet Deum; huiuſmodi iuramentum eſt indiſcretum, & temerarium, & proinde non eſt obligatorium; quia non eſt veriſimile quod Deus recipiat talia iuramenta, cum ipſe præcipiat opera charitatis exerceri: & iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum: c. quanto: de iur. & ita declarat Abb. hoc caput in dicto cap. ſi vero, ſub num. 3. ver. quarto. 13

† Quintum caput eſt cum iuramentum eſt excluſiuum operum, quæ ſunt de genere bonorum, puta quod nunquam erit Epiſcopus, vel Clericus, vel Monachus, vel dignitatem nullo caſu acceptare; nam tale iuramentum videtur ex temeritate & imprudentia proceſſiſſe, & non eſt obligatorium. Et licet quibuſdam aliter hoc caſu viſum ſit; tamẽ ita tenuit Arch. in prçallegato c. ſi aliquid, il primo, 22. q. 4. poſt Raym. quos refert & ſequitur Abb. in d. c. ſi vero, num. 4. ver. quinto: & hanc partem ipſe probat duobus fundamentis. Primo namque † duę, inquit, ſunt ſpecies iniuſtitię, facere malum, & declinare à bono: vnde ſicut non obligat iuramentum ad faciendum malum, ita videtur quod non obliget ad declinandũ à bono; cum nulla ſit vtilitas in obſer- 14 15

obſeruatione huius iuramenti. Secundo cum Dominus conſulat opera perfectionis, contrarium quodammodo eſſet, ſi vellet quod occaſione talis iuramenti abſtineretur à bono: & reſpondet ibi-
16 dem ad contraria. † Quam tamẽ opinionem ipſe intelligit, & reſtringit vbi eſſet contraueniendũ dicto iuramento propter bonum publicum: ſecus ſi niteretur quis contrauenire propter bonum priuatum, ſcilicet quia cupit præeſſe, non prodeſſe; nam hoc caſu ipſi placet opinio contraria; ad hoc allegat c. qui Epiſcopatum. 8. q. 1. Et explicatius retuli in 2. par. in 2. qu. in extenſione 2. primi membri, ſub num. 29. vbi ijdem hi ſex modi iuramenti in peiorem exitum tendentis explicantur.
17 † Sextum caput, ſecundum quod iuramentum dicitur vergere in peiorem exitum, eſt cum excludit opus indifferens pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum: vt ſi quis iurat quod non loquetur Martino, vel non intrabit Domum eius, vel quid ſimile, vt hoc caput ponit Abb. in d. c. ſi vero, num. 5. ver. ſexto dicitur.

Et ſecundum eum huiuſmodi iuramentum non eſt obligatoriũ; & ideo ſi contingit caſus in quo velit pia intentione pro vtilitate, & ſubuentione proximi, vel propter Dei honorem contrauenire, poteſt id facere propria auctoritate; quia non tenetur obſeruare tale iuramentum: ita tenet Abb. vbi ſupra, & ad hoc eſt tex. in c. cum quidam, vbi idem Abb. circa fi. de iureiur. etenim temere ſine prudentia atque perfecto animi Iudicio præſtitum fuit huiuſmodi iuramentum; debuerat enim cogitare de euentu huiuſmodi operis pia intentione pro charitate, & Dei amore adimplendi; & ſi cogitauit, & nihilominus iurauit non facere, iuramẽtum magis fuit temerarium.

Infertur ad Deciſionem illius articuli † de iuramento præſtito 18
de non fideiubendo, quod præſtare ſolent aliqui in charitate frigidi, vel ex eo forte, quia ſoluerunt de ſuo pro aliquo: nunquid ligentur huiuſmodi iuramento, vel ſine abſolutione poſſint contrauenire, ſi velint fideiubere pro Amico; quem articulum diſcutit Ab. in d. c. ſi vero, d. num. 5. & de quo prius conſuluit Oldr. conſ. 90. incipit: quidam iurauit; & habetur de eo late per Ioan. And. in addi. ad Spec. ti. de iureiur. ſuper rubr. In quo Abb. concludit iuramentũ non eſſe obligatorium.

† Amplia ſecundum eundem 19
Abb. ſupra citatum in d. c. ſi vero, d. num. 5. verſ. ex his, non ſolum vbi periclitaretur ſalus proximi, niſi pro eo fideiuberet (quo caſu certum eſt iuramentum non tenere, quia iuramentum non poteſt extendi ad hunc caſum incogitatum, & ſi cogitauit hunc caſum, magis fuiſſet temerarium iuramentum, & ſic non obſeruandum, vt concludit Io. And. ſupra citatus: & per aliam rationem, de qua per Abb. in dicto loco) verum amplia, inquam, etiam vbi proximus non eſt in tãta neceſſitate, vt periclitetur ſalus, ſed tamen vere indiget tali fideiuſſione; quia etiam hoc caſu iuramentum non eſt obligatorium, ſecundum

dum eundem Abb.vbi ſupra. Mo-
20 uetur eo,† quia tenemur ex pręcepto Dei diligere proximum ſicut noſmetipſos, iuxta Euang. & habetur de pænit.diſt.2.c. charitas. §. proximos ; ideo tenemur eis ſubuenire in ipſorum neceſſitatibus : ergo per iuramentum non poſſumus nos ſubtrahere ab hac pietate ex neceſſitate fienda: præſertim attenta ea opinione,
21 † quę habet quod tenemur ſubuenire proximo in ſuis neceſſitatibus indiſtincte ex pręcepto, videlicet etiam quod non patiatur neceſſitatem omnimodam, & ineuitabilem: de qua re habetur in c.paſce.86.diſt.& c.1.& 2.84.diſt. & c.ſcimus,43.diſt.& per D.Tho. 2.2.q.32.art.5.

22 † Subamplia hanc Ampliationem, vt iuramentum non ſit obligatorium etiam tenendo aliam opinionem, videlicet quod non omnis neceſſitas obliget ex præcepto ad ſubueniendum proximo, ſed ſolum omnimoda,& ineuitabilis, ſcilicet ex qua proximus non poſſet ſine ſubuentione ſuſtentari, & ſibi conſulere: quam tenet S.Tho. 2.2.q.32. arti.5. præalleg. & eſſemus extra caſum eiuſmodi neceſſitatis;& ſic in caſu,in quo iuxta hanc opinionem fideiuſſio non eſt de præcepto : nam nihilomagis quis tenetur ad obſeruantiã talis iuramẽti de non fideiubẽdo, ſecundum eundem Abb. in d.cap. ſi vero,ſub num. 6. & mouetur ea ratione; quia licet, inquit, fideiuſſio tali caſu non ſit de pręcepto, tamen eſt de conſilio, & eſt opus ex pietate faciendum propter Deum, & amorem proximi:
23 † & non poteſt quis obligari, vt non faciat opera pietatis, & perfectionis; cum non ſit veriſimile quod Deus recipiat talia iuramenta contra conſilium ſuum;ne inducatur contradictio , vt & dictum eſt ſupra . nam ipſe Deus in Euang. dicit,ſi vis perfectus eſſe vade,& vende &c.

Dicit tamen Abb. ibi quod ſi quis non obſeruat,nõ peccat,poſt Gratia. in c.ſi.22. q. 4.

Infertur item ad deciſionem
alterius ſimilis quæſtionis, † ſci- 24
licet de iuramento pręſtito de nõ mutuando, in qua idem per omnia eſt ſtatuendum eadem ratione, vt dicit Abb.ſupra citatus d.num.6. quaſi in fine. Et ſimiliter inferri poteſt ad alia ſimilia; nam dicit ibidem Abb. hęc eſſe notanda, quia poſſunt per ea decidi multæ quęſtiones.

De Temeritate ex calore iracundiæ.

IVramentum quoque temerarium iuxta ſecundum prędictum principalem modum, ſcilicet propter calorem iracundiæ non eſt obligatorium, & non eſt neceſſaria abſolutio, licet non vergat in interitum ſalutis animæ,vel corporis, neque in diſpendium ſalutis ęternę, neque in peiorem exitum, iuxta iam dicta; eſt enim temerarium,& non obligatorium alia ratione, nempe quia ex calore iracundię quis iurauit: vt in c. ſicut ex literis, vbi Abb.& alij : de iureiur. Et ſic eſt nullum ex defectu Iudicij prędicti Comitis iuramenti:vt in c. & iurabunt,22.q.1.& c.animaduertendum,

dum, ea.q. 2. & ad ſupradicta in-
principio huius ſexti caſus.
25 † Quod eſt intelligendum verũ
eſſe, ſcilicet vt iuramentum hoc
caſu non ſit obligatorium, vbi ca-
lor iracundię fuit tantus quod il-
lud deliberate non feciſſet: prout
intelligit D. Anton. in d. c. ſicut
ex literis, quem refert & ſequitur
Abb. in d.c. ſi vero, num. 7. nam
in tali caſu, licet iuramentum a-
lias ſit licitum, tamen non valet
ex quo tantus fuit calor iracun-
diæ, qui habuit inducere mentis
alienationem, & auferre conſen-
ſum: ita concludit Abb. in d. c.
26 ſicut ex literis. † & eſt iuris regu-
la, quod quicquid vel fit, vel dici-
tur calore iracundię non prius ra
tum eſt, quam ſi perſeuerantia
apparuerit animi iudicium aſſuiſ
ſe: vt in l. quicquid calore: ff. de
reg. iur. vnde Gloſ. notab. ſecun-
dum Abb. in c. ex literis, de diuo.
27 dicit, † quod confeſſio emanata
calore iracundiæ non præiudicat
niſi detur perſeuerantia. Ad idem
facit quod de voto tradit S. Tho.
2. 2. q. 87. arti. 1. relatus à Ioan.
And. in c. literaturã: de vot. vbi
28 D. Thom. dicit † quod tria ſunt
neceſſaria in voto, ſcilicet deli-
beratio, propoſitum voluntatis,
promiſſio; & facit d.c. literaturã,
& c. nuptiarum, in prin. 27. q. 1.
29 † Idem ergo in iuramento, quod
principaliter dirigitur in Deum,
vt alias eſt dictum; Deus enim
reſpicit cor: c. ſi quid inueniſti,
14. q. 5. Et hilarem datorem di-
ligit, & vult militem voluntariũ:
c. non eſt, 15. q. 1. Et per hæc Ab.
pertranſit cum iſta Concluſione,
quod iuramentum non obliget ex
abrupto factum; quia non habet
in ſe conſenſum; ac ſubinde quod
abſolutio non ſit neceſſaria. Sub-
dit tamen quod poſſet peti abſo-
lutio ad cautelam.

† Secus ergo eſſet dicendum, 30
ſi calor iracundiæ non fuiſſet tan-
tus, quod habuiſſet auferre con-
ſenſum; nam & ſi nihilominus iu-
ramentum dici poſſet eſſe teme-
rarium, vtpote non conſulto, & ſi-
ne recta animi deliberatione at-
que iudicio pręſtitum; eſſet tamẽ
obligatorium: vt eſt de mente D.
Anto. & Panor. in locis citatis,
& per ea quæ infra dicentur.

† Item limitari poteſt, vt dictũ 31
iuramentũ valeat, & teneat fauo-
re piæ cauſę, ſcilicet vbi eſſet præ-
ſtitum in fauorem Eccleſię, vel pię
cauſę: prout ſingulariter vltra
duas alias limitationes limitat
Iaſ. regulam d. l. quicquid calore,
quod ſcilicet dictum, & factum ca
lore iracundiæ non debet impu-
tari, in l. ſi filiam tuam, num. 6.
C. de inoffi. teſta. & ibi ponit alia
notabilia in hac materia, an ſci-
licet & quatenus habeat operari
iracundię calor.

Adde tamen quod de facili eſ-
ſet danda abſolutio ab iſto iura-
mento etiam in caſu huius limi-
tationis ob calorem iracundiæ,
per ea quę dicunt Anton. & Abb.
in d.c. ſicut ex literis.

De Temeritate ex Imprudentia.

Circa tertium pręmiſſum mo-
dum principalem, ſcilicet in
iuramento temerario ex fatuita-
te atque Imprudentia, quod ta-
men eſt alioqui licitum, & in eius
obſer-

Digitized by Google

obſeruantia non conſiſtit pecca-
32 tum, † conſtituenda eſt regula ꝙ iuramentum quantumcunque temerarium extra prędictos caſus ſub primo principali modo contentos & relatos, nempe vbicunque iuramentum eſt alioqui licitum, & in obſeruantia non ineſt peccatum, eſt obligatorium, & ꝓinde obſeruandum, neque danda eſt abſolutio regulariter: ita ſentit Abb. in pręallegato c. ſi vero, num. 8. ver. extra hos caſus: & ad hanc reg. vide duo verba Baldi in cap. tua nos, num. 2. de iur. faciunt ea quę dicta ſunt ſuperius in tertio caſu prin. de Metu vano: eandē hanc reg. firmat Inn. in c. venerab. de ele. Ab. in c. cum contingat, nu. 6. verſus finem: de iur. Neque aduerſantur huic regulæ dicta ſupra in principio huius quarti caſus, videlicet ex defectu Iudicij, vnius quippe ex tribus Comitibus ad validitatem iuramenti neceſſarijs, iuramentum effici inualidum, & non obligatorium, & potius periurium cenſeri, quam iuramētum: quod tradit quoque & declarat Ab. in d. c. & ſi Chriſtus, nu. 8. de iur. quoniam ibi dicta, & alia ſimilia dicta ſupra in Præludijs, in 4. Pręlud. intelligenda, & declaranda ſunt iuxta
33 pulchram Theoricam Panor. † videlicet vt id quod dicitur quod iuramentum non eſt obligatoriū, & proinde non eget abſolutione ex defectu illorum Comitum, ſeu alterius eorum, intelligendum eſt verum eſſe vbi oīo deſunt, vel ex parte rei iuratæ; vt quia illicitū eſt quod iuratur vergens ad interitum, vel diſpendium ſalutis, iuxta ſuperius dicta: vel etiam ex parte iurantis, quia ſcilicet omnino defuit iudicium, & deliberatio: tunc iuramentum redditur inualidum, & non eſt ſeruandum, & procedunt dicta in Præludijs, & in prin. huius ſexti caſus: 22. q. 4. per totum: & iuxta alia addita hactenus in hoc 6. caſu vſque ad ver. Secus ergo. alioqui enim, ſi eſt illicitum, & indiſcretum iuramentum ex modo iurandi, vt quia iurauit per creaturā, cum ſit iurandum per Deum non per creaturam, vt in d. c. & ſi Chriſtus: vel quia iurauit indiſcrete inaduertenter non adhibita deliberatione: vel ex cauſa, ſcilicet iurando ceſſante neceſſitate vel vtilitate, aliquod quod non eſt in ſe malum; licet ſic iurando peccet, tenetur ad obſeruantiam, ex quo ex ea non nutritur peccatū. Quod ergo dicitur iuramentum debere habere illos tres Comites, intellige ſcilicet vt ſit omnino licitum, & fiat oīo ſine peccato, non autē vt ſine eis non obliget iurantem: ita notanter declarat Abb. in d. c. & ſi Chriſtus, num. 8. ver. Sed contra hoc: & in d. cap. cum contingat, num. 7. vbi tradit notabilem Theoricam, videlicet ꝙ quantumcunque iuramentum ſit temerarium, ſeu illicitum; ex quo tamen non eſt contra bonos mores naturales, nec in eius obſeruantia imminet peccatum, ſemper eſt obſeruandū, vt ibi per eū iuribus per eum adductis. In d. c. vener. ꝑ ſ. illicitū, per tot. 22. q. 4.

Quod autem attinet ad abſolutionem, † an & quando danda ſit, vel non in huiuſmodi iuramentis temerarijs, iuxta tertium prędictum hunc principalem modum 34

deſumi

deſumi poteſt regula, & doctrina ex his quæ hac de re dicta ſunt ſupra hac par. in 3. caſu prin. circa iuramenta meticuloſa, vbi reſolutum eſt multum rem hanc pendere ab arbitrio Iudicis: quod etiam admonet Gloſ. in c. cum dilectus, glo. pen. paulo ante med. de his, quæ vi, met.

CASVS SEPTIMVS.

De Minori ætate.

SVMMARIVM.

1 *Minor maſculus citra decimũ annum & dimidium, femina vero citra nonũ & dimidium non ligantur iuramento, & non eſt illis opus abſolutione.*

2 *Impubes doli capax, ſcilicet à decimo anno & dimidio expleto an ligetur iuramento, vt ei opus ſit abſolutione, nec ne: quod ſic.*
Amplia vt num. 7.
Declara, vt doli capax quoad hoc atque pubertati proximus intelligatur ſi diſtat ab illa ſex menſibus tantum, & non prius: nu. 15. 18.

3 *Impubes doli capax delicti reus eſſe poteſt.*

4 *Impubes doli capax periurij reus eſſe poteſt, ſeu ex periurio teneri.*

5 *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. habet locum etiam in impubere doli capace.*

6 *Impubes doli capax, & pubes, quod attinet ad obligationem iuramentalem, eodem iure cenſentur.*

8 *Obligans ſe quis quocunque modo, large contrahere cenſetur.*

9 *Ius vnum per alterum ſuppletur.*

10 *Impubes doli capax contrahẽs cum iuramento etiam omiſſa ſolemnitate & curatoris auctoritate, obligatur efficaciter.*

11 *Iuramentum repreſentat minorem maiorem, & ſupplet omnem defectum Decreti, & alterius ſolemnitatis iuris poſitiui.*

12 *Iuramentum facit valere contractum, qui alias non valeret.*

13 *Impubes maior infante, pubertati proximus, & doli capax dicitur à decimo anno, & dimidio ſtatim expleto.*

14 *Pueritia dicitur incipitque ſtatim à ſeptimo anno tranſacto.*

16 *Proximus alicui ætati, vbi agitur de obligando, intelligitur ſi diſtat per ſex menſes, non antea.*
Amplia ſiue in criminalibus ſiue in ciuilibus, nu. 17.

19 *Abeſſe non multum ſeu parum ab aliqua ætate intelligitur de ſex menſibus.*
20 *Iuramento cur tres illi Comites, ſcilicet Veritas, Iuſtitia, & Iudicium potiſſimum cõueniant.*
21 *Pupillus quicquid videt, & audit ignorat.*
Item diſcretione caret, ibidem.
22 *Puberes iuramentum inuiolabiliter ſeruare tenentur.*
23 *Minor ætas non eſt cauſa ſufficiens obtinendi abſolutionẽ à iuramento.*
Amplia, ut nu. 24. & nu. 29.
25 *Læſio conſiderari non poteſt in iuramento quoad ſe.*
26 *Iuramentum eſt actus ſuapte natura bonus, & latria.*
27 *Minor in ſpiritualibus non auditur.*
38 *Ius Canonicum tendit ad augendum uires iuramenti non minuendum.*
30 *Prodigus contrahens, & iurans, an egeat abſolutione à iuramento.*

VIDEAMVS de minori ætate vtrum illa ſit ſufficiens cauſa implorandi abſolutionem; vt ſi minor, qui iurauit, abſolutionem à iuramento petat hanc ſolam cauſam allegando, quia eſt minor, an ex hac ſola cauſa abſolutio dari debeat, vel item an illa ſit neceſſaria.

Pro præſentis caſus definitione ætatem minorem, quatenus attinet ad præſentem inſpectionem, tripliciter diſtinguemus.

Prima erit ante expletum decimum annum cum dimidio in maſculo: in fęmina vero ante expletum nonum cum dimidio.

Et in hac ætate† Concluſio erit 1
abſolutionem non eſſe neceſſariã; quia minor huius ętatis iuramento non ligatur: Bartol. & omnes in auth. ſacramenta puberum, & ibi probatur in ver. puberes. C. ſi aduer. vendi. bonus tex. in l. iuriſiurandi. §. pupillo: ff. de iureiur. Abb. conſ. 39. col. 2. ver. 2. principaliter: lib. 1. & nemo diſſentit.
† Secunda ętas ab inde ſcilicet à 2
decimo anno, & dimio expleto vſque ad pubertatẽ, hoc eſt vſque ad 14. annũ completũ quoad maſculum: quoad fæminam vero à d. nono anno atque dimidio expleto vſque ad 12. ſimiliter completum. Et in hac ætate non omnes concordant. Nam glo. in d. auth. Sacramenta, tenet quod iuramentum pupilli, ſeu impuberis non teneat: vt etiam notat ibi Bar. num. 8. ver. quæro quid ſi impubes: & hoc ibi tenet Bal. & Cyn.

Quidam tenent quod pupillus, ſeu impubes, qui tamen eſt pubertati proximus, ſcilicet à dicta ætate decimi anni atque dimidij ſtatim expleti obligetur iuramento: quam opinionem communiter teneri à Doctoribus dicit Bar. in loco proxime citato, per eam rationem,† quia in ea ætate dicitur 3
doli capax, & in eo cadit delictũ: l. impuberem: ff. de Fal. & l. impuberem: ff. de Fur. quam rationem explicatius, & propius affert Abb. in alleg. conſ. 39. † nempe 4
quia impubes doli capax poteſt deierare, & ex periurio tenetur:

c. I.

c. 1. de delictis puero. ideo ſicut peccando, & periurando poteſt ſe obligare diabolo, ita Deo: & di-
5 cit ſimiliter Abb. † ibidem, quod d. auth. ſacramenta, licet loquatur de pubere, communiter tamen vtriuſque iuris Doctores tenent etiam procedere in impubere doli capace; & quod hanc opinionem communiter tenent Canoniſtæ, & ſpecialiter Hoſt. in cap. cum contingat: de iureiur.

Et hanc opinionem tenet, & latius confirmat idem Abb. in conſ. 108. incipit. Illud in effectu: lib. 2.
6 vbi firmat hanc concluſionẽ, † ꝙ reſpectu obligationis iuramentalis non eſt differentia inter puberem, & pupillum doli capacem; ex d. ratione, quia ſicut vterque obligatur ex periurio: d. c. 1. de delict. puero. ita vterque obligatur ex iuramento: ſunt enim iſta correlatiua, vt ipſe dicit. Et pro hac opinione allegat Glo. quam dicit eſſe notabilem, & plen am pro hoc in c. paruuli. 22. q. 5. & tex. Iuris ciuilis notabilem in l. fin. in fi. ff. de liber. cau. vbi habetur quod pupillus doli capax efficaciter obligatur, ſi iurauit ſe operas prçſtaturum, adeo quod etiam factus pubes poteſt ex illo iuramento conueniri: vt ibi notabiliter probatur; & illum tex. ad hoc allegauit etiam glo. præallegata in d. c. paruuli, in fine Glo. 1.

Et quamuis Glo. in d. l. fin. voluerit diſtinguere inter iuramentum à pupillo interpoſitum ſuper contractu, & tunc iuramentum non ſit obligatorium, ita intelligendo, & ſaluando ſe ipſam in d. auth. ſacramenta; & iuramentum interpoſitum ſuper alijs actibus; & tunc obligetur pupillus doli capax iuramento, vt in d. l. fin.

Tamen Abb. reiecta huiuſmodi diſtinctione tenet indiſtinctè,
† qnod pupillus, ſeu impubes doli capax obligetur iuramento tã 7
in contractibus, quam in alijs actibus; quia non poteſt conſiderari diuerſitatis ratio quoad Deum cui acquiritur primaria obligatio iuramenti: c. debitores: vbi ipſe Abb. & alij: de iureiur. inter vnum actum, & alium; præſertim quia largo modo, † vbicun- 8
que quis obligatur cenſetur contrahere: l. omnem obligationẽ; ff. de Iudi. Et in ſpecie quod pupillus doli capax obligetur ex iuramento in contractu, dicit probari per tex. apertum in c. ex literis, il ſecondo, iuncta Glo. 2. de ſponſal. vbi iuramentum obligat pupillum in contractu ſponſaliorum, vbi agitur de maxima obligatione; fortius idem dicendum in alijs contractibus ſecundum ipſum Abb. in alleg. conſ. 108. nu. 2. vnde dicit quod d. auth. ſacramenta puberum, quç loquitur de pubere, debet intelligi, & ſuppleri per prædicta alia iura canonica, & ciuilia, quç volunt etiam impuberem doli capacem iuramento obligari: † cum non ſit nouum 9
vt vnum ius per aliud ſuppleatur: c. cum expediat, de elect. lib. 6. & l. vni. C. de inoffi. dona. Et ita contra dictam Glo. tenent Bal. & Spec. relati in Apoſtilla in d. l. fi. ad illam Gloſ.

Et hanc opin. ſequitur D. Quin. Mandoſ. in tract. de ætate mino. cap. 4. num. 44. qui ſimiliter de communi teſtatur ex alijs quos allegat.

Digitized by Google

10 † Infertur quod ſi ipſe pupillus ſeu impubes doli capax contraxerit etiam ſine ſolemnitate, vtputa ſine Decreto Iudicis, & ſine curatore, & iurauerit; tenetur nihilominus ad obſeruantiam, & contractus reſciſſionẽ petere nequit: & in hoc caſu conſulit Abb. in præallegatis conſilijs. 39. lib. 1. &
11 108. lib. 2. † Et ea ratio eſt, quia iuramenti effectus eſt repreſentare minorem maiorem, & ſupplere omnem defectum ſiue Decreti, ſiue alterius ſolemnitatis requiſitæ: vt legitur, & notatur in d. auth. ſacramenta, & ibi per omnes, C. ſi aduer. vendi. & clarius in c. cum contingat: de iureiur. & conſulit Abb. in d. conſ. 108. Nam ſi maior eſt, conſequenter ſolemnitas alias requiſita nõ eſt neceſſaria: notatur in ſum. Rolan. Par. 2. in tract. notular. rubr. de ſacram. à mino. præſti. in ſexto
12 quæſito. † Item facit valere cõtractum, qui alias non valeret: vt ibi notatur in d. rubri. & eſt tex. in d. c. cum contingat.

Et hanc illationem firmat Ab. in c. ex literis, il ſecondo, num. 6. in fine, de ſponſalib. & Doctor. in d. auth. ſacramenta, & ex modernis D. Laur. Tenni. Rodul. in tract. cautel. caut. 222. in prin. qui alios alleg.

Adde Afflict. qui huius ſecundæ opinionis communis meminit, & ſecundum eam per ſacrum conſil. Neapolit. votatum fuiſſe teſtatur Dec. 322. nu. 4. 5. & Dec. 393. nu. 10.

Tertia eſt opinio circa hanc ſecundum ætatem diſſidens à prædicta opinione communi ſolum in tempore, ſeu termino, à quo incipit ineſſe doli capacitas. Nam prædicta communis opinio intelligit à termino ſupradicto, ſcilicet decimi anni & dimidij expleti, quia ab inde dicunt impuberem ſeu pupillum eſſe doli capacem, iuramentoque conſtringi: loquuntur enim de impubere, qui eſt maior infante, & proximus pubertati, & doli capax: vt patet ex Bartolo in præalleg. auth. ſacram. & ex Abb. in allegatis conſilijs, & alijs, qui cum dicta communi opinione ſentiunt, præſertim ex Mando. in allegato tract. de ætate minor. cap. 4. in ſecunda pueritiæ terminatione, num. 34. ver. Altera pueritiæ, in duodecimo illius effectu.

† Talis autem, ſcilicet maior infante, pubertati proximus, ac doli capax quis eſſe dicitur à d. termino ſcilicet à decimo anno, & dimidio expleto: l. pupillum qui, cum ſua Glo. ff. de reg. iur. & ibi etiam Deci. & Cagnol. qui hãc eſſe communem opinionem teſtãtur, pro qua Inſti. d. Inutil. ſtip. §. pupillus, cum Glo. in ver. infantiæ proximus. Gloſ. in l. . §. fi. vbi etiam Bart. nu. 6. ff. de noua. Card. in Clem. vni. quæſt. 5. num. 7. de homi. Iaſ. in auth. ſacram. puberum præallegata, num. 13. C. ſi aduer. vendi. & in l. properandum. §. & ſi quidem, in 2. not. C. de iud. Imol. in d. Clem. vni. num. 5. Laur. Chircou. ſimiliter de communi atteſtans ex his quos citat in 3. Centur. comm. opin. concl. fi. & Soarez in ſuis comm. opin. lit. P. num. 357. Mandoſ. in loco citato, in 1. & 2. effectu, num. 35. 36. Laur. Tennin. d. tract. cautel. caut. 222. num. 3. 13

Et

Et hæc communis opinio nititur ea ratione ſecundum Ab. mox citandum, quia poſt pueritiam,
14 † quę contingit ſtatim à ſeptimo anno tranſacto, vt ipſe dicit, & explicatius Mando. in d. tract. de ætа. min. d. cap. 4. in prin. reſtant ſeptem anni integri vſque ad pubertatem in maſculo; vnde ex quo excedit medietatem huius temporis tranſactis ipſis decem annis cum dimidio, merito videtur in tali ætate magis proximus pubertati, quam infantiæ: & idem proportionabiliter dicendum eſt in fæmina, quę ſcilicet pubeſcit in duodecimo anno: ita Abb. in cap. continebatur, prope finem: de deſponſ. impub.

Verùm qui in prædicta tertia
15 ſunt opinione, tenent † quod vbicunque agitur de pupillo, ſeu impubere ipſo obligando, non antea is cenſeatur proximus pubertati, atque doli capax, niſi quando eſt diſtans per ſex menſes tantum ab ipſa pubertate; ac proinde ſex tãtum mẽſes ad perfectam ętatem, ideſt ad pubertatem, deficere debere opinati ſunt, vt impubes cẽſeatur pubertati proximus ad illum obligandum: pro qua opinione eſt Glo. in d. c. continebatur, in ver. proxima: de deſponſ. impub. quam Glo. Abb. ibi dicit eſſe bene notandam pro ſtatuto requirente quem eſſe proximum alicui
16 ętati, † vt intelligatur vbi quis diſtans eſt ab ea ætate per ſex mẽſes: & dicit ibi Abb. quod pro iſta opinione bene facit l. nõ tantum: ff. de excu. tuto. quæ probat quod diſtans per ſex menſes, dicitur ꝓpe illam ętatem: & illam l. allegauit glo. prędicta. quæ ad idem allegat c. atteſtationes, illo ti. de deſponſ. impub. & ibi eſt ſimilis Glo. in ver. circa finem: Et ſecundum hanc opinionem tenuit Inno. in d. c. continebatur.

† Et hanc opinionem procedere volunt indiſtincte, nedum in criminalibus, prout eam reſtringendam eſſe cenſuerunt Bald. & Roma. in l. excipiuntur: ff. ad Sillania. per illum tex. iuncta l. 1. in fi. ff. de liber. exhib. idem Bal. in l. properandum. §. ſin autem, C. de Iudi. Corn. conſ. 147. nu. 25. vol. 1. Iaſ. in alleg. auth. ſacramenta puberum, num. 15. C. ſi aduer. vend. Mandoſ. d. tract. de ęta. min. cap. 4. nu. 35. 17

Verum etiam in ciuilibus atque alijs quibuſcunque actibus, vt videre eſt apud Ioan. Igneum in d. l. excipiuntur: & refert Laur. Tenni. Rodul. in d. caut. 222. ſub num. 3.

† Et hæc opinio in terminis noſtris obligationis iuramẽtalis videtur mihi ęquior & tutior, ac ꝓinde amplectenda, per tex. in præalleg. c. continebatur, in ver. ſi vero fuerit ætati proxima, cum ſua Glo. & tex. in c. atteſtationes, cum Glo. in ver. circa finem: de deſponſa. impuberum: & d. l. non tantum: ff. de excu. tuto. in quibus iuribus, & Gloſſis hęc opinio fortiter probatur. Et præſertim attenta prima illa opinione Gloſ. in pręalleg. auth. ſacramenta, & ſequacium, quæ habet iuramentũ impuberis indiſtincte & ſimpliciter non tenere: quam opinionem communem pariter eſſe voluerunt, vt recitat Viu. in commun. opin. in ver. minores, opin. 180. lib. 2. licet ipſe eam non ſequatur, 18

tur, ſed ſuperiorem proximam communem. Tum etiam quia ea iura, quæ cenſent ſtatuuntque impuberem, ſeu pupillum eſſe doli capacem quando pubertati proximus eſt, non aperiunt in quoto impubertatis anno talis dicatur, & in nullo eorum dicitur, quod à dicto termino, ſcilicet decimi anni & dimidij in maſculo, ſiue noni & dimidij in fœmina: vt de iure canonico patet in prꝗalleg. c. 1. de delict. puero. & de iure ciuili patet in prꝗalleg. l. pupillum qui: ff. de reg. iur. & in l. impuberem: ff. de furt. & inſti. de obli. quę ex delicto naſc. §. pen. & ff. de doli mali, & met. except. l. apud celſum. §. item quęritur, poſt medium, ver. Denique Iulianus: in l. 3. quaſi in fi. in ver. ſed & ſi ipſius pupilli: ff. de tributo. act. & ff. de dolo ma. l. hæredibus. in fine. & l. excipiuntur: ff. ad Senatuſc. Syllan. Et quod id à iure non ſit determinatum, teſtis eſt Ant. de Butr. in c. atteſtationes: præall. de deſpon. impub. qui propterea dicebat id arbitrio Iudicis relinquendum fore: vt illum refert Abb. in d. c. continebatur, in fi. eo. illo ti. de deſp. impu.

Sed bene in iure cautum, & determinatum reperitur eum impuberem pubertati proximum dici cui tantummodo ſemeſtre tempus ad eam reliquum eſt: vt id expreſſe dicit tex. in prꝗallegata l. non tantum: in prin. ff. de excuſ. tuto.

Prędicta ergo iura, quę habent impuberem proximum pubertati cenſeri doli capacem, iuxta illam l. non tantum, intelligenda erunt; & ſic de eo impubere, cui deeſt ad pubertatem tantummodo ſemeſtre tempus, cum de iure cautum habeamus vnum ius per aliud ſuppleri, & intelligi debere: vt in c. cum expediat: de elect. in 6. & in l. vni. C. de inoffi. dona.

Ad idem prędictę huic tertiæ opinioni fauet tex. in prꝗalleg. l. excipiuntur: ibi, nam is puer: vbi Metianus iurecconſultus eum impuberem, vt doli capacem, obnoxium fuiſſe quæſtioni cenſet eo, quia non multum à pubertate aberat; & ſic tantummodo per dictos ſex menſes.† nã ꝑ hoc ſpatiũ 19
intelligitur quis parum, ſeu non multum à pubertate abeſſe: vt notat Glo. in præallegata l. non tantum, in prin. in ver. ſemeſtre: magis fauet tex. in l. impuberẽ, in prin. ff. ad leg. Cor. de Fal. vbi Pau. iureconſ. nulla illius ętatis diſtinctione facta, ſimpliciter & indiſtincte cenſet impuberem doli minime capacem eſſe, ac proinde illo titulo non teneri.

Item quia eadem ipſa opinio videtur magis ſe conformare mẽti canonum, qui reprobant iuramenta in pueris ante decimumquartum annum, vt in c. pueri: in prin. & in cap. honeſtum, in fine: 22. q. 5.

Item per eam magis conſeruatur dignitas, & honeſtas iuramenti, atque item reuerẽtia, quæ Deo in ipſo iuramento exhiberi debet: ac proinde etiam periculo animę iurantis ex iuramento imminenti obuiatur.† Nam ad ma- 20
ieſtatem honeſtatemque iuramenti, & ad Dei reuerentiam in iuramento potiſſimum tres illi comites, ſcilicet Iuſtitia, Veritas, & Iudicium requiruntur, iuxta illud Hierem.

Hierem. 4. iurabis viuit Dominus in Veritate Iudicio, & Iuſtitia: de quo in c. animaduertendum, 22. q. 2. quoniam enim per iuramentum Deus, qui ſumma Veritas ſummaq. Iuſtitia eſt, in teſtem adducitur, neceſſarium eſt ad eius reuerentiam vt in ipſo iurante adſit Iuſtitia, ſcilicet vt quod iuſtum eſt iuret; Veritas, ſcilicet vt vere intendat adimplere quod iurat; atque item Iudicium, ſcilicet vt non temere, ſed prudenter, ac maturo rectoque animi Iudicio iuret: vt tradit D. Tho. 2. 2. q. 89. arti. 3. & poſt eum Domin. So. in tract. de iuſti. & iure: lib. 8. q. 1. arti. 3. in prin.

Quamuis enim ijdem Comites cuicunque virtutis officio competant, tamen ob ingens periculum, quod iuranti imminet tam ob diuinam maieſtatem, cuius nomen non eſt temere inuocandum, quã ob linguę humanę lubricitatem, ad iuramenti dignitatem potiſſime requiruntur: ita dicit idem Sot. d. arti. in vltimis verbis. Quin etiam ex vnius tantum eorum defectu iuramentum irritum redditur, neque rationem habet iuramenti; vt dictum fuit ſupra in Pręludijs, in 4. in prin.

At quoniam in iuramento pupilli deeſſe certo ſaltem alterum illum Comitem, ſcilicet Iudicium neceſſarium eſt, cum pupillus, nedum non habeat integrum animi
21 iudicium, † ſed ignorat quicquid audit, & videt: l. 1. §. impuberes, C. de fal. mon. & tex. iuris canonici dicit, quod pupilli diſcretione carent, in c. ex eo, & ibi ponuntur concordantia in glo. ver. diſcretione: de elect. in 6. merito iuriſiurandi religioni, ac dignitati, & Dei reuerentiæ atque item ſaluti animæ iurãtis conſulitur ſi impuberes, ſeu pupilli à iuramento arceantur, illiuſque obligationis immunes habeantur: atque hi pręſertim, qui longius prędicto ſpatio, ſcilicet ſex menſium à pubertate diſtant.

Et hæc ratio multum facit pro prima illa opinione Gloſſæ in auth. ſacramenta puberum, & ſequacium, vt iuramentum impuberis nulla habita illius ętatis differentia vel diſtinctione, non ſit obligatorium, nempe ex defectu alterius prædicti illius Comitis, ſcilicet Iudicij, ad ſupradicta, iunctis alijs dictis in Pręludijs in quarto, circa principium. Vt vel facilius ſaltem libentiuſque recipienda ſit prædicta tertia opinio, videlicet vt impubes tunc cenſeatur pubertati proximus quoad hoc vt ex iuramento obligetur, ſcilicet quando tantummodo per ſemeſtre tempus, vel minus à pubertate abeſt; & ſic iuxta eam intelligatur, & procedere habeat prędicta ſecunda communis opinio.

Tertia quę remanet ætas à pubertate, ſcilicet ab anno decimoquarto expleto & vltra, iam nullam recipere poteſt dubitationẽ. nam ex concluſione facta circa ſecundam ętatem de impubere, conſequens fit † ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inuiolabiliter fore cuſtodienda: vt iiſdem his verbis cauetur in auth. ſacramenta puberum, prællegata. C. ſi aduer. ven. iuramentum enim facit eum maiorem, 22

iorem, & ſupplet omnem defectũ Decreti, ſeu alterius ſolemnitatis: vt legitur, & notatur in dicta auth. ſacramenta, & in cap. cum contingat, de iureiur. & conſulit Abb. in alleg. conſ. 108. in prin. in 2. par.

Circa abſolutionem à iuramento, de qua principaliter agitur in
23 præſenti caſu, † an ſola minor ætas ſit cauſa ſufficiens implorandi abſolutionem, vt principio quærebatur, concludendum eſt negatiue.

24 † Et ſiue pubes iurauerit, ſiue impubes iuxta prædicta cogendus eſt ad obſeruantiã iuramenti, nulla alia exiſtente cauſa, quę iuramentum inficiat, & relaxandum reddat: vt in d. auth. ſacramenta puberum; & ibi Bartol. & omnes C. ſi aduer. vendi. Et huius Con-
25 cluſionis ea ratio eſt, † quia in iuramento quoad ſe non poteſt
26 conſiderari læſio; † cum ſit actus ſuapte natura bonus, & ſpiritualis, vtpote actus latriæ ſiue religionis: vt deducit Nauar. ex D. Thom. in Manua. cap. 12. ſuper 2. præcepto, num. 2. & ſic minor ex ipſo iuramento, vtpote ex actu ſpirituali, ſcilicet latrię, & religionis, non poteſt dici læſus, & ideo dixit alias Lap. in alleg. 53.
27 † quod minor in ſpiritualibus non auditur.

Vnde conſequens ſit, quod minor ex hoc ſolo quod minor iurauit, non habet cauſam petendi abſolutionem à iuramento. At ſine cauſa abſolutio dari non debet, vt ſupra par. 3. q. 3. deductum eſt: merito, &c.

Probatur etiam eadem negatiua concluſio per tex. apertum in auth. ſacramenta puberum, præalleg. & argumento optimo tex. iuris canonici in c. cum contingat: de iureiur. Item argumento ab abſurdo, nam alioqui eneruaretur diſpoſitio illius auth. & fruſtratoria redderetur, ſi ex ſola minori ætate abſolutio danda foret, quod abſurdum eſt dicere, cum diſpoſitio illius auth. ſit multum ſolemnis, & pręciſa, vt patet in illa dictione inuiolabiliter, & eſt confirmata non infirmata per ius canonicum, † quippe quod tẽ- 28
dit ad augendum vires iuramenti non minuendum: vt patet in d. c. cum contingat, cum ſimil. & in his terminis conſulit Caſtren. conſi. 290. ſub num. 2. ver. ſed dubitatur, lib. 2. & hoc argumento in eiſdem terminis in fortiori caſu, quoad eandem auth. vſus fuit Ab. in quęſt. 2. incip. ſtatuto, ſub num. 21. ſub octauo caſu circa med. ver. Item ſi de eo.

Et eandem Concluſionem nominatim, & expreſſe confirmat idem Caſtren. in conſ. 196. incip. ſuper primo quęſito: ſub num. 7. ante medium, ver. ex quo ſequitur, lib. 2. in nouis.

† Amplianda eſt eadem ipſa 29
Concluſio etiam ſi abſolutio imploraretur à Papa; vt neruoſe deducit Caſtr. in allegato conſ. 290. ſub d. num. 2. ver. ſed dubium eſt.

† De prodigalitate etiam quæ 30
ętati pupillari æquiparatur, vt in l. certi condictio. §. quoniam igitur, in fi. ff. ſi cert. pet. opportune hic ſubnecti poteſt, an ob eam abſolutio à iuramento dari debeat, vel an ea neceſſaria ſit ſtante prodigalitate. De qua re agit plene

Fed.

Fed. de Sen. in conſ. 31. incipit, minori 25. per tot. & conferunt notata inſti. quibus non eſt permiſ. fa. teſt. in §. item prodigus. & inſt. de inutil. ſti. §. furioſus: & per Deci. in l. in negocijs: ff. de reg. iu.

CASVS VIII.

De Læſione, ſeu dolo ex re ipſa.

SVMMARIVM.

1 *Læſio enormis eſt cum datur, vel recipitur pretium maius vel minus reſpectiue iuſto pretio vltra dimidiam, quæ etiã læſio enormiſſima ſolet appellari.*

2 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria minori vbi adeſt læſio enormis, ſcilicet vltra dimidiam, ſed propria auctoritate poteſt contrauenire.*
Amplia ut nu. 4.
Limita vt nu. 5.

3 *Iuramentum excludit minorẽ à remedijs ſibi ratione minoris ætatis, ſeu iure ſpeciali competentibus, non autem ab his, quæ ſibi alioqui iure communi tamquam maiori competunt.*
Amplia, ut nu. 4.
Limita, ut num. 5.

6 *Certioratio beneficiorum minoris ætatis an neceſſario ſit facienda minori antequam iuret ad hoc, vt iuramentum habeat ſibi auferre illa beneficia, quia ſcilicet taliter iurauit, quod iuramentũ quantum ad ſe poſſet illa auferre: & num. 10.*

7 *Ius commune difficilius tollitur, quam ius ſpeciale.*

8 *Iuri quod ignorat, nemo renunciare præſumitur.*

9 *Minor præſumitur ignorare Ius.*

11 *Certioratio beneficij Velleiani an neceſſario facienda ſit mulieri fideiubenti, & illi beneficio cum iuramento renuncianti, ad hoc vt iuramentum auferat ſibi illud beneficium.*

12 *Abſolutio à Iuramento danda eſt minori ex cauſa enormis, ſeu enormiſſimæ læſionis, vbi ex iuramento beneficijs ſibi competentibus priuaretur, ſiue præceſſerit certioratio ſiue non: amplia, ut nu. 15. 16. 17.*
Limita, ut nu. 18.

13 *Læſio enormiſſima doli præſumptionem inducit.*

14 *Dolus re ipſa ineſt ex læſione enormiſſima, ſcilicet vltra dimidiam.*

19 *Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis citra dimidiam minori non eſt danda.*
Limita, ut nu. 20.

21 *Abſolutionis à Iuramento minoribus*

Sſſ

noribus danda commiſſio, ſeu ſignatura ſub qua forma ſit concipienda.

22 *Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis vltra dimidiam, etiam maioribus eſt concedenda.*

Amplia, ut nu.23.

Limita, ut nu.27.

24 *Argumentari licet à communiter accidentibus, ſeu ab eo quod fieri ſolet.*

25 *Donationis præſumptio, & interpretatio nunquam fieri debet vbicunque alia quæuis locum habere poteſt.*

26 *Dolum adeſſe ex propoſito, & re ipſa paria ſunt.*

28 *Compromiſſum ſub quibuſcunque ampliſſimis verbis conceptum nihilominus impugnari poteſt propter enormem læſionem.*

29 *Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis citra dimidiam, ſicut non datur minoribus, ſic multo minus maioribus.*

30 *Maiores ex cauſa læſionis citra dimidiam non habent remedium reſtitutionis in integrum, etiam ſi non iurauerint in contractu.*

31 *Minores ex cauſa læſionis citra dimidiam, ſi non interceſſit iuramentum, habent beneficium reſtitutionis in integrum.*

OCTAVVM pono caſum in lęſione, in qua breuiter, quatenus ſcilicet intentioni tractatus noſtri ſufficiat, duę erunt inſpectiones adhibendæ. Vna circa Minores, qui ſcilicet ob læſionem abſolutionem prętendunt à iuramento, ex quo læſionem ipſam reſultare allegant; altera circa Maiores, qui ex eadem cauſa, ſcilicet ob lęſionem ſimiliter abſolutionem petunt.

Quod attinet ad primam inſpectionem circa minores, res ex ſequenti diſtinctione eſt difinienda.
† Aut eſt læſio enormis, ſcilicet 1
vltra dimidiam iuſti pretij, ſeu valoris rei; vel dedit vltra dimidiam eius, quod accepit: iuxta l. 2. C. de reſcin. vend. & c. pen. de empt. & declarat Iaſ. in auth. ſacramenta puberum, num.43. C. ſi aduer. vendi. quæ appellari ſolet
læſio enormiſſima: † & hoc caſu 2
firmanda eſt Concluſio, quod ſtante tali læſione, abſolutio non ſolū dari poſſet, & deberet; ſed immo non eſt opus abſolutione: quia abſque alia abſolutione citra metum, & imputationem periurij poteſt minor contrauenire, & eſt audiendus: ita firmat Gloſ. fin. prope finem glo. in d. c. pen. incipit cum cauſa, de emptio. & eſt
ratio, † quia iuramentum ſolum 3
aufert minori beneficia minoris ætatis, & ſic tanquam minori iure ſpeciali competentia; quia repreſentat illum maiorem; non ea quę competere habent ei iure communi tanquam maiori, prout eſt remedium illius l. 2. & d. cap. pen. & ideo tale iuramentum non prohibet minorem à remedio iſto iuris communis, quod competit etiam maiori; & ita declarat, & concludit Gloſ. allegata in d. cap. pen. & Abb. ibi ſuper ea. & Bart. in d. l. 2. num. 10. & ibi gloſ. magna in ver.

in ver. Secus dico in minori, & Paul. de Caſtr. in conſ. 429. ſub num.6.lib.1. licet d. gloſ.velit reſtringere vbi eſt pręſtitum iuramentum ſpecifice de obſeruando, &|non contraueniendo ratione minoris ætatis; vt tunc non excludatur à beneficio illius legis per huiuſmodi iuramentum, per dictam rationem,quia ad hoc beneficium non venit per viam minoris ętatis, & ſic iuris ſpecialis; ſed per viam iuris communis, ſicut quilibet maior;quæ via non fuit pręcluſa per d. iuramentum. Secus ſi ſimpliciter iuraſſet obſeruare, & non contrauenire; quia tunc perdit vtrunque beneficium ſecundum eam. & eam Gloſ. ſequutus eſt Pet. de Bellapertica, per rationem,qui omne dicit nihil excludit: vt notat addit. ad Bart. in d.l.2.ver.Minor. & refert
4 Abb. in d.c.pen.nu.11.† Sed contra illam Glo.& Petrum eſt Glo. prællegata in d.c.pen. vbi etiam Ab. & contra eam expreſſe firmat Bart. in d.l.2.num.12.vbi dicit ꝙ ſi eſt iuratum ſimpliciter non venire contra,tunc iuramentum repreſentat eum maiorem, & non facit plus. Et in dubio videtur ac pręſumitur iuraſſe non venire cõtra ratione minoris ætatis,vt dicit Bar. ibi.

5 † Sed bene poteſt limitari, & reſtringi dicta concluſio, quod minor per iuramentum non excludatur à d. remedio iuris communis d.l.2.& d.c. pen. & proinde non ſit opus abſolutione, vt non procedat vbi minor per iuramentum præcluſiſſet ſibi vtranque viam, vt quia iuraſſet obſeruare & non venire contra per viam minoris ętatis,neque etiam occaſione minoris pretij, ſeu non repetere rem, ex eo quod deceptus eſſet vltra dimidiam, vel alia quacunque cauſa: quia tunc vtraque via eſſet ei præcluſa propter tale iuramentum, adeo ſcilicet vt nec beneficio iuris communis d.l.2. & d. c. pen. neque ſpecialis reſtitutionis in integrum ratione minoris ætatis admitteretur: & ita admitti poteſt ſententia gloſ. pręallegatę in d.l.2.nam & ita tenet Gloſ.finalis allega.in d.c.pen. in fine gloſ. & Bart. in dicta l. 2. nu.11.

Controuerſia remanet † circa certiorationem in prædictis caſibus,vbi ſcilicet minor iurauit obſeruare, & non contrauenire ratione minoris ætatis,vel occaſione minoris pretij, ſeu lęſionis vltra dimidiam, ſeu non venire cõtra quacunque de cauſa; & multo magis ſi ſimpliciter iurauit obſeruare, & non contrauenire, & non fuit certioratus de illis beneficijs ſibi competentibus. Ideo dubitatur,ſi antequã iuraſſet,non fuit ei dictũ & ſignificatum,ꝙ ſibi cõpetebant dicta beneficia,& qualia ſint, & de viribus iuramenti in auferendo ei illa,an dictum iuramentum ei præiudicare valeat in illis beneficijs quaſi videatur eis renunciaſſe per d. iuramentũ, & eis amplius vti nequeat.Et fuit opinioDyni quod eſſet neceſſaria certioratio, alias quod minor, etiam ſi expreſſe renunciaſſet ſuis beneficijs,tamen ſi non eſt facta ipſi Admonitio, & certioratio de ipſis beneficijs ſibi de iure competentibus,non ſolum non excludatur per d. iuramentum à bene- 6

7 ficio iuris communis † (quod difficilius tollitur) ſed nec etiam à beneficio iuris ſpecialis minoris ætatis, ideſt reſtitutionis, quod facilius tollitur: ad notata per Bar. in l. beneficium, num. 2. de conſtitutio. princi. Et ita Dyn.
8 de facto conſuluit † per eam rationem, quia iuri quod ignorat, nemo renunciare præſumitur: l. legitima: ff. de peti. hær.
9 † Et minor præſumitur ignorare ius: l. cum de indebito: ff. de proba. & not. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum: & per alia, quę refert Ioa. And. ſequutus hanc opin. Dyn. in d. c. penul. de empt. Concludens quod dictum iuramentũ in minore non operatur excluſionem ſuorum beneficiorũ, ex quo de illis non eſt admonitus, & certioratus; ſed perinde eſt, ac ſi cõtraxiſſet ſine iuramento, prout idem eſt in muliere cui non prę iudicat renunciaſſe beneficio Velleiani, ſi de eo non fuit admonita, & certiorata: vt eſt glo. not. in l. fi. §. pen. ff. ad Velleia.
10 † Contrariam ſententiam, quod non ſit opus certioratione, tenet Bart. in d. l. 2. C. de reſcin. vendi. & in d. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & in l. ſciendũ: ff. de verbo. oblig. & hanc amplexus eſt Abb. qui refert Bar. in dictis locis, & alios cum eo ſentientes, in d. c. penul. quaſi in fine: de emptio. quem ſequitur Feli. in c. ſi diligenti, nu. 15. de fo. compe. vbi dicit, quod ſtante iuramento, ſine renunciatione, & certioratione contractus tenet; & conſulit Bar. conſ. 90. & ibi eſt addi. ad illum, lib. 1. Qua de re ego fuſe diſſerui in prima par. quæſt. 5. de reſtitutio.

Et quantum ad mulierem, † quod 11
immo non ſit opus certioratione in renunciatione Velleiani iuramento facta, & firmata, Deciſio videtur clara in cap. ex reſcripto, vbi Glo. Abb. & alij, de iureiur. Vbi ex eo quod mulier fideiuſſit cum iuramento, cogitur promiſſionem adimplere; & ſic iuram. ſupplet pro renunciatione Velleiani, & certioratione, ſine qua renunciatio non valuiſſet, & ita eſt ibi Gloſ. in ver. vxorem. id quod Abb. ibi extollit, inquiens eſſe notandum. Et ad idem ſubijcit doctrinam Barto. in l. ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſ. dicentis, quod contractus fideiuſſionis firmatur iuramento. Et vide bonam Addi. Seb. Sap. ad Abb. in d. c. ex reſcripto, in ver. vigore iuramenti, qui dicit illum tex. ad hoc reputari ſingul. & multos alios allegat.

† Cæterum quod attinet ad ab 12
ſolutionem iuxta propoſitum noſtrum, firmandũ eſt eam dari poſſe, & debere ſtante prędicta læſione in omni caſu ſiue requiratur certioratio ſiue non, & ſiue illa facta fuerit ſiue non, vt affirmat Abb. in d. c. pen. prope finem, & illum refert, & ſequitur Addi. ad Bar. in d. l. 2. ver. minor iurauit:
† nam ex iſta enormiſſima læſione 13
præſumitur minor dolo deceptus
† & ſaltem dicitur adeſſe Dolus 14
re ipſa, vt notat idem Abb. in d. c. pen. ſub nu. 4. ver. & licet iſte. & conſuluit Boer. conſ. 39. Crauet. conſ. 7. num. 7. ver. ceſſante; lib. 1. Gram. Deciſ. 66. Capic. Deciſ. 159. idem Abb. in c. cum contingat,

gat,

gat, num. 23. de iureiur. Iaſ. qui multum ſe dilatat circa hoc in auth. ſacramenta puberum, num. 42. vſque ad 46. C. ſi aduer. vendi. Et ita firmat Fel. in c. in præſentia, nu. 8. de prob. Immo ob hanc rationem non teneretur iuramentum ſeruare, & non eſſet neceſſaria relaxatio, vt in principio dicebatur; & poſſet ſine ea venire contra: vt poſt Cal. & Ioan. And. per ſe citat. conſulit Paul. de Caſt. conſ. 196. num. 7. circa med. lib. 2. niſi ex modo iurandi ſibi viam præcluſiſſet, ad dicta ſupra nu. 5.

15 † Amplia etiam quod interuenerint verba magis ſpecifica, vt quia dixit minor ſe velle donare totum quod plus valet etiam in quantitate magna; quia in minore præſumitur deceptio: ita poſt Anto. de Butr. per eum relatum dicit Abb. in ſæpeallegato c. pen. in fine. & in d. c. cum contingat, num. 23. poſt medium, ver. Idem tenet.

16 † Amplia etiam quod minor iurauerit omnia, & ſingula vera eſſe, & illud eſſe verum pretium rei, quia conſtito de oppoſito, talia poſſunt reuocari: c. cum in poſitionibus, ibi, niſi iuſta cauſa, & ibi not. de iureiur. lib. 6. quia iuramentum cenſetur ſic præſtitum ſub confidentia quod illud ſit verum pretium, de quo eſt cõuentum: vnde conſtito de contrario, non eſt periurus licet taliter iurauerit: de iureiur. c. quemadmodum, 23. q. 2. c. beatus Paulus, cum §. ſeq.

Et ita per hæc tenet Abb. poſt Anto. de Butr. per eum relatum in loco proxime citato. Subdens hęc eſſe æquitati conſona, præſertim quia talia verba ſolent Notarij ſępe apponere ex ſe ipſis: & aliquando ſub inuolutione verborum obripiuntur iuramenta talia à minoribus.

† Amplia etiam quod fuerit 17
certioratus de viribus iuraměti: Paul. de Caſtr. conſ. 174. lib. 1.

Inferri poteſt ex prædictis ad Deciſionem multorum caſuum, prout & ex his conſuluit Petr. de Anch. ad fauorem cuiuſdam puellę, quam eius patruus nuptui tradidit, & data ſibi dote quingentorum aureorum induxit eam ad renunciandum cum iuramento hęreditati ſui patris prædefuncti, quæ erat magna, & excedebat vltra dimidiam dotem, quam dicta neptis habuit à patruo: quærebatur qua via eidem puellę conſultum foret; quia per auth. ſacramenta puberum, ſtante iuramento, reputabatur maior, & item excludebatur per c. quamuis, de pact. lib. 6. conſuluit Petr. quod ſtante d. enormi læſione vltra dimidiam eius quod accepit, abſolutionem peteret à iuramento, qua obtenta, d. renunciatione non obſtante, ageret ad hæreditatem paternam: quod Petri Conſ. refert Iaſ. in d. auth. ſacramenta: ſub num. 42. C. ſi aduer. vendi. & illud idem refert Abb. in d. c. cum contingat ſub num. 21. ante medium, ver. Domin. Petrus, vbi refert etiam vltra prędicta, alias rationes quibus mouebatur D. Petrus: & tandem refert vnam limitationem ad d. auth. ſacramenta, vt non habeat locum in caſibus, in quibus poteſt contractus, ſeu diſtractus argui de euidenti iniquitate, ſeu dolo re ipſa

ex perſpicuis inſidijs: l.dolum.C. de dol.

Item inferri poteſt ad alium caſum pro filia, quę recepta à patre tertia parte dotis ſuæ matris præ defunctę, renunciauit cum iuramento reſiduo, ac etiam bonis paternis, & doti ex eis ſibi dandæ: de quo conſulit Caſtren. in alleg. conſ. 174. lib. 1.

18 † Limita prædicta ſingulariter ſecundum Fel. in d. c. in præſentia, d. nu. 8. in fi. de proba. vt non procedant quando taliter læſus tempore quo iurauit ſciuiſſet tale damnum, ſeu læſionem, quia ſciẽti, & volenti dolus non infertur: l. cum donationis. C. de tranſact. & per ea quæ Bart. & alij tradunt in d. l. 2. C. de reſci. vendi.

Aut læſio eſt citra dimidiam,

19 † & communiter concluditur, quod non eſt danda minori abſolutio, & minus conſequenter reſtitutio, & ratio eſt, quia (dicunt) non poteſt tolli diſpoſitio d. auth. ſacramenta puberum, & c. cum contingat, de iureiur. & c. licet eo. in 6. & c. quamuis, de pact. in 6. ex quibus iuribus alteri ius iam quęſitum eſt: ſed ob d. enormiſſimam lęſionem datur per dictam rationem, ſcilicet quia tunc pręſumitur dolus & deceptio: & re ipſa dicũtur adeſſe, vt iam eſt dictum: Boer. conſ. 39. Gram. Deciſ. 66. num. 34. Capic. Deciſ. 159. & concludit Abb. in d. c. cum contingat d. num. 23. Alias ſi ob quamlibet læſionem danda eſſet abſolutio, ſeu relaxatio iuramenti, fieret cõtra c. ſi vero, & c. verum: de iur. & alia iura ſupra allegata, & præſertim d. auth. ſacramenta, quę mandat inuiolabiliter obſeruari, & d. cap. quamuis quod mandat omnino obſeruari: & talia iura ſeruirent de vento, ſi contra ea ob quamlibet læſionem danda foret abſolutio. nam ſi nulla lęſio adeſt, non fuiſſet dubium de obſeruantia iuramenti, & non fuiſſet opus vt fieret prouiſio tot iuriũ ſolemnium ſub illis verbis pręciſis inuiolabiliter, & omnino, ſuper eius obſeruantia: vt prudenter conſiderat, & declarat Iaſ. in d. auth. ſacramenta puberum, ſub num. 45. ver. Idem etiam in diſcurſu. C. ſi aduer. vendi. Et Crau. in allegato conſ. 7. hoc idem tenet Abb. in d. c. cum contingat, ſub num. 21. circa medium ver. ſed quatenus dixit.

† Limita niſi vltra eam lęſionẽ 20
interueniſſet vis, dolus, vel metus ad ea quę dicta ſunt in ſuperioribus caſibus, & habetur in iuribus proxime citatis.

Illud etiam addendum eſt circa hanc abſolutionẽ minoribus dandam, † quod in ſignatura, qua cõ- 21
mittitur facultas huiuſmodi abſolutionis dandę, ponenda eſt clauſula, prout de iure, ne videatur plus ſibi indulgeri, quam ius patiatur: cum minores eam petant ex priuilegio in corpore iuris clauſo; & ideo quandoque de iure eis venit concedenda, quandoque non, quare d. clauſula operatur ne contra iuris diſpoſitionem abſolutio concedatur, & per eam id totum Iudicis arbitrio remiſſum cenſetur: vt per Inno. in c. canonum, num. 2. de conſti. ita prudenter admonet D. Ioa. Bapt. March. in ſępe allega. tract. de commiſ. comm. 1. cap. 5. in fine. & ita quotidie practicari ait in Curia Romana

mana per ſignaturam Iuſtitiæ.
Circa alteram inſpectionem
22 † de maioribus, licet D.Anto. in
d.c.cum contingat, voluerit pone-
re aliquam differentiam inter mi
nores, & maiores; tamen ſecundũ
Abb. ſi adeſt illa enormis læſio
vltra dimidiam, quoad obtinendã
abſolutionem à iuramento nulla
eſt differentia inter eos; quia etiã
maioribus ob talem læſionem de-
neganda non eſt abſolutio: vt hoc
ipſe Abb. tenet in d.c.cum contin
gat: d.num.23. poſt medium cum
ſequenti, & idem tenet in præal-
legato c.penul. in fine, de emp. &
tenet Boer. Crau. Gram. & Capic.
vbi ſupra citati, & Feli. ſupra al-
legatus in c. in præſentia, num.8.
prope fi. de probatio.
23 † Et amplia vt ſupra in minore,
videlicet etiam quantuncunque
verba late fuerint concepta; vt
quia dictum ſit illud eſſe verum
pretium, & quod ſi pluris valet
totum vult donare etiam in ma-
gna quantitate. nam data enor-
miſſima læſione, nihilominus da-
bitur abſolutio; qa vt plurimũ sũt
verba Notariorum, quæ ſuo ſenſu
& motu apponunt in inſtrumen-
tis ad maiorem validitatem cõ-
tractus; & (quod peius eſt) ad oſtẽ-
tationem, vt videantur ipſi peri-
ti, & elegantes, non recogitantes
præiudicium contrahentis: ideo
non eſt præſumendum contrahen-
tem conſenſiſſe in tali enormi læ-
ſione etiam per talia verba; ſed ꝙ
ſint appoſita ex conſuetudine No
24 tariorum; † arguendo à commu-
niter accidentibus, ſeu ab eo ꝙ
fieri ſolet; quod valet, ad tradita
ab Euer. in iſto loco, in ſua Topi.
& ita arguit Abb. in loco citato

ad hoc vulgata l. cum de indebi-
to: ff. de proba. & c. cum veniſ-
ſent, de inſti. cum ſimil.
† Et ſumitur quæcunque alia 25
interpretatio ac præſumptio, quã
donationis: Berta. ver. donatio
præſumitur, nu.13.
Item adeſt turpitudo ex parte
recipientis, cum interuenerit ex
parte ſua dolus; ſiue ex propoſito,
ſiue adeſt ſaltem re ipſa per talem
læſionem; ideo danda eſt abſolu-
tio. † nam paria ſunt adeſſe dolũ 26
ex propoſito, vel re ipſa: ita cõ-
cludit Abb. in dictis locis. † Niſi 27
ex aliquibus circunſtantijs appa-
reret vere eum voluiſſe illud plus
donare: quod tamen in dubio ex
dictis latis verbis non præſumi-
tur, ad ſupradicta: vt dicit Abb. in
d.c.cum contingat, d.num.23. in
fine. Adducit ad prædicta ſimilem
determinationem Do. Anto. de
Butr. † circa compromiſſum fa- 28
ctum cũ ampliſſimis illis verbis,
quod arbitri electi poſſint de Iurę
vnius dare alteri in totum, vel in
partem, vel ſimilibus. nam nihi-
lominus enormiter deceptus po-
teſt contrauenire, licet non appa-
reret de dolo ex propoſito; ſed
tantum re ipſa; quia talia verba
ſermone effuſo emanata videntur
prolata ſub quadam confidentia
perſonæ, & amicitiæ arbitrorum
ad captandam beneuolentiam
eorum, vt non lædant: facit l. ob-
ligationum ſubſtantia, maxime
in fi. ff. de act. & oblig. de hoc
tamen remittit Abb. ad ſe ipſum
in c. Quintauallis: illo ti. de iur.
& ad prædicta bene conferunt quę
adducit Gram. videndus in præal.
Deci.66. num. 48. & ſeq.
† Si vero eſt læſio citra dimi- 29
diam

Digitized by Google

diam, ſimiliter non eſt differentia inter maiores, & minores quoad ipſam abſolutionem iuramenti; nam multo minus eſt danda maiori per ea, quę dicta ſunt
30 in minore. † Et differentia inter eos quoad hanc læſionem ſolum eſt in caſu vbi non interuenit iuramentum; quia maioribus in hac lęſione etiam non exiſtente
iuramento non ſuccurritur. † Sed 31
minores bene reſtituuntur contra hanc lęſionem non exiſtente iuramento: prout hanc differentiam inter eos adnotauit Crau. in pręallegato conſ. 7. lib. 1.

CASVS IX.

De hærede, vel ſucceſſore, an eis neceſſaria ſit abſolutio ob iuramentum defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an, qualiter, & quatenus tranſeat ad hæredem, nu. 8. 21. 22.*

2 *Iuramentum eſſe perſonale, cur & quomodo ſic dicatur, & nu. 13.*

3 *Fictio in ſpiritualibus non attenditur, ſed veritas.*

4 *Filius vel hæres non efficitur periurus ex iuramento patris, vel alterius, & num. 25.*

5 *Obligare nemo poteſt alium in ſpiritualibus ſine expreſſo cõſenſu ipſius.*

6 *Obligatio ſpiritualis non tranſmittitur in hæredes.*

7 *Periurare non poteſt, qui non iurauit.*

9 *Contractus obſeruantia tranſit ad hæredes cum qualitate, & efficacia ſibi impreſſa à iuramento.*

10 *Perſona hæredis, & defuncti vna, & eadem eſſe cenſetur quoad obligationem temporalem, non quoad ſpiritualem.*

11 *Pœna legis ſi quis maior: C. de tranſact. habet locum in hærede.*

12 *Abſolutio à iuramento defuncti non eſt petenda hæredi cõtrauenienti.*

Amplia etiam in filio hærede. num. 27.

Item amplia, ut nu. 28.

14 *Iuramentum defuncti quid operetur in hærede.*

15 *Hæres venire poteſt aduerſus iuratam obligationem defuncti agendo, vel excipiendo abſque iuramenti relaxatione ſine metu periurij.*

Amplia etiam in filio hærede, nu. 27.

Item amplia, ut nu. 28.

16 *Mors iurantis reſpectu hæredis habetur pro abſolutione iuramenti, & idem operatur, quod operata eſſet abſolutio in ipſo iuratore, & nu. 18.*

17 *Hæres in quibus caſibus licite venire*

Digitized by Google

venire poſſit contra iuratam obligationẽ defuncti ipſo iuramento non obſtante, & nu. 19. 20. 24.

20 *Simulationem contractus defuncti allegare poteſt libere hæres non obſtante iuramento defuncti, quo iurauit vera eſſe, &c.*

21 *Hæres ſeu ſucceſſor vniuerſalis an, quando, & quatenus teneatur ex iuramento defuncti reſpectu obſeruãtiæ contractus, & obligationis temporalis.*

22 *Succeſſor ſingularis an, quando, & quatenus teneatur ex iuramento ſui auctoris quoad obligationem temporalem, ſeu obſeruantiam contractus.*

23 *Minoris alienatio etiam ſine ſolemnitate cum iuramento, & traditione transfert Dominium in acquirentem.*

26 *Iuramentum quod non firmet contractum nullum, ſed imprimat ſolum in perſona, ſeu ſit ſolum ipſum ſeruandum magni eſt effectus, ſcilicet propter ſucceſſorem.*

29 *Filia ſi renunciauit cum iuramento ſucceſſioni paternæ, nunquid iuramentum ſuum obſiſtat filijs ſuis ne ad ſucceſſionẽ aui ipſi agere poſſint: remiſſiuè.*

30 *Iuramentum præceſſoris nunquid transeat ad ſucceſſores in dignitate, in beneficio, vel officio, ſiue in vniuerſitate: remiſſiuè.*

31 *Eccleſia an, & quando ligetur iuramento Prælati, vel Rectoris.*

32 *Eccleſia an indigeat abſolutione ob iuramentum Prælati: quod non.*

33 *Prælatus ſeu beneficiarius quatenus obligetur iuramento præſtito intuitu Eccleſiæ.*

34 *Tutor, vel Curator an, & quatenus ſeu ipſi obligentur, ſeu obligent minores ex ſuo iuramento.*

35 *Procurator an, & quatenus obliget Dominum ex iuramento pro eo præſtito: & nu. 36.*

37 *Iuramentum an accumulet forum quoad hæredem, ſcilicet vt & ipſe conueniri poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico ex iuramento defuncti.*

38 *Fori accumulatio vnde cauſetur.*

NONVS Caſus vtiliter inſtituitur de hærede, ſeu ſucceſſore. Namque pone q̃ is, qui iuramẽto ſe obligauerat, deceſſerit, nunquid eius hęres, vel ſucceſſor, ſi velit venire contra iuramentum dicti ſui auctoris, neceſſe habeat petere relaxationem; prout ita hunc caſum proponit, & definit Bal. in c. 1. nu. 10. ver. ſed pone debitor, de iureiur. de eo quoque agit Guido Pap. Deciſ. 224. num. 3. Angel. in auth. de iureiuran. à mor. Doctor. in c. veritatis: d. ti. de iureiuran. Paul. de Caſtr. conſ. 195. num. 7. lib. 2. in nouis. Soc. in conſ. 115. num. 11. libr. 1. Virgin. Bocac. ſuper conſtitutionibus Ægidian. 25. lib. 5. glo. 2. num. 29. D.

Ioan. Bap. March. in ſępe alleg.
tract. de commiſ. par. 1. com. 1.
cap. 5. num. 13. D. Anton. Gagl. in
ſępe alleg. opuſculo de abſol. iur.
§. 3.

Et pendet Deciſio huius caſus
ab ea quęſtione, an iuramentum
transeat ad hæredes; quam ponit
& copioſis allegationibus cum
nonnullis ampliationibus, & li-
mitationibus definit Dom. Anto.
Gabr. Roma. in ſuis communibus
concluſionibus, lib. 2. ti. de iure.
concl. 6.

1 Et communis definitio eſt, † q̄
in eo quod attinet ad ſpirituali-
tatem, ideſt quoad ligamen ani-
mę & reatum periurij, iuramen-
tum non extenditur ad hęredem,
2 ſeu ſucceſſorem; † ſed hoc reſpe-
ctu eſt perſonale, quia obſeruan-
tia iuramenti non egreditur per-
ſonam iurantis, & ſolum eius ani-
mam illaqueat, non ſucceſſoris: &
3 ratio eſt, † quia in iſtis ſpiritua-
libus non conſideratur iſta fictio,
quod hęres, & defunctus eadem
perſona iudicentur, immo conſi-
deratur ipſa veritas: c. veritate,
8. diſt. & c. veritatis, de iureiur.
ita Porc. Inſti. quib. al. li. in prin.
ſub num. 9. & per Abb. & alios in
4 d.c. veritatis. † Vnde filius vel hę-
res nunquam eſſet periurus ex iu-
ramento defuncti: vt dicit Abb.
in d.c. veritatis, num. 3. Idq. am-
pliant verum eſſe, etiam ſi quis
iuraſſet pro ſe, & hęredibus ſuis:
vt per Inn. Abb. & alios in d. cap.
veritatis, & Bal. in d. cap. 1. d. nu.
10. † Et ratio eſt, quia non poteſt
5 quis obligare alium in ſpirituali-
bus ſine expreſſo eius conſenſu, &
mandato: de iur. cal. c. fi. lib. 6.
nam licet obligatio temporalis
transmitti poſſit in hęredes, † non 6
tamen ſpiritualis: & ratio diffe-
rentię eſt, quia in ſpiritualibus
ligatur anima, quę ſine proprio
conſenſu ligari non poteſt: argu. c.
pen. & ibi not. de iureiur. & not.
Abb. vbi ſupra citat. & ideo dicit
Feder. de Sen. † quod qui non iu- 7
rauit non poteſt periurare: vt per
eum in conſ. 164. in prin. † Sed 8
quoad obligationem temporalē,
& effectus eam reſpicientes, ſeu
quoad robur contractus bene
tranſit ad hęredes, & hoc reſpectu
iuramentum non dicitur perſo-
nale, ſed reale. † nam contractus 9
obſeruantia tranſit ad hęredem
cum qualitate, & efficacia ſibi im-
preſſa à iuramento: ita in effectu
volunt omnes ſupra citati: † obli- 10
gatio enim temporalis tranſmit-
ti poteſt in hæredes, vt dixi; nam
quoad eam perſona hęredis vna
& eadem cenſetur cum perſona
defuncti.

† Et ideo pęna legis, ſi quis ma 11
ior: C. de tranſ. ex efficacia, & effe
ctu iuramenti inducta, habebit lo
cum in hęrede contraueniente,
prout habuiſſet in defuncto: vt
conſulit Paul. de Caſtr. conſil. 13.
viſis & conſideratis omnibus, nu.
4. in fine, lib. 2. & Soc. conſ. 38.
lib. 3. Menoc. conſ. 24. lib. 1. Iaſ. in
auth. ſacram. puberum. C. ſi adu.
vendi.

Et circa hunc articulum non-
nullas alias declarationes, quan-
do, & quomodo iuramentum tran
ſeat ad hęredes (ne multa non vn-
dequaque intentui noſtro, ſcilicet
materię abſolutionis iuramenti
conuenientia hic intermiſceam)
videre poteris p Gab. Ro. in prę-
alleg. ti. de iur. d. concl. 6. per tot.

Et

Et ex prędicta ergo difinitione infertur quid circa ipſam iuramenti abſolutionem, ſiue relaxa-
12 tionem ſit definiendum. † Namque patet ex prædictis eam non conuenire, nec locum habere poſſe in hærede, ſeu ſucceſſore iurantis; quia illa non indiget, etiam quod venire velit contra iuramẽtum defuncti agendo, vel excipiẽdo. Etenim relaxatio ad eum finem petitur, ac conceditur, videlicet ne quis incurrat reatũ periurij veniendo contra iuramentũ; & ſic datur propter periculum animę. At hęres quoad hunc effectum non ligatur iuramento defuncti: nam (vt vidimus) quoad nexum ſpirituale iuramentum nõ porrigit vires ſuas ad hæredem;
13 † ſed hoc reſpectu eſt perſonale, & extinguitur cum perſona iuran
14 tis; † & hoc ſolum operabitur iuramentum quoad hæredem, videlicet quod poterit cogi ad obſeruantiam contractus, qui validitatem recepit; ſed ſi de facto non ſeruat, non eſt periurus. Et ſi erat contractus talis, qui non potuit recipere validitatem à iuramento, hæres nullo modo compelli poteſt: vt dicit Caſtr. in allega. conſ. 195. viſis his, quę narrantur, num. 7. lib. 2. & dicam inf. ver. ſecundo amplia. Et conſequenter abſolutio, ſiue relaxatio non poteſt habere locum in ſucceſſore, quia illa præſupponit vinculum iuramenti: ſed ſucceſſor neque ipſe iurauit, neque vinculo iuramenti defuncti tenetur, vt eſt dictum: merito, &c.

15 † Et ſic hæres ſiue ſucceſſor agere, ſiue excipere poteſt contra iuramentum defuncti abſque relaxatione ſine metu periurij: ex quo enim ipſe non iurauit, non poteſt dici periurare, vt dixit Fed. de Sen. ſupra relatus. & ita tradit Guid. Pap. Deciſ. 224. num. 3.

Qua in re dixit Corneus notabile verbum, videlicet † quod 16
mors iuratoris operatur quoad hęredem idem quod operata eſſet abſolutio in ipſo iurante. Vnde poterit hæres ſine abſolutione agere omnia, quæ iurans potuiſſet poſt obtentam abſolutionem; nempe agere, vel excipere contra obligationem deducendo cauſas ad illam ſubuertendam: vt in conſ. 112. lib. 4.

Et propterea, vt dixerunt Bal. & Sali. in l. 3. C. plus vale. Hęres reſciſſurus illicite iuratum à defuncto, non habet petere abſolutionem à iuramento, prout habuiſſet Teſtator, cum quo extinctum eſt vinculum iuramenti; intellige ſpirituale: ſecus in temporali, ad prędicta: & ita refert Fel. in cap. cum ſit, num. 9. ver. propterea, de foro comp.

Ideo opus eſt ei inſpicere quatenus ipſe defunctus iuramento adſtringebatur, & quando Abſolutione indigebat, quando illa ſibi concedi poterat vel non, & quando ſine ea contra iuramentum venire poterat: vt exinde diſpicere valeat hæres ipſe, ſeu ſucceſſor an, & quando ſibi quoque licitum ſit impune contra idem iuramentum defuncti venire. † Nam in caſibus in quibus 17
danda erat defuncto abſolutio, & item in quibus fas ei erat ſine ea contra iuramentum venire; in eiſdem licitum erit hæredi quoque contra idem defuncti iuramẽ-

18 tum agere, vel excipere: † & in his caſibus mors defuncti ſupplet ſibi
19 hæredi pro abſolutione. † In quibus vero nefas erat defuncto cōtra proprium iuramentum venire, adeo quod nec ei danda erat abſolutio, ſed omnino ad obſeruantiam iuramenti cogēdus erat; in eiſdem nefas erit hæredi quoque contradicere: ſed tamen ſi ipſe de facto non obſeruet, & contraueniat, non erit periurus, vt ſupra dictum fuit.

20 † Infertur ſpeciatim ex his ad ſimulationem cōtractus defuncti, quam allegare poterit heres etiā ſtante iuramento defuncti, quo iurauit omnia & ſingula eſſe vera, & obſeruare, & c. vel ad alia ſimilia. Et ad hoc non eſt ſibi opus abſolutione, cum non teneatur illo iuramento defuncti. nam quicquid ſit in hoc caſu in ipſo iurante, certum eſt in hærede quod poteſt ſimulationem allegare, ex quo effectus iuramēti quoad periurium ad ipſum non tranſit, vt eſt dictum; id quod tradit nominatim Oſaſ. Deci. Pedemo. 42. nu. 6. 7.

Porro autem in hoc præſentis caſus articulo de ipſo hærede, ſeu ſucceſſore quatenus ipſe ligetur & teneatur ex iuramento defuncti, ſeu quando & quatenus ad eū tranſeat iuramentū defuncti, ſcilicet quantum attinet ad vinculū, & obligationem temporalē iuxta prædicta; Bal. in cap. 1. præalleg. num. 10. de iureiur. diſtinguit inter ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem.

21 † Et in vniuerſali ſucceſſore hanc Theoricam tradit, videlicet diſtinguendo, Aut ex contractu oritur naturalis obligatio; & tunc iuramentum tranſit ad hæredem quoad obligationis vinculum quantum ad efficaciam contractus, ſi in iuramento facta ſit mētio heredis: vt in c. veritatis, illo ti. de iureiur. Et erit effectus quia heres poterit cogi ad obſeruantiam, vt ſuperius dictum fuit: ſed non tranſit quoad reatum periurij; ideóque ſi de facto non ſeruat non eſt periurus: vt ſimiliter dictum eſt ſupra ex Caſtrenſi d. cōſ. 195. & tradit idem Bal. d. nu. 10. in fine: per l. ſi pena: ff. de penis. Si autem ex contractu non oritur obligatio naturalis, tunc nullo modo tranſit, vt in fœneratitio contractu: oportet enim iuramētum aut naturalem obligationem inducere, aut ei accedere, alias non eſt neceſſaria remiſſio iuramenti: C. de non num. pec. l. fi. & ff. de iure patr. l. adigere, in fi. & ff. qui ſatiſ. cog. l. fi. ita dicit Bal. in d. loco.

† In ſingularem autem ſucceſſorem nunquam tranſit, quamquā ſit licitum iuramentum, in virtute ſuæ perſonalitatis: ff. ad trebel. l. 1. §. ſi hæres. Sed in virtute ſuæ realitatis dicit quod bene afficeret quemlibet nouum poſſeſſorē, per l. quoties, cum ſua materia, C. de rei vendi. Ponit exemplum ex contractu minoris ſequuta traditione cum iuramento. † Nam ex tali contractu minoris alienantis cum iuramento, & traditione facta, efficeretur Dominus acquirens, ſeu recipiens: d. l. quoties, primo reſpon. & l. qui tibi. C. de hæred. vel act. vend. & l. qui tibi, vbi Saly. & Bal. C. de his qui à nō do. & Inſti. de rer. di. §. per traditionem, 22 23

tionem, cum ſimilibus: iuncta auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. Et Spec. ti. de empt. & vendi. §. 3. in fi. & §. ſeq. rub. de vendi. à minor. & eccleſia, ver. illud autem, & ver. Puberem. Vnde iſtud iuramentum, cuius ſcilicet vigore ſuſtinetur alienatio, & traditio à minore facta, & tranſlatum eſt Dominum in emptorem ſeu recipientem; afficeret ipſius minoris ſucceſſorem etiam ſingularem, ſeu quemlibet nouum poſſeſſorem ab eo cauſam habentem, ad quem, ſcilicet ea res à minore cum iuramento iam alienata deuenerit, vt realiter reſpectu illius rei teneatur illi cui minor eam cum iuramento iam prius alienauit & tradidit, quemadmodum ipſe minor teneretur: & hoc vult dicere Bal. quod iuramentum in virtute ſuæ realitatis afficeret, & c. per d. l. quoties: Et eſt aptior, & clarior tex. pro hoc in l. venditrici, C. de reb. al. non al. & eſt Gl. in d. l. quoties, ver. recipere, in gld. ibi, ſed tamen hoc. Adde Gl. in d. auth. Sacramenta, in ver. cuſtodiantur. Et ad eadem in hoc articulo, ſcilicet quatenus hæres vel ſucceſſor teneatur ex iuramento defuncti, videre poteris etiam eundem Bal. in repet. l. iuriſiurandi; ff. de iureiur. aliquid per eundem in prælleg. c. veritatis, in fi. d. ti. de iureiur.

Ex qua Baldi Theorica infertur,
24 † quod ſi defunctus iurauit ſuper contractu inualido, qui nec iuramento validatur, ſed iurans ſolum perſonaliter vigore iuramenti ad ſtrictus erat ad non contrauenien dum, iuxta exemplum paulo ſuperius ex Baldo relatum de fœneratitio contractu, & alia tradita ſupra, in 3. par. q. 14. & aderat iuſta cauſa obtinendi abſolutionem; tunc hæres libere contra huiuſmodi iuramentum defuncti agere, & excipere poterit; vt id in ſpecie adnotauit D. Anton. Gabr. Roma. in communib. concl. ti. de iureiur. concl. 6. prælleg. num. 5. Et D. Anton. Maſſa. Gal. in tract. ad for. cam. obli. ſuper prima par. q. 1. ſub num. 3. ver. ſi actus. Nam contractus de ſe vinculum non iniecit, quod ad hæredem habuerit tranſire, & ex iuramento pariter nihil plus virium, & validitatis recepit: & iuramenti vinculum, quo ſolo defunctus perſonaliter tenebatur ad non contraueniendum, vt effugeret reatum periurij, non tranſit ad hæredem; ſed cum defuncto extinctum fuit.
† Et ipſe hæres ex iuramento defuncti non incurrit periurium: vt 25
dicit Caſtren. in prællegato conſ. 195. & Bald. in d. cap. 1. & omnes communiter; ideoque abſolutione non eget, ſed mors defuncti eſt ſibi pro abſolutione, vt dixit Cor. in alleg. conſ. 12. & dictũ eſt ſup.
† Et hic eſt vnus notabilis effectus reſultans ex eo, quod contractus validitatem, ſeu confirmationem non recipiat ex iuramento, ſed ſolum iuramentum remaneat ex ſe ipſo ſeruandum: quem adnotauit Chriſto. Por. Inſt. quib. al. licet in prin. num. 9. & Abb. in prælleg. cap. cum contingat, nu. 8. circa prin. de iureiur. 26
† Quem effectum, & alia ſupra dicta de abſolutione, vt ea non ſit opus ſucceſſori, extende vt locum habeant etiam in filio hærede: vt vult Abb. in d. cap. veritatis, ſub num. 3. 27

num. 3. & reprobata contraria opinione Soc. tenuit Gomes. in §.actionum,num.5.Inſti.de actio. quem refert & ſequitur Gabr.in præalleg. concluſ. 6. quaſi in fine, ti. de iureiur. & pro ratione vltra ea quę adduxi ſupra ex Por. vide plura per eundem Abb. in c. veritatis proxime citatum.

28 † Secundo amplia etiam ſi quis iuraſſet pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis ſeu hæredibus; quia hæres ex hoc nihilo magis teneretur per rationes quas adduxi ſupra; videlicet quia ſpiritualis obligatio nō imponitur alteri ſine expreſſo eius conſenſu: hoc enim caſu,cum contractus non potuerit confirmari ſeu approbari à iuramento, nulla temporalis obligatio,& nullus effectus oritur vnde obligatio ex iuramento effecta ſit tranſitoria ad hæredem, ſed remanſit iuramentum vigore dumtaxat ſui ſpiritualis vinculi obſeruandum; cuius reſpectu, & vigore hęres nō ligatur,ſed eſt perſonale iuramētum, & extinguitur cum perſona iurantis: vt expreſſe in terminis iſtis dicit Paulus Caſtren. in allegato conſil. 195. num. 7. & dixi ſupra ver. Et ex prædicta. Et hanc Ampliationem poſuit Feli. in cap. cum ſit, num.9. pręalleg. de foro comp.

Inferri poteſt ex hoc nono caſu ad Deciſionem multorum particularium: Et præſertim vnum caſum pulchrum, & practicabilē, ceu illationem ex prædictis circa hunc nonum caſum decidendum, & veluti exemplum aliorum non
29 omittam indicare, † nunquid iuramentum filiæ, quo renunciauit ſucceſſioni paternæ,obſiſtat filijs ex ea natis quin ad ſucceſſionem Aui venire poſſint: ſuper quo cōſulit Caſtren. conſ. 54. quędam filia, lib.3.& habetur per Bar.in l. qui ſuperſtitis: ff.de acqui. hæredit.

† Quid de alijs ſucceſſoribus, 30
puta in dignitate, in officio, vel beneficio, ſiue in vniuerſitate,nūquid iuramentum pręceſſoris pręiudicet ſucceſſori, vt illi contrauenire nequeat. Materia ponitur per Doctores in d.cap. veritatis: & in cap.1.eod.ti.de iureiur.& in cap.cum veniſſent,de inſti.tangit Roma. conſ. 360. num.23. & ſeq. Bero. conſ.92.lib.1.& conſ. 8. lib. 3.Et vltra iſtos de eodem hoc articulo; † an ſcilicet,& quando Ec- 31
cleſia remaneat obligata ex iuramento Prælati, vel Rectoris, recurre ad Bald. in l. generaliter. C.de reb. credi. & iureiur. & in vſib.feud. §.item ſacramenta,col. 4. & per Inn. in c.quod quibuſdā, de fideiuſſ.

Et quantum ad abſolutionem,
† an illa ſibi opus ſit ratione hu- 32
iuſmodi iuramenti,vbi ſcilicet ex parte Eccleſiæ contraueniendum eſt contractui per ipſum Prælatū geſto: Et dicendum eſt quod nō: quoniam libere petere poteſt reſtitutionem, & non eſt ſibi opus prius ad hoc abſolutionem impetrare. Si enim Prælatus iurat nō repetere, puta vel non contrauenire in contractu damnoſo Eccleſiæ,ipſe quidem ſic iurando deierauit, & Eccleſia eodem petente, vel alio ex Iudicis officio reſtituitur: ita eſt Glo. in cap.1.ver.cōtractum, de reſti. in integr. lib.6. Maius eſt enim Eccleſię priuilegium, quam Minoris in hoc. Etenim

enim Minor, qui in contractu iurauit, non reſtituitur niſi obtenta prius abſolutione à iuramento, quippe quod impedit reſtitutionem: C. ſi aduer. vend. auth. Sacramenta: & ita not. Glo. proximè citata. & dixi ſupra in par. 1. qu. 5. in fine. Et pro his adde Corn. cóſ. 45. incipit. In hac: lit. H. lib. 2. & Panor. in cap. 2. pręalleg. de iureiur. verſus fi. ver. Ego dico.

Et quoad ipſum præceſſorem iurantem,

33 † An ſaltem ipſe ligetur iuramento, quod præſtitit ſuper contractu ab eo tanquam Prælato, ſeu Eccleſię Rectore geſto, vt ſcias nunquid ei opus ſit abſolutione ab eo iuramento, vel an ſibi illa concedi poſſit vel non: Et in hoc Anton. de Butr. in c. 2. præalleg. diſtinguit. Aut in contractu tangitur præiudicium ſolius Prælati, quia ſeparabile eſt præiudicium Pręlati à præiudicio Eccleſię; & iuramentum obligat, & illum repellit: vt in cap. cum venissent de inſti. Aut non eſt ſeparabile præiudicium ipſius à pręiudicio Eccleſię; & iuramentum non ligat nec repellit ipſum Prælatum in præiudicium Eccleſiæ, & non eſt opus abſolutione: ſed bene ipſe Pręlatus deierauit, & deberet ſibi pro hoc imponi pęnitẽtia, vt dictum eſt ſuperius. Et cum hac diſtinctione pertranſit Abb. in eodem. cap. 2. quam etiam alijs per eum additis communit.

34 † Quid de Tutore, vel Curatore, qui iurauit in damnum Minoris? vide per Bero. in q. 28.

35 † Quid de Procuratore? & non videtur quod aliquis obligare poſſit aliũ per iuramentum, per id quod legitur Inſti. de inutil. ſtip. §. ſi quis alij. Sed dic quod Dominus ſemet obligat, ſed per alium: vt extra de ſent. excom. mulieres: ff. de admini. tuto. ita autem. §. geſſiſſe. Et diſt. 63. c. tibi Domino: & ibi not.

Sed quid ſi Dominus reuocet mandatum, nunquid intelligitur obligatus per tale iuramentum? ita, ſi non peruenit reuocatio ad Procuratorem; ſicut id quod facit Iudex, tenet donec ignorat reuocatum mandatum: vt extra de appel. ſi duobus: & ita eſt Glo. in cap. tibi Domino, pręalleg. in ver. iurare. & eſt de mente Inno. in cap. iuuenis, num. 5. de ſponſ. vbi inquit † contrarium procedere, 36
& ſpeciale eſſe in Matrimonio, de quo etiam in dicta Gloſ. circa finem.

Poſtremo occurrit quæſtio circa materiam huius caſus, quam quotidianam vocat Abb. in cap. fi. de Paro. † An in caſibus, in quibus 37
hæres ex iuramento defuncti tenetur & conueniri poteſt pro obſeruantia contractus; ſi laicus erat defunctus qui iurauit, conueniri poſſit hęres coram Iudice Eccleſiaſtico: in qua Abb. antiqu. tenuit quod poteſt conueniri: nã ſicut defunctus potuiſſet conueniri coram Eccleſiaſtico ratione iuramenti, cap. fi. de for. comp. in 6. ita & eius hęres: argum. l. hęres abſens: ff. de iudi. & dicit ſic fuiſſe alias determinatum, pro ut illum refert Abb. pan. in d. cap. fi. num. 4. Ioan. And. ibi tenet cõtrarium; nam c. fi. de for. comp. in 6. non habet locum in hęhede ſecundum ipſum; quem refert Ab. inquiens hoc eius dictum eſſe notandum, in cap. veritatis, num. 3.

ver.

ver. Et hanc, de iureiuran. Non obſtat ſecundum eundem Io. And. quod poterat defunctus conueniri coram eccleſiaſtico; quia hoc erat propter ſuū iuramentū; & ꝓ hoc ponderat tex. in d.cap.fi.ibi, à ſe præſtito: merito non habet locum in hærede, cum iuramentū ſit perſonale, nec egreditur perſonam iurantis: d.c.veritatis, & dictum eſt ſupra. Inſuper Feli. in c. cum ſit, de for.compet.num.9. reſpondet quod, & ſi ex obligatione defuncti tenetur hæres, non ſequitur quod illaqueari poſſit ad periurium, quia reſpectu obligationis ad periurium iuramentum
eſt perſonale, † vt eſt dictum. ergo 31
ceſſante peccato, ceſſat qualitas inductiua fori: vt ibi per eum, qui videndus eſt, quia alia vtilia, & pulchra ſubdit in hoc articulo. Pro cuius etiam reſolutione videas diſtinctionem, cum qua pertranſit Abb. Pan. concordando opiniones in d.c.fi. de Paro.

CASVS X.

Si non competit Actio, vel Exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento præparatoria, ſeu ad effectum agendi vel excipiendi, non habet locum, nec eſt danda vbicunque non ſupereſt actio, vel exceptio: nu.4.*

2 *Abſolutio à iuramento non eſt danda vbi illa nullum habet operari effectum.*

3 *Expectantur in vanum ea quæ cum aduenerint nihil habent operari.*

5 *Vxor conſtante matrimonio non habet actionem pro repetione dotis.*

6 *Delegatio aufert creditori delegant ius, & actionem ſibi prius aduerſus debitorem delegatum competentem.*

7 *Abſolutionē à Iuramento non concedi vtile eſt ſemper recipienti iuramentum.*

VIDEAMVS quando non ſupereſt impetranti actio, vel exceptio ad agendum, vel excipiendum, & nihilominus ad hunc finem petit abſolutionem à iuramento.

Breuiter in hoc caſu † dicendū 1
eſt abſolutionem non eſſe concedendam: † quia illa concedi non 2
debet quando conceſſa nullum operaretur effectum: ita hunc caſum definit Rom. in conſ.46. inci. In cauſa Dominę Camillę, in prin. Et Feli. poſt illum in cap. 1.q.10. quam nominatim de hoc caſu cōſtituit, de iureiur. Ad probationem allegant l. ad probationem, la prima, in fi. C. de proba. & cap. per tuas, il 1. in §. nos vero: de ſimo. ibi, quoniam & ſi probatæ:

cum

cum Glo. ibi in ver. debilitarent: Et de offi. deleg. cap. cum contingat.

Id quod nomenclatura ipſa ſuadet: dicitur enim abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi; quia ad hunc finem, & effectum conceditur, vt ſine imputatione periurij agere, vel excipere valeat. Ergo fruſtra & inutiliter cõceditur ei qui inopia actionis excluditur: † fruſtra enim expectantur ea, quę cum aduenerint nihil habent operari: l. aliquando. §. fi. ff. ad Senat. conſ. velle: l. cum hæres. §. 1. ff. de acqui. hære. cum alijs iuribus ſuperius adductis.
3

4 † Vide caſum pro exemplo ad practicam ſuper quo conſulit Rō. in d. conſ. 46. De muliere quę cõſtituit dotem viro ſuo cum iuramento, cui pro eiuſdem dotis aſſignatione delegauit Titium, qui debitor erat eiuſdem mulieris pro ipſa dote: & conſtante matrimonio, ipſa mulier vult agere pro repetitione dotis; & ad hoc petit abſolutionem à iuramento: † nam ſibi non competit actio ſiue agere velit contra maritum, vt in l. ſi cõſtante: in prin. ff. ſol. matri. Siue agere velit contra Titium illius dotis debitorem quẽ marito delegauit: iuxta l. delegare, la 1. ff. de delega. & noua. † nam per delegationem extincta fuit actio: l. 2. & 3. in vltimo reſpon. C. de noua. & prout deducit Roma. in d. conſ.
5
6

7 † Et eſt vtilis hic caſus, ſcilicet vt abſolutio non detur, quoniam per illum Pars, contra quam abſolutio petitur, conſulere ſibi poterit contra effectus quos operatur abſolutio, videlicet ad euitandam moleſtiam Iudicij, & prorogationem Iudicis Eccleſiaſtici, quem forte ſibi non expedit habere in Iudicem.

CASVS XI.

Si corruit Contractus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento non eſt petenda ſublato contractu, qui erat cauſa iuramenti; quia iuramentũ corruit tollitur que cum contractu.*

2 *Abſolutio à iuramento neceſſaria eſt vbi iuramentum fuit cauſa contractus, licet ſublatus ſit contractus, quia tunc remanet iuramentum.*

3 *Iuramentum fidelitatis dicitur cauſa inueſtituræ ſolemnis.*

4 *Vaſallus & ſi renunciauit inueſtituræ, tenetur adhuc tamen iuramento fidelitatis.*

Declara vt nu. 5.

6 *Conſuetudini feudorum vt ſit ſtandum, actum & intellectũ eſſe cenſetur inter Dominum & Vaſallum.*

Vuu An

AN abſolutio à
iuramento ne-
ceſſaria ſit vbi
ſublatus eſt cõ
tractus, cui a-
diectum erat
iuramentum,
vel ſimul cenſeatur ſublatum iu-
ramentum, vt non ſit opus habe-
re ab eo abſolutionem. Pro huius
caſus reſolutione diſtinguẽdi ſunt
duo caſus. Nam ſciendum eſt quod
quandoque contractus eſt cauſa
iuramenti, quandoque autem è
contra iuramentum dicitur eſſe
cauſa contractus: prout hanc cõ-
ſiderationem ac diſtinctionem po
nit Baldus in cap. ſane, num. 8. de
renuncia.

1 † Primo caſu vbi contractus eſt
cauſa iuramenti, vtpote quia gra
tia & intuitu contractus adiectũ
eſt iuramentum, nempe pro ma-
iori eius efficacia, atque obſer-
uantia, & ſic ad illum confirman-
dum, & corroborandum, vt com-
muniter fit inter contrahentes,
qui vt contractus inter ſe initos,
inuicemque promiſſa magis at-
tendere, & obſeruare debeant,
adijciunt iuramentum: & hoc
caſu ſublato cõtractu, tollitur iu-
ramentum, & non eſt opus pete-
re ab eo abſolutionem ab Epiſco
po: ita tradit Bal. in loco ſupra
citato, & faciunt tradita ſupra
in prima Par. circa remiſſionem
Partis, in q. 4.

2 † Secundo caſu vbi iuramentũ
fuit cauſa contractus, & tunc
ſublato contractu non tollitur iu-
ramentum, ſed remanet, quia
ſemper quod eſt principale præua
let, & attenditur: ita dicit Bal. in
dicto loco: ac proinde hoc caſu
ſi quis vellet à iuramento eximi,
neceſſarium eſſet abſolutionem
ab eo iuramento ab Epiſcopo im-
petrare, vt ſic licitum ſibi eſſet à
promiſſis recedere.

Exemplum huius caſus habes
ſecundum Baldum † in iuramen- 3
to fidelitatis, quod dicit eſſe cau-
ſam inueſtituræ ſolemnis. Et ex
hoc infert, † quod licet vaſſallus 4
renunciet inueſtituræ, niſi renun-
ciaret propter malitiam Domi-
ni; videtur nihilominus quod
ſit adſtrictus ad obſeruantiam
iuramenti, vt dicit Bald. vbi ſu-
pra. At quamuis id verum eſſe
teneat ſecundum communes iu-
ris regulas, vt ipſe dicit; † tamen 5
quoad hunc caſum ſpecialem per
eum relatum dicit ſtandum eſſe
conſuetudinibus feudorum, iuxta
cap. 1. tit. de vaſall. qui contra
conſti. Lotar. † per eam ratio- 6
nem, quia ab vtraque parte ſem-
per videtur tacite actum, & in-
tellectum, vt ſtetur conſuetudini;
quia conſuetudo eſt altera natu-
ra: cap. licet, de loca.

Et adde ad dicta circa hunc ca-
ſum eundem Bal. in l. hæc ſcriptu-
ra, vbi etiam Moder. ff. de condi.
& demon.

CASVS XII.

De Nullitate contractus ex legis prohibitione.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile non attenditur, ſed ius Canonicum in materia iuramenti.*

2 *Acceſſorium corruit, & non tenet, vbi non tenet principale.*

Declara, ut ibi.

3 *Abſolutio neceſſaria eſt à iuramento præſtito contra legē humanam, ſeu ſuper actu à legē ciuili prohibito.*

Amplia vt num. 4. 6.

Declara, ut nu. 5.

5 *Iuramentum præſtitum contra leges, ſeu ſuper actu à lege prohibito, ſeu de iure nullo an ſit obligatorium: Quod ſic: Declara, ut ibi.*

Amplia ut nu. 6. 7.

Limita vt nu. 9.

8 *Ius Canonicū, immo etiam ciuile ob religionem iuramenti non curat de damno, & interesse temporali Minorum, vel Mulierum.*

9 *Statutum vel lex an, & quando impedire poſſit vires iuramenti, eiuſque obligationem, & nu. 10. 13.*

11 *Cauſa impulſiua dicitur quæ eſt de præterito, vel inſtanti.*

12 *Cauſa impulſiua deſinente, non ceſſat diſpoſitio.*

13 *Cauſa expreſſa in ſtatuto, vel lege ad prohibendum actum iuratum, & iuramenti vinculum probanda eſt à fundante ſe in ſtatuto, quia cauſa non præſumitur.*

14 *Cauſa in lege emanata contra ius diuinum, etiam in caſibus permiſſis non præſumitur, ſed certa eſſe debet.*

Amplia, ut nu. 16.

15 *Cauſa veritas apparere debet vbicunque ſine ea actus geri non poterat.*

17 *Principis aſſertioni non eſſet ſtādum circa cauſam, ex qua ſtatuit contra ius diuinum, vel naturale.*

18 *Confeſſio iurantis de dolo, vel deceptione non adhibita præualeret ſtatuto dolum, & deceptionem præſumente.*

Cautelam vt d. confeſſio habeatur, vide nu. 22.

19 *Præſumptio iuris, & de iure admittit probationem in contrarium ex confeſſione eius de cuius fauore agitur.*

20 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam reuocari poteſt, & debet, ſi de eius iniquitate conſtat per confeſſionem Partis pro qua lata fuit: Declara, ut nu. 21.*

23 *Statutum laicorum præſumēs circa vſuram non valet.*

Amplia, ut nu. 24.

25 *Nullitas contractus ſeu prohibitio legis non eſt ſufficiens*

cauſa obtinendi abſolutionem à iuramento.

ABSOLVTIO an ſit neceſſaria à iuramẽto interpoſito ſuper cõtractu de iure nullo, vtputa contra legis prohibitionem geſto: ſeu item an ſit concedenda vel non, in hoc caſu definiam. Exempla talium contractuũ poſita ſunt ſupra in tertia parte in quæſt. decimaquarta. Idem eſt quęrere an iuramentum contra leges pręſtitum valeat, & ſit obſeruandum vel non, vt quęrit Aret. infra allegandus Inſt. de except. §. æque, num, 8. & ſeq. Et videbatur hoc caſu abſolutio non eſſe neceſſaria; quia contractus, vel pactum, quod ipſo iure nullum eſt, non confirmatur iuramento: l. iuriſgentium, §. pen. ff. de pact. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. l. non dubium, in fi. C. de legi. Sed
1 hæc ratio nihil facit; † Tum quia extat diſpoſitio expreſſa iuris Canonici vt Iuramentum ſeruetur, quę attendenda eſt; &, ſi diſpoſitio iuris ciuilis in contrarium reperiretur, in hoc nihili facienda eſſet: id quod late ex Soci. & Caſtr. explicaui ſupra in Pręlud. 3. Tum quia verius eſt huiuſmodi diſpoſitionem legis in contrarium non reperiri; quia lex ciuilis non intendit prohibere obſeruantiam iuramẽti in omnibus actibus per eam prohibitis, ſed ſolum in his quibus iuramentum licite, & honeſte adijci nequit: vt fuſe oſtenſum eſt ſup. in par. 3. q. 5. vbi declarantur multæ leges, quæ in hoc articulo reperiuntur, & ſpeciatim leges ſuperius allegatæ.

Sed iterum opponitur, quod nõ videatur neceſſaria abſolutio, quia videtur quod iuramentum non teneat; † quia ſi non tenet principale, nec acceſſorium: vt in reg. 2
acceſſorium, de reg. iur. in 6. Bal. format hoc contrarium in c. debitores, in prin. & in c. cum contingat, ſub num. 6. ver. modo opponitur, de iureiuran. & vtrobique illud ſoluit hoc modo, quia hoc caſu acceſſorium eſt potentius, quam principale, & ſtat per ſe: vt in cap. 1. §. è contrario, de inueſti. de re alie. facta, col. 10. & hoc fauore religionis, ſeu propter reuerentiã Dei: quę ſolutio videtur deducta ex ſolutione, quam ad dictum contrariũ attulit Hoſt. & eam refert Abb. in eodem cap. debitores, num. 2.

† Sit ergo Concluſio quod neceſſaria ſit abſolutio à iuramento 3
interpoſito contra legem, ſeu ſuper contractu, vel actu nullo contra legis prohibitionem geſto; quia iuramentum valet, & tenet, & per conſequens eſt obſeruandũ: prout hanc concluſionem firmat Hoſti. in cap. quemadmodum, de iureiur. ſequitur Ioan. de Imo. in d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. pro qua faciunt notata à Ioan. And. in cap. tuæ, de Deci. refert Aret. Inſt. de excep. §. æque, nu. 8. & dicit eſſe tenendum menti perpetuo propter eorum auctoritatem.

† Quam Concluſionem amplia 4
ſiue præſupponamus iuramentum con-

confirmare, ac validare ipſum contractum, ſiue non; ſed ſolum ipſum iuramentum eſſe ſeruandũ, ad ea quę late explicaui ſupra in tertia Parte, in præallegata quęſt. decimaquarta in 5. caſu prin. & de quo articulo plene Abb. in d. c. cum contingat, nu. 8.

5 † Limitanda tamen, & declaranda eſt hęc eadem Concluſio, quę habet valere iuramentum appoſitum ſuper contractu de iure nullo ſeu contra legis prohibitionem geſto, & neceſſariam ſubinde eſſe abſolutionem: vt procedat iuxta ea quæ hac de re tradit Ab. in d. c. cum contingat, vbi plene, & eleganter diſcutit hunc articulum, an iuramentum contra legem humanam, ſeu ſuper actu à lege prohibito interpoſitum valeat, obligetque iurantem: & ibi ſub num. 5. ver. Vnde formalius, per totum illum numerum concludit, quod vbi actus ſeu contractus non prohibetur à lege, eo quia ſit contra bonos mores naturales, neque quia tendat in detrimentum publicæ vtilitatis directo, & principaliter; ſed lex illum prohibet principaliter ob fauorem, & vtilitatem perſonæ iurantis, ſiue etiam in odium ſecum contrahentis, licet ſecundario prohibitio tendat in fauorem atque vtilitatem publicam; tunc iuramentum eſt obligatorium, & ſubinde ſeruandum, & eſt neceſſaria abſolutio. Eundẽ articulum diſcutit, & eodem modo definit Bart. in l. ſi quis pro eo: ff. de fide. & in autn. ſacramenta: C. ſi aduer. vendi. Sed Abb. intelligit indiſtincte, ſiue lex in prohibitione concernat, & reſpiciat perſonas contrahentium, ſiue rem, reiecta huiuſmodi diſtinctione Bar. quam ipſe neruoſe confutat ex multis, vt ibi per eũ à num. 6. vſque ad 8. & hęc prædicti articuli Bartoli, & Abbatis definitio melior tutior, & clarior eſt omnibus alijs, quæ in d. c. cum contingat à Baldo ſiue ab alio ibi & alibi afferantur. Et in hac definitione in effectu reſidet Angel. Aret. Inſt. de excep. §. ęque, num. 9. vbi aperte declarat, illud quod paulo ſuperius diſtinguendo tenuit, videlicet non valere iuramentum præſtitum contra legem quę illud expreſſe improbat, ſe intelligere iuxta hanc diſtinctionem, & definitionẽ Abb. videlicet quod ſit tale iuramentum, quod continet peccatum, nempe quia veniendo contra illam legem obſeruando iuramentum, committeretur quid malum & contra bonos mores: quod aperte declarat dum repetit pro vno & eodẽ iuramento quod eſt contra legẽ, & bonos mores, & tale eſſe dicit illud ex cuius obſeruantia quis incideret in peccatum, & hoc nõ eſſe ſeruandum, vt per eum ibi d. nu. 9. ver. quæro quando. Et hanc diſtinctionem etiam ſecundum leges procedere fuſe deductum fuit ſup. par. 3. q. 5.

Ex qua definitione inferri poteſt ad reſolutionem, ac Deciſionem plurimorum caſuum, in quibus actus contra legis prohibitionem geſtus, & per conſequens de iure nullus ſuſtiretur vigore iuramenti adiecti; ex quibus nonnullos recenſui ſupra in Parte 3. in quęſt. decimaquarta in fine. Et ad Deciſionem etiam aliorum in qui-

in quibus e contra iuramentum nihil operatur, & non eſt obligatorium. Et de vtriſque per Abb. in alleg. cap. cum contingat, præſertim, ſub num. 14. ver. Item habes quinque caſus, vſque ad finē Capituli, vbi proſequitur multos caſus poſt Bart. in d. l. ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſ. Et quam plurimos per duodecim Concluſiones, quas hac de re facit, colligit Bal. in eodem c. cum contingat.

6 † Et amplia prædictam definitionem ſeu Concluſionem, quæ habet valere iuramentum contra legem humanam emanantē principaliter in fauorem priuatum, & ſecundario in fauorem publicæ vtilitatis, & ſubinde egere abſolutione: vt procedāt, & vera ſit, etiam quod lex, vel ſtatutum prouideat vlterius, videlicet nedum ad irritationem actus, ſed etiam ad irritationem, ſeu annullationem iuramenti; vtputa quia præſcribit formam contrahendi, & ea forma, ſeu ſolemnitate non ſeruata, vult contractum eſſe nullum, & iuramentum ſimiliter ei adiectum non valere, & nullum eſſe; prout multa ſimilia ſtatuta reperiuntur præſcribentia ſolemnitatem, & formam adhibendam in contractibus mulierum, filiorumfam. & Minorum: nam concludendum eſt iuramentum nihilominus valere, & eſſe ſeruandum ſtatuto non obſtante, quoniam ſolemnitas non eſt fundata omnino ſuper publica vtilitate, ſed in fauore, & vtilitate mulierum, filiorumfam. vel Minorum; & ideo eius defectus non impedit obligationem iuramenti, vt dicebat D. Anton. in d. cap. cum contingat, quem refert Abb. ibi, num. 26. in prin. Nec enim ſtatutum impedire poteſt ex mero fauore alicuius obligationem iuramentalem, quę acquiritur Deo; quia inferior nō poteſt imponere legem ſuperiori: Clem. ne Romani. de elect. & latius proſequitur, & alijs rationibus, & medijs oſtendit Abb. in d. cap. cum contingat, ſub num. 11. ver. Hæ ſunt principaliores. Et fuit opinio Bar. in l. omnes populi, num. 25. ff. de Iuſti. & iure. quē refert Abb. in loco citato paulo ante ſuam opinionem, in relatione aliarum opinionum. Nec eſt facienda vis an ſtatutum dirigat verba prohibitiua in perſonas, aut in rem, vt aduertit Abb. in loco citato, & dixi ſupra.

Et quamuis Gemin. in conſ. 51. incipit ſuper pręmiſſo, tenuerit contrarium, quod ſcilicet iuramentum non valeat, & quod lex, ſeu ſtatutum impedire potuerit eius obligationem, & validitatem in eo caſu, vbi lex, vel ſtatutum dirigit prohibitionem ſuam ad perſonam, ſcilicet præcipiendo perſonę ne contrahat neque iuret, iuxta diſtinctionem, & opinionem Bartoli ſupra relatam, per illam rationem, quia tenet vna cum Bartolo quod iſte taliter non obediens legi præceptiuę ſuperioris ſui ſecularis peccet mortaliter: iuncto illo alio fundamēto, videlicet quod Princeps ſecularis ex iuſta cauſa diſtinguere poteſt ius diuinum, & ei derogare in ea materia, quam alibi idem ius diuinum limitauit eique derogauit; vt in eo Decalogi præcepto, non occides, & in illo eiuſdem iuris diuini: Qui occiderit

rit occidatur, iuxta Bartolum in l. omnes populi, in tertia queſt. principali: ff. de iuſti. & iur. Vnde valet ſtatutum de Bannito impune occidendo: vt per Bar. in d. loco, & Ioa. And. in Addi. ad Spec. lib. 4. ti. de conſti. in vlt. add. Sic eſt in propoſito, inquit Gemin. de iuramento, cum de iure diuino reperiatur ſimpliciter quod quis debeat Deo obſeruare quod iurat, dum dicitur redde Deo iuramenta tua: de iureiur. & ſi Chriſtus: & iſtud reperitur in multis caſibus diſtinctum, vt non debeat obſeruari: vt patet ex nota. per Gloſ. in c. quemadmodum, de iureiur. ergo poterit per ſtatutum laicorum ex cauſa legitima ſtatui quod Minor certo caſu non obligetur ad obſeruationem talis iuramenti, ſecundum ipſum. Tamen iſtis non obſtantibus, verior eſt Concluſio affirmatiua ſuperius firmata, & vt ſupra ampliata, quod iuramentum valeat, & egeat abſolutione; quia ſtatutum in his terminis iuramenti virtutem impedire non poteſt. Non obſtat prima ratio fundata in peccato mortali ſubditi non obedientis legi ſuperioris; quia in his terminis peccatum non adeſſe luculenter, & dilucide deducit Abb. reſpondendo ad omnia, quę pro d. ratione allegantur, in c. cum contingat, de iureiur. & in ſua Diſpu. 2. incipiente ſtatuto, & c. relatus cum alijs ſupra Par. 3. quęſt. 14. num. 14. vt hic vel dicta Abb. tranſcribere, vt ſępe à noſtratibus fieri ſolet, vel alia pro reſponſione adducere, ſuperfluum, ac tędioſum: merito videri poſſit.

Et minus ergo conſequenter habebit obſtare ſecundum fundamentum, etiam ſi totum illius aſſumptum concedamus; quia nihilominus non bene fit illatio atque applicatio ad præſentem caſum, & de quo conſulit Gemin. Et hoc ex pluribus. Primo quia quod poteſtas ſecularis diſtinguere valeat ius diuinum in materia, in qua illud alibi ab eodem iure diuino reperitur diſtinctum, & declaratum, iuxta prædictam Bartoli diſtinctionem, verum eſt in materia habili, & ſeculari poteſtati ſubiecta: Secus eſt in materia ſibi non ſubiecta, vt eſt materia noſtra, ſcilicet iuramenti; quę cum ſpiritualis ſit, poteſtas ſecularis ſe de ea intromittere non poteſt: vt expreſſe tenet Bar. in pręall. l. omnes populi: & habetur in cap. ſi. de foro compe. in 6. & per Hoſt. in cap. quemadmodum, vbi etiam Ioan. And. de iur. & legitur, & not. in cap. venerabilem, de elect. cum alijs cumulate adductis ad idem ſupra Par. 3. quæſt. 5. Et in eiſdem his terminis conſulit Roma. conſ. 437. incipien. In caſu propoſito: num. 6. ver. prima quia.

Neque ſuffragatur declaratio illa Gemi. videlicet quod id procedit, & intelligendum eſt quoad iuramentum iam pręſtitum: nam de tali Princeps ſecularis ſtatuere non poteſt: ſecus de præſtando: nam de huiuſmodi ſe poteſt intromittere prohibendo ex cauſa ſubditos ne illo ſe ligent, ſecundum ipſum. nam huiuſmodi declarationi reſiſtunt ſequentia. Primum quia ſemper eſt eadem materia, ſiue ſtatuatur de pręſtito, ſiue de præſtando. Secundum

quia

quia ſtatutum in effectu tendit ad impediendum vires, & virtutem iuramenti poſtmodum præſtiti; ideo non valet, per illud vulgatū, Non curamus de modo dummodo habeamus effectum: tum per regulam, quæ habet tempore habili vel inhabili quid fieri, paria ſunt, dummodo effectus conferatur in tempus inhabile: l. quod ſponſæ: C. de dona. ante nupt. Bart. in l. alia. §. eleganter: ff. ſol. mat. Alex. in l. inter ſtipulantē. §. ſacram: ff. de verb. obli. Tertium quia in ſpecie, quod ſtatutū non poſſit impedire iuramentum prę̨ſtandum, concludit Bellame. in c. fi. prope fi. de for. compe. lib. 6. & deducit Roma. in conſ. 437. prę̨allegato, num. 7. & in eo conſilio Romanus conſulit ſuper eodem ſtatuto, & in eiſdem terminis in quibus conſulit Geminia. ſcilicet quando prohibitio dirigitur ad perſonam, illam afficiendo: & ꝑ prædictas, & alias allegationes tenet, & conſulit de directo contra Gemin.

Secundo principaliter, licet redundanter, ex dicto fundamento non bene fieri poteſt illatio atque applicatio ad prę̨ſentem materiam iuramenti, etiam in d. caſu, in quo loquitur conſulitque Gemin. item etiam demus, quod natura materiæ non repugnaret; ex eo quia non adeſt legitima, & ſufficiens cauſa derogandi iuri diuino circa obſeruantiam iuramēti. Nam quod lex, ſeu Princeps ſecularis ius diuinum diſtinguere, eique derogare valeat, intelligendum eſt iuxta derogationem eiuſdem iuris diuini, ideſt ex eadem, vel ſimili cauſa ob quam ius diuinum ſe diſtinguit, & limitat, non ex leuiori ac minus legitima cauſa: id quod datur intelligi per illud exemplum iuris diuini: Qui occiderit occidatur: per quod patet ius diuinum ſe ipſum limitare in eo præcepto de non occidendo, ex condigna, & æquiualenti cauſa. Item per illud particulare inde deducto à lege humana de Bānito impune occidēdo: tunc enim ſolum id iure ſtatui poteſt quando Bannitus eſſet pro tali delicto pro quo à Miniſtro legis occidi potuiſſet: alias ſtatutum non valet, cum plus non debeat priuato concedi circa vindictam, quam Miniſtro legis: prout determinauit Ray. de forl. in repet. l. omnes populi: ff. de iuſti. & iu. & tenuit Iaco. de Are. in Tract. de Banni. num. 17. vbi videtur ſentire quod etiam indiſtincte huiuſmodi ſtatutum non valeat; licet contrarium teneat Nell. in ſuo tract. de Banni. in prima par. ſecundi temporis, quę̨ſt. 1. Sed contra eum cum prædictis tranſit Deci. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 57. de communi teſtans cōtra Nell. de conſti. Seu ita demū dicendum erit ſtatutum valere, vbi Bannitus fuiſſet contumax ſaltem pro tali crimine, pro quo grauis pœna imponi debuiſſet; tunc enim is iuſte huiuſmodi ſtatuto conſtringitur, non pro delicto ſolum, pro quo Bannitus eſt; ſed propter contumaciam, quę̨ in tali caſu digna eſt morte: cap. 2. de maio. & obed. vt benę̨ declarat Deci. in d. cap. quæ in eccleſiarū, num. 59. ver. non obſtāt allegata; nam permanendo in tali contumacia permittendo ſe exbanniri, conſti-

conſtituit ſe transfugam,& Hoſtē ciuitatis ſuę: merito occidi iuſte poteſt, vt declarat Bar. in tract. Bannitor. num.8.9. & Ioan. And. ad Specu. lib.4. ti. de conſti. in vlt. Addi. & Deci. in d. cap. quę in Eccleſiarum,num.72. in fi. Et ſic iuſte poteſtas ſecularis limitat in hoc caſu ius diuinum ex cauſa condigna, & æquiualenti, quæ conformat ſe cum prædicta limitatione iuris diuini.

Et idem concedendum erit in alijs caſibus, ſeu materijs vbicunque adeſſet æquiualens cauſa, quę ad mentem iuris diuini ſuaderet iuri ipſi diuino derogandum fore: quod contingeret vbi poteſtas ſecularis in materia ſibi ſubiecta ius diuinum diſtinguendo eique derogando tenderet ad excludendum peccatum; aliter contra ius diuinum ſe intromittere non poteſt,iuxta notabilem Theoricam, & doctrinam Bartoli in l. omnes populi, præalleg. ff. de Iuſt. & Iu. ſub quæſt. 3. prin. quam ſupra retuli in par.3.qu.5.nu.69.& ſeq. ideoque merito concludendum reſtat, poteſtatem ſecularem non poſſe iuri diuino derogare circa obſeruantiam iuramenti in terminis in quibus ſumus,ex prædicta quoque ratione, ſcilicet quia non habet cauſam legitimam, & ęquiualentem,cum non tendat ad excludendum peccatum: ꝙ neruoſe,& concludenter oſtendit Panorm.in locis citatis. Et in ſpecie quod temporale,ſeu pecuniarium cōmodum non ſit iuſta cauſa obuiandi obſeruantię iuramenti, docet Gratia.22.q.4. in fine. & ſum. Pontif.in cap.cum contingat: de iureiur. & in cap. licet, eod. in 6. & in cap.quamuis: de pact. eo. lib. Et quantum ad ius quoque ciuile, hoc idem conſpicere eſt ex his quæ fuſe adducta ſunt ſupra Par.3.q.5.pro declaratione l. non dubium. C. de legi. maxime ànu.147.Neque ſimpliciter verum eſt quod Gemin. ſupponit ad oſtendendum iuramentum non eſſe obligatorium,& cōtinere peccatum, videlicet quod per diminutionem bonorum temporalium ſalus corporalis periclitetur: hoc enim ad ſenſum patet, & non eget probatione: & dilucide conſpicere eſt in iuribus proxime citatis:hoc addito quod ius canonicum nihil contra naturalem rationem, nihilque cum peccato diſponit,etiam quatenus diſponit in foro contentioſo: vt oſtendit Abb. in cap. vigilanti,de pręſcri. & in Proęmio Decretal. num. 16.

Ex quibus modo debile eſſe detegitur fundamentum illud principale quo potiſſimum nititur opinio contraria, quę fuit originaria Bartoli in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. quā amplexi ſunt quidam alij, & Geminia. in allegato conſ. 51. videlicet quod iuramentum in caſu pręmiſſo non valet ea ratione,quia illaqueat obſeruantem ad peccatum: id quod probant tali medio. conſtat enim (inquiunt)quod non obediens pręcepto ſui ſuperioris non continenti delictum, incurrit peccatum mortale: cum ergo ſtatutum pręcipiat minori vt non debeat cōtrahere, nec in contractu iurare; & ſic afficiat perſonam dirigendo ad illam ſuam prohibitionem: & iſte venerit contra iſtud præcep-

Xxx tum

tum iurando obſeruare; patet ꝙ iuramentum ipſum adſtringit venire contra pręceptum; & ſic illaqueat ipſum ad mortale peccatū: ergo concluditur tale iuramentū non fore ſeruandum; cum iurans non obligetur ad eius obſeruantiam quoties ex illa incurreret peccatum: debile, inquam, eſſe detegitur dictum fundamentum ex eo, quia error eſt in principio, nempe dum ſupponunt facultatē adeſſe ſtatuto præcipiendi: quod eſt illud quod vertitur in quæſtione.

Et ſic patet errorem eſſe in eo in dicto fundamento, atque in dicta eorum argumentatione, quia aſſumunt pro fundamento id, de quo dubitatur. Itaque demus vera ſint cætera aſſumpta in eā argumentatione, negamus ius eſſe poteſtati ſeculari in his terminis circa iuramentum, ita, vt pręcipere valeat ſubdito ne iuret, ſeu ne iurata obſeruet. nam huiuſmodi ius atque facultas ſibi non competit in his terminis, cum non adſit legitima, & æquiualens cauſa iuri diuino in obſeruantia iuramenti derogandi; quippe cum non tendat ad excludendum peccatum: vt oſtenſum eſt ſupra, & deducit Abb. præallegatus in cap. cum contingat, num. 6. per totū, & pręſertim verſus finem, in verſ. & poſſet attentari, de iureiur.

Et hoc in ſpecie aperte ſenſit Ang. Aret. Inſti. de mandato, in §. illud quoque, num. 5. dum ex Ioan. de Imo. ibi per eum citato, reprobat Gloſ. in l. adigere. §. qu amuis: ff. de iurepatr. in eo ꝙ ſimpliciter aſſerit, quod Imperator poteſt, vt lex Euangelica, impedire iuramentum, ſeu (vt Ang. eam refert) tollere periurium.

Neque his obſtat quod huiuſmodi iuramentum videtur eſſe contra bonos mores, ex quo eſt ſuper actu à lege improbato, per id quod voluit Bald. in l. ſi quis Inquilinos, §. fi. ff. de leg. 1. vbi per illum tex. declarat tunc quid dici contra bonos mores, quando lex hoc dicit, vel reputat, etiam ſi illud poſſet fieri, & ſaluari ſine peccato: vnde merito iuramentū non valet: cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. cum ſimilib. Nam reſpondetur; & ſi damus hoc verum eſſe ſecundum ius ciuile, certe ſecundum ius Canon. non procedit: nam canones tunc reputant quid contra bonos mores, quando ex obſeruantia iuramenti, vel dicti facti ſequeretur peccatum: vt dicit idem Bal. in d. loco: & illum refert Ang. in d. §. illud, num. 3. ver. Sed dicit. Et quod intelligatur de bonis moribus naturalibus, quibus conſequenter contraire turpe eſt & inhoneſtum, declarat Abb. in cap. cum contingat, num. 5. de iureiur. & alias nō ſemel eſt dictum. Sed neque dictū Baldi iure ciuili probatur ex d. l. ſi quis Inquilinos; quoniam ea lex (vt par. 3. quęſt. 5. declaratum fuit) dum vetat exequi præceptū teſtatoris contra bonos mores etiam cum iuramento, de eo ſentit quod non niſi illicite, & inhoneſte adimpleri poteſt: vt ex eo contextu alias in d. 5. quęſt. conijci dixi, & expreſſe id indicat Glo. ibi in l. proxima ſequen. in fine. faciunt mox dicenda in ver. Et cū ergo, ibi, Tum quia iſte. His adde vnum dictum notabile, & opportunum

ſum Hoſt. in cap. quemadmodum, de iureiur. relatum ab Angelo in allegato §. illud, num. 5. videlicet quod quando dicitur, quod iuramentum contra legem non valet, intelligitur de lege Canonica, non ciuili.

Vnde vel ex his ſolis patet, ꝙ prædictum fundamentum in eo quod habet peccare ſubditum nō parendo ſuperiori, quo potiſſimū nititur (vt dixi) contraria opinio, in nihilo ei in his terminis opitulatur.

Et cum ergo dictum ſtatutum, ſeu poteſtas ſecularis nihil polleat cira iuramentum in his terminis in vim pręcepti, ad ſupradicta, minus opus erit quærere an obligare habeat ad peccatum in vim Conſilij; quod deducere conatur Gemin. in allegato conſ. 51. vt tollat obiectum illud Do. Antonij de Butr. qui in allegato cap. cum contingat, de iureiur. dicebat, quod præceptum factum per dictum ſtatutum, ſapit Conſilium non præceptum, attento ꝙ non pręcipitur ſubdito niſi tantū id, quod ſit ſuæ vtilitatis principaliter. Sed illud non tollit, tum per id quod proxime dictum eſt, ſcilicet quod ſi dictum ſtatutum non pollet in vim pręcepti, minus in vim Conſilij: tum quia iſte cōtrahendo, & iurando, iuramentumque obſeruando in his terminis potius renunciat dicto fauori & priuilegio pro ſe à lege introducto, iuxta D. Anton. proxime allegatum, Abb. & omnes in d. c. cum contingat, nec diffitetur Gemin. in d. conſ. quod cuique de iure facere licet, C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo: & cap. ad Apoſtolicam, de regular. non autem in effectu dicitur contemnere legem vel ſuperiorem priuilegiantem, vel conſulentem: 3. diſt. cap. denique. §. hęc & ſi legibus; & per illud Abb. in cap. cum contingat, præallegato, num. 6. prope fi. vbi ad idem dicit eſſe tex. optimum in l. 1. §. inde quæritur: ff. de no. oper. nun. inducendo, vt ibi per eum, & vt illum cum alijs ad hoc idem adductis induxi ſupra parte 3. q. 5. à nu. 125.

Et nihil in hoc contrariæ opinioni opitulatur illa diſtinctio, Aut fauor eſt introductus alias, quam propter perſonæ imbecillitatem, & tenet renunciatio: aut eſt inductus propter perſonæ imbecillitatem, vtputa pro Mulieribus, & Minoribus, vt in caſu, de quo loquimur; & tunc non procedit regula, quod fauori pro ſe introducto quis poſſit renunciare: vt hanc diſtinctionem nominatim ponit Bar. in d. l. ſi quis in conſcribendo, num. 3. prope fi. C. de pact. Nam reſpondetur quod quicquid valeat ea diſtinctio vbi non adeſt iuramentum, illa non intrat in caſu vbi interuenit iuramentum, quippe quod ſupplet defectum imbecillitatis perſonæ: quod verum eſt, nedum ſecundum ius canonicum, vt patet de iureiuran. cap. cum contingat, & eod. ti. lib. 6. cap. licet mulieres; & de pact. eo. lib. 6. cap. quamuis: Sed etiam ſecundum ius ciuile. Nam quod fauori, ſeu iuri introducto ob imbecillitatem perſonę, ſeu Iudicij, valide renuncietur cum iuramento iure ciuili attento, inde patet, quod lex pręſcripſit ætatem, in qua Minor iuramento li-

gari non debeat, videlicet à pubertate citra, ſupra vero ætatis imbecillitati non pepercit propter religionem, & reuerentiam iuramenti; idque nedum ſecundũ ius nouum Cod. Iuſtinia. vt patet C. ſi aduer. vendi. l. 1. & in auth. ſacramenta puberum: & expreſſe tenet Angel. Inſtitu. de manda. in §. illud, præalleg. ſub num. 4. Sed etiam attento iure antiquo digeſtorum, vt eſt expreſſa deciſio in l. fi. §. fi. ff. de liber. ca. & dictum eſt ſupra par. 3. q. 5. præall. ſub nu. 192. Et ſic ergo ex prędictis concluditur iuxta præmiſſam ampliationem iuramentũ valere, & egere abſolutione.

Et eandem Ampliationem ſubamplia,

7 † vt ſtatutum prędictum nihil operetur, & nihil obſiſtat etiam reſpectu pœnæ, puta ſi imponeret pœnam aliter contrahentibus; quia eſt ſine effectu etiam quoad ipſam pœnam: Abb. in d. c. cum contingat, num. 12. poſt Ioa. And. in cap. ſtatutum: de hæreti. lib. 6.

8 Et ratio prædictorum eſt, † quia vbi interuenit Religio iuramenti & nexum ſpirituale, & ſic vbi agitur de intereſſe ſpirituali Animæ, ius Canonicum non curat de deceptione, ſeu lęſione Mulierum, ſiue Minorum, nec de temporali intereſſe eorum: vt patet in d. c. cum contingat, & in c. 2. de pact. lib. 6. cum ſimil. Clarum eſt enim quod propter fragilitatem ſexus, & ętatis Mulierum, & Minorum multis deceptionibus expoſitam emanauerunt illa iura in fauorem Minorum, & Mulierum: vt ff. de Mino. l. 1. & ad Velleia. per totum: & tamen iuramentum in contrarium valet, quia habetur potius reſpectus ad Dei reuerentiam, & ad ſeruandam iuramenti religionem atque item ad animam, quã ad fauorem rerum temporalium, vt in iuribus adductis: & ita cõcludit Abb. ſupra citatus, ſub nu. 12. Quinimmo neque aliam eſſe etiam iuris ciuilis cõmunis mentem ac diſpoſitionem copioſe fuit explicatum ſupr. in par. 3. in q. 5. pręalleg. tum ex multis alijs rationibus, & iuribus, tum præſertim ex diſpoſitione, & declaratione Imp. in auth. ſacramenta puberum, præall. C. ſi aduer. vendi.

Quęrit Bald. quid ſi ſtatuta ciuitatis eſſent confirmata ab Eccleſia, ſeu Papa? diſtingue vt per eum in d. c. cum contingat, num. 7. ver. ſed quid, de quo etiam per eundem in l. ex placito, col. 3. C. de rer. permu.

† Limita eandem prædictam definitionem, ſeu Concluſionem, 9 niſi vltra irritationem actus, & iuramenti ſtatutum procederet vlterius ad pręſumendam fraudẽ, vel deceptionem, Dolum, vel Metum, vel ſimulationem, vel ſimile; vtputa quia diſponit quod contractu aliter celebrato, præſumatur dolus, vel Metus, ſeu quod Minores, vel Mulieres præſumantur dolo inducti, & contractus ſimulatus, & fictus, ſeu quod iuramentum alias præſtitum cenſeatur dolo, & metu extortum; prout taliũ ſtatutorum exempla videre eſt inter ſtatuta Vrbis Romæ, lib. 1. cap. 150. cum tribus ſequen. nam eo caſu valeret ſtatutum; & contractus, eius forma non ſeruata, eſſet nullus, & iuramentum non eſſet obligatorium: quia eo caſu iuſte

iuſte impediretur eius obligatio per ſtatutum. probatur, namque ſi dolus ineſſet, non valeret: d. cap. cum contingat: & d. c. 2. & auth. ſacramenta, prælleg. ſed præſumitur dolus per ſtatutum, quod facere poteſt, cum veniat ad obuiandum peccato, & ad illud excludendum: ad tradita per Bar. in d. l. omnes populi, nu. 12. & à nobis poſt eum ſup. par. 3. q. 5. præal. num. 70. & alibi: ideo poteſt iuramentum ſine pœna contemni. iſta eſt opinio, & Concluſio eiuſdē Bar. in d. l. omnes populi, num. 25. & eam ſequitur Abb. in præalleg. cap. cum contingat, ſub num. 12. ver. ſecundo membro: & retuli in d. q. 5. d. nu. 70.

Sed hanc limitationem, & Bartoli opinionem Abb. in loco cita-
10 to † reſtringit, & intelligit veram, ſi apparet ſpecifica, & veriſimilis cauſa, ſiue coniectura præſumendi fraudem, dolum, vel ſimulationē; vtputa quia in loco ſtatuti Minores communiter decipiebantur, & inducebantur dolo ad contrahendum, & ſæpe fingebantur contractus obligatorij contra Minores; & hac de cauſa ſtatutum induxit quandam ſolemnitatem, & formam adhibendam in eorum contractibus; puta, vt cum interuentu duorum proximiorum, vel ſimili, qua forma omiſſa præſumit contractum ſimulatum, & doloſū: quod, ſtante dicta cauſa, quod ſcilicet communiter ibi Minores circumueniuntur in negocijs, rectè diſponere, ac præſumere poſſet: arguendo à communiter accidentibus, quod licet: cap. 1. de cleri. non reſid. & Cyn. & Bal. in l. neque natales, C. de prob. late Euer. in ſua Topi. in eodem loco. Nam iſto caſu valeret ſtatutum, & poſſet euacuare vires, & obligationem iuramenti, iuxta prædicta, & per d. rationē, quia obuiaret peccato. Secus ſi non apparet eiuſmodi ſpecifica coniectura præſumendi ſimulationem, & dolum: nam tunc præſumptio ſtatuti non ſufficeret ad euacuandū iuramentum; quia, non apparente cauſa vrgenti, non debet, nec poteſt impediri obligatio quærenda Deo: arg. 25. q. 1. cap. ſunt quidam, & quod not. Inno. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſti. & melius in cap. quia plerique, in fi. de immu. Eccl. & ita per hæc, & alia, quę allegat, tenet & concludit Abb. vbi ſupra.

Et fuit opinio Fed. de Sen. in conſ. 272. & addebat, quod talia confingi poſſent à ſtatuentibus ad excludendam iuramentalem obligationem via indirecta, vbi directa fieri non poteſt, contra regul. cum quid, de reg. iur. in 6. & cap. quanto, de priuil. Et item non exiſtente d. cauſa præſumendi, ſtatutum eſſet cauſa perfidię, & periurij, contra l. 1. C. ſi aduer. vend. & d. c. cum contingat, cum ſimil.

Sed huic Federici, & Abbatis reſtrictioni ſeu declarationi videtur obſtare, quod iſta cauſa in ſtatuto prædicto fuiſſet cauſa impulſiua. patet, quia † eſt de præte- 11
rito vel inſtanti: nam ex eo quia Minores hactenus decepti ſunt, moti ſunt ſtatuentes; & ſic eſt cauſa impulſiua, vt notat Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, nu. 18. ff. de condi. & demo. & ideo etiam quod non appareat, ſiue etiam non exiſtat huiuſmodi cauſa,

ſa, non videtur quod ſtatutum ex hoc minus validum cenſeri de-
12 beat: † quia defectus huiuſmodi cauſæ impulſiuæ nihil virium detrahit legi, vel ſtatuto: vt id notanter tradit Bar. in loco citato. Sol. id verum eſſe, ac procedere concedi poſſet vbi ſtatutum ſtaret intra terminos ſuę facultatis, ſeu iuriſdictionis: ſed hic vltra progreditur, ſcilicet imponendo manus iuramento, cuius obſeruantia eſt de iure diuino: vt patet in cap. & ſi Chriſtus: de iureiur. & ex eo acquiritur obligatio Deo: c. debitores, vbi doct. eo. & ideo non apparente cauſa vrgente, iuramenti effectus, ſiue obligatio impediri non poteſt per dictum ſtatutum, per ea, quæ adduxi ex Abb. poſt Inn.

Et hanc Federici, & Abbatis opinionem aperte ſe ſenſiſſe indicauit ſum. Pontif. in confirmatione prędictorum ſtatutorum Vrbis Romæ, dum in ea expreſſe, & ſpecifice meminit de huiuſmodi ſtatutis iuramenti validitatem reſtringentibus, quaſi ſcilicet expreſſa atque ſpeciali Domini Papæ confirmatione exigentibus, & ſine ea inualidis exiſtentibus: vt videre eſt in litteris Papę eorumdem ſtatutorum confirmatorijs in fronte libri inſertis, poſt illarum medium.

Immo eadem Federici, & Abbatis reſtrictio, ſeu declaratio in
13 † tantum eſt vera, vt coniectura ipſa ſiue cauſa ſtatuendi non præſumatur; ſed nec diceretur apparere ex eo, quia illa eſſet expreſſa in ſtatuto; vt quia fieret mentio, quod propter illam ſtatutum emanauit, ſed debet de ea conſtare; & qui in ſtatuto ſe fundaret contra iuramentum, haberet eam probare. Moueor ex his, quæ tradidit Deci. in cap. quę in Eccleſiarum, num. 79. poſt Abb. ibidem num. 10. de conſti. vbi dicit, † quod 14
in caſibus, etiam in quibus permiſſum eſt Principi ſtatuere contra ius diuinum, non præſumitur cauſa; quia non debet inferior violare ſtatutum ſuperioris ſine cauſa aperta, ita dicit Abb. in d. loco ex Inno. in c. quanto, per eum relato: de conſue. & hoc dictum Abb. probatur ſecundum Deci.
† quia cum hoc fieri non poſſit, 15
niſi ex cauſa, ergo neceſſe eſt vt de veritate cauſæ appareat: per ea quę tradunt Glo. & doctores in l. ſi donatione, C. de colla. & quod not. Bart. in l. ſi forte: ff. de Caſtr. pecu. per illum tex. facit tex. in l. qui teſtamento: ff. de proba. ita allegat Deci. vbi ſupra num. 80. Comprobantur hæc ex his, quę idem Deci. adducit in eodem c. ſub nu. 129. Vbi dicit † quod im- 16
mo etiam in his, quę Princeps ſtatueret contra ius naturale, vel gentium, cauſa non præſumeretur; ſed debet apparere, & iuſtificari: Subdens inferri ex hoc † quod 17
non ſit credendum aſſertioni ipſius Principis aſſerentis cauſam ſubeſſe: quod probat ex his, quæ adducit. Et ſi hæc procedunt in Principe, multo magis in inferioribus ſtatuentibus: patet id ad ſenſum, & probatur ex his, quæ idem Deci. not. in d. c. nu. 98.

Quinimmo poſſet attentari dictum ſtatutum indiſtincte non valere, principaliter, & directe diſponendo circa validitatem, vel inualiditatem iuramenti, quæ eſt mate-

materia ſpiritualis, & eiuſmodi interpretatio circa eam pertinet ad Eccleſiam:cap.venerabilem,de elect. quod videtur ſentire Bart. aperte in l. omnes populi,nu.22. ver.vnde tu diſtingue: ff.de Iuſti. & iure. & Abb.in d.cap. quæ in Eccleſiarum, num.9.ver. Ego limitarem. Sed ſuſtinetur ſtatutũ, & debe poſſe dec arare circa iuramentum,ipſumque viribus euacuare exiſtente dicta cauſa; quia immo principaliter diſponit ſuper materia ſua; & ex ipſa cauſa ſtatuti apparet quod iuramẽtum fouendo fraudes, & deceptiones, eſſet contra bonos mores,& merito non ſeruandum:vt in reg.non eſt obli.de reg.iur.in 6. & l. ſiquis inquilinos.§.vlti.ff. de leg.1. & l. non dubium,in fi. C. de legi.

18 † Porro ipſi iuranti, qui de ſtatuto opponeret allegando inualiditatem iuramenti vigore ſtatuti ob ſolemnitatem ab illo pręſcriptam non adhibitam, ſatis os clauderetur, omniſque ceſſaret ambiguitas circa validitatẽ, vel inualiditatem ſtatuti, ac iuramenti, ſi ipſe confiteretur contractum verum eſſe, & non ſimulatum, vel doloſum; quia teneretur ad obſeruantiam ſtatuto non obſtante,nihilque ei ſuffragante; cum ceſſaret cauſa, & ratio ſtatuendi: ita dicit Abb.in præallegato cap. cum contingat, num. 12. in fine: de iureiur. Idque ꝓbat, ex

19 † eo quia contra pręſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confeſſiõẽ eius de cuius fauore agitur: vt probatur in auth. Sed iam neceſſe, C.de dona. ante nup. & in cap. is, qui fidem,de ſponſ. plura ad h oc congerit Berta. in ſuo aureo vtilique Repert.verb.præſumptio: notab. 18.& in ver.Probatio per confeſ. ver. vlt. Ad idem adducit Abb. dictum ſing. Innoc. in cap. quia plerique de immuni. Eccleſ.† vbi 20 dicit quod poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam,ſi cõſtat de eius iniquitate per confeſſionẽ Partis pro qua lata fuit, debet reuocari; quia ceſſat præſumptio Iuſtitię, quæ operabatur tranſitum in rem iudicatam: & ſubdit Abb. quod multo fortius debet hoc dici in iuramento, ꝙ principaliter obligat Deo: cap. debitores: & c. & ſi Chriſtus, de iureiur.

† Intellige ſecundum Abb. quãdo confeſſio habet ſuas ſolemnitates requiſitas. 21

† Et ideo ponit Abb. ibidem, 22 num.14. bonam cautelam ad habendam confeſſionem ipſius iurãtis, videlicet vt facias ipſum interrogari cum iuramento an interceſſerit ſimulatio, vel dolus allegatus:& dicit hanc practicam eſſe bene notandam.

Ex prędictis inferri poteſt ad inualiditatem plurium ſtatutorum, quæ reperiuntur circa huiuſmodi materias ſpirituale s. Exemplũ in eo de cuius inualid i tate conſulit Fed. de Sen. conſ. 96. † Vbi 23 conſulit non valere illud ſtatutũ laicorum, quod ex al iquo facto, ſiue geſto prę́ſumatur contractus vſurarius; puta ſi app aret ſolutio de minore quantitate, quam contineatur in inſtrument o, intelligatur contractus vſurarius, & habeatur hęc coniectura, ſeu cauſa pro plena probatione: nam conſulit tale ſtatutum non valere; quia

quia cognitio vtrum cenſeri debeat contractus vſurarius, neceſſario tangit ſpiritualitatem; ideo non poſſunt laici de talibus conſtituere: cap.fi.de reb.Eccl.non al. cum alijs iuribus per eum allegatis, & illum refert Abb. in præall. cap. cum contingat, num. 12. de iure. Idem conſulit Paul. de Caſtr. conſ.210.viſis & ponderatis, lib.2.

24 †Amplia vt non valeant huiuſmodi quoque ſtatuta etiam reſpectu pœnę, quā imponunt, vt in eo ſtatuto quo cauetur, ne quis Matrimonium contrahat ſine conſenſu parentum ſub tali pœna: nam contrafaciens tali pœna non teneretur: vt tenet Ioa. And. in cap. ſtatutum, de hæret. lib. 6. ſequitur Abb. in loco proxime citato.

Reſtat videre de ſecunda Parte thematis huius duodecimi caſus, retentis eiſdem terminis ipſius Thematis, videlicet vbi iuramentum adiectum actui geſto contra legis prohibitionem adſtringit, & obligat, iuxta prædicta; nunquid danda ſit abſolutio ab huiuſmodi iuramento, & audiendus ſit iurās eam petens, vel cogi poſſit Pars ad illud relaxandum. Hunc articulum exprofeſſo examinat per argumenta ad partes copioſiſſime Abb. in Diſput. incipit, ſtante ſtatuto, quę eſt ſecunda inter eius quæſt. ſub num. 18. verſi. quartum dubium, vſque ad finem quæſtionis: & in præallegato cap. cū contingat, num. 21. vſque ad num. 24. fere per totum: & vtrobique poſt longam diſputationem reſoluit, & decidit illum per enumerationem, & conſtitutionem vndecim caſuum, quibus complectitur generaliter materiam hanc abſolutionis, generaliter definiens quando eſt danda, quando non eſt danda, & quando illa non eſt neceſſaria.

Quod attinet ad caſum noſtrū, illud reſtat videndum, videlicet An ſit iuſta cauſa petendi abſolutionem, itidemque ipſius concedendæ nullitas ipſius contractus à lege inducta, eo quia iuramentū adiectum eſt contractui de iure nullo, ac contra legis prohibitionem geſto, nulla alia cauſa exiſtēte, puta dolo, læſione, metu, vel ſimili; ſed prę ſuppoſito iuramento alioqui ex omni parte licito, ſcilicet tam ex Parte iurantis, quam recipientis, quam ex parte materię ſuper qua prę ſtatur. Et breuiter † concludendum eſt nullitatem ſolam contractus, ſeu legis prohibitionem nō eſſe iuſtam cauſam, & ob eam abſolutionem non fore concedendam, alia non exiſtente cauſa, puta dolo, metu, læſione enormiſſima, vel ſimili; 25 quia alias iura canonica, ac etiā ciuilia, quę ſtatuunt contractum firmari iuramento, ſeruirent de vento: vt d. cap. cum contingat, de iureiur. & cap. licet mul. eo. in 6. & cap. 2. de pact. eod. lib. 6. & auth. ſacramenta puberum: C. ſi aduer. vendi. & l. 1. eod. & l. ſi alterius, in fi. C. ſi mi. ſe ma. & l. ſi quis maior. C. de tranſact. cum ſimil. Nam prædicta iura, quæ volunt contractus iuramento confirmari, nihil innuunt de abſolutione, non exiſtente alia cauſa, puta vi, dolo, vel metu; immo exprimunt illos debere omnimode obſeruari; vt in d. auth. ibi inuiolabiliter, & in d. cap. 2. ibi omnino:

no: & in d. l. ſi alterius, in fi. ibi, perſpicui iuris eſſe nullum auxilium, &c. Sicut bene exprimunt de abſolutione iura quando volunt eam dari, ſcilicet cum adeſt cauſa: vt patet in cap. 1. cap. debitores, cap. ſi vero, & c. verum, de iureiur. Et ita conſuluit in Minore Soci. conſ. 115. lib. 1. vbi eleganter, & copioſe agit, & ſentit Abb. in præall. c. cum contingat, d. num. 21. poſt medium, ver. Ego autem, ibi in primo caſu. Et clarius, & expreſſius inferius in octauo caſu, vbi eleganter, & neruoſe id comprobat per prędictas rationes, & plura quæ adducit. Idē Abb. in quæſt. ſecunda, incipit ſtatuto, col. 24. in octauo caſu, & maxime ibi in ver. Item ſi de eo quod, & in conſ. 8. incipit Omnip. Dei poſtulato ſuffragio: Tria. nu. 4. lib. 2. & Pet. Anch. conſ. 312.

Vide tamen quæ idem Abbas ſpeciatim conſulit in muliere vēdente bona ſua ad vtilitatem Mariti, ſeu venditioni conſentiente an, & quando ſibi concedi poſſit, vel debeat abſolutio à iuramento ab ea præſtito ſuper huiuſmodi contractu, in alleg. conſ. 8. num. 4. ver. ſed in caſu noſtro, vſque ad finem; vbi elicere poteris quando ad ſit iuſta cauſa, vt à iuramēto actui de iure nullo adiecto abſolutio peti valeat.

Et adde quod nullitas contractus ſufficeret pro iuſta cauſa obtinendi abſolutionem à iuramento vbi inducta eſſet in odium perſonę, ideſt alterius cum ipſo iurante contrahentis, iuxta cap. ſignificante, cum ibi not. de pignori. cum ſimilibus: Abb. in c. cum contingat, num. 5. circa medium, ver. ſed non firmat, de iureiuran. Alex. in l. qui Romę, §. duo fratres, num. 35. in fi. ff. de ver. obli.

CASVS XIII.

De Pœnitentia ex naturá contractus permiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia in quibus contractibus permiſſa ſit, & locum habeat.*

2 *Abſolutio à iuramento neceſſaria eſt etiam ſi pœnitentia locum habeat in contractu: num. 7.*
Declara vt nu. 4.

3 *Iuramentum reddit contractum alias de ſui natura reuocabilem irreuocabilem, & num. 7.*

5 *Iuramentum recipit interpretationem ſecundum ſubiectā materiam ſuper quā interponitur.*

6 *Iuramentum in compromiſſo adiectum de parendo, ſeu ſtādo arbitrio, ſeu laudo arbitri intelligitur, vt ſtare debeat, vel alias ſoluat pœnam adiectam, nec cogitur iurans præ-*

ciſe parere: & num. 14. vbi de ratione.

8 *Iuramentum obligat præciſe ad actum iuratum, nec ſuppletur ſoluendo intereſſe.*

9 *Iuramentum quod non mutet, nec alteret naturam actus, ſed eam ſequatur, & iuxta eam reguletur, qualiter intelligatur: & nu.* 11. 15. 17.

9 *Iuramentum, & ſi generale, ad incogitata non porrigitur.*

10 *Iuramentum ſemper addit diſpoſitioni cui apponitur, & facit valere actum omni modo poſſibili, qui alias non valuiſſet, & nu. 16.*

12 *Lex ſi. C. de non nume. pec. circa iuramentum declaratur.*

13. *Lex ſi. ff. qui ſat. cog. circa obſeruantiam iuramenti declaratur.*

18 *Pœnitentia ex natura contractus competens, ſeu quod cõtractus de ſui natura ſit reuocabilis, non eſt cauſa ſufficiens obtinendi abſolutionem à iuramento.*

DECIMUSTERTIUS Caſus erit in contractibus, qui de ſui natura ſunt reuocabiles, & habet in eis locum pœni-
1 tentia, † cuiuſmodi ſunt contractus Innominati reintegra, & iuxta id quod declarat Bal. in l. ex placito, col. 1. C. de rer. permu. & Glo. in l. ſi pecuniam, in prin. ver. pœnitere: ff. de cond. cau. dat. & alia exempla huiuſmodi contractuum affert D. Anto. Gab. Rom. inf. allegandus: nunquid opus ſit abſolutione à iuramento adiecto huiuſmodi contractibus, ſi iurans
velit pœnitere. † Breuiter con- 2
cludendum eſt affirmatiue; † quia 3
iuramentum facit ipſos contractus irreuocabiles, & aufert pœnitentiam, ſecundum communem opinionem: vt teſtatur Corſet. in Tract. de iureiur. col. 1. in fi. ver. ſecundum priuilegium: num. 29. refert D. Anto. Gabr. Rom. in ſuis communibus concl. ti. de iureiur. Concluſ. 9. quam de hoc Articulo formauit: vbi copioſe illum proſequitur: Et hanc communem eſſe dicit Deci. in l. ſi conuenerit, ſub num. 9. ff. de iur. omn. iud. Et certe Glo. in cap. fi. ver. reuocatus, de proc. in 6. quæ adducitur pro cõtraria, parum ei fauet; quia quod reuocatio ibi nõ impediatur per iuramentum prouenit ex omnimoda libertate conſenſus, quam requirit matrimonium: vt eadem met glo. ſoluit, & faciunt pro dicta concluſione affirmatiua alia adducta in præcedenti caſu circa prin. & quæ adducit Alex. in d. l. ſi conuenerit, nu. 2.

† Declara & reſtringe hanc af- 4
firmatiuam Concluſionem vbi alter non defecerit im implemento, quod ab eo expectabatur, quodq. ad eum pertinebat; ſed nũc prior ipſe iurans vult reſilire: vel implementum ſolum ad ipſum iurãtem pertinet iuxta exempla, de quibus agit prædictus Gab. d. Concl. 9. & alia, quæ deſumi poſſunt ex notatis in reg. quod ſemel: de reg. iur. in 6. tunc enim ligaretur iurans ſuo iuramento, vt ſine abſolutione non poſſit reſilire. Nam ſecus ſi complendus erat contractus ex parte alterius, & non compleuit,

pleuit,& erat obligatio correſpe-ctiua, & reciproca; quia tunc iurans non teneretur ſuo iuramento, & ipſe quoque conſequenter contrauenire poſſet ſine abſolutione, per ea quæ dicam inf. in caſu xv.

Item contra eandem affirmatiuam Conclu. quod immo non liget iuramentum, & non ſit opus
5 abſolutione videtur facere,† quod iuramentum recipit intellectum ſecundum ſubiectam materiam, ſuper qua præſtatur:l. ſi. C.de non num.pec.l.ſi.ff.qui ſatis.cog.Abb. in cap.1.nu.21.de Iudi.Et ad hoc adducit Abb. ibidem notabile dictum Inno. in c.per tuas, de arbi.
6 † quod ſi iuraui ſtare arbitrio alterius,debet intelligi ſecundum ſubiectam materiã, ſcilicet quod ſtabo vel ſoluam pœnam. Et ideo videtur quod iuramentum in huiuſmodi contractibus, qui de ſui natura ſunt reuocabiles,non obliget præciſe ad obſeruantiam, ſed debeat intelligi iuxta eorum naturam, & quod recipiat limitationes,& conditiones,vt illi recipiunt: Iuribus allegatis; & conſulit Roma. in conſ. 269. & ſic q in dictis contractibus iuramentũ non auferat pœnitentiam,ſed ſufficiat iurantem teneri ad intereſſe,iuxta l.ſi conuenerit,præalleg. & quod ibi notatur per doct.maxime Alex.num.2. poſt Anto. de Butr. per eum relatum in d. c. 1. de Iudi.
7 † Sed defenditur dicta Concluſio,& verius videtur iuramentum in dictis contractibus auferre pœnitentiam, & illud eſſe ſeruandũ, & conſequenter neceſſariam eſſe abſolutionem; quia iuramentum eſt ſeruandum, ex quo poteſt ſeruari licite ex parte iurantis, vt præſupponimus: cap.ſi vero, & c. cum contingat, de iureiur. cum multis ſimil.

† Et obligat præciſe ad factum iuratum, nec ſuppleri poteſt per ſolutionẽ intereſſe, ſeu per æquipollens,vt tradit Alex. poſt Ang. & Paul. de Caſtr. in d.l. ſi conuenerit. Et copioſius forte omnibus alijs firmiuſque poſt longam diſputationem id comprobat Felin. in cap. ad noſtram, il primo,ſub num. 12. verſi. ex quo intellectu, vſque ad finem cap.de iureiur.per illum tex.& alia fortia argumenta,quę adducit; copioſe item Ab. in cap.veniens, co.ti. de iureiur. vbi etiam alij. 8

Non obſtant quę in contrarium adducuntur. Et ad id quod dictum eſt, quodque ſemper adduci ſolet in contrarium,† videlicet quod iuramentum non mutat naturam actus cui adijcitur, ſed eam ſequitur, & ſecundum eam cenſetur:d. l. ſi. ff. qui ſatis. cog. & l.ſi.C.de non nume. pecun. quę ad id ſemper allegantur, & ad nauſeam vſque allegat D. Anto. Gabr.ti. de iureiur. Concluſ. 10. reſpondetur quod in caſu illarum legum,& ſimilium veriſimiliter colligitur de mente iurantis fuiſſe non extendere iuramentum ad caſum illum incogitatum.& ſic actus ibi non habet effectum ex mente iurantis. ita reſpondet Alex. in d. l. ſi conuenerit, num.2. in fi. † quia iuramentum,& ſi generale, ad incogitata tamen non porrigitur: cap.veniens,de iureiur. & per illud conſulit Roma. in alleg. conſ. 269.vbi in hoc ſenſu intelligit hoc 9

quod dicitur iuramentum intelligi iuxta naturam actus, videlicet vt eatenus quis conſenſiſſe cenſeatur in iuramento, quatenus conſenſit in actu; & ſecundum hoc defendit caſum, in quo conſulit. idē conſulit in conſ. 379. circa primū, nu.8. & ibi addi. Mand. haud mirū igitur ſi iuramentū nō opitulatur vltra actū; cum defectus conſenſus irritet iuramentum, nec ipsū ſuppleat defectum cōſenſus, vt ad notaui ſupra in caſu 3. in prima ſpecie metus, in fine, & in caſu 4. & ita limitat D. Anton. Gabr. d.
10 Concl. 10. num. 2. † alias autem iuramentum ſemper addit diſpoſitioni ſuper qua interponitur, & facit valere actum omni meliori modo quo poteſt, dato quod non valeret eo modo quo agebatur: quod probatur etiam de iure ciuili, vt Alex. in loco citato dicit eſſe tex. ſing. in l. cum pater. §. fi-
11 lius matrem: ff. de leg. 2. † Adde vlterius pro corroboratione eiuſdem reſponſionis Alexandri ad illas leges, quod vltra veriſimilitudinem prędictam excludentem obligationem iuramenti, extat etiam alia fortis iuris prǽſumptio quę ei repugnat, & aperte excludit conſenſum iurantis, nempe quod non prǽſumitur quod quis velit iactare ſuum obligando ſe iuramento ad reddendum pecu-
12 niam, quam non recepit: † & ideo mirū non eſt ſi tunc iuramentū ſimpliciter prǽſtitum limitatur ſecūdum limitatam obligationem cui adijcitur: ad hoc l. cum de indebito: ff. de prob. quæ ratio & prǽſumptio ceſſat quando quis ſe obligat, puta ad aliquid faciendū, vel dandum, & iurat; quia tunc videtur mens eius obligari ad id quod iurat; & ſi non ſeruat, videtur quod poſſit cogi ad obſeruantiam, per dicta ſupra: & fuit reſponſio Imo. in prææalleg. cap. 1. de Indi. & c. per tuas, de arbi. vt etiam refert Fel. in prealleg. cap. ad noſtram, col. pen. ver. & pro iſta parte. † Lex 13
autem fin. ff. qui ſatis. coga. longe minus obſtat, quia illa excuſat ab obſeruantia iuramenti ex cauſa conceſſa, vt in ea dicitur; quam negamus adeſſe. Et ſecundum ſpecialiorem intellectum in illa lege prǽſtat iuſtam cauſam difficultas, vel auctoritas, ſeu iuſſus ſuperioris: ideo dicta lex nihil obſtat pmiſſæ Concluſioni.

Minus obſtat dictum Innoc. & eius obiectio euitari poteſt multipliciter; & primo quia illud late impugnant Abb. & Imo. in d. c. per tuas, de arbi. & contrarium tenuit Hoſt. & Io. And. quos Abb. refert ibi, nu. 13. illud etiam impugnat Felin. in prææalleg. cap. ad noſtram, col. fi. ver. ſed licet ad dictum Inno.

Et ſi quis illud dictum Inno. ſuſtinere vellet, poſſet ſecundo reſpondere, quod illud eſt fundatum in ſpeciali ratione: † nam quod 14
in compromiſſo iuramentum non operetur quod poſſit peti exequutio ſententię, ſeu laudi; & ſic quod prǽciſe condemnatus teneatur ad rem iudicatam; ſed poteſt ſoluere pœnam, vel intereſſe, nec incidit in periurium non parendo ſententiæ arbitri, vt vult Inn. id ex ſpeciali ratione conceſſum eſt, nempe ea, quia cum arbiter ſine timore retractationis poſſit ferre iniquam ſententiam, iuſtum fuit quod in alio eius poteſtas reſtringe-

ſtringeretur, ſcilicet vt nunquam poſt ſententiam arbiter partibus res ſuas auferre poſſet; ſed ſufficit eis auferri vel pœnam, vel intereſſe; ita Inno. ipſe ſe declarat in eodem c. per tuas, ſub nu. 3. in fine, ibi, ratio autem quare, de arbi.

15 † Poſtremo alio modo euitatur illud quod dicitur, quod iuramentum non mutat naturam actus, ſed eam ſequitur, & ſecundum eam cenſetur, & regulatur recipitque conditiones, & limitationes, quæ illi actui conueniunt: intelligitur enim vbicunque per eam interpretationem iuramentum nihilominus viribus non euacuatur, ſed habet effectum ſuum, & aliquid operatur; hoc caſu poteſt habere locum illud dictum: ſecus vbi iuramentum redderetur inutile, & vanum; & nihil vel parum operaretur; † quia iuramentum ſemper debet addere diſpoſitioni ſuper qua interponitur, & facit valere actum eo modo quo valere poteſt, vbi non poteſt ſuſtineri eo modo quo agebatur: l. cũ pater. §. filius matrem, præallegato: ff. de leg. 2. & dictum fuit ſupra. Ideo non procedit in terminis prꝫſentis Caſus: nam ſi daretur pœnitentia, iuramentum parum, vel nihil operaretur, quod non eſt dicendum per prædicta, & arg. l. ſi quando: ff. de leg. 1. & ita declarant Alex. in d. l. ſi conuenerit, & Feli. in d. cap. ad noſtram, col. fi. ver. quinto adducitur, poſt Abb. in cap. fi. de rebus Eccl. al.

(16 in margin beside "rum operaretur; † quia iuramen-")

Et reperi d. D. Anto. Gabr. adaptaſſe aliam limitationem huic conformem in d. Conclu. 10. num. 5. † vbi limitat iuramentum non 17 recipere conditiones eiuſdem actus quando conditiones tendunt ad inualidandum ipſum actum, ex Aym. & Bauer. in Tract. de iur. per eum citatis. Et limitat etiam alijs modis, vt ibi per eum eſt videre.

Et pro prꝫdicta Concl. ꝙ iuramentum liget in caſu præmiſſo, & impediat pœnitentiã vbi alias de iure locus eſt pœnitentiæ, vide etiam Euerard. in ſua Topica iuris, in loco à vi, & energ. iur. in nono effectu, num. 4. vbi infert ad multa ſingularia.

Quantum vero ad abſolutionẽ an danda ſit, & ex qua cauſa, videlicet † an iuſta, & potens cauſa 18 ſit illius petendæ, itidemque concedendꝫ natura ipſa contractus, nempe quod contractus eſt reuocabilis de ſui natura, & habet locum pœnitentia, dic quod non, niſi alia cauſa exiſtat, per ea quæ dixi ſupra in proximo caſu, ver. Reſtat.

CASVS

CASVS XIV.

Si Teſtatorem pœniteat prioris voluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à Iuramento prioris Teſtamenti de illo non reuocando non eſt neceſſaria quãtum ad validitatem ſecundi Teſtamenti; quia valet ſine illa.*

Declara, ut nu. 10. & 11.

2 *Obligatio nulla oritur inter teſtatorem, & hæredem inſtitutum, quæ habeat confirmari iuramento teſtatoris.*

3 *Iuramentum Teſtatoris de non reuocando teſtamentum, nullum ius producit.*

4 *Pactum de ſuccedendo, ſeu de hærede quem faciendo non valet.*

An firmetur iuramento, quod non nu. 31. 44.

An & qualiter dicatur eſſe contra bonos mores, num. 20. 23. 24. 27. 32. 36. *verius, nu.* 45. 46. 52.

5 *Voluntatis libertatem quominus ſit ambulatoria nemo ſibi ipſi prohibere poteſt.*

6 *Iuramentum non reſiſtit valliditati actus geſti contra illud.*

7 *Venditio tenet & valet, licet facta ſit contra iuramentum de non vendendo.*

8 *Procurator reuocari poteſt non obſtante iuramento de non reuocando.*

9 *Matrimonium contractum contra iuramentum antea emiſſum de non contrahendo cum alia valet.*

11 *Teſtamentum poſterius non obſtante iuramento in priori teſtamento adiecto de illo non reuocando an, & quando valeat, non obtenta abſolutione, & nu.* 56.

12 *Teſtatorem pænituiſſe prioris teſtamenti, illudque per ſecundum reuocare voluiſſe, quomodo & ex quibus ſit dignoſcendum: remiſſiuè.*

13 *Iuramenti expreſſio, ac reuocatio an fieri poſſit per clauſulas aliquas derogatorias, vel ſit neceſſaria ſpecialis mentio iuramenti: remiſ.*

14 *Statutum an poſſit tollere clauſulas requiſitas, & neceſſarias pro reuocatione prioris voluntatis: remiſ.*

15 *Teſtator reuocans prius teſtamentum iuratum ſine abſolutione an fiat periurus, quod ſic, & nu* 17. & 56.

Limita vt nu. 59.

16 *Iuramentum de non reuocando teſtamentum an ſit contra bonos mores, ac ſubinde non obligatorium:* & *nu.* 21. *quod non, & nu.* 56.

18 *Iuramentum ſuper actu, qui eſt contra bonos mores introductione, & artificio iuris ciuilis*

ciuilis non redditur nullum, & non obligatorium, ſed remanet validum, & *nu.* 33.

19 *Iuramentum, & ſi à iure ciuili expreſſe ſit reprobatum, tamen eſt obligatorium,* & *eius tranſgreſſio inducit periurium.*

22 *Lex ſtipulatio hoc modo: ff. de verb. obli. Declaratur.*

23 *Facultatem libere de rebus ſuis diſponendi cuiquam auferri eſt contra rationem naturalem.*

24 *Diſponere de rebus ſuis in caſum, in quo ſit mortuus, an poſſit quis ſecundum naturalem rationem, & nu.* 37.

25 *Mors omnia ſoluit.*

26 *Facultas teſtandi, ſeu de rebus in morte diſponendi an ex gratia competat, vel mero iure: & nu.* 37.

27 *Conceſſa alicui ex ſpeciali ratione non poteſt ipſe alteri participare, ſiue in alienum arbitrium conferre.*

28 *Inſtitutio hæredis ex mera affectione, & liberalitate procedere debet, non metu pœnæ.*

30 *Iuramentum adiectum pacto de ſuccedendo, ſeu de hærede quem faciendo, licet non firmet pactum quin inſtitutio in contrarium de alio facta valeat; de ſe tamen an ſit obligatorium, ita vt tranſgreſſio inducat periurium: & nu.* 31. *cum ſeq.*

Verius num. 44. 47.

34 *Iuramentum non eſt obligatorium quando eſt contra bonos mores naturales, & quando ſit huiuſmodi.*

35 *Iuramentum non obligat ad id quod non dependet à poteſtate iurantis.*

36 *Bona omnia communia ſunt de iure naturali.*

38 *Tempore habili, vel inhabili quid facere paria ſunt vbi factum, ſeu eius effectus confertur in tempus inhabile, & illicitum: Limita. ut nu.* 42.

39 *Teſtamenti factionem non habet de iure ciuili, qui nihil in bonis habet, actu, & habitu.*

40 *Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti, & Domina rerum cenſetur.*

41 *Velle & nolle non durant poſt mortem.*

43 *Teſtamentum per mortem teſtatoris confirmatur, & habet effectum: & qualiter.*

46 *Pactum de ſuccedendo inducit votum captandæ mortis; & ideo odioſum, & improbabile.*

48 *Pactum de ſuccedendo, ſeu de faciendo quem hæredem eſt contra bonos mores, & improbabile, nedum de iure ciuili, ſed etiam Canonico.*

49 *Votum captandæ mortis reprobatur à iure Canonico.*

50 *Pactum de ſuccedendo qua ratione reddatur turpe, & illicitum.*

51 *Beneficij vacaturi prouiſio ſeu promiſſio qua ratione dicatur illicita, & improbabilis.*

53 *Lex fin. C. de pact. declaratur.*

54 *Conſenſus paciſcentis ſuam hæreditatem an excludat votum captandæ mortis, & ſuſtineat pactum.*

55 *Pactum de ſuccedendo an per ſtatutum permitti, & ſuſtineri valeat; quod non.*

Opinio

Digitized by Google

57 *Opinio illa eligenda eſt,vbi vertitur periculum animæ, ex qua periculum animæ euitatur.*

58 *Iuramentum quantuncunque temerarium,ſi alioqui ex parte iurantis non continet peccatum,nec omnino defuit illi iudicium,eſt obligatorium.*

59 *Teſtator ſine prauia abſolutione reuocando primum teſtamentum iuratum ex iuſta cauſa, an fiat periurus.*

Et quæ ſit iuſta cauſa,ibi.

60 *Abſolutio à iuramento de non reuocando teſtamentum neceſſaria eſt quoad vtrunque forum,ſcilicet tam Poli,quam fori.*

61 *Abſolutio à iuramento de non reuocando teſtamentum ex iuſta cauſa concedi debet.*

An ſit iuſta cauſa ſola pœnitentia teſtatoris, ibi, num. 62. quod ſic.

63 *Iudicij ſupremi,ſeu vltimi libertas etiam per indirectum non poteſt conſtringi.*

64 *Legis permiſſio atque auctoritas iuſtam cauſam præbet abſolutionem à iuramento obtinendi.*

SI Teſtator iurauit non reuocare Teſtamentum,quod condidit, vel illud non mutare, & poſtmodum pænitẽtia ductus velit illud mutare, vel aliud teſtamentum condere,an ſibi neceſſarium ſit habere prius abſolutionem ab illo iuramento.

In hoc caſu plures occurrere poſſunt inſpectiones. Prima nunquid valeat ſecundum teſtamentum quo mutauit, ſeu reuocauit primum, ꝙ cum iuramento promiſerat non reuocare, non petita prius abſolutione ab ipſo iuramento. † Et quantum ad hoc 1
dicendum eſt abſolutionem non eſſe neceſſariam; quia abſque illa ſecundum teſtamẽtum valet, non obſtante iuramento in priori teſtamento appoſito de illo non reuocando; quia tale iuramentũ non tollit libertatem faciendi ſecundum teſtamentum: & eſt Cõcluſio omnium conſenſu recepta; quam primus omnium firmauit Ioan.And.in cap. quod ſemel,de reg.iur.in 6. in quæſtionibus Mercurialibus,& illum omnes ſequuntur, nominatim Bar. in l. ſi quis in principio, num. 14. ff.de leg. 3. vbi etiam alij. Alexan. qui hanc Concluſionem commmunem appellat in l. pactum quod dotale, num.3. C. de pact. qui alios allegat: Angel. Are.in ſuo Tracta. de teſtamentis, circa finem, ſuper verb. Et iurauit dictus teſtator: Bal. & ſcribentes poſt eum in l. cum duobus,alias eſt l. ſi fratres, §. Idem reſpondit,il 1.ff.pro Soc. idem Bal. & Iacob. Butr.in auth. ſacramenta, C. ſi aduerſus vendi. Paul. de Caſtro in conſ. 206. in facto præſenti, lib. 1. quod eſt repetitum plenius infra eodem lib. 1.conſ. 285. & pro hac Concluſione allegatur Glo. 13.q.2. in cap. vltima voluntas; & eam firmat Abb. in cap.ſicut, nu. 4. de ſponſ. latius in conſ.41. incipit, In quæſtione quæ vertitur,num.2.prope finem,ver. Nec obſtat quod, lib. 2. poſt

2. poſt d. Glo. in d.cap. vltima voluntas, & Bart. in d. l. cum duobus, alias l.ſi fratres, §. idem reſpondit, il 1. ff. pro Soc. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta: ff. de verbo. obli.

2 Et huius concluſionis† ea præcipue ratio eſt; quia inter teſtatorem, & hęredem nulla eſt obligatio, quæ poſſit tali iuramento
3 firmari; † ideo ex quo non inſurgit Ius aliquod per tale iuramentum, merito per illud non impeditur Teſtator quin poſſit teſtamentum reuocare: quam rationem aſſignat Bal. in auth.de pace firman.§. item ſacramenta puberum,& Ang. poſt eum in d. tract. de teſtam. ſuper d.ver. & iurauit.

Et firmatur hæc ratio ex eo,q
4 † pactum de futura ſucceſſione iuramento non firmatur: vt allegat Alex. in d.l. pactum quod dotale,num.3.C.de pact. & per Ioa. Dil.in tract. de Arte teſt. tit. de teſt.ord.caut.10. num. 2. vbi ampliat.

Item probatur eadem Conclu-
5 ſio alijs rationibus,nempe † quia nemo poteſt ſibi indicere legem, vt non liceat ſibi recedere à priori voluntate: d.l. ſi quis in princ. ff.de leg.3. & quia libertatem ſupremi Iudicij nemo poteſt conſtringere: d.l.cum duobus,ſeu l.ſi fratres,d.§.idem reſpondit: ff. p Soc. Et ex alijs,quas poſt pręalle. Gloſ. in d. cap. vltima voluntas, adducit Abb.in pręalleg.conſ.41.
6 lib.2. Item probatur ex eo † quia non omne,quod contra iuramentum fit,nullum eſt. Et quod non impediatur actus validitas contra iuramentum,dixit Inno. in c.
7 dilecto: de pręben. † Et ideo dicit ſi quis iurauit non vendere librum,& poſtea vendit,tenet venditio, vt ibi per eum, num.4. vbi de hac re tradit vtilem Theoricã: & illum refert & ſequitur Fed.de Sen. in conſ. 100. factum tale eſt Abbas,circa ſi.& Abb. in conſ.41. præalleg.num. 2.circa ſi lib. 2.†Et 8
probatur per ſimile quod not.Gl. in cap.ſi.de prob. in 6. de eo qui iurauit non reuocare Procuratorem, nihilominus poteſt reuocare,licet non debeat ſine iuſta cauſa: tamen ſi reuocat, tenet reuocatio. Ad idem quod habetur de ſponſal. cap. ſicut literis, † vbi ſi 9
quis iurat non contrahere cum alia, & contrahat, tenet contractus, licet ſit periurus.

Adde Specul. qui de hoc caſu ſpeciatim quęſtionem ponit, in ti. de inſtru.editio.§.12. incipit, Compendioſe, ver. quæro ſi quis iurauerit, nu.25. qui † diſtinguit 10
inter ius ciuile, & Canonicum; ſiue inter forum ciuile ſeu ſeculare, & forum Eccleſiæ, cuius diſtinctionis, nemo, vt aduerterim, meminit. Et ſecundum leges approbat prædictam communem Concluſionem, quod teſtamentũ ſecundum valeat, & hæres in eo inſtitutus debeat hæreditatem habere, aliaque in eo contenta ſimiliter valeant, per prædictas rationes: Et item quia iuramentum contra leges pręſtitum non obligat: cap.ſi diligenti, de foro comp.C. de legib. l. non dubium, & 10. diſtinct. c. vides.

At ſecundum Deum, & in foro Eccleſiæ, vt ipſe dicit, contrariũ putat: Et mouetur ea ratione:nã (vt dicit) omne iuramentũ ſeruãdum eſt, quod ſeruari poteſt ſine

Digitized by Google

interitu ſalutis ęternæ: extra de iureiur. cap. ſi vero: extra de his quæ vi, met. cap. cum dilectus: & arg. cap. cum contingat, in fi. d. ti. de iureiur. Item quia redditio iuramenti eſt de iure naturali, & de pręcepto: 22. q. 1. ſi pactum, in prin. & d. tit. de iureiur. cap. & ſi Chriſtus, verſus fi. ibi redde Deo. vnde nullo modo eſt infringendũ: cap. flagitia. 32. q. 7. & de no. ope. nunc. cap. cum ex iniuncto, & de reg. iur. qui ſcandalizauerit. Fas enim fuit ſibi de rebus ſuis qualitercunque placuit diſponere: ff. ſi quis à paren. manu. fue. l. 2. & 8. q. 2. §. ſed aliud: vnde contra ordinationem iuratam ſibi non licet venire: hęc Specul. Vide tamen alia, quę circa hanc Specul. diſtinctionem dicam in ſequenti inſpectione circa finem.

11 † Declaranda eſt prædicta Concluſio communis quatenus habet ſecundum Teſtamentum valere, non obſtante prædicto iuramento de non reuocando primum, vt vera ſit, dummodo in ſecundo Teſtamento appareat ſufficienter teſtatorem prioris voluntatis pœnituiſſe, ac per illud ſecundum Teſtamentum prius reuocare vo-

12 luiſſe: † Pro qua re, vtpote aliena à propoſito, quando ſcilicet dicatur ſufficienter conſtare per ſecundum Teſtamentum Teſtatorē prius reuocare voluiſſe, & qua verborum forma, ſeu quibus clauſulis ad hoc opus ſit, indico tibi duo conſilia duorum excellentiſſimorum doctorum, ſcilicet Fed. de Sen. conſ. 47. incipit, Habita ſuper caſu prędicto. Et Paul. de Caſtro conſ. 285. ſuperius allegatũ, lib. 1. in quibus hanc rem eleganter, & luculenter pertractant. Habes etiam elegans, & plenũ conſ. D. Ab. cõſ. ſcilicet 41. prę-alleg. lib. 2. & pro hac declaratione, ſeu limitatione addo Io. Dilectum, in tract. de arte teſt. tit. de muta. teſta. caut. 2. nu. 7.

† Et in ſpecie An expreſſio, ſeu mentio iuramenti ſuppleri poſſit ex alijs clauſulis derogatorijs, vel requirat indiuiduam, & expreſſam Mentionem iuramenti, tradit idem Caſtr. in d. conſ. 285. num. 2. paulo poſt prin. ver. Plus videtur. 13

† Et an per ſtatutum tolli poſſint verba derogatoria neceſſaria pro reuocatione prioris voluntatis, conſulit eleganter Caſtr. concludens pro negatiua in cõſ. 443. videtur ſine dubio, lib. 2. 14

Altera huius caſus inſpectio eſt † an abſolutio à iuramento adiecto priori Teſtamento, ſi non eſt neceſſaria ad condendum valide alterum Teſtamentum, quia ſine illa conditum valet, vt dictũ eſt; ſaltem neceſſaria ſit quoad hoc ne Teſtator incidat in periurium & vt excuſetur ab illo, neue de periurio accuſari valeat, vel etiã ſine illa nihilominus immunis ſit à periurio. 15

Et in hoc diuerſæ ſunt opiniones. Nam Ioa. And. in pręallegata regu. quod ſemel, de reg. iur. in 6. eius eſt opinionis, quod ſine cauſa non ſit licitum contrauenire priori Teſtamento alterum condendo; & ſi de facto Teſtator contraueniat, quod periurus ſit, licet Teſtamentum poſterius teneat. hoc idem ſentit Feder. de Senis in pręalleg. conſ. 100. incip. factũ tale eſt Abb. ſubiectus: in fi.

Et

Et hanc opinionem, quod Teſtator recedendo ſine iuſta cauſa à priori Teſtamento iurato efficiatur periurus, tandem poſt longam diſputationem, ſatis tamen intricatam ſequitur Ang. de Gābilionibus Areti. in præallegato Tract. de teſta. verſus finem, in prçalleg. ver. Et iurauit dictus & c. & Paul. de Caſtr. in conſ. 122. quod dicta Domina, in princip. lib. 1.

Contrariam Partem, quod immo Teſtator non efficiatur periurus, tenet Bart. in d. l. ſi quis in prin. ſub num. 14. ff. de lega. 3. & in l. cum duobus, §. idem reſpondit: ff. pro Soc. & cum eo communiter tranſeunt legiſtæ, vt dicit Alex. in l. ſtipulatio hoc modo: ſub nu. 5. ff. de verb. obli.

16 † Et mouetur Bar. quia tenet quod tale iuramentum ſit interpoſitum ſuper eo quod eſt contra bonos mores, quia aufert liberā Teſtamenti factionē; & allegat d. l. ſtipulatio hoc modo: ff. de ver. obli. quæ loquitur vbi ex pacto quis conuenit, & adſtringitur ad aliquem inſtituendum, vt & infra explicabitur: & hoc dicit tenere Cyn. & Pet. in l. 1. C. de ſacroſan. Eccl. & conſequenter ſentit quod iuramentum non ſit obligatoriū, & eius tranſgreſſio ſubinde non inducat periurium: vt in reg. non eſt obligatorium: de reg. iur. in 6. & illum ſequitur Abb. in alleg. conſ. 41. num. 2. in fine, & inferius per tot. lib. 2.

17 † Priorem tamen ſententiam Ioan. And. quod Teſtator veniens contra ſuum iuramentū reuocando teſtamentum ſine iuſta cauſa, fiat periurus, veriorem dicit Alex. in præallegata l. ſtipulatio hoc modo, & ibi eam ſequitur, ſub num. 5. ff. de verborum oblig. quæ ſententia firmiter probatur ex rationibus adductis à Specul. in præalleg. ti. de Inſtr. edi. d. §. cōpendioſe, ver. Quid ſi quis iurauerit, num. 25. prope fi. quas retuli ſuperius in prima inſpectione, ver. At ſecundum Deum.

Et prædicta ratio, qua nititur opinio Bartoli & ſequacium, videlicet quia illud iuramentum eſt contra bonos mores, quam deducunt ex d. l. ſtipulatio hoc modo, diluitur pluribus modis.

Et primo ad eā reſpondet Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo, d. nu. 5. † quia non ſufficit aliquid eſſe contra bonos mores inductū artificio Iuris ciuilis ad hoc, vt iuramentū non ſit obligatorium; tunc enim non habet locum reg. non eſt obligato. de reg. iur. in 6. patet in cap. 2. de pact. lib. 6. & in cap. cum contingat, de iureiur. & in cap. licet, eod. ti. in 6. & hoc dicit eſſe dictum Bal. in l. pactum, in q. 19. C. de colla. & ad idem allegat Deciſionem Hoſt. & Ioan. And. in c. quemadmodum, de iureiur. † dicentium quod etiam ſi lex ciuilis expreſſe reprobaret, iuramentū, veniens contra tale iuramentum eſſet periurus; quia iuramentum non eſt de foro ciuili, ſed de foro Eccleſiæ: cap. nouit, de Iudi. & c. venerabilem, de elect. cum ſimil. & dicit hanc eſſe pulchram Deciſionem. 18 19

† Secundo reſpondebat Are. in loco ſupra citato d. ſui tract. de teſtam. quod licet demus illud pactum de ſuccedendo, ſeu de faciendo aliquem ſibi hęredem eſſe 20

contra bonos mores, de quo ſcilicet pacto loquitur d.l.ſtip.iſta, in qua ſe fundat Bartol. illud eſt eo quia per illud quis cogitur, & conſtringitur ad faciendum teſtamentum, & inſtituendam certam perſonam; & ſic aufertur libera teſtandi facultas: merito eſt contra bonos mores; & ita loquitur

21 d.l.ſtipulatio: † Secus in pręſenti caſu, quia Teſtator non fuit coactus per pactum, vel iuramentum ad faciendum teſtam. & inſtituendum ſibi hęredem; ſed libere,& ſponte ſe mouit,licet poſtea iurauerit non mutare; & ideo non videtur quod hoc caſu ſit contra bonos mores; ſed ſolum contra legem dicentem quod nõ eſt licitum imponere legem ſibi à qua non liceat diſcedere: vt in præalleg. l.ſi quis in princ. ff. de leg.3.& ideo non obſtat d.l.ſtipul. hoc modo, & ratio ex ea deducta,

22 † quia loquitur vbi per contractum quis vellet adſtringere alium vt certam perſonam cogatur inſtituere; tunc dicetur contra bonos mores; quia tunc non habebit libertatem faciendi ſibi hæredem: Secus in caſu noſtro,vt eſt dictum.

Et ſic facit differentiam Angelus, An ab alio, puta, per contractum, vel pactum auferatur mihi libera teſtandi facultas, An eam auferam mihi à memetipſo per iuramentum: vt primus caſus ſit contra bonos mores,vt dicitur in d.l. ſtipul. ſecundus non: quam differentiam probat aperte tex. in l. illa: ff. de hęr. inſti. & eam ſentit Glo. in auth.ſacramenta, in vlt. Gl. in fine,C.ſi aduer. ven. per l.ſi quando,§.illud etiam, vbi etiam glo. in ver. grauari: C. de inoffi. teſta. & eam ſentit Imp. in l.fi. C. de pact. poſt med. illius, l. ibi, niſi ipſe forte & c. vbi Imp. conſiderat motum voluntatis ex ſe ſpontaneum, & liberum, non ex pacto, & conuentione alterius elicitum: & ibi not. in ver. accomodauerit.

Et hęc differentia non eſt ſine iuris fomento. 23 † Nam quod auferatur mihi per alium libera de rebus meis diſponendi facultas videtur eſſe contra naturalem rationem, & ęquitatem; quia naturali rationi, & ęquitati conuenit vt quiſque facultatem habeat res ſuas in vita ſua ad quemlibet transferrendi: Inſti. de rer.diui.§. per traditionem: ad hoc,C.man. l. in re mandata: merito tale pactum atque commercium inter homines,per quod huiuſmodi facultas aufertur,reputatur eſſe cõtra bonos mores: vt in d.l. ſtip. hoc modo: & eſt Gloſ. in l. cum donationis,C.de tranſ.

Hæc ratio non viget vbi quis ex ſe omnino ſua ſponte, & libere mouetur ad alium inſtituendum: ad hoc d.l. in re mandata: & d.§. per traditionem cum ſimil.

24 † Item quod facultas teſtandi deducatur in pactum,vel commercium,videtur eſſe contra naturalem rationem alio etiam reſpectu; nempe quia ſecundum naturalem rationem nemo poteſt diſponere in caſum,in quo ſit mortuus; & ſic quando res ſuę futurę non ſunt: vt not. Inſti. de teſtam. in prin. poſt diuiſionem tituli: & ibi plenius per Porc. num. 11. in fi. & eſt Gloſ. pulchra in l. illa: ff.de heredi. inſti. & iuxta illud vulgatum

tum

25 tum, † mors omnia ſoluit: vt in auth. de nupt. cap. 2. §. deinceps, in prin. & de reg. iur. l. Neratius.

26 † Atque ex diſpenſatione, & ſpeciali gratia, ac ex benignitate hominibus in ſolatium propriæ mortis indulta eſt: vt notatur Inſti. de teſtam. vbi ſupra, & ibi per Porc. num. 12. qui ſpeciales alias rationes addit, & in Gloſ. præalleg. in

27 d. l. illa: † merito in commerciũ non debet deduci, nec eam quiſquam cum alio participare debet, vel alterius arbitrio conferre: ad hoc Inſti. de iure natura. gen. §. ſed & quod Princi. in ſecundo reſpon. & Gloſ. præalleg. in d. l. illa, ver. pendere, in prin. quę pro illius legis Deciſione adducit eam rationem, quia vult conferre in alienum arbitrium quod vix in ſuo permittitur, ſcilicet ſtatuere de rebus in caſu quo ſuę futuræ non ſunt, vt per eam.

Itaque merito huiuſmodi pactum ſuccedendi, vtpote à naturali ratione deuians, contra bonos mores à lege reputatur, improbaturque: vt in præalleg. l. ſtipulatio hoc modo: ff. de ver. obl. Inuiſum enim legislatoribus fuit vt vltima hominum Elogia eis, vt eſt dictum, ex diſpenſatione, & gratia in propriæ mortis ſolamen indulta, ad alterius libitum ex pacti, ſeu obligationis neceſſitate celebrari debeãt, ad prędicta: pręſertim ſi huiuſmodi pactum metu pœnæ obſeruari debeat: vt in d. l. ſtipulatio: quæ in his terminis loquitur, vt patet ex littera: & ita eam intelligit Glo. in l. illæ autẽ:

28 ff. de hær. inſti. † Debet enim inſtitutio ex mera affectione fieri, non per metum pœnę, vt dicit illa Gloſ. per d. l. ſtipulatio.

Itaque iam ex prædictis manifeſtum redditur quod ea ratio, per quam Bar. & ſequaces tenent ꝙ iuramentum non ſit obligatoriũ, quia eſt interpoſitum ſuper eo ꝙ eſt contra bonos mores, non obſtat prędictę affirmatiuæ opinioni Io. And. in præſenti caſu; quia ſumus in diuerſis. † illa enim ratio habet locum vbi quis ex pacto promittit alicui hæreditatem ſuã vel facere aliquem hęredem; immo vbi per metum pœnæ ad id conſtringitur: & hoc pactum lex reputat eſſe contra bonos mores: vt patet in d. l. ſtipulatio hoc modo, & ibi etiam declarat ipſe Bar. ff. de verb. obli. & in l. fi. C. de pact. & in l. cum donationis, & ibi not. in ver. adſtringitur, C. de tranſ. & eſt Gloſ. in l. illæ autem: ff. de hær. inſti. & in rationibus ſuperius adductis. quod pactum non adeſt in caſu noſtro; quia Teſtator ex ſemetipſo motus eſt ad teſtandum: & eſt differentia inter hos caſus, vt deductum eſt ſupra: merito de vno ad alium non concluditur, & ceſſat conſequenter d. ratio Bar. in pręſenti caſu, ad hoc vulg. l. Papinianus exuli: ff. de minor. cum multis ſimil. 29

† Immo etiam ſtante dicto pacto, videtur quod vera ſit prędicta opinio Io. And. videlicet quod iuramentum ſit obligatorium, & Teſtator contraueniendo ſit periurus, ſecundum Ioan. de Imol. in cap. cum contingat, col. 24. de iureiuran. Nam dicit ſe non videre, quod ſi iuro tibi quod te inſtituã hæredem, quod iſtud iuramentum non debeat obligare; cum ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ, 30

nec

nec in ſe contineat aliquod turpe; licet ciuilis lex in d. l. ſtipul. hoc modo, reputet eſſe contra bonos mores quod aliquis adſtringatur ad alium inſtituendum: tamen ex quo non reperitur expreſſum de iure Canonico hoc eſſe contra bonos mores, nec eſt de ſe turpe, videtur quod tale iuramentum obliget, vt ibi per eum: & illum refert & ſequitur Angel. in d. tract. de teſtam. ſuper d. ver.
31 & iurauit. † Sed quantum ad ipſum pactum tenet illud non firmari iuramento; & ſic potero alium inſtituere non obſtante dicto iuramento, licet ſim periurus, cum ambulatoria ſit voluntas hominis vſque ad mortem: l. 3. in fi. ff. de adim. leg. cum ſimil. Nec quidquam repugnat quin valeat inſtitutio facta contra iuramentum, ad dicta ſupra num. 6. 7.

Et pro hac opinione Imolę, quod etiam in hoc caſu iuramentum ſit obligatorium, ita vt ex eius inobſeruantia incurratur periurium,
32 facit quod iſtud pactum, † demus quod ſit contra bonos mores, vt volunt leges allegatæ, & per dicta ſupra in ſecunda reſponſione ad opinionem, & rationem Bartoli, in ver. ſecundo reſpondebat, num. 20. vſque ad ver. itaque iam: tamen non videtur eſſe niſi contra bonos mores ciuiles; nempe quia ex cenſura, & ęſtimatione legis ciuilis reputatur eſſe contra rationem, ac bonos mores; quæ lex ciuilis, & ipſa quidem fundata eſt ſuper bonis moribus ciuilibus, & ſuper ratione: cap. erit autem, 4. diſt. & c. conſuetudo, diſt. 1. patet hoc, quia tale pactum non continet in ſe quid turpe; & leges, quæ improbant huiuſmodi pactum, conſulunt principaliter fauori, bonoque priuato, ſcilicet ne cuiquam libera bonorum ſuorum diſpoſitio auferatur: vt videmus in alijs ſimilibus iuribus prohibentibus donationem inter patrem & filium, inter virum & vxorem; item alienationem rerũ minorũ, & dotalium, ſimiliter in fauorem, & bonũ priuatum principaliter: vt per Bar. in l. ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſ. Bar. & alij in auth. ſacramenta, C. ſi aduer. vendi. Doct. præſertim Abb. in c. cum contingat: de iureiur.

† At in hoc caſu, vbi ſcilicet 33
iuris ciuilis cenſura, & artificio inductum eſt aliquid eſſe contra bonos mores, vinculum iuramenti ſuper eo interpoſiti non impeditur, nec habet locum reg. non eſt: de reg. iur. lib. 6. vt dictum eſt ſupra in prima reſponſione ad opinionem, ac rationem Bartoli, in ver. Et primo ad eam, num. 18. & tradit Bal. in iſtis terminis, in l. pactum, quęſt. 19. C. de colla. & conſulit egregie Abb. in conſ. 95. factum ſic proponitur, col. 3. circa fi. ver. & ſi dicatur: lib. 1. & patet in d. cap. cum contingat, de iure. & c. licet, eo. in 6. & c. 2. de pact. in 6.

† Iuramenti autem vinculum 34
impeditur quando eſt contra bonos mores naturales; quia præſtatur ſuper eo quod eſt contra inſtinctum naturalem, ſeu contra ius naturale; vtputa quod quis non debeat alere parentes, iuxta cap. cum quidam, de iureiur. Vel cum factum de ſe eſt turpe, vt occidere hominem, vel eſſet pactum quod præberet anſam ad delinquendum,

Digitized by Google

quendum, puta ad furandum, vel tale, iuxta l. conuenire: ff. de pact. dotal. vel alioqui contra precepta moralia, quæ ſunt immutabilia; ideo iuramentum contrarium non valet, quia eſt præſtitum ſuper immutabili; & ſic ſuper non dependente à poteſtate iurantis; ſicut quando iuramentũ præſtatur contra legem editam in fauorem publicum principaliter, ſeu habentem cauſam prohibitionis perpetuam. merito his caſibus non valet iuramentum;
35 † quia non poteſt iurans ſe obligare ſuper non dependente à poteſtate ſua. quod procedit etiam de iure canonico, cap. ſi diligenti, de foro compe. cap. quanto, de iureiur. & 22. q. 3. quaſi per tot. & ita eleganter tradit Abb. in d. conſ. 95. col. fi. in prin. & per Bal. in allegata l. pactum, d. q. 19. C. de colla.

Prædictum autem pactum non videtur eſſe tale, vt præmiſſum
36 eſt: & oſtenditur vlterius † ex eo, quia de iure naturali omnia bona ſunt communia, 12. q. 1. c. dilectiſſimus, 8. diſti. in prin. ideo non poteſt dici quod huiuſmodi pactum, ac ſubinde iuramentum ſuper eo interpoſitum ſit contra ius naturale, & bonos mores naturales: ita in ſimili deducit Abb. in allegato conſ. 95. prope finem.

Non obſtat illud, quod dicebatur quod huiuſmodi pactum ſecundum naturalem rationem non poteſt ſubſiſtere, & quod ei repugnare videtur, quia eſt ſuper eo quod ſecundum naturalem rationem eſſe non poteſt, ſcilicet vt quis diſponat de re in caſu, in quo ſit mortuus, nec ſubinde amplius illius rei Dominus: vnde cum per viam diſpenſationis, & gratiæ huiuſmodi facultas teſtandi hominibus indulta ſit, non videtur ꝙ poſſit eam quis cum alio participare deducendo eam in pactum, ſicque eam in alterius arbitrium conferendo.

Nam reſpondetur quod ex hoc non ſequitur huiuſmodi pactum, ſi de facto fiat, eſſe contra bonos mores naturales; cum non ſit de re turpi in ſe, vel contra rationẽ, & inſtinctum naturalem: immo communicando quis bona ſua alijs, conformat ſe cum iure, & æquitate naturali per eam rationem Abbatis; quia eo iure omnia ſunt communia.

† Secundo ad id ꝙ dicitur, ꝙ rationi naturali repugnare videtur 37
vt quis diſponat in caſum mortis & c. reſpõdeo negando huiuſmodi pactũ ex hoc eſſe contra, vel præter naturalem rationem, & de eo quod ſecundum naturalem rationem eſſe non poteſt: & facultatem teſtandi à iure ciuili ex diſpenſatione, vel propter pietatẽ, vt dicebat Portius, hominibus indultam eſſe: quia immo dico ꝙ hæc facultas omni iure poſſibilis eſt, neque ex diſpẽſatione, ac propter pietatem indulta; ſed omni iure debita, & quod immo mero, ac ſtricto iure cuique debet competere, cum omni iuri conſentaneum ſit vt quiſque de rebus ſuis diſponere valeat: Inſti. de rer. diu. §. præterea: l. in re mandata, C. manda. cum ſimil.

Et diſpoſitionem, quam quis facit per inſtitutionem hæredis, id eſt ex teſtamento, eſt facta tempore habili, & licito, ſcilicet quando

do diſponens dominium habet rerum ſuarum.

38 Et nihil obſtat ſi obijcias † paria ſint aliquid diſponere tempore habili, vel inhabili, vbi illud, ſeu eius effectus confertur in tempus inhabile, & illicitum: l. quod ſponſę, C. de dona. ante nup. Sed ſic eſt quod diſpoſitio, quamquis facit per teſtamentum, confertur in tempus illicitum, quia iſte confert effectum, & exequutionem ſuę voluntatis poſt mortem, vt patet ex definitione Teſtamenti poſita in l. 1. ff. de teſtam. quod eſt tempus inhabile, & illicitum; patet quia tunc non habet amplius dominium alicuius rei, nec actu, nec habitu, cum mors omnia ſoluat, vt dictum fuit: merito videtur quod dicta eius diſpoſitio ſecundum naturalem rationem non poſſit ſubſiſtere, neque

39 etiam ſecundum ius ciuile, † cum etiam eo iure inhabilis reputetur ad teſtandum is, qui nihil habet actu, & habitu: vt in auth. Ingreſſi, iuxta communem ſolutionem, & intellectum, C. de ſacroſ. Eccl.

Nam ad hoc reſpondetur negando, quod effectus & exequutio voluntatis ex eo, quod poſt mortem confertur, conferri dicatur in tempus illicitum, & inhabile, ea ratione, quia tunc non eſt am-

40 plius Dominus; † quia hęreditas iacens, quæ repræſentat perſonã defuncti, eſt Domina rerum: vt in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe ius. fue. & in l. hęreditas, in prin. ff. de acqui. rer. dom.

Et ſi obtrudas, quod id nihil

41 prodeſt, † cum nec defunctus poſt mortem ſuam habeat velle, l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. nec etiam hæreditas, quæ ipſum repreſentat, vt in d. l. hæreditas, in ſecundo reſpon.

† Reſpondeo quod quantum ad voluntatem, diſpoſitio iam eſt ſortita effectum in vita, quia perfecte diſpoſuit id quod voluit: vnde non curamus poſtea ſi res deueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt: l. pluribus, §. & ſi placeat, cum ibi nota. ff. de verb. obl. & ita hunc articulum contra Porcium reſoluit Iaſ. in Addi. ad illum in loco citato: cuius opinio mihi verior videtur. Et addo vlterius quod neque etiam reſpectu temporis, in quod effectus, & exequutio voluntatis, ac diſpoſitionis teſtatoris confertur, inhabilitas ineſſe dici poteſt. Nam & ſi verum eſt † Teſtamentum per mortem Teſtatoris effectum ſortiri, vt patet in eius diffinitione, de qua in l. 1. ff. de teſtam. ibi, de eo, quod poſt mortem fieri vult, & explicat Apoſt. Paul. ad Hæbr. c. 9. num. 17. id eſt quantum ad exequutionem, & effectum ſuæ voluntatis, & diſpoſitionis; quippe cum diſpoſitio ipſa à ſe facta, & ordinata iam conſummationẽ, & perfectionem habuerit in uita ipſius: vt ex Iaſone ſuperius dictum eſt, & dicit tex. in §. poſteriore, in primis verbis, & in §. ſed & ſi quis, in primis verbis, Inſti. quibus mo. teſt. infir.

At quantum ad ipſam teſtamẽti exequutionem nullã inhabilitatẽ affert mors teſtatoris, ex quo illa non reſpicit perſonam Teſtatoris, ſed perſonam inſtituti, in quo ſcilicet exequutio teſtamenti adimplenda, & conſummanda eſt: Inſti. de hære. quæ ab inteſta. in fine prin. l. 1. in ſecundo reſpon. ff. de

de ſuis, & legi. & bene probatur
in l. in tempus: ff. de hęr. inſti.

Et ſic patet ex his quod d. reg.
paria ſunt aliquid fieri tempore
licito vel illicito, vbi effectus cõ-
fertur in tempus illicitum, non
intrat in caſum, in quo loquimur,
ex quo neque in tempore diſpoſi-
tionis inhabilitas eſt quoad illã,
neque item eſt in tempore exe-
quutionis, vt dictum eſt; prout
hęc probantur per exemplum ca-
ſus d.l. quod ſponſę, vnde ipſa reg.
deducta eſt. ibi enim in tempore,
in quod exequutio illius diſpoſi-
tionis cõfertur, eſt inhabilitas in
perſona, in qua exequutio adim-
plẽda eſt, ſ. in perſona Donatarię,
ex eo q̃a eſt vxor: toto ti. de dona.
inter vir. & vxor. ff. & C. & not. in
d.l. ꝙ ſponſæ: ꝙ non eſt in caſu no-
ſtro, vt ſupra oſtenſum eſt.

44 Verumtamen ego cenſeo † quã-
tum ad dictum pactum de ſucce-
dendo, ſeu de hærede quem fa-
ciendo, de quo in d. l. ſtipulatio
hoc modo: ff. de verb. oblig. & in
l. fin. C. de pact. & in l. cum dona-
tionis, C. de tranſ. & in l. hæredi-
tas, C. de pact. conuen. cum ſimi-
libus: quod etiam prædictis pro
Imolæ opinione adductis veris
exiſtentibus, illiſque non obſtan-
tibus, nihilominus prædicta Bar-
toli opinio verior, ac tutior ſit,
videlicet vt nec ipſum pactum
firmetur iuramento, neque ipſum
iuramentum in ſe ſit obligatoriũ;
ac ſubinde non obliget contraue-
nientem ad periurium: quoniam
illud pactum, ſuper quo interpo-
nitur, ob alia vltra Imolam mox
deducenda eſt contra bonos mo-
res: ad hoc reg. non eſt obligato-
rium: de reg. iur. in 6. & prout
firmat Bar. in d.l. ſtipulatio. quam
opinionẽ habuit Glo. in l. ſi quan-
do, §. illud, in ver. grauari, C. de
inoffi. teſtam. & in l. pactum do-
tali, C. de coll. & in auth. Sacr. in
Glo. vlt. in fine Glo. C. ſi adu. ven.

Et quod vera ſit prędicta opi-
nio Bar. † ac item verum ſit hu- 45
iuſmodi pactum eſſe contra bo-
nos mores deducitur ex alijs, quã
ex adductis ſupra in verſ. Item
quod facultas, & inferius in ver.
non obſtat illud, nempe ex ratio-
ne illa, quam affert Imperator in
prææallegata l. fi. C. de pactis, vi-
delicet quia omnes huiuſmodi pa
ctiones odioſæ eſſe videntur, &
plenæ triſtiſſimi, & periculoſi E-
uentus, † nimirum huiuſmodi pa- 46
cta inducunt votũ captandæ mor-
tis: vt ibi not. in ver. Euentus, &
per Bar. in d.l. ſtipulatio, de verb.
oblig. & in l. ſi quis pro eo, in
primo membro: ff. de fideiuſ. † & 47
ideo iuramentum non eſt obliga-
torium; † quia iſtud pactum ſu- 48
per quo interponitur, eſt (vt iam
patet) contra bonos mores non
ſolum artificio iuris ciuilis; ſed
tale reputatur etiam ex cenſura
iuris canonici † reprobantis di- 49
ſpoſitionem inducentem votum
captandæ mortis: vt in cap. 2. &
3. de conceſ. pręb. lib. 6. prout
hanc rationem conſiderat Imper.
in l. de fideicommiſſo, C. de tranſ.
Et ita hanc partem firmat Alex.
in l. pactum, quod dotali, num. 3.
in fine, C. de pact. & eam ſe tene-
re etiam in l. fi. eod. ti. innuit ibi
in princi. dum ſe remittit ad id
quod tenuit in d.l. pactum.

Ex quibus parum firma eſſe de-
teguntur ea, quæ adducit Imol.
pro contraria ſua opinione, quam

tenet in prȩall. cap. cum contingat, de iureiur. ſcilicet quod iuramentum ſuper d. pacto ſit obligatorium quoad ſe, quem retuli ſupra in ver. Immo etiam ſtante: & alia adducta pro eo ibi, in ver. ſeq. videlicet quod illud pactum, ac iuramentum ſubinde illi adiectum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, cum non contineat quid turpe; & ſolum improbatum eſt à iure ciuili, non canonico; & ſic ſolum eſt contra bonos mores ciuiles.

50 † Nam, & ſi verum eſt id quod in pactum deducitur non eſſe de ſe turpe, ſed indifferens & licitum; tamen ſecundũ quid redditur malum, & illicitum, ſcilicet propter votum, quod inde captandæ mortis ingeritur: vt in d. l. fi. vbi not. in ver. Euentus, C. de pact. & dicitur clarius, & magis in terminis huius pacti, de quo loquimur, in prȩalleg. l. de fideicommiſſo, C.
51 de tranſact. † Simile eſt in promiſſione facta de beneficio vacaturo: promiſſio enim de ſe mala nõ eſt, ſed licita, ac proinde quantum ad ſe foret adimplenda: vt dicit ſum. Pontif. in cap. 2. præall. de conceſ. præb. lib. 6. tamen ob votum quod ex ea alienæ mortis ingeritur, illicita, & improbabilis redditur: vt in d. cap. 2. in fi. & in Concil. Trid. Seſſ. 24. de refor.
52 cap. 19. † quamobrem conſequens fit prædictum pactum, quippe ꝙ occaſionem prębet delinquendi, non eſſe ſolum contra bonos mores ciuiles, ſed etiam contra bonos mores naturales, ad dicta ſupra in ver. Et pro hac opinione, circa finem, ibi, iuramenti autem vinculum, & per Bald. in l. pactum, q. 19. C. de colla. ac proinde apparet ſimiliter verum non eſſe quod pro Imola allegabatur, ſcilicet iſtud pactum non reputari contra bonos mores à iure canonico, ſed ſolum à iure ciuili; quia immo ex his conſpicuum eſt illud de iure quoque canonico improbabile eſſe, quod deteſtatur & reprobat diſpoſitiones, ex quibus occaſio captandæ mortis prębetur: d. cap. 2. & 3. de conceſ. pręb. in 6. & dictum fuit ſuperius.

Et ſimiliter nihil refert, etiam ſi demus quod iuramentum ſuper iſto pacto ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis ęternę, vt allegabat Imol. quia non arctatur iurans ad obſeruantiam, cum iuramentũ non ſit obligatorium, ac ſubinde non inducat periurium: vt hoc aperte explicat tex. in cap. non eſt obligatorium, de regul. iur. in 6.

Aliud fundamentum pro opinione Imolę adducit Alex. qui illius opinionem ſequitur ſibi contrarius in prææalleg. l. ſtipula. hoc modo concepta, num. 7. ver. ex his etiam infertur., ſcilicet negando quod prędictum pactum, ac ſubinde iuramentum illi adiectum inducant votum captandę mortis: nam dicit quod hęc ratio omnino non videtur bona; quia quando interuenit conſenſus illius de cuius ſucceſſione agitur, prout dicit eſſe in hoc pacto; tunc pactum non dicitur inducere votum captandę mortis: tex. eſt in præalleg. l. fi. & ibi Bar. C. de pact. ſecundum ipſum.

Et ſic ibi tranſit cum opinione Imolę, quod periurus ſit ille, qui

venit

Digitized by Google

venit contra iuramentum adiectum prædicto pacto, de quo in illa l. ſtipulatio. Quod autem ipſum pactum non firmetur iuramento, dicit ſe tenere per aliam rationem aſſignatam ibi per Bar. videlicet quia aufert liberam teſtamenti factionem, quod bene eſt contra bonos mores: l. ex eo, C. de inutil. ſtip. & ex alijs allegatis per ipſum.

Verum hoc fundamentum mihi parum firmũ videtur, & quod parum obſiſtere poſſit prędictę opinioni Bartoli, quod iuramentum ſuper d. pacto non ſit obligatorium; nec enim negari poſſe videtur quin ingeratur ex eo votum alienæ mortis: id namque aperte confirmat Imperator in pręallegata l. de fideicommiſſo, C. de tranſ. vbi etiam loquitur in caſu mirabili, ſcilicet vbi frater fratris ſucceſſionem expectat. Et nonne hoc experientia ipſa rerum magiſtra Romæ paucis ab hinc annis in inſignibus caſibus inter arctiſſimo ſanguinis vinculo coniunctos comprobauit? in quibus etiam debita vltio diuina, humanaque id exigente Iuſtitia, conſequuta eſt.

Et nihil facit conſenſus hęreditatem ſuam paciſcentis, quem Alex. conſiderat, & dicit excludere periculum, ac votum captãdæ mortis, per d. l. fi. C. de pact.

53 † quia hoc non probatur in illa l. nam illa lex nihil loquitur de conſenſu paciſcentis hęreditatem ſuam. eſſet enim vanum, & ridiculum requirere conſenſum cuiuſquam ad validandum pactum ſuum; cum ipſum pactum conſenſus ſit, vt dicitur in eius diffinitione in l. 1. in fine prin. ff. de pact. Sed Imperator ibi requirit cõſenſum alterius, ſcilicet Domini hæreditatis ad purgandum, & validandum pactum eorum, qui illud circa illius hęreditatem inierunt; ꝙ Imperator non vult fieri poſſe, nec valere, niſi in eo interueniat etiam conſenſus Domini hæreditatis: huius autem ratio nihil ad nos, & eam aſſignat Glo. in ver. acerbiſſima: at per talem conſenſum non aufertur ipſi Domino hęreditatis facultas, & libertas diſponendi aliter pro ſuo libitu de ſua hæreditate, vt aperte declarat Imp. dum dicit pactionem illorum, cui ipſe accommodauit cõſenſum, valere ſi ipſe in eo conſenſu perſeuerauerit vſque ad mortem. ergo præſupponit quod poteſt recedere ab eo conſenſu diſponendo pro ſuo arbitrio de ſua hęreditate: Id quod etiam clare patet ex forma illius conuentionis, quam refert Imp. quę non erat ita confecta quaſi omni modo hæreditas eſſet ad eos peruentura, ſed ſub conditione ſi ille mortuus fuerit, & ſi hęreditas ad eos perueniſſet: ex quo patet manifeſto quod ille, qui conſenſerat, non ſe adſtrinxit per illum conſenſum ad relinquendum eis ſuã hæreditatem, ſed remanſit in ſuo arbitrio aliter de ea diſponendi. Itaque merito illa lex nihil probat dictum aſſumptum Alex. & nõ facit ad propoſitum pacti, de quo loquimur, per quod ſcilicet quis adſtringitur ad promittendum hęreditatem ſuam, auferendo ſibi liberam teſtamenti factionem: & hoc quidem pactum eſt inuiſum & exoſum iuri, vt patet in om-

nibus iuribus ſuperius allegatis in quibus dicitur illud eſſe contra bonos mores. Et pręcipuę hæc iuris mens, quę multum hoc pactum execratur, patet in pręalleg. l. ex eo, C. de inutil. ſtip. quam ad hoc allegat Glo. 1. in c. 1. extra de pact.

54 † Et quod per conſenſum paciſcentis non ceſſet prędicta ratio periculi, & voti captandæ mortis probatur item ex eo, quod ſolus Deus eſt ſcrutator cordium; homo enim ſolum videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor: vt Deus ipſe Samuelem admonuit 1. Reg. 16. Facit illud Cicer. Frōs, oculi, vultus ſæpe mētiuntur, Oratio autem ſepiſſime.

Et differentiam eſſe an quis ꝓprio motu faciat aliquem hæredem, vel ex pacto ad id conſtringatur, deductum fuit ſupra paulo poſt princ. ſecundæ huius inſpectionis, in qua adhuc ſumus, in ver. ſecundo reſpondebat Aret.

Et ſic ex his firma remanet quantum ad dictum pactum prędicta opinio Bartoli, quod nedum illud non firmetur iuramento, ſed neque etiam periurus fiat contra ueniens.

55 † Amplia etiam ſi per ſtatutum vel conſuetudinem tale pactum de ſuccedendo eſſet approbatum, ſecundum Alex. in d. l. ſtipulatio, d. num. 7. in fi. & in pręalleg. l. pactum, quod dotali, num. 4. C. de pact.

Limita eandem duobus modis, vt per eum ibidem.

Cæterum, quicquid ſit in pacto prædicto, ac iuramento illi adiecto, certum eſt quod dicta circa ipſum pactum non habent procedere in pręmiſſo caſu, de quo principaliter quæritur, ſcilicet vbi quis proprio motu teſtamentum condidit, & iurauit non reuocare illud, propter differentiam, quam inter hos caſus intereſſe ex multis cum rationibus, tum iuribus ſupra deductum, & oſtenſum fuit.

† Atque proinde quantū ad præmiſſum principalem caſum firma remanet prędicta opinio Ioannis And. Concluſioque ex ea firmata, videlicet periurum eſſe Teſtatorem, qui contra ſuum iuramentū reuocauit teſtamentum proprio motu conditum, licet teſtamentum ipſum poſterius contra iuramentum conditum valeat; quia iuramentum obligat ad periuriū: non tamen impedit validitatem Teſtamenti, per dicta ſupra in cōcluſione circa primam inſpectionem firmata, maxime in ver. Item probatur ex eo. 56

Et hanc concluſionem vna cum Ioan. And. vltra Fed. de Sen. Ang. Aret. Paul. de Caſtro, & Alex. relatos ſupra in prin. ſecundę huius inſpectionis, firmat ex legiſtis Sali. in l. ſancimus, in q. 7. C. de teſtam. Ioan. de Imol. in l. ſi quis pro eo, reprobando ibi contrariam ſententiam Angeli: ff. de fideiuſſ. Eandem confirmat Imol. in cap. cum contingat, alias allegatus, in primo membro: de iureiu. & in cap. dilecto: de pręb. & Bal. in l. pactum, quæſt. 19. C. de colla. Specul. alias allegatus, qui eam confirmat pluribus iuribus, & rationibus in ti. de inſtrum. edit. §. 12. compendioſe, ver. Quid ſi quis iurauerit, num. 25. & ſeq. cuius allegationes retuli ſupra in Concluſione firmata circa primam inſpe-

inſpectionem, in ver. At ſecundum Deum. Immo plus tenet Specul. videlicet quod iuramentum intantum ſit obligatorium, vt habeat etiam impedire reuocationem primi Teſtamenti iurati, & inualidum reddere ſecundum: cuius tamen ſententia in hoc ſecundo dicto non recipitur, vt patet ex Doctoribus omnibus ſupra nominatis, & nominatim id teſtatur Alex. in prçalleg. l. pactum, quod dotali, C. de pact. & in prçalleg. l. ſtipulatio hoc modo, num. 5. ff. de verb. oblig. & eam reprobat Ioa. Andr. in addi. ibi ad Specul. quç incipit, fateor quod ſine cauſa: & remittit ad ea quæ plene ſcripſit (vt ipſe dicit) in quæſtione ſuper reg. quod ſemel: de reg. iur. in 6.

Et ibi in d. Additione ſimiliter firmat dictam Cõcluſionem, quod Teſtator nihilominus ſit periurus. Pro qua allegatur etiam

57 alia ratio, † ſcilicet quia in his, quæ tendunt ad periculum animarum, vbi ſunt opiniones, tutius eſt tenere eam opinionem, per quam periculum animç euitatur, & per quam tutius ſaluti animæ conſulitur; & ſic tenendo cum dicta Concluſione, vt iuramentum obliget iurantem ad non contrauenìendum, per cap. Iuuenis, & ibi nota. de ſponſal. quam ratione adducit Ang. in d. tract. de teſta. ſuper ver. Et iurauit, in fine.

Et corroborari poteſt hæc Cõcluſio ex multis validis rationibus, & fundamentis, quç adducit Abb. conſulendo ſuper ſimili caſu, in conſ. 95. à ver. ſed his non obſtantibus, & infra per to. lib. 2. quicquid aliter ſenſiſſe videatur ſupra eodem lib. conſ. 41. vbi materiam non diſcuſſit, ſed lento pede pertranſijt referendo ſolum opiniones. Nam & quoad id quod ibi tangit leuiter, & quaſi per trãſennam obijcit de temeritate huiuſmodi iuramenti, patet ibi ex illo, quod in eo non figit pedem; & quia alibi in pluribus locis ipſe firmiter † tenet quod iuramen- 58
tum quantuncunque temerarium dummodo alioqui ex parte iurãtis non contineat peccatum, & illi non deſit omnino iudicium, & deliberatio, ſit obligatorium: vt retuli ſupra in ſexto caſu principali in fine circa iuramentum temerariũ ex calore iracundiæ, ver. vltra prædictos, & in ſeq. Idque expreſſe firmat Inno. in cap. venerabilem, num. 5. de elect. & in c. dilecto, nu. 5. de prçb.

Quinimmo ex his, quç adducit Abb. in d. conſ. 95. videretur poſſe ſuſtineri illa opinio Spec. quod etiam iuramentum confirmet Teſtamentum, & impediat eius reuocationem, ac ſubinde validitatem ſecundi. quod tamen eſſet difficile, & parum tutum in iudicando, & conſulendo ſuſtinere, cum communis ſit in contrarium, vt eſt dictum.

† Limitanda eſt prædicta Con- 59
cluſio, quç habet, vt incurratur periurium ob dictum iuramentũ, niſi teſtator ex iuſta cauſa reuocaſſet teſtamentum: vt ſentiunt omnes, & nominatim tradit Ioa. And. in prçall. reg. quod ſemel, & Sali. in prçall. l. ſancimus, qu. 7. C. de teſtam. & ſentit Ioan. And. in addi. prçalleg. ad Specul. in d. §. compendioſe. & tradit Alex. in d. l. ſtipul. num. 5. in fi. de ver. obl.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum ponunt iuſtę cauſæ ſi mortui eſſent hæredes ſcripti in teſtamento, & ad hæc adducunt in argum.l.fi.ff.qui ſatis.cog.& c. breui, & c. quemadmodum: de iureiur. Ad idem quod conſulit Fed. de Sen. in conſ. 100. factum tale eſt Abbas, in vltimis verbis.

Cæterum quantum ad d.exemplum, ſi iuxta illud vel ſimile accipitur iuſta cauſa non mirum ſi tenēt,ſtāte dicta cauſa vel ſimili, non eſſe periurum teſtatorem cōdendo aliud teſtam.quia primum de ſe defecit & corruit, non autē teſtator illud reuocauit: Inſti.de hære. quę ab inteſt. in fi. prin. & de lega.§. ante hęredis. Et ideo cenſeo eos non diffiteri quod ex alia cauſa, ex qua non deficit teſtamentum, non euitaretur periurium recedendo à primo teſtamento propria auctoritate.

Quod attinet ad abſolutionem, quam ſecunda hęc præſens inſpectio reſpiciebat, ex præmiſſa iam
60 firmata Concluſione infertur † eā eſſe neceſſariam. vt periurium euitetur, tum vt animæ ſaluti cōſulatur in foro conſcientiæ, tum etiam quoad forum iudicialē, vt teſtator quoad illum forum accuſationem, & condemnationem de periurio euitare debeat.

Et addo quod eadem Concluſio eſt in practica recepta, & approbata: nam vidi Teſtatores etiam iuris peritos petijſſe abſolutionem à iuramento antequam Teſtamentum reuocaſſent.

Tertia remanet inſpectio an,& quando abſolutio dari debeat.
61 † Et ſi quidem Teſtator allegaret aliquam iuſtam cauſam, vel prætextum quo mouetur ad reuocandum teſtamentum, abſolutio ſine dubio non eſſet deneganda,ad dicta ſupra par.3.in 2.& 3.quæſt.

Sed quid ſi nullam aliam cauſam prętendit,niſi quia eum prioris voluntatis pœnituit, nunquid ei abſolutio ſit concedenda? Et videtur quod non, ex quo non allegat aliquam iuſtam cauſam, ad tradita in quæſt.2. & 3. pręalleg. Et quia admonet ſum. Pontif. ne cui dicatur vt iuramentum non ſeruet,cum auferenda ſit materia deierandi: vt in cap.verum: de iureiur. & ſup. illo ti. in cap. verum,affirmat quod non eſt tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire: & ibi ipſe profitetur quod alicui dare nō vult materiam veniendi contra iuramentum proprium, ne videatur auctor periurij. Et Inno.in cap. ad aures,n.3.de his,quę vi.admonet Iudicē, vt caueat ne quis directe veniat contra iuramentum.

His tamen non obſtantibus,†cēſerem abſolutionē iure dari poſſe 62
ac debere: nam verum quidem eſt, quod non debet quis contra ſuum iuramentum venire propria auctoritate; ſed ſic cum auctoritate ſuperioris, qui,ſtante iuſta cauſa, bene poteſt abſoluere, & tunc non dicitur auctor periurij: vt habetur in d. cap.ſi vero,in ſecundo reſpon. & probatur in cap. cum contingat, eo. ti.de iureiur. & c. licet,eo. in 6.ad hoc argum. optimum in l.3.§.1.ff.de eo quod met. ca. & in l. iniuriarum, la prima, §. is,qui iure, & §. quæ à iure: ff. de iniur. neque Inno. vbi ſupra citatus negat in hoc caſu abſolutionem dari poſſe.

Porro ſatis iuſtam cauſam cēſeri

ſeri poteſt habere Teſtator reuocandi teſtamentum, atque implorandi abſolutionem à iuramento, ex quo ad id iuris auctoritate & permiſſione, immo etiam iuſſione mouetur; cum ius vetet quempiam ſibi legem imponere, vt à priore voluntate ei recedere non liceat: vt in l. ſi quis in principio: ff. de leg. 3. & alibi cauetur,
63 †quod etiam indirecte non poteſt libertas ſupremi iudicij conſtringi: vt in l. cum duobus, §. idem reſpondit: ff. pro Soc. Et alibi nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus: vt in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. cum alijs ſimil.
† Enimuero permiſſio atque au- 64
ctoritas legis iuſtam cauſam inducit: l. quod Principis, in prin. ff. de aqua plu. arcen. d. l. iniuriarum, la prima, d. §. is, qui iure: & §. quæ à iure: ff. de iniur. cap. dixit dominus, & ibi notatur in glo. ver. furtum, quæ adducit alia concordantia. 14. q. 5.

CASVS XV.

De Implemento ex parte altera non ſequuto.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria vbi altera Pars nõ impleuit conuentionẽ ex parte ſua.*

Intellige, vt num. 4.

2 *Iuramentum habet tacitam conditionem, dummodo altera Pars obſeruet promiſſa.*

3 *Abſolutionem à iuramento non eſt opus petere vbi quis vult contrauenire iuramento ratione falſæ cauſæ, vel cauſæ non ſequutæ.*

5 *Debitor non excuſatur à periurio ſi non ſoluit ex eo quia creditor non ſoluit ſibi tantumdem, quod ei debet ex alia cauſa.*

6 *Vaſſallus, qui ratione feudi iurauit ſeruire Domino in bello, poteſt ſine abſolutione contrauenire, ſi ei Dominus feudum abſtulerit.*

7 *Dominus qui iurauit non expellere emphiteutam de domo ei in emphiteuſim conceſſa, poteſt illum expellere etiam abſque iuramenti abſolutione, ſi non ſoluit Canonem.*

8 *Fides frangenti fidem minime ſeruanda.*

9 *Agens ante implementum ſibi incumbens repellitur.*

ABſolutio † nõ eſt neceſſaria vbi impugnandus eſt contractus, ſeu opponenda eſt contra eum exceptio ex capite implementi non 1
ſequuti

ſequuti: nam hic eſt vnus ex caſibus in quibus poteſt quis ſibi ipſi
2 iuramentum remittere; † quia iuramentum habet tacitam conditionem, ſi is, cui iuratum eſt, impleat contractum pro parte ſua; qua conditione deficiente, deficit conſenſus iurantis, & merito non requiritur abſolutio; cum iuramentum de ſe reddatur irritum: de hoc eſt tex. in cap. 3. in ſecundo reſpon. de iureiur. Bal. in l. fi. vbi eſt tex. expreſſus, C. de non nume. pecu. Crau. poſt eum, qui alios allegat in conſ. 127. num. 16.
3 Et refert Corneum † dicentem quod abſolutio non eſt neceſſaria quando quis vult contrauenire iuramento ratione falſæ cauſæ, aut cauſæ non ſequutæ, in conſ. 11. col. 7. lib. 3.
4 Et hunc caſum † intellige vbi obligatio ex parte iurantis non eſt abſoluta, ſimplex, & pura; ſed eſt correſpectiua, quia habet reſpectum ad rependentiam, & reciprocationem fiendam ex parte alterius: vtputa promiſi tibi certum quid, quia tu promiſiſti mihi aliquid aliud, iuxta exempla infra ſubijcienda: & ff. pro Soc. in l. ſi conuenerit: & ff. de inoffic. teſtam. l. ſi inſtituta, in prin. & C. de pact. l. cum proponas, la 2. & C. de tranſact. l. ſiue apud, cum ſimil. hoc caſu ſi tu non obſerues promiſſa, iuramentum meum non me adſtringit: ſecus vbi ſunt promiſſiones de ſe abſolutæ, & ſine contemplatione rependentię, ſiue reciprocationis ad inuicem, ſed quęlibet de ſe ſeorſum eſt: vtputa promiſi tibi dare librum, & iuraui abſque intuitu alicuius tuæ promiſſionis: & tu ſeorſum ſimiliter iuraſti aliquid facere pro me: ad hoc l. aduerſus, C. de non nume. pecu. hoc caſu quilibet efficaciter, & pure ſuo tenetur iuramento, neque defectus alterius excuſat alterum à periurio ſi & ipſe non obſeruet. Ita declarat Abb. in d. cap. 3. ſub num. 4. ver. ſed tu dic clarius.

Et ideo per hanc doctrinã Abb. redditur parum firma illa ratio Bar. in l. amplius non peti, quaſi in fi. ff. rem rat. hab. ex qua ipſe innuit ſe tenere † quod ſit iuſtum 5
impedimentum, vel cauſa excuſandi à periurio, ſi tu debes mihi tantundem quod non ſoluis: & ideo ex hoc infert quod ego excuſor à periurio ſi non ſoluo tibi quia tu non ſoluis mihi, quaſi ex facto tuo impediar, quia ideo non ſoluo, quia non ſoluis mihi, & ſic ex facto tuo non ſoluo: quod poſſet ſuſtineri iuxta hunc caſum, ſcilicet vbi ex eodem facto, ſeu cauſa penderet vtraque ſolutio; & ſic eſſet correſpectiua: ſed Bar. intelligit etiam ex diuerſa cauſa, vt patet ex caſu, & exemplo l. 3. ff. de ſtatuli. quam allegat, quę nihil facit; quia ibi vere ex facto hęredis impediebatur ſolutio ſtatuliberi, adeo quod ipſe per ſe eam præſtare non poterat; vt ibi patet: & contra Bar. tenet Addi. ibi in ver. forma, ex his quos citat: Et ad hæc vide alia dicenda in caſu ſeq. de compenſatione.

Et per hunc caſum vt ſupra intellectum, & declaratum haberi poteſt determinatio multorum particularium ad practicam contingibilium, quorum nonnullos ponit Abb. in d. cap. 3. verbi gratia † obligaui me ſeruire tibi in 6
bello

bello ratione feudi, ꝙ mihi conceſſiſti; certe ſi auferas mihi feudum, non teneor tibi ad ſeruiendum, argumen. cap. 1. ſi de feudo vaſall. & extra de loca. cap. potuit.
7 † vel promiſi cum iuramento non expellere te de domo tibi conceſſa à me in Emphyteuſim, tacite ſubintelligitur ſi ſolueris mihi Canonem, ſi non ſoluis poſſum te expellere, quia tu non ſeruas id, ratione cuius facta fuit ꝓmiſſio: l. quęro, §. inter locatorem: ff. loca. hęc & alia exempla vide per Abb. in loco citato.

Addere potes aliũ caſum quotidianum, & practicabilem de filia, quę finem fecit & quietationem Patri contemplatione dotis ſibi promiſſæ, & non ſolutę: ſuper quo conſulit Paul. de Caſtro conſ. 455. Ad primum puto, num. 5. in fi. lib. 2. & alios elice ex iuribus ſuperius nu. 4. allegatis.

Quę omnia deducuntur ex illa
8 vulgata † regula, frangenti fidem fides frãgatur eidẽ, de qua in reg. fruſtra ſibi fidem: de reg. iur. in 6. & per Abb. in præalleg. cap. 3. & ibi addi. ad eum multa congerunt ad materiam.

Et eſt regulare immo generale, † quod quando aliquid adimplendum eſt ex parte agentis, ſi agit ante implementum, repelli poteſt à limine iudicij, ſi primo ipſe non offert, vel non adimplet quæ ſibi incumbunt ex parte ſua: l. ex placito, C. de rer. permu. & eſt item tex. in l. Iulianus, §. offerri, de act. emp. ibi, nondum exempto actio. Et ita per hæc iura generaliter dicendum, & pro regula tenendum proponit Ange. Aret. Inſti. de excep. in §. ęque, col. 5. in fi. ver. Tu potes: quod dicit eſſe notandum perpetuo in contractibus vltro citroque obligatorijs, quia agens nunquam audietur, niſi prius adimpleat pro parte ſua. Et ſic neque antea Pars aduerſa iuramento conſtringetur. 9

CASVS XVI.

De Compenſatione.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio an excluſa cenſeatur à iuramento, ita quod ſi opponitur à debitore non excuſetur per eam à periurio ſi poſtmodum labitur terminus ſolutionis: quod ſic, ſcilicet ſit excluſa, num. 9. ſecundum comm. Declara, vt nu. 15. 20. Amplia ſecundum commu. vt num. 22. Limita vt num. 23. propter paupertatem.*

2 *Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica, & nu. 10.*

3 *Conditio debet ſeruari, & adimpleri in forma ſpecifica*

4 *Compenſatio ſupplet pro ſolutione, etiam quæ ſub conditione impoſita erat.*

5 *Impeditus ex iuſto impedimento, vel cauſa non ſit periurus.*

6 *Cauſa iuſta an ſit excuſandi debitorem à periurio, ſi non ſoluit ex eo quia creditor non ſoluit ſibi è contra tantundē, quod debet: remiſſiuè.*

7 *Compenſatio pro ſolutione habetur.*

Limita niſi adſit iuramentum, num. 8.

11 *Iuramentum dicitur commutari ſi non ſeruatur ſpecificè, ſed per æquipollens.*

12 *Iuramentum commutare quis nequit propria auctoritate etiam in melius.*

13 *Compenſationis Exceptio regulariter non admittitur in obligatione ad formam Cam. Apoſt. nec retardat eius exequutionem: tempera vt ibi.*

14 *Compenſatio debiti non iurati ad iuratum non recipitur.*

16 *Fructus conſumpti non computantur in ſortem nec admittitur eorum compenſatio, ſed præciſe ſolutio integræ ſortis eſt facienda quando tempore traditionis pignoris interpoſitum eſt iuramentum de ſoluendo: & ampiia vt ibi, & nu. 21.*

17 *Fructus non conſumpti, ſeu extantes non computantur in ſorte, nec compenſatio illorum fit inuito creditore etiam ſi non adſit iuramentum, ſed poteſt illos reddere debitori.*

18 *Compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem.*

19 *Fructus non conſumpti cenſentur eſſe in cauſa pignoris ſicut res ipſa principalis pignorata.*

24 *Compenſatio crediti habentis cauſam poſt iuramentum præſtitum prius à debitore ſuper ſua obligatione fieri debet, nec excluditur à dicto iuramento.*

25 *Compenſatio admittitur ad pœnam euitandam, licet alioqui non admitteretur.*

26 *Compenſatio in Iudicio mercantili admittitur non reluctante iuramento.*

27 *Compenſatio an, & quando ſit admittenda non obſtante iuramento, vt ab illo excludatur, & ſit opus præciſa ſolutione: datur Regula vt attendatur ad formam obligationis.*

28 *Retentio an cenſeatur excluſa per iuramentum, ſicuti Cōpenſatio: remiſſiuè.*

29 *Compenſatio & ſi excluditur à iuramento an ſit cauſa ſaltem ſufficiens obtinendi abſolutionē à iuramento, quod ſic, num. 30. 31. 32.*

33 *Abſolutio à iuramento debet peti, & videtur neceſſaria pro compenſatione proponenda etiam vbi debitor paupertate premitur.*

34 *Difficultas non excuſat in obligatione dandi.*

34 *Obligatio dandi propter difficultatem non minuitur, nec excuſatur.*

35 *Abſolutio à iuramento ſemper debet peti ad cautelam in dubio.*

36 *Abſolutio à iuramento petita ad finem compenſandi etiam*

aduer-

Digitized by Google

aduerſus debitum ex cauſa mercedis, & obligatione ad formam Cam. vallatum dari poteſt propter inopiam debitoris.

37 *Abſolutio à iuramento ad effectum compenſandi non datur regulariter aduerſum debitum ex cauſa mercedis.*

DE Compenſatione ſubſequẽter occurrit Caſus vtilis,& practicabilis,ſi qs reconuenire velit creditorem ſuum ad effectũ compenſandi, ſeu compenſationis exceptionem eidem obijcere velit; vtrum abſolutionem à iuramento, quo ſcilicet ſe obligauit ac ſoluere promiſit, eum prius impetrare oporteat, eaque ſibi neceſſaria ſit ne incidat in periuriũ non ſoluendo, vel compenſando liberetur à periurio; vel ſi non, An compenſatio ſaltem ſit iuſta cauſa abſolutionis concedendæ. In quo quidem caſu variȩ ſunt doctorum opiniones; nõ enim conſentiunt inuicem in eo articulo; in quo eſt clauis,& fundamentum totius præſentis inueſtigationis:
1 † ſcilicet an iuramentum excludat compenſationẽ:quem articulum poſuit D. Anton.Gab.in ſuis comm. Concluſ. ti. de iureiuran. conclu.7.Quidam enim opinionẽ negat. tenuerunt, ſcilicet. quod compenſatio non cenſeatur excluſa à iuramento, ac proinde quod illa oppoſita potens ſint excuſare à periurio abſque iuramenti abſolutione: & eſt Deciſio ordinaria Bart. in l. amplius non peti, num. 8. ff. rem ra. hab. Neque obſtat, ſecundum eum,illud quod
dici ſolet, † quod iuramentum 2
debet ſeruari in forma ſpecifica: cap. ad noſtram, il primo,de iur. cum ſimil. quia huiuſmodi obiectum ipſe diluit inſtantia propoſita de conditione: † nam etiam 3
conditio, inquit, debet impleri in forma ſpecifica: l. qui hæredi, in princ.& l.Mȩuius: ff. de cond.
& dem. † & tamen ſufficit com- 4
penſare quando ſolutio ponitur in conditione: l. ſi peculium,§. 1. ff. de ſta. lib. ergo eodem modo dicendum de iuramento. Sed ad hoc reſpondet Imol. in d. cap. ad noſtram, quod iuramentum magis debet ſeruari in forma ſpecifica, quam conditio, vt ibi per eum.Alio tamen fundamẽto mouetur Bart. eo videlicet quia di-
cit, † ſi ego impedior iuſta cauſa 5
facere quod promiſi, non ſum
periurus: l.vlt.ff.qui ſat.cog.† Sed 6
ſi ego non ſoluo tibi quando tu debes mihi tantundem,ego impedior à te; quia ideo tibi non ſoluo,quia tu non ſoluis mihi: vnde quaſi facto tuo impeditus non debeo eſſe periurus: & hanc rationem facere ait tex. in l. 3. circa princ. ver. inde quæritur: ff. de ſta. lib. Verum huic fundamento Bartoli, & illi legi,vnde deſumitur, reſpondi ſupra in prȩcedenti Caſu, num.5. Addebat etiam Bal. pro hac opinione Bartoli, quam ſequitur in d. cap. ad no-
ſtram, il primo,de iureiur.†quod 7
compenſatio pro ſolutione cedit, & pro ſolutione vera habetur: l. 4. & ibi doct. ff. qui potio. in pignore habeantur: Bal. in l. tam mandatori, C. de non num.pecunia.

Digitized by Google

8 nia: † & de ſimilibus idem eſt iudicium: ff. de iure. l. tutor, §. prodigus: ſed iſtud tranſit ſi non interuenit iuramentum; quia tunc ſecus, vt deducit Alex. conſ. 91. viſis actis mihi, vol. 2. Et vltra Bal. eandem Bartoli ſententiam ſequitur Ioan. Fab. in §. in bonæ fidei: Inſti. de act. Et in eandem ſententiam allegatur Abb. Panor. in cap. cum dilectus, num. 23. non multum poſt prin. ver. ſed hoc non obſtante: de ordi. cogni. quem cum alijs in hanc Barto. ſententiam refert Feli. in præalleg. cap. ad noſtram, ſub num. 12. poſt medium, ver. Cæterum ad partem. Ipſe tamen Abb. ibidem non ſequitur ſententiam Bartoli; ſed recedit ab ea, vt patet ex eo ſtatim, ibi in ver. tutius tamen, & inf. referam: alios quoque eandem Bartoli opinionem tenentes refert Iaſ. vna cum eorum fundamentis in l. eum qui, §. ſi iurauero: ff. de iureiur. & Afflict. Deciſ. 163. & Franc. Mar. qui eam ſequitur Deciſ. 148. nu. 5. in fi.

9 † Contrariam ſententiam affirmatiuam, quod ſcilicet compenſatio ſit excluſa à iuramento, & conſequenter quod ea oppoſita non ſit potens cauſa euadẽdi periurium, communiter tenent Canoniſtæ: vt Teſtis eſt Abb. in præall. cap. ad noſtram, il primo, num. 2. in fine, de iureiur. per eam rationem, quia iuramentum impleri debet in forma ſpecifica; & ſic impedit compenſationem. Et hãc opinionem contra Bart. communem dicit Alex. in alleg. conſ. 91. lib. 2. quam tenuit Rom. in l. ſtipulationes non diuiduntur: ff. de ver. oblig. & Abb. in præall. cap. cum dilectus, ſub num. 23. non multum poſt prin. ver. tutius tamen: de ord. cog. vbi cenſet tutius eſſe ſoluere, quam compenſare, per eam rationem, quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum, qui non præſtitit aliquod impedimentum: per quã rationem confutat illud fundam. opinionis Bar. quod creditor ipſe præſtat impedimentum debitori vt non ſoluat, ex quo non ſoluit eidem tantundem, quod ei debet. Et Bartoli opin. communiter eſſe reprobatam teſtatur Are. conſ. 99. longitudo, col. 2. ver. 3. Anch. in conſ. 238. In auxilium veritatis: Tyndar. in tract. de cõpenſ. q. 7. col. 4. Iaſ. in l. eum qui, §. ſi iurauero: ff. de iureiur. Et in hanc ſecundam opinionem inclinat Feli. in cap. veniens, il primo, ſub 3. notab. de teſtib. ac firmius eam ſequitur in præalleg. cap. ad noſtram, il primo, prope finem, ver. Et per hoc apparere, per illam rationem, † quod iuramentũ 10
impleri debet in forma ſpecifica, nec ſufficit per æquipolliens; & dicit hanc eſſe opinionem ſuſtentabiliorem atque communẽ ex his, quæ ibidem paulo ſupra adduxit pro ea, ſub num. 12. à ver. ex quo intellectu: quam etiam magis cõmunem eſſe teſtatur D. Ant. Gab, d. ti. de iureiur. concl. 8. ex ſexcentis auctoritatibus adductis. & vltra alia fundamenta pro hac parte addita à Felino ibi, circa fi. d. cap. in d. ver. Et per hoc apparere, ſubdit hanc rationem; † quia 11
velle obſeruare iuramentum in alia forma, quam in ea in qua eſt iuratum, eſt commutare iuramentum de vno in aliud, & tamẽ, inquit,

inquit, habuimus in c. peruenit, il 2. & in cap. debitores, illo tit.
12 de iureiur. poſt Inno. ibi, † quod nemo poteſt auctoritate propria commutare iuramentum etiam in melius: ergo apparet quod, vt ſatisfiat Deo, oportet ſeruare præciſe quod eſt iuratum, non autem per aliud æquipollens etiã melius; & hanc rationem dicit eſſe claram,& hactenus forte non auditam. Poſtremamq. hanc ſententiam amplexus eſt D. Anton. Maſſ.Galleſ.in tract.ad for.Cam. olig. in prima par.prin.in ſecunda quæſt.ad quartam Parti. num. 6. quam placuiſſe ait Conſilio Neapolitano ex teſtimonio Afflicti Deciſ.281. Quædam Hippolita; & Capic. Deciſ.167. in cauſa
13 Manfredini.† Ex qua Rom.Curiæ vſu receptum eſſe teſtatur, quod contra illius Cameralis obligationis exequutionem regulariter non admittatur compenſationis exceptio : cum temperamento tamen, de quo ibi per eum, videlicet niſi æquitatis ratio aliter ſuadeat; vtputà propter paupertatem debitoris virtute Cameralis obligationis obligati,& cõuenti: vt ſi eſſet grauatus onere filiorum, vel aliter egeſtate premeretur: idque relinquendum eſſet, inquit ibidem idem Galleſ. arbitrio Iudicis,qui penſatis circumſtantijs & ſtatu perſonarum, compenſationem admittendam eſſe iudicare poſſet,ſecundum opinionem Bartoli, vt ibi per eum id latius deducitur; id quod placuiſſe ait etiam Neapolitanis ſupra citatis.

Et eandem hanc poſteriorem affirmatiuam ſententiam, quod compenſatio cenſeatur eſſe excluſa à iuramento, & conſequenter quod illa † non fiat de debito non 14
iurato ad iuratum, ſequutus eſt Viu. in ſuis com.opin. Par.1.ver. Compenſatio, & Laur. Chir. in comm. Concluſ. in prima Centu. concl.43.lit.C;num.17.quos refert & ſequitur D.Laur.Ten.Rod. in tract.cautela. caut.24.num.6. & eam magis comm.dicit D.Ant. Gab. in alleg. concl. 7. pro qua etiam innumeras auctoritates allegat.

† Declaranda ſiue reſtringenda 15
eſt poſterior hæc affirmatiua cõmunis opinio, ſi Abbati aſſentiri volemus, vt ea obtinere attendique debeat vbi ſumus ante factũ; vt tunc conſendum conſulendũq. ſit excluſam eſſe compenſationem à iuramento: ſecus autem poſt factum; tunc enim vt quis excuſetur à periurio,ſequenda eſt opinio negatiua Bartoli,ſecundum eum in d.cap.ad noſtram,il 1. ſub nu.3.ver. Quid dicendum: & hæc Bart.opin.procedere habebit generaliter, quando quis tenetur ſoluere, ſecundum eundem Abb. ibi, † præterquam in caſu illius 16
capituli,quando ſcilicet tempore traditi pignoris interuenit iuramentum hoc de ſoluendo: nam eo caſu procedere ac obtinere habebit prædicta poſterior com. affirmatiua Canoniſtarum opinio contra Bart. indiſtincte, per eam rationem, quia tacite videtur actum vt fructus etiam conſumpti non compenſentur ante ſolutionem: alias nihil operaretur iuramentum,† quia de iure eſt vt an- 17
te conſumptionem fructuum non fiat compenſatio: id quod ipſe

Abb.

Abb. ibi ſuperius duabus rationibus deduxit; nempe quia ſi creditor eos vult reddere ſoluto ſibi debito, ideo non cogitur compen
18 ſare, primo † quia de ſpecie ad quantitatem non fit cõpẽſatio,
19 vt not. in cap. fi. de depo. † Secundo quia fructus rei pignoratæ nõ conſumpti in cauſa pignoris ſunt ſicut ipſa res principalis: l. quamuis, cum notat. ibi per Glo. C. in quib. caſ. pig. taci. contra. & ſic in hoc caſu illius cap. ceſſat ea ratio, qua nititur opinio Bart. quia ſcilicet facto tuo impeditus non ſoluo tibi quando tu non ſoluis mihi tantũdem quod debes, ideo non ſum cenſendus periurus; ceſſat, inquam, hæc ratio in hoc caſu, quia ex d. iuramento in datione pignoris præſtito actum cenſetur hoc inter nos, ſcilicet vt ego omnino ſoluere debeam; & ſic non ſoluendo ſicut iuraui, ex facto, & culpa mea ſum periurus: & adde aliam rationem, quam ex Abb. attuli ſup. ſub nu. 9.

Et cum hac prædictarum opinionum conciliatione, ac declaratione pertranſit Abbas in loco citato.

20 † Itaque ſecundum mentem Abb. iuxta hanc ſuam conciliationem, prędicta comm. opinio affirmatiua, vt excluſa ſit compenſatio per iuramentum, & ſubinde nõ admittatur aduerſus debitum iuratum, ante factum dicenda erit procedere generaliter vbicunque quis tenetur ſoluere, & ex quacunque cauſa, ſeu de quocunque debito compenſatio
21 fieri petitur: † poſt factum vero ſolum in caſu illius cap. ad noſtrã, il 1. de iurę. vel ſimili, ſcilicet vbi compenſatio fieri petitur ex cauſa pignoris, ideſt ex fructibus pignoris, in cuius datione interuenit iuramẽtum de ſoluendo: tunc enim viget ratio prædicta; quia ſcilicet ex præſtatione huiuſmodi iuramenti in datione pignoris p̃ſtiti, actum videtur vt cum primis ſolutio ſortis omnino fieri debeat, & ſit excluſa ſubinde quæcunque compenſatio.

Cæterum & ſi hanc ipſam communem opinionem intelligere volemus indiſtinctè, ac ſimpliciter † etiam poſt factum, prout eam 22
intelligunt omnes illam tenentes vt videre eſt penes illos (quippe cum ea, qua nititur, ratio, ſcilicet quia iuramentum oportet vt impleatur in forma ſpecifica, nec ſufficit ſi impletur per æquipolentia, ſiue in effectu, non videtur recipere poſſe dictam diſtinctionem ſeu reſtrictionem, ad late dicta circa eam per Feli. in d. cap. ad noſtram) † Eadem nihilominus 23
limitanda erit ſaltem, & ſecundo vt non procedat aliqua ęquitatis ratione compenſationem admittendam fore ſuadente; vtputa ſi debitor eſt Pauper, adeo quod neceſſitate, & inopia non poſſet agere pro ſuo credito: quod ſentit Abb. in pręallegato cap. cum dilectus, num. 23. non multum poſt prin. verſ. niſi omnino iſte, de ord. cog. argum. cap. ſignificante: de pig. & cap. breui: de iureiur. Frg hoc caſu non procedat prędicta com. opin. ſed quod creditor cogendus ſit compenſare iuxta opi. Bartoli, etiam ſi creditum ſuum obligatione ad for. Cam. Apoſto. ſit vallatum, tenet D. Anto. Gall. paulo ſupra citatus in eo tract.

ad

ad for. Cam. oblig. in prima par. prin. ſuper 4. Parti. in 2.q.num.7. & hoc etiam fuiſſe tentum, & determinatum in Conſilio Neapolitano, refert ex Afflict. Deciſ. 163. die 7. Octo. & c. ſub num. 3. ver. Ego ſtimulo. Demum ſecundum Gall. in eo loco res hęc referenda eſſet arbitrio Iudicis, qui penſatis circunſtantijs, compenſationem admittere debet, vel reijcere.

Et pro hac eiuſdem com. opinionis limitatione, ſeu moderatione, vide etiam Soc. in l. Iulianus, col. pen. ff. de condi. & dem. & Tynda. in alleg. tract. de comp. q.7. col.4. Capic. in alleg. Deciſ. 167. ver. mihi viſum eſt, & Affli. Deci. 281. ver. & ad hoc bene facit: & Lau. Tenn. in d. tract. caut. cante. 24. in fine, & D. Anto. Gab. qui ſimiliter eam ponit, & tenet in alleg. concl. 7. limi. 4. num. 11. in tit. de iureiur.

24 †Tertio limita quando creditũ, de cuius cõpenſatione agitur, ſuperueniſſet poſt iuramentum prę-ſtitum: quia tale creditum poteſt in compenſationẽ deduci, nil obſtante iuramento: quam limitat. approbat Gal. in loco citato: pro qua tamen videndus eſt omnino Gabr. qui eam ponit, & multipliciter declarat in d. concluſ. 7. à num. 5.

Item limita duobus alijs modis vt per eundem Gab. d. concl. limi.

25 3. & 5. † videlicet quoad euitandã pœnam: nam ob hanc cauſam compenſatio inducitur ipſo iure, non obſtante iuramento.

26 † Item in Iudicio mercantili, in quo admittitur Compenſatio, non obſtante iuramento, quia proceditur in eo ex bono, & ęquo: vt per Gabr. vbi ſupr. ex Pari. & Grat. per eum citatis.

Vnum autem pręcipue pro præſentis caſus definitione Iudici erit diſpiciendum, † videlicet qua 27
forma obligatio, ſeu promiſſio ipſa iurata contracta conceptaque fuerit: namque ex forma iuramẽti animaduertere poterit, & debebit an omnino opus ſit ſolutione, vt ſic iuramentum in forma ſpecifica impleri debeat, vel ſuppleri poſſit per compenſationem: id quod admonet Ioan. Andr. in ſępe all. cap. ad noſtram, il primo, de iureiur. & tangit ibi Abb. poſt eum, in ſecunda oppoſ. ſub nu. 2. ver. Dicit ergo Ioan. And. Quod per moderniores non vidi tactum neque animaduerſum. Pone exemplum in caſu illius cap. vt ibi per Ioan. And. & Abb. poſt eum in loco proxime citato, ſi iuraſſet debitor creditorem non moleſtare, vel pignora nõ repetere niſi prius ſatisfecerit; hoc caſu non eſſet opus omnino ſolutione, ſed admittenda eſſet compenſatio fructuum conſumptorum, & iuſte poſſet repetere pignora nec diceretur venire contra iuramentum, ex quo ſatisfactum eſt creditori de fructibus.

Secus ſi iuraſſet non moleſtare, vel non repetere donec ſolueret pecuniam, vel ſortem; ſeu de non repetendo, vel non moleſtando ante ſolutionem: quia tunc ex forma iuramẽti omnino opus eſſet ſolutione, nec ſufficeret quod ex fructibus eſſet ſatisfactum; vt ibi per eos: quod tenent ibi Inno. & omnes. Et hoc idem ſimiliter reperi pro vna ex limitationibus

bus ad dictam poſteriorem opin. communem adaptaſſe D. Anton. Gab. in præall. concl. 7. in fine.

Illud etiam poſtremo huic caſui non inepte foret annectendum,
28 † videlicet an pari modo per iuramentum excluſa cenſeatur retentio, quemadmodum dictum eſt ex communi excluſam eſſe cōpenſationem, vt eadem quoad iuramenti abſolutionē atque periurij incurſum in retentione ſine intelligenda. de qua re agit Do. Anton. Gab. in alleg. concl. 7. lim. 1. num. 1. & ſeq. & vide quæ tradit Gallef. in alleg. q. 2. parti. 4. poſt medium illius q. ver. Diuerſa ratio, nu. 12.

Modo quantum ad abſolutionē
29 † an ea concedi debeat vbi eſſemus in caſu, in quo compenſatio non valet excuſare à periurio, eo quia eſt excluſa, & non venit admittenda propter iuramentum, cuius effectus eſt vt impediat cōpenſationem, quæ alias de ſe veniret admittenda, ad dicta ſupra circa poſteriorem affirmatiuam comm. opinionē; & nunquid ſaltem compenſatio ipſa alioqui de iure competens ſit iuſta cauſa obtinendi abſolutionem à iuramento, quod ei reſiſtit.

In hoc Articulo videretur dicendum quod prętextu ſolius prætenſę compenſationis, ex quo non adeſt cauſa in obligatione ipſa iurata, aduerſum quam compenſatio prętenditur; quę arguat eam de aliqua mala qualitate, vel de turpitudine ſaltem ex parte creditoris; abſolutio à iuramento non ſit danda, ad ea quæ ſupra in Par. 3. in 2. & 3. qu. tradita fuere. & ita etiam in caſu illius cap. ad noſtram, il primo, de iureiur. tenet ibi Ioa. And. vbi tenet poſt Boati. quod ex cauſa compenſationis, quę ob fructus pignorum alioqui de iure competeret, cum non appareat in obligatione ſeu promiſſione de vſuraria prauitate, cum ibi non fuerit iuratum de vſuris ſoluendis; non eſt locus petitioni relaxationis iuramenti, de qua in cap. 1. ſup. illo ti. de iureiur.

† Contrarium, & rectius, meo quidem iudicio, tenet ibi Abb. ꝙ immo in caſu illius c. poſſit peti abſolutio à iuramento. Mouetur quia licet, inquit, hoc non ſit vſurarium, tamen turpiter creditor tenet debitorem vinculatum iuramento, cum ſine aliqua iuſta cauſa recuſet compenſare quantitatem debitam ratione fructuum conſumptorum. Plus etiam tenet attentari poſſe illud eſſe vſurariū, cum velit interim percipere vtilitatem illius pecunię, ſeu ſortis contra illud euangelicum, mutuū dantes, & nihil inde ſperantes, de vſur. cap. conſuluit, vt per ipſum. 30

Ego extenderem opinionem Abbatis † etiā vltra caſum prædicti cap. vbicunque iure cautum eſt compenſationem fore admittendam, ſiquidē non videtur creditor debiti ſui peręque liquidi ſolutionem debitori ſuo prętextu iuramenti abſque perfidię atque iniuſtitię nota denegare, eiuſdemque cōpenſationem reijcere poſſe. Profecto id iniquum, & iniuſtū eſt, nimirum contra naturalis legis rationem, & ęquitatem: eſt namque naturæ lege ſanctum, vt tales nos alijs præbeamus, quales eos in nos eſſe cupimus: vt diſt. 1 in prin. 31

in prin. & tradunt Reuerendiſſimi Patres in Cathechiſ. in expoſit. petitionis quintę Dominicæ orat. Et legitur Tob.4. ꝙ ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. quin eſt præceptum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti expreſſum Math.7.& Luc.6. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: & refertur d.diſt.1.in prin. Quare iure merito videtur abſolutio à iuramento non fore deneganda; cum ex iuramento non debeat reſultare iniquitas: cap. quanto, de iureiur. cum ſimil.

Et ſi eſſemus in illo caſu, de quo ſuperius dictum fuit in ver. Cęterum, in limitatione ſecundę Partis, ſeu opinionis communis affirmatiuę, vbi ſcilicet debitor ex non admiſſione compenſationis ſui crediti nimio incommodo afficeretur; vtputa quia propter inopiam non poſſet poſtmodum agere ad illud conſequendum, vel alioqui ob magnam egeſtatem ſeu mendicare, ſeu filiorum, quorum onere præmitur, curam deſe-
32 rere cogeretur, vel ſimili; † vtique abſolutio ſine hęſitatione eſſet cōcedenda; & ſine iniuria atque iniquitate non denegaretur, per ea, quæ dicta ſunt in illa limitatione in d. ver. Cęterum: cum immo ſecundum doctores ibi citatos abſolutio non pręſupponatur eſſe neceſſaria, & ſine ea compenſatio fieri debeat.

† Sed mihi videtur tutius eſſe, 33
quod etiam in hoc caſu abſolutio
peti debeat; quoniam † difficultas 34
non excuſat in dando, neque euacuat, vel minuit obligationem: tex. eſt elegans in l. continuus, in §. illud: ff. de verbo. obli. notat Bal. in cap. breui, in prima oppoſ.
ſub num. 2. de iureiur. † Et quod 35
abſolutio ſemper peti debeat ad cautelam, commune conſilium eſt ſecundum Bal. in l. fi. col. 1. ver. conſulunt: C. de non nume. pec. & Angel. in l. fi. ff. qui ſatiſ. coga. Deci. in c. at ſi clerici. §. de adult. nu. 110. de Iudi. Et idem viſum eſt Caſſad. in Deciſ. vni. de mut. peti. in fi.
Abſolutio † tamen in hoc caſu a- 36
deo fauorabilis eſt, vt ea dari deberet ad effectū compenſandi etiā aduerſus debitum ex cauſa mercedis, & obligatione ad for. Cam.
Apoſtolicæ vallatum, † licet a- 37
lias in tali debito ad effectum cōpenſandi non daretur abſolutio, ſecundum Caſſa. in alleg. Deci. de mut. petit.

CASVS XVII.

De Remiſſione Partis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento iam à parte remiſſo non eſt neceſſaria.*

Cccc *Abſo-*

2 *Abſolutio à iuramento obtenta poſt remiſſionem partis non accumularet forum, nec prorogaret iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici.*
3 *Abſolutio ſiue relaxatio iuramenti præſupponit validitatem iuramenti.*
4 *Priuatio præſupponit habitū.*
5 *Non Entis nulla ſunt Partes, vel qualitates.*
6 *Nullum ſi quod eſt, rumpi non poteſt.*
7 *Abſolutioni in dubio fauendū eſt, & opinio ei fauorabilis tenenda eſt.*
8 *Abſolutio à iuramento, vt ſemper ad cautelam petatur cōmune conſilium eſt.*

1 ITEM † abſolutio nō eſt neceſſaria vbi Pars ipſa, cui ſcilicet iuratum eſt, iuramentū remittit: ad ea quæ fuſe de hac remiſſione Partis dixi ſupra in prima Parte quęſtione quarta. Et abſolutio ſiue relaxatio à Iudice data nihil adderet, vel operaretur, eſſetque ſine effe-
2 ctu. † Ideoque neque accumularet forum, neque perpetuaret iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici. Quod oſtenditur clare. Namque hoc caſu vere non eſt relaxatio, ſed eſt relaxatio facti nō iuris, &
3 nomine, non effectu. patet, † namque abſolutio ſiue relaxatio pręſupponit iuramentum validum, ſeu extare, cū ad illud relaxandū conceda:ur; ideoque cum nullum iam amplius ſit iuramentum, ſeu illud ſaltem viribus ſit euacuatū per remiſſionē Partis, conſequenter non poteſt conſiderari abſolutio, & ſi daretur non eſſet vera abſolutio, eſſetque facti, ſeu nomine, vt dictum eſt, non iuris, † cū 4
priuatio preſupponat habitum: l. decem: ff. de verb. oblig. Et ꝙ remiſſum & annihilatū eſt à Parte, amplius per Iudicem remitti non poteſt, † cum non Entis nullæ 5
ſint Partes, vel qualitates: cap. ad diſſoluendum, cum multis concordantibus notat. ibi in Glo. de deſponſ. impub. ſic alias in lege dicitur † non poſſe dici rumpi Te- 6
ſtamentum, quod nullum eſt de iure: Inſti. quib. mo. teſt. infir. §. alio quoque: in fi. clarius: ff. de iniuſ. teſt. l. nam & ſi ſub conditione, §. poſt defectum, vbi plura ſimilia notantur. Et per hæc concluditur quòd abſolutio data in præſenti caſu nulla eſſet, & ſuos non operaretur effectus: ita per prędicta conſulit Paul. de Caſtr. in conſ. 210. viſis & ponderatis omnibus, num. 2. lib. 2. in vltimo impreſſis, & illum ſequitur Deci. in rubri. num. 21. in prima lectura, de Iudi.

Et ne tibi videri habeat hic caſus inaniter, & de impoſſibili poſitus, quaſi fruſtra quærendum ſit de abſolutione, & eius effectibus poſt remiſſionem à Parte habitā, eiuſdem vtilitatem videbis (ſi lubet) ob caſum quem pro exemplo propono, ſuper quo conſulit Caſt. in d. conſ. 210.

Item vtilitas eſt, vt ſciat iuramento ligatus ſibi ſat eſſe remiſſionem abſque alia abſolutione ad quietem conſcientiæ, & tollendos ſcrupulos.

Digitized by Google

Et hunc caſum in eo quod habet remiſſionem Partis reddere inualidum iuramentum, & abſolutionem, ſeu relaxationem Iudicis conſequenter eſſe ſine effectu caſu quo de facto data eſſet, extendere potes, vt idem ſit dicendum in abſolutione, ſeu relaxatione data à iuramento ex quauis alia cauſa inualido: per prædicta, & per identitatem rationis: ad hoc vide quę dixi ſupra in par. 3. q. 12. circa fin. in limit. 2.

Quod erit aduertendum pro Iudicibus ſecularibus contra Eccleſiaſticos, qui nimia facilitate noſtra tempeſtate concedunt huiuſmodi abſolutiones, ſeu relaxationes, ipſis ſecularibus ęgre ferentibus ſibi ab illis hac via præripi cauſarum cognitiones. Sed Eccleſiaſtici excuſantur † ex eo quia in dubio fauendum eſt abſolutioni, ſecundum Neuiz. conſ. 21. vbi dicit quod in opinionum conflictu in hac materia ea opinio ſeruanda foret, quæ fauorabilis eſt abſolutioni, & in hanc partem inclinare ait Cancellariam Apoſtolicam. 7

† Et eſt commune Conſilium quod abſolutio ſemper debet peti ad cautelam: ad hoc allegatur Bal. in l. fin. col. 1. ver. conſulunt, C. de non nume. pecu. & Ang. in l. fin. ff. qui ſatiſ. cog. 8

CASVS XVIII.

Si in diebus feſtis iuratum eſt, an opus ſit abſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Iurare an, & pro qua re permiſſum ſit in diebus feſtis.*

2 *Teſtis iurare non debet in diebus feſtis: & an Iurament\~u valeat quoad ſe, ſi iurauit.*

3 *Teſtium receptio intelligitur fieri in actu delationis iuramenti.*

4 *Teſtium receptio dicitur actus iudicialis: & an valeat facta in ferijs Dei.*

5 *Abſolutio à iuramento præſtito in die feſto neceſſaria eſt; quia iuramentum tenet.*

6 *Iurare per creaturas illicitum eſt: & quare: & an iuramentum ſic præſtit\~u valeat, quod ſic: & nu. 9.*

7 *Iuramentum qualitercunque ſit præſtitum, ſeruandum eſt, dummodo alioqui ſit licitum.*

8 *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*

10 *Contractus in Eccleſia fieri non debent, facti tamen tenent.*

11 *Iuramentum, & ſi prohibitum eſt à lege etiam canonica & diuina, ſi de facto præſtetur, obligat iurantem ad obſeruantiam, ſi non continet peccatum, licet peccauerit iurando.*

12 *Pro obſeruantia Iuramenti eiuſque validitate in dubio tenendum eſt.*

13 *Inſtrumẽta & contractus diebus feſtis confecti valent, ſed peccant Notarij, & contrahentes.*

ABSOLVTIO non videtur neceſſaria à iuramento, quod pręſtitum fuit diebus feriatis in honorem
1 Dei, † quia in huiuſmodi diebus feſtiuis de pręcepto non eſt licitũ iurare, etiam extraiudicialiter: nam prohibetur per Canones, niſi pro pace, vel alia neceſſitate: vt in cap. 1. de fer. notat Abb. in c. fi. nu. 18. eo. ti. de fer. Et hanc Partẽ amplexus eſt Plot. in tract. de in litem iuran. nu. 755. in vltimo impreſſis: quam adeo firmiter tenet, vt extenderit eam ad contractus, & alios actus etiam voluntarios, aſſerueritque iuramentum non valere, & contractũ & actum ſic iuratum virtutem iuramenti non habere, & iurantem contraueniendo non fieri periurum; plus etiam infert ad inualiditatem nonnullorum actuum nominatim. Non habet tamen textum, vel rationem in quibus ſe fundet. Allegat Lanfr. de Oria in cap. quoniam contra, circa finem prin. num. 50. 51. de proba. & Tho. Fer. in tract. cautel. in 3. caut. incipit communiter: qui tamen Thom. & ipſe ſe refert ad Lanfr. quem allegat in dicto loco, prout illum citat addi. ad Lanfr. ibi, in meo libro eſt ſub nu. 43. At vero ipſe Lanfr. dicit ſolummodo † ꝙ 2
Teſtis in die ob honorem Dei feriato iurare non poteſt; quod etiã repetit in ti. de depoſi. Teſti. qu. 8. num. 15. & eſt axioma iuris vulgatum: Inde tamen non probatur prædicta Pars, quam ſequutus eſt Plot. & ſequaces; tum quia non ſequitur ex eo quod dicitur non poteſt, ideſt non debet iurare; prout in eo quod dictum eſt de Teſte, hęc verba, non poteſt, exponit Ioan. And. in d. cap. 1. de fer. & Abb. ibi poſt eum num. 9. non ſequitur, inquam, iuramentum quo ad ſe non tenere, neque afficere & ligare iurantem: id enim tex. in d. cap. 1. non dicit, nec alibi: tum quia ſi id concedendum eſſet in iuramento teſtium, vt ſcilicet per illud in die feriato præſtitum nihilomagis ſuſtineatur eorum receptio, & depoſitio, id ſuam habet rationem; † nempe quia receptio 3
teſtium, quæ fieri intelligitur per delationẽ iuramenti, vt not. Abb. d. num. 9. † eſt actus iudiciarius, 4
qui veluti cæteri non valet geſtus die feriato ſaltem in honorẽ Dei, & Sanctorum: vt oſtendit Addi. ad Lanfr. d. ti. de teſti. depoſi. d. q. 8. num. 15. & Abb. in d. c. 1. d. nu. 9. ver. nam ipſa receptio: & eſt tex. in c. fi. vbi Abb. & alij, eo. ti. de fer. & in l. fi. C. eo. Et ideo male infertur ex ea ad actus voluntarios & extraiudiciarios, per ea quæ habentur in l. actus & in l. fi. præall. & ibi doctores, C. de fer. & in d. c. fi. & ad late dicta ſupra par. 3. q. 16. Tum quia nõ quęrimus modo de validitate, vel inualiditate actus cui adiectum eſt iuramentũ, an illa ex eo inſurgat nec ne: ſed

nunc

nunc id intendimus, ſcilicet an iuramentum de ſe liget afficiatq. iurantem, ita vt ei contrauenire nequeat ſine abſolutione, vel ſit prorſus inefficax, & inualidũ, ita vt nullum vinculum inijciat iurãti, vt poſſit ei contrauenire abſque incurſu periurij: quod affirmat Plot. ſupra allegatus, quem poſtmodum ſequutus eſt Surd. in conſ.87.num.15. & conſ.122. nu. 5.lib.1. ſimiliter ſine lege, vel ratione, contentus ſolum relatione prędicti Teſtimonij Plot. Et nouiſſime hanc partem ſequutus eſt D. Io.Bap.March. in ſępe alleg. tract. de commiſ. par.1.com.1. c.3.nu. 10. Doctores tamen, quos allegat, dicunt quidem quod de periurio non notatur contraueniens iuramento inualido; ſed non dicunt eſſe tale illud, de quo loquimur.

Et ſic patet quod hæc Pars ex dictis auctoritatibus non ſuſtinetur. Nam & ad d. c.1. reſponſum eſt ſupra, videlicet quod & ſi in eo decernitur diebus Dominicis, ſeu in honorem Dei, & Sanctorum feriatis iuramentum non eſſe præſtandum; non inde ſequitur, ſi pręſtetur, eo non ligari iurantem: hoc tex. ille non dicit, nec alius. Et ꝙ ligetur iurans, probatur ex notabili, & eleganti doctrina Pan. quã infra ſubijciam.

5 † Contraria igitur Pars firmior veriorque viſa eſt Hoſt. in ſum. ti. de iureiur. §. Quando, in prin. vbi quod iuramentum ex tempore, ſcilicet diebus Dominicis, & in Dei honorem feriatis interpoſitum reddatur illicitum, intelligit verum eſſe ab initio: nam & ſi iuretur tali tempore, puto, inquit, iuramentum ſeruandum: allegat ſeipſum ſupra illo tit. in §. Per quod, ver. quia autem, vbi hoc idem tenet, & probat in iuramento illicito, & per Canonem prohibito propter rem, per quam præſtatur: id ꝙ aperte probat tex. in c. & ſi Chriſtus, illo ti. de iureiur. † vbi expreſſe ex Domini præcepto prohibetur nequis iuret per creaturam: & quidem non ſine magna ratione; nempe ne per huiuſmodi iuramentum transferatur ad creaturam honorificentia Creatoris, vt in illo cap. legitur: & tamen, ſi de facto iuratur per creaturam, tenet iuramentum, & eſt ſeruandum dummodo ſit licitum quod iuratur, vt in eo tex. deciditur in ver. Et quamuis: & ibi notat Abb. latius id explicans ſub ſecundo notab. & Hoſt. vbi ſupra d. §. per quod, & Glo. in d.c. & ſi Chriſtus, in ver. ſeruandũ, † quę dicit ꝙ qualitercunque iuratur, ſi licitum eſt ꝙ iuratur, ſeruandũ eſt iuramentum, 22.q.1. mouet te: & ff. de iureiu. l. non erit, §.1. vbi eſt pulcher tex. & hoc confirmant per illud vulgatum, † multa prohibentur, quæ facta tenent: c. quẽadmodum, §. vlt. de iureiu. & alia concordantia allegat Gloſ. præallegata. Nec dicatur, hoc ſcilicet quod valeat iuramentum præſtitum per creaturas, intelligendum eſt in his, in quibus habetur reſpectus ad ipſum Creatorem, non ſic in alijs; † quia immo etiam in alijs id verum eſt, & ſolum differentia inter eas eſt in actu iurandi ab initio, quia per eas in quibus habetur reſpectus ad Creatorem, licet iurare, vt per Crucem, vel Spineam Coronã, & ſimilia: Sed in alijs non eſt licitũ iurare,

6 7 8 9

rare;tamē ſi de facto iuratur pec-
catur , ſed iuramentum eſt obli-
gatorium , & non eſt peccatum
in obſeruantia ; immo eſſet in
tranſgreſſione,per ſupra dicta : &
declarat Ab.in d.c.& ſi Chriſtus,
nu.6.Facit quod notat Gloſ.in c.
Decet. in ver. proceſſus : de im-
10 muni. Eccl.lib.6.† videlicet quod
contractus non debent fieri in
Eccleſia, & qui faciunt peccant ,
per illamDecretalem:tamen con-
tractus tenent .

Et Hoſtienſis ſententiam tenet
Abb.in c.2.num.8.verſi. Secundo
& fortius,de arbitris, quam com-
probat,& communit hac notabili
& eleganti doctrina , quam pro
regula veriſſima ſe firmare aſſe-
11 rit, † videlicet quantuncumque
iuramentum prohibeatur à qua-
cunque lege,etiam Canonica, vel
diuina, tamen ſi illud quod iura-
tur non continet in ſe peccatum,
tenetur iurans obſeruare iuramē-
tum , licet peccauerit iurando :
& hoc probat per dictum cap. &
ſi Chriſtus , inquiens ibi de hoc
eſſe textum apertum, & in c. mo-
net, 2. q.1. & plenius remittit ad
ſe ipſum in ſua diſputa.ſtante ſta-
tuto ſępius alleg.

Et huic tantorum Patrum ſen-
tētię iuris ope ſuffultę me ſubſcri-
bo , quæ alia quoque regula coa-
12 diuuatur,nempe ea † quia pro iu-
ramenti obſeruantia in dubio te-
nendum eſt : de hoc bonus tex. in
c.verum , de iureiur. Et quidem
merito , quoniam ex hac Parte
cautius tutiuſque Animę conſuli-
tur;quæ ratio conſideratur,& ex-
primitur in d. cap. verum .

Vnde ex hac parte ex prædictis
ex auctoritate Hoſti.& Abb.con-
firmata commonemur quam pa-
rum fidendum ſit cautelæ Thom.
Fer.in d. cautel.3. relata in addi.
Celſi ad Lanfr.ſupra alleg.in d.c.
quoniam contra,in fi.prin.d.num.
43. quā pro illatione refert quo-
que ibi prima Addi. & Surd.in d.
conſ. Et ſimiliter illationibus fa-
ctis à Plot.in loco citato.

Et hanc poſteriorem partem
iuxta Hoſt. & Abb. ſententiam
amplecti,ac ſequi videtur Praxis,
& vſus Notariorum in conficien-
dis Inſtrumentis ſuper contracti-
bus de quibus ſunt rogati , vt me
experientia ſępe ſępius docuit .
Nam pluries Notarij volentes re
cipere contractus, & inſtrumenta
de illis conficere in diebus feria-
tis in honorem Dei, & Sanctorū ,
mittebant ad me contrahentes ,
vel ipſimet veniebant pro licen-
tia apponendi Iuramentum in ip-
ſis contractibus,ſiue inſtrumētis,
non quidem curantes habere de-
cretum ſuper ipſa licentia , ſeu
quod de ea aliter conſtaret , ſed
vt haberent eam tantum orete-
nus : per hoc aperte denotantes
quod ſufficiebat eis , quod tuti
eſſent in conſcientia à peccato ex
ipſa licentia; & ſic quaſi nihil hæ-
ſitarent de validitate iuramenti ;
ſed aperte eo modo interpretan-
tes, & intelligentes illud validum
eſſe,& obligatorium .

† Et de ipſo inſtrumento die 13
Dominica , & alijs in Dei hono-
rem feriatis confecto , quod va-
leat , tenet Specul. tit. de Fer. §.
ſequitur, ver. quid ſi : & ſequitur
Abb. in cap.fi.num.18. eo. tit.vbi
dicit quod peccant contrahentes,
& Notarius ſcribendo inſtrumen-
tum; ſed contractus,& inſtrumen

tum

Digitized by Google

tum tenent: & illum refert, & ſequitur Quintil. Mandoſ. in Praxi Comiſſio. ſuper Commiſ. 13. ferijs non obſtantibus, in quinta queſtione.

CASVS XIX.

Vbi periculum eſt in Mora.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria vbi mora in ea expectanda afferret periculum.*

2 *Spoliationis exceptio non obſtat nec poteſt opponi, vbi de re agitur non capiente dilationem ſine periculo.*

DECIMVSNONVS Caſus generalis conſtituetur, in quo abſolutio non eſt neceſſaria, & ꝓpria auctoritate quis contra iuramentũ à ſe præ-
1 ſtitum venire poteſt, † videlicet vbicunque periculum eſt in Mora; vt quia vrget atque impellit neceſſitas ad veniendum contra promiſſa iurata, & non ſuppetit tempus abſolutionis petendæ; vt quia non poteſt haberi ſuperior: tunc enim excipi contra eum de iuramẽto non poteſt: vt eſt dictũ Inno. in cap. venerabilem, ſub nu. 5. de elect. per cap. anteceſſor, 11. q. 3. licet debeat pœnitere: vt dicit Inno. vbi ſupra: per cap. 1. & ſeq. 22. q. 4. Et illud dictum Inn. ſequitur Bal. in l. non dubium: col. pen. C. de legi. & Abb. in cap. quanto, num. 8. in fine: de iureiu. & retuli ſupra in par. 3. q. 16. in quinta Concluſione. Conferunt ea, quæ de exceptione ſpoliationis, † quę non obeſt, nec poteſt 2
opponi vbi periculum eſt in mora, ſiue de re agitur non capiente ſine periculo dilationem, tradit Abb. per exempla in cap. cum dilectus, num. 23. non multum poſt princ. ver. alios caſus, de ordin. cogni.

CASVS XX.

Vbi Iuramentum obuiat bonis Moribus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento ex cuius obſeruantia boni mores naturales læduntur, non eſt neceſſaria.*

Natura-

2 *Naturalis ratio ſiue æquitas indiſpenſabilis atque incommutabilis eſt.*

3 *Lex quæcunque ſuper æquitate ſaltem ciuili fundata eſt.*

4 *Lex fundata ſuper æquitate ciuili, ſeu quæ eſt de moribus ciuilibus conſeruandis, variabilis ac diſpenſabilis eſt.*

5 *Pactum futuræ ſucceſſionis, id eſt de ſuccedendo non firmatur iuramento quia eſt contra bonos mores naturales, et contra ius diuinum.*

6 *Abſolutio à iuramento contra legem conſeruantē bonos mores ciuiles, ſeu ciuilem æquitatem, neceſſaria eſt, quia iuramentum tenet.*

7 *Pactum legis commiſſoriæ de iure ciuili reprobatur, ſed iuramento ſuſtinetur de iure Canonico: & opus eſt abſolutione ad contrauenīendum.*

8 *Iuramentum in quibus caſibus obliget, ſiue etiam actum ſuſtineat, & in quibus non, remiſſiuè.*

9 *Conditiones, quæ tacitè inſunt, an, & quæ verificandæ ſint vt iuramentum valeat: remiſ.*

10 *Iudex laicus in caſibus, in quibus iuramentum non eſt obligatorium, compellere poteſt Partem ad remittendum obligationem, ſeu reſcindendū contractum, ac ad reddendum ſolutum.*

Declara, vt nu. 11.

11 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere, vel delarare circa inualiditatem iuramenti, quam ipſe allegat, & in qua ſe fundat, ſi ex diuerſitate opinionum res redditur dubia.*

13 *Cognitio iuramenti an ſit obligatorium, vel non, etiam ad inferiores citra Papam pertinere poteſt.*

14 *Indiuiduorum numeratio atque notitia haberi non poteſt, quia*

15 *Indiuidua ſunt infinita.*

16 *Infinitas euitanda.*

VLtimvs paucorum horū præmiſſorū Caſuū ſimiliter generalis erit de iuramēto obuiante bonis moribus, de quo ſępe habita eſt mentio: & ſpecialis regula de illo facta eſt in iure noſtro, in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. †Tale igitur iuramentum, cuius obſeruantia includeret vel excluderet aliquid à iure iniunctum, ſeu prohibitū propter bonos mores conſeruandos, non eget abſolutione; quia de ſe non eſt obligatorium, & propria auctoritate iurans contrauenire poteſt; quia peccauit iurando, & magis peccaret obſeruando: vt in cap. ad noſtram, il 3. & c. Quintauallis, de iureiuran. & in d. regula non eſt obligatorium, & 22. q. 4. per tot. in quibus iuribus habentur exēpla, & multa notantur in Glo. in d. reg. non eſt. 1

Intellige de bonis moribus naturalibus conſeruandis: nam lex ſuper talibus diſponens eſt fundata ſuper ratione, & ęquitate naturali, † quę eſt indiſpenſabilis, & incommutabilis: §. ſed naturalia: 2

Inſti.

Digitized by Google

Inſti.de iure nat. Et maxime per ipſum iurantem, qui eſt perſona priuata. diſt. 5. in prin. & diſt. 7. quę contra mores: Secus in mo-
3 ribus ciuilibus tantum,† quippe cum omnis lex tendat ad bonos mores ciuiles conſeruandos, & fundata ſit ſuper ęquitate ciuili:
4 diſt. 1. c. conſuetudo. † At in talibus lex eſt variabilis,& diſpenſabilis,d.§.ſed naturalia: Inſt.ciuil. de iure natural. & c. non debet, de conſang. & affi. Et ita declarat Abb. in c. cum contingat,ſub num. 1. paulo poſt prin.ver. Vnde formalius,de iureiur.

Inferri poteſt ex hoc caſu ſic intellecto,& declarato ad multos ſpeciales tam in iuramento tendente contra mores naturales,ꝙ non eſt obligatorium, quam in tendente contra mores ciuiles,ꝙ ligat nec propria auctoritate infringi poteſt, ſed opus eſt abſolutione.

Et,vt de vtroque vel vnum exemplum è multis, quę habentur in Glo. & iuribus præallegatis, & alijs quæ afferri poſſent, habeamus;

Quoad primum iuramentum, ſcilicet contra legem conſeruan-
5 tem mores naturales, † infertur ad iuramentum præſtitum ſuper pacto futuræ ſucceſſionis, ꝙ quidem non eſt obligatorium,quia huiuſmodi pactum eſt contra bonos mores naturales ob votum, quod inducit captandæ mortis,& dicitur propterea eſſe contra ius diuinum. ideo tale iuramentum non eſt obligatorium,& non eget abſolutione: Bart.in l.ſi quis pro eo,num.6.ff. de fideiuſ. facit cap. deteſtanda,de conceſ.præb. lib.6. tradit Bal.in cap.cum contingat, num.24. de iureiur. & ad alia dicta de illo ſupra in caſu 14. poſt medium, in ver. Verumtamen, num. 44.

† Quoad ſecundum iuramentum, ſcilicet quod tendit contra mores ciuiles, & legem eos conſeruantem; exemplum, & illatio poni poteſt in pacto legis commiſſoriæ, quod à lege eſt reprobatum, quæ fundatur ſuper ciuili æquitate, & ſuper bonis moribus ciuilibus conſeruandis. † Ideo iuramentum ſuper tali pacto contra eam legem interpoſitum eſt obligatorium:quin etiam ſuſtinet pactum, quod lex ipſa ciuilis reprobat: c.ſignificante, de pigno. & declarat Abb. in loco ſupra citato. 6 7

Denique alios caſus in quibus abſolutio à iuramento ſeu neceſſaria eſt, ſeu non: Item ſeu danda eſt,ſeu non, obſeruare colligereque ex ſe ipſo poterit diligens Lector per diſcurſum huius tractatus, vt propterea illorum reepilogatione minime opus ſit.

Et duodecim regulæ, ſeu Concluſiones,†ex quibus haberi poſ- 8
ſunt quam plurimi caſus, in quibus iuramentū de ſe non eſt obligatorium, neque conſequenter ſuſtinet actum, nec eget abſolutione: & in quibus è contra iuramentum de ſe validum eſt, & ſuſtinet actum, & in quibus item,licet non validet actum, de ſe tamen obligatorium eſt, eget.que abſolutione,videri poſſunt penes Bald. in cap. cum contingat, de iureiur.

Et compendioſam quandam Epilogationem caſuum,in quibus

quis non adſtringitur ad obſeruantiam iuramenti, fecit Angel. Aret. Inſti. de exceptio. §. eque, num. 10. qui ſummatim multos ex præmiſſis, & aliquem forte vltra
9 illos receſſet. † & ibi et penes eum reperies recollectas quamplurimas conditiones, quę tacite ſubaudiuntur, & præſupponuntur in iuramento; quæ ſi non verificantur, ſimiliter non valet iuramentum; quas antea enumerauit Glo. in cap. quemadmodum: de iureiurando.

Illud poſtremo pro huius quartę, & vltimę Partis complemento reliquum eſt admonendum circa iſtiuſmodi caſus, in quibus dictum eſt abſolutionem non eſſe neceſſariam, quia iuramentum de ſe non eſt obligatorium; quod illis oc-
10 currentibus, † Iudex laicus compellere poterit recipientem iuramentum ad illud relaxandum, ſeu verius ad reſcindendum contractum, & promiſſionem receptam, & quod inde iniuſte recepit reſtituendum, iuramento illo neutiquam obſiſtente; quia tunc non declarat circa iuramentum quatenus concernit ſpiritualitatem, ſed de facto puro, videlicet an taliter, vel ſuper tali iuratum ſit; & ex hac eius declaratione conſequitur iuramentum non valere, quia ſcilicet de iure certum eſt.
11 † Hoc enim ſane intelligas verum eſſe in caſu, in quo aut conſtat de iure, & de facto; videlicet quia certum eſt iuramenti materiam illicitam eſſe, puta vſurariam, ſimoniacam, vel ſimilem, & quod iuramentum adhibitum eſt; aut ſi dubium occurrere poteſt, eſt ſolum circa factum, videlicet an res ſic geſta ſit, vel an iuratum ſit; non autem circa ius; nempe quia ſi ſic ſe habet res, & iuratum eſt, certum eſt iuramentum illicitum eſſe, iuxta alias dicta ſupra in Par. 2. quæſt. 7. in limit. 1. quartę Concluſionis, & alibi.

Ex quo & illud conſequitur, quod nominatim rememorãdum eſt, vtpote ſingulare in hac materia ſecundum Abb. mox citandum, † videlicet quod in caſibus 12
in quibus non eſt certum iuramentum non valere, ſed verti poteſt dubium de illius validitate, vtputa vel ex opinionum varietate, vel alia ratione dubitari poteſt; quamuis Iudex laicus dicat contrarium, videlicet quia dicit iuramentum non valere: numquam tamen ipſe de hoc poteſt, vel debet cognoſcere nec iudicare, ſed debet referre ad Iudicem Eccleſiaſticum: ita admonet Abb. in c. cum contingat, pręallegato, nu. 15. de iureiur. allegat de ord. cogn. c. tuam: de ſent. excom. c. ſi laicus, lib. 6. de Iudi. cap. nouit, & notata, de fo. compe. in c. cum ſit generale. Et per Ioan. And. eo. ti. in 6. in c. fi. & per Bartol. ff. de iuriſdict. omni. iudi. in l. 2. num. 4. & ff. ſolu. mat. in l. titia: cum alijs per eum adductis.

Qua in re, & illud eſt rememorandum, videlicet † quod licet in c. venerabilem, de elect. videatur 13
aperte probari quod huiuſmodi cognitio, & interpretatio, ſcilicet an iuramentum ſit obligatorium, vel non, ſpectare debeat ſolum ad Papam, vt conſiderat idem Abb. in loco citato: tamen ipſe concludit eandem interpretationem, & decla-

declarationem ad inferiorẽ quoque ſpectare,& per eum fieri poſſe; quia poteſt diſpenſare in iuramento ſimiliter vbi vertitur dubium an obſeruandum ſit,vel non: allegat Inno. in c. debitores,de iureiur. & latius hac de re dictum eſt ſup.in Par. 2. q.3. ergo fortius poteſt interpretari iuramentum quando dubitatur de eius validitate: ita Abb. in d.loco.

Quoniam autem inueſtigatio doctrinaque particularium, ſiue
indiuiduorum caſuum in infinitũ
pergit; adeo vt velle percurrere
per eos opus longum, quin etiam
14 deſperatum eſſet, † quia fieri non
poteſt eorum numeratio, neque
haberi poteſt eorum notitia,cum
ſint infinita indiuidua (quapropter Plato aiebat numerationem
fieri poſſe à genere vſque ad ſpecies,ab ſpeciebus verò ad indiuidua non eſſe progrediendum; &
ideo ad ſpecies ſpecialiſſimas à
genere deſcendentes iubebat Plato quieſcere; † indiuidua vero, 15
quia infinita, relinquenda ſunt,
inquit, neque enim eorum ſcientiam poſſe fieri: vt illum refert &
ſequitur Porphyr. in ſuis Prædicabilibus in tractatu,ſeu cap. de
Specie, poſt medium,ver. Decem
igitur) idcirco paucis ſuperioribus caſibus ad practicam contingibilibus,& veluti exemplis alios
indicantibus, & ad quos alij reduci poſſunt, enumeratis, Platonem ſequutus quieſcam. † nam & 16
in iure quoque noſtro infinitas
euitatur: l.1.in prin.& in fine. C.
de ſent. quæ pro eo. Atque huic
quartę Parti ac proinde pręſenti
Tractatui finem imponam ad laudem, & Gloriam Sanctæ, indiuiduæque Trinitatis, Deiparę Virginis, ac totius Cęleſtis Curiæ.
Amen.

F I N I S.

INDEX

RERVM, ET MATERIARVM huius Tractatus Abſolutionis Forenſis Iuramenti Promiſſorij, ſeu obſeruationis.

Primus numerus paginam, ſequentes rerum & materiarum loca indicant.

A

ABBAS ſeu ſuperior Regularis eſt Iudex ordinatius ſuorum Monachorum, ſeu Regularium, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus vbicunque contrahant, vel delinquãt. pag. 71. 9.
Fallit in criminibus depoſitione dignis. ibid. 10. Sed amplia, vt num. 11.

Abbati, ſeu Prælato regulari à quo danda ſit abſolutio à iuramento, remiſſiue 73. 32.

Abeſſe non multum ſeu parum ab aliqua ætate intelligitur de ſex menſibus. 502. 19.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam ad quem finem detur, & de eius natura, & effectu 252. 8. 13.

Abſolutio ab excommunicatione citationem partis requirit; tamen ſine citatione impenſa valet, 374. 2. 5.

Abſolutio ab excommunicatione non habet verba certa præſcripta pro ſua ſubſtantiali forma, 386. 2.

Abſolutio ab excommunicatione, valet ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta. 375. 6.

Abſolutio ab excommunicatione, & abſolutio à iuramento inuicem differunt, & quid. 441. 15.

Abſolutio excommunicationis an per Procuratorem obtineri poſſit, vel neceſſaria ſit pręſentia abſoluendi. 326. 4. 11. 12. 17. 18. 20.

Abſolutio excommunicationis iuris, ſeu canonis eſt de reſeruatis Epiſcopo. 72. 16.

Abſolutio excommunicationis non præſenti, & inuito dari poteſt. 327. 13.

Abſolutio excommunicationis reſpectu vtriuſque fori committitur, & qualiter in Romana Curia expediatur. 329. 3.

Abſolutio quid & quatenus in iuramento promiſſorio operetur. 45. 2.

Abſolutio à iuramento promiſſorio quid ſit. 28. 4.

Abſolutio à iuramento eſt remedium ordinarium, & principale, & ab ea incipi poteſt, omiſſis alijs. 405. 3.

Amplia ſiue iuramentum ſit de re illicita de ſe, ſiue de re licita, ſed metu, vi, vel dolo præſtitum, nu. 4. 6.

Abſolutio à iuramento vt primo & principaliter imploretur practica eſt expeditior ac tutior. 406. 12.

Abſolutio à iuramento qualiter, & cur, ſeu ad quem finem concedatur. pag. 31. 2. 3.

Abſolutionis forma. 45. 3.

Abſolutio à iuramento quando, & à quibus fieri poſſit: remiſſiue. 52. 8. quid in iuramento licito. 57. nu. 35.

Abſolutio à iuramento non poteſt dari, niſi à Iudice Eccleſiaſtico, non autem à laico propter ſpiritualitatem iuramenti. 25. 1.

Amplia etiam in foro contentioſo, num. 3.

Amplia etiam in præparatoria: 49. nu. 4.

Abſolutio à iuramento quando non ſit concedenda; datur regula. 448. 3.

Abſolutio à iuramento quando non ſit neceſſaria: aſſignatur regula. 448. 4.

Abſolutio à iuramento quando ſit neceſſaria darique debeat; ponitur regula. 447. 2.

Abſolutio ſeu diſpenſatio ſit in iuramento directe, & indirecte, 111. 1. 2. 7. 8. pag. 113. num. 9. pag. 114. nu. 16.

Abſolutio à iuram. eſt res indiuidua. 87. 34.

Abſo-

Abſolutio iuramenti difficilior, fortiorque eſt, quam diſpenſatio voti. & ibi de ratione, 72. 24. 26.

Abſolutio, ſiue diſpenſatio dicitur fortior poteſtas, quam irritatio. 72. 21.

Abſolutiones tot eſſe debent, quot ſunt iuramenta, nec vna pro alijs ſupplere poteſt. 222. 3. & 457.8.

Abſolutio non poteſt ſtare in ſuſpenſo per conditionem de futuro, 252. 11.

Abſolutio à iuramento eſt vnus ex caſibus reſeruatis Epiſcopo ſpeciatim.70. num.3. 72. num. 19.

Abſolutio à iuramento liberat iurantem ab vtroque capite quibus ex iuramento tenebatur. 253. 18.

Abſolutio à iuramento contingere poteſt, vt ſit potius nocua, quam proficua animæ abſoluti. 442. 18.

Abſolutio à iuramentis ab Epiſcopo quo iure, quaue auctoritata fiat. 65.10.

Abſolutiones etiam quæ ſunt ordinis,& fori pœnitentialis, etiam Epiſcopis reſeruatę, non pertinent ad ordinem Epiſcopalem, & ideo inferioribus competere poſſunt.70.5.

Abſolutionem implorans non dicitur venire contra iuramentum; ſed licite petit eam. 46.11.

Abſolutionem petens à iuramento non dicitur venire contra contractum.144.57.

Abſolutioni fauendum eſt, 236.51.& 57.num.7.

Abſolutio à iuramento dupliciter datur, ſcilicet pure, ſeu ſimpliciter, & ſub conditione: & de vtriuſque modi diſcrimine atque effectu. pag. 29.nu.6.8.& pag.117.nu.1.2.

Abſolutio iuramenti quandoque dicitur ſimplex & plena abſolutio, quandoque conditionalis & præparatoria, ſeu ad effectum agendi, 117. 2. & pag 30. nu. 9.

Abſolutio à iuramento ſub conditione dari poteſt, 252. num.9.10.

Abſolutio præparatoria, ideſt ad effectum, &c. habet in ſe conditionem ſi plene conſtiterit de cauſa propoſita. 123.5.

Abſolutioni ad effectum agendi, vel excipiendi ineſſe ſemper intelligitur ea conditio, vt impetrans non cenſeatur abſolutus ſi non probauerit. 256.31.

Abſolutio à iuramento, licet dicatur data eſſe ſub conditione, non tamen pendet à futuro, ſed eo ipſo data intelligitur. 253. 14.

Abſolutio præparatoria conceditur tam ad effectum agendi, quam excipiendi iure communi, attento. 240. 1. & 245. 1.

Abſolutio iuramenti præparatoria, ideſt ad effectum agendi, vel excipiendi, eſt multum iuſtificata: & ibi de ratione. 366. 77.

Abſolutio iuramenti ad effectum agendi quando proprie dicatur. pag. 241. 4. 13. 15. & 444. nu. 26.

Abſolutio à iuramento ad effectum excipiendi quando proprie dicatur. 241.6.7. 14.

Abſolutio à iuramento an ſit ad effectum agendi, vel ad effectum excipiendi neceſſarium eſt noſſe, ac diſtinguere. 442. 22.

Abſolutio iuramenti ad effectum agendi dicitur præparatoria ad alterum iudicium ad perſequendum rem quæ principaliter intenditur. 383.27.

Abſolutio à iuramento data ad effectum agendi cenſetur data etiam ad effectum peragendi, & obtinendi. 252.7.

Abſolutionis ad effectum agendi natura, & effectus explicantur. 122.2.3.& 253.16.

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi dici poteſt reſcriptum potius quam ſententia. 441.8.

Abſolutio præparatoria, ſiue ad effectum, &c. cum ſit conditionalis, non tollit ſtatim vinculum iuramenti, ſed ſuſpendit: & nihil aliud eſt, quam iuramenti ſuſpenſio. pag. 31.1.

Abſolutio præparatoria de facili concedi debet. 123.8. declara, vt nu. 14.

Abſolutio præparatoria non conſtituit diuerſam ſpeciem, ſed ex modo dandi, & ab effectu recipit peculiare nomen. pag. 31.6.

Abſolutio præparatoria ſi denegaretur, fieri poſſet iniuria eam imploranti. 123. 9.

Abſolutio præparatoria dicitur actus quaſi pœnitentialis. 364.70.

Abſolutio præparatoria non ſpectat ad contentioſam iuriſdictionem, 393. num 18.28.

Abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi dicitur fieri ad litem præparandam, non decidendam. 31. 2.

Abſolutio iuramenti vbi datur, vt ſit præparatoria, ideſt ad effectum, &c. nihil detrahit iuri partis, 122.1. 6. & pag. 365. num. 75. 76.

Abſolutio iuramenti præparatoria, ſeu ad effectum, &c. abſque aliqua cauſæ cognitione conceſſa nulla eſt. 80.5. & 124.nu.12.15.

Abſolutio præparatoria habilitat iurantem, vt admittatur ad iudicium, non obſtante iuramento: ſed non excuſat illum poſtmodum à periurio ſi non probauit. pag. 31. num. 5. & 133. nu. 11.

Abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi efficitur plena, & ſufficit pro obtinendo ſuper contractu, vt opus non ſit aliam abſolutionem

tionem petere.457.10. & pag.251.nu.4. 15.
Abſolutio à iuramento præparatoria ad effectū, &c. non poteſt impediri à parte aduerſa. 442.21.
Abſolutionem à iuramento non concedi vtile eſt ſemper recipienti iuramentum.521. 7.
Abſolutio à iuramento præparatoria impetrari poteſt tempore feriarum meſſium, & vindemiarum. 393. 17.
An in ferijs Dei, pag.395.col.2.& ſeq.
Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, paſſim & indifferenter conceditur aduerſus obligationem in forma Cameræ.373. 111.& 246. nu.8. 10.
Abſolutio iuramenti præparatoria ad effectum excipiendi in obligationibus contractis ad formam Cameræ Apoſtolicæ non datur de ſtylo Rom.Cur.& de ratione. 245.2. 4.
Abſolutio iuramenti ad effectum agendi,vel excipiendi eodem iure cenſeri debet in alijs obligationibus paratam, vt Cameralis exequutionem habentibus atque in ipſa Camerali obligatione, 248.13.19.
Abſolutio ad effectum agendi non retardat exequutionem in obligatione Camerali.246 9.
Abſolutio à iuramento ad effectum, &c. æqualem vim habet in minoribus atque in maioribus. 237. 1.
Abſolutio iuramenti ad effectum agendi,vel excipiendi minori quid præſlet.238. 3.
Abſolutio iuramenti præparatoria, ſeu ad effectum &c. ſub qua forma minori ſit concedenda: ſeu qualiter ſignatura ſit concipienda 238.4.& pag.510,nu. 21.
Abſolutio à iuramento an Minori neceſſaria ſit vbi adeſt læſio enormis vltra dimidiam, pag. 506.num.2.4.5. Et quando ei illa ſit danda. pag.508. nu.12.15.16.17. 18.
Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis vltra dimidiam, etiam maioribus eſt concedenda. 511.22.
Amplia,vt nu. 23.
Limita, vt nu 27.
Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis citra dimidiam,ſicut non datur minoribus,ſic multo minus maioribus. 511.29.
Abſolutio à iuramento ex cauſa læſionis citra dimidiam minori non eſt danda. 510. 19.
Limita, vt nu.20.
Abſolutio à iuramento ad effectum, &c. poſt periurium à Papa conceſſam ex iuſta cauſa, ex qua etiam tolli habeat Ius Parti ex periurio quæſitum, iuſtitiam ſapit & æquitatem. 434.9.
Abſolutio à iuramento ad effectum, &c. à ſolo Papa obtineri poteſt poſt periurium incurſum. pag.61.nu.64.& pag.145.nu.68. & pag. 435.nu. 19.
Abſolutio à iuramento non requirit verba aliqua certa pro forma.386.1. 4.
Amplia vt num. 14.
Declara vt nu. 5.8.10.11.12.
Abſolutio iuramenti ad effectum, &c. peti poteſt in contractu, qui allegatur nullus, & ſolo iuramento ſuſtentari, ſi non eſt apparenter talis: & in hoc caſu cognitio ſuper contractu ad Iudicem laicum ſpectare poteſt: pag.354.48. 50. 59.
Et qualiter Iudex laicus cognoſcet, & declarabit traditur practica, nu. 49.
Abſolutio præparatoria locum non habet in contractibus iuratis,qui ſunt apparenter nulli, & ſolo iuramento eos ſuſtentari conſtat. 341.15.
Abſolutio à iuramento quid operetur in contractu, qui non ſolo iuramento ſuſtinetur, ſed aliquo modo de ſe validus eſt. 307. 37. 40.46.
Abſolutio à iuramento obtenta contra contractum, qui non ſolo iuramento ſuſtentabatur, non habet impedire exequutionem ipſius contractus.310.45.
Abſolutio à iuramento inducit ſimul reſciſſionem contractus, qui ab ipſo iuramento validitatem recepit, & eo ſolo ſuſtentabatur: 301.15. 25.
Abſolutio ſimul à iuramento, & contractu peti poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico,& quando, 319. nu.70. 71. & 355. num.52. 53. 55. 57. 60.
Abſolutio à iuramento neceſſaria eſt, etiam quod iuramentum adiectum ſit promiſſioni, ſeu contractui, in quo appareat vitium formæ, ſeu notoria ſit eius turpitudo ex parte recipientis iuramentum, 342. 18. 19. 20.40.
Abſolutio à iuramento obtenta contra contractum, qui de ſe nullus eſt, & ſolum iuramenti virtute ſuſtinetur, impedit proceſſum, & exequutionem ſuper ipſo contractu.311.50.
Vide nu. 52.
Abſolutio habita à iuramento in caſu, in quo contractus eſt inualidus, & non potuit validari ex iuramento, ſed perſona tantum obligatur,operatur vt ſtatim obtineri poſſit contra contractum.300.11.
Abſolutio neceſſaria eſt à iuramento præſtito contra legem humanam,ſeu ſuper actu à lege ciuili prohibito.524.nu.3.
Amplia vt num. 4. 6.

Decla-

Digitized by Google

Declara, vt nu. 5. & vide pag. 577. nu. 6.

Declara, vt requiratur iuſta cauſa, vt dari debeat, pag. 305. num. 29. & 325. nu. 91.

Abſolutio à iuramento adiecto contractui de ſe firmo, & valido nihil officit obligationi ipſius contractus, nec eius exequutioni, pag. 299. nu. 10. & 310. 45.

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, & petitio rei, quæ principaliter intenditur an ſimul cumulari poſſint; 378. 1. 15. 25. 26. 38.

Abſolutio ſimplex & plena tollit vinculum iuramenti; & quid circa principalem obligationem operetur. pag. 29. num. 7.

Abſolutio ſimplex & plena, quæ trahit ſecum reſciſſionem contractus, ſola conuenit, & locum habet in contractibus, qui ſunt apparenter nulli: non autem abſolutio ad effectum agendi vel excipiendi. 317. 4. 5. 6. 10.

Abſolutionis ſimplicis, & totalis iudicium eſt plenarium, & quo reſpectu. 390. 1. 3. 9.

Abſolutio ſimplex & totalis ſummarie expeditur reſpectu ordinis, & figuræ Iudicij. 391. 2.

Abſolutio ſimplex, ex qua ſequi habeat reſciſſio contractus, poteſt peti coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi prætenditur contractus nullus de ſe, & ſolo iuramento ſuſtentari, etiam ſi non eſt apparenter talis. 355. 51.

Abſolutio à iuramento ſine cauſa dari non poteſt, tam ſimplex, quam præparatoria. pag. 118. nu. 3. & pag. 476. num. 74.

Abſolutio à iuramento ſimplex, & totalis obtineri non poteſt in diebus feriatis, nedum in honorem Dei, ſed etiam ob vtilitatem hominum. 392. 10. 16.

Abſolutio à iuramento ſimplex, & totalis, quæ ſcilicet apta eſt ex toto tollere obligationem, nunquam datur aduerſus obligationem Cameralem, etiam agere volenti. 373. 110. & 347. nu. 41.

Abſolutio à iuramento de ſurreptione, & obreptione impugnari poteſt etiam coram Iudice laico. 441. 9.

Abſolutio iuramenti ſine cauſa, etiam à Papa conceſſa, non poteſt præiudicare Parti in iure ſibi ex conuentione, ſeu ex contractu acquiſito. 119. 9.

Extende, vt nu. 10. & pag. 375. nu. 3.

Abſolutio etiam Papæ ſine cauſa facta, non prodeſt quoad Deum. pag. 60. 52.

Abſolutiones à iuramento qualiter de ſtylo Ro. Cur. expediantur. 369. 93.

Abſolutio à iuramento dari non debet quando neutra Pars peccat ex obſeruantia iuramenti 476. 77.

Abſolutio obtenta ad effectum, &c. in aliquibus præiudicialis eſt Parti. 125. 16.

Abſolutio datur in odium iuramentum illicite recipientis. 119. 16.

Abſolutio à iuramento de non petendo illam neceſſaria eſt, & venit concedenda. 455. num. 1. 2.

Abſolutio à iuramento de illa non petenda an prius, ſeparatimque obtineri debeat; vel vna cum alijs vnica petitione atque abſolutione obtineri poſſit. 458. 11.

Abſolutio à iuramento de ea non petenda origo eſt aliarum abſolutionum petendarum, & ab illa aliæ proficiſci, & ſubſequi habent. 457. 7.

Abſolutio à iuramento præſtito de non petendo abſolutionem fieri poteſt ſine citatione Partis. 372. 104.

Abſolutio à iuramento de ea non petenda iuri Partis nihil detrahit. 456. 5.

Abſolutio iuramenti ſine Partis citatione fit in odium ipſius, vbi debitor iurauit eam in Ius non vocare, vel non denunciare. 371. 102.

Abſolutio petenda concedendaque eſt à iuramento de non vocando in Ius: vel de non vtendo abſolutione petita, & ſimilibus. 456. 6.

Abſolutio à iuramento de non vocando in ius creditorem nihil detrahit iuri ipſius. 372. 103.

Abſolutio neceſſaria eſt in iuramento dubio; pag. 57. nu. 37.

Et à quo dari poſſit, nu. 38.

Abſolutio neceſſaria eſt, licet iuramentum ſit illicitum ex parte recipientis, ſi non ineſt peccatum in eius obſeruantia ex parte iurantis: & de ratione, 120. 17. 18. remiſſiue. & pag. 456. nu. 4.

Abſolutio non eſt neceſſaria in iuramento, quod eſt illicitum, & peccatum continet in obſeruantia ex vtraque parte; quia iurans contrauenire poteſt propria auctoritate. 120. 19.

Abſolutio non eſt neceſſaria à iuramento, quod continet peccatum veniale, quia iuramentum eſt temerarium, & non obligatorium. 491. 8.

Abſolutio non eſt neceſſaria à iuramento temerario ex eo, quia dicitur vergere in peiorem exitum, quia iuramentum non eſt obligatorium. 491. nu. 8. 9. 10. 13.

Abſolutio à iuramento meticuloſo neceſſaria eſt; quia iuramentum eſt obligatorium. 454. 6.

Amplia vt nu. 9. 10. & pag. 469. nu. 39.

Abſolutio à iuramento non eſt petenda ſublato contractu, qui erat cauſa iuramenti; quia

iura-

Iuramentum tollitur cum contractu. 522. 1. Secus vbi iuramentum fuit cauſa contractus, quia tunc remanet iuramentum, ibi, nu. 2.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria vbi altera Pars non impleuit conuentionem ex parte ſua. 559. 1.
Intellige, vt nu. 4.

Abſolutionem à iuramento non eſt opus petere vbi quis vult contrauenire iuramento ratione falſæ cauſæ, vel cauſæ non ſequutæ. 560. 3.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria vbi mora in ea expectanda afferret periculum. 575. 1.

Abſolutio à iuramento præſtito in die feſto neceſſaria eſt; quia iuramentum tenet. 573. 5.

Abſolutio à iuramento neceſſaria eſt etiam ſi pœnitentia locum habeat in contractu. 538. nu. 2. 7.
Declara, vt nu. 4.

Abſolutio à iuramento prætextu metus obtineri poteſt probato de metu in contractu, licet non probetur præciſe de metu in iuramento. 469. 38.

Abſolutio à iuramento an ſit danda propter vanum metum. 480. 92 quod ſic, nu. 93.

Abſolutio à iuramento an concedi debeat propter metum reuerentialem; quod non. 481. 97.
Limita vt nu. 110. 111. 112.

Abſolutio à iuramento non eſt concedenda aduerſus creditorem ob metum non ab ipſo, ſed ab alio illatum, 472. 56. 65. 71. cum multis ſeq.

Abſolutio à iuramento iuſtè datur ob ſolam turpitudinem recipientis. 477. 78. & quare, nu. 79.

Abſolutionis dandæ à iuramento per metum præſtito ſola cauſa eſt odium inferentis metum, iuramentumque recipientis. 476. num. 73.

Abſolutio à iuramento propter vim an, & quando dari debeat, vel non. 485. 3.

Abſolutio à iuramento doloſo ex parte iurantis dari non debet, 487. 2.

Abſolutio à iuramento propter dolum adhibitum ex parte recipientis iuramentum an ſit neceſſaria: quod non. 487. 4.
Intellige vt nu. 5. 10.

Abſolutio à iuramento temerario ex eo quia eius obſeruantia continet periculum interitus animæ vel corporis non eſt neceſſaria, quia iuramentum non eſt obligatorium. 491. 7.

Abſolutio à iuramento temerario ſtricte, & propriè ſumpto quando danda ſit, vel non: 496. 32. 34. remiſſiue.

Abſolutio à iuramento de non reuocando teſtamentum, neceſſaria eſt. tam quoad forum Poli, quam fori. 558. 60.

Abſolutio à iuramento de non reuocando teſtamentum ex iuſta cauſa concedi debet. 558. 61.

An ſit iuſta cauſa ſola pœnitentia teſtatoris, ibi, nu. 62. quod ſic.

Abſolutio à iuramento prioris teſtamenti de illo non reuocando non eſt neceſſaria ad validitatem ſecundi teſtamenti. 544. 1.
Declara, vt nu. 10. & 11.

Abſolutio à iuramento temerario ex calore iracundiæ an & quando ſit neceſſaria, vel non. 495. 25. 30. 31.

Abſolutio an ſit neceſſaria à iuramento de non fideiubendo quod non. 493. 15. 18.
Amplia vt ibi.

Abſolutio à iuramento de non mutuando non eſt neceſſaria, quia iuramentum de ſe non obligat. 494. 24.

Abſolutio à iuramento debet peti pro compenſatione proponenda etiam vbi debitor paupertate premitur. 569. 33.

Abſolutio à iuramento petita ad finem compenſandi aduerſus debitum ex cauſa mercedis, & obligationem Cameralem an, & quando detur. 569. nu. 36. 37.

Abſolutionis dandæ à iuramento cauſa iuſta non eſt pecuniarum damnum, vel intereſſe. 478. 82.

Abſolutio ad effectum, &c. an dari debeat à iuramento, quo aſſeruit quis omnia in contractu geſta vera eſſe, ſi velit dare de ſimulatione. 82. 12. remiſſiue. vide pag. 450. nu. 2. 5. 8. 15. 16.

Abſolutio à iuramento an, & quando per Procuratorem obtineri poſſit. 326. 8. 15. 19. 24.

Abſolutionis à iuramento commiſſio per Procuratorem expediri poteſt. 325. 1.

Abſolutio iuramenti vbi nulla eſt non poteſt ratificari per conſenſum Procuratoris generalis. 89. 44.

Abſolutio à iuramento, à quo Iudice ſit petenda, originis vel domicilij 105. nu. 21.

Abſolutio à iuramento, vt ſemper ad cautelam petatur, commune conſilium eſt 569. nu. 35. & 571. nu. 8.

Abſolutio non eſt danda à iuramento vbi non adeſt turpitudo in recipiente, vel ex parte materiæ, & alioqui à iurante ſine interitu ſalutis ſeruari valet. 475. 72.

Abſolutio conceſſa à iuramento nullo non eſt potens deferre cognitionem negocij principalis in Iudicem Eccleſiaſticum. 277. 61.

Abſolu-

Abſolutio à iuramento obtenta poſt remiſſionem partis non accumularet forum, nec prorogaret iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici. 277.nu.62.& 570.nu.2.
Abſolutio ſiue relaxatio iuramenti præſupponit validitatem iuramenti.570.nu.3.
Abſolutio à iuramento iam à parte remiſſo non eſt neceſſaria.570. 1.
Abſolutio à iuramento non poteſt delegari Iudici laico vna cum Eccleſiaſtico, etiam cum clauſula, quod ſi ambo,&c.82.17.
Vide pag.84.num. 23.24.& pag.85. nu.29.
Abſolutio à iuramento præparatoria, non habet locum, nec eſt danda vbicunque non ſupereſt actio, vel exceptio.520.nu.1.4.
Abſolutio à iuramento non eſt danda vbi illa nullum habet operari effectum. 520. 2.
Abſolutio iuramenti redditur ſubreptitia, nedum ex taciturnitate iuramentorum, ſed etiam omnium, quæ reddere poſſunt ſuperiorem difficiliorem in ea concedenda. 225. 15.
Abſolutiones à iuramento noſtra hac tempeſtate ſubreptionis vitio ſæpe laborant, & de facili ſubuerti poſſent.235.48.
Abſolutio iuramenti, ac item compulſio Partis ad illud remittendum fieri debent antequã veniat terminus, & incurratur periurium: nam poſtea non prodeſſent, 94. nu.67.& 135. nu.20.& 133. nu. 4. & 132.nu.1.
Et petens eam perſeuerat in peccato:pag.13. nu.7. 9.
Niſi peteretur ratione obligationis inſtantis. 141. nu.53.
Abſolutio redditur ſubreptitia, & nulla ſi non eſt expreſſum de termino lapſo.133.nu.12.
Quid ſi eo expreſſo conceditur, ibi, num. 13.14.
Abſolutio peccatorum, ac item excommunicationis delegari poteſt.325.2.
Abſolutus ad effectum agendi, vel excipiendi remanet interim ligatus iuramento, ideo efficitur periurus, ſi ſuccumbit,pag.31.num. 3.4.& pag.256. nu.33.
Abſolutus ad effectum dicendi de ſimulatione, vel vſura aduerſus contractum, debet ad id agere in Curia Epiſcopali, vbi habuit abſolutionem.266. 2.
Abſolutus à iuramento quo aſſerit vera eſſe in inſtrumento contenta, &c. admittitur ad probandum ſimulationem, & tenent probationes, ſiue pars taceat, ſiue contradicat. 452.18.
Abſolutus à iuramento ex cauſa ſimulationis grauatur onere probandi, quod alioqui ſibi non incubuiſſet 453.19.
Abſurda ſunt euitanda. 204. 11.
Acceſſorium corruit, & non tenet, vbi non tenet principale.524. 2.
Declara, vt ibi.
Acta iudicij indueunt Notorium iuris.262. 21.
Acta iudicij perpetuo valent, & probant. 262.20.
Actuum iudicialium validitas multum pendet à voluntate, & intentione Iudicis 84.21.
Acta Iudicij reſpicientia factum cauſæ, & eius ſubſtantialia ſunt probationes,& defenſiones. 391.7.
Actio ſi cui competit ad aliquid, magis in eodem competit exceptio. 410.8.
Limita,vt nu.9.
Actio vbi eſt præparatoria ad aliam, ſimul ambæ poſſunt proponi.378.3.
Actio ex contractu geſto à Procuratore,vel alio contrahente nomine alieno, quando intelligatur acquiſita Procuratori, ſiue contrahenti, vel Domino 115.22.
Actio ad exhibendum, & vendicatio ſimul eodem libello proponi poſſunt. 379.8.
Actio quod metus cauſa datur contra quemcunque ad quem commodum peruenit ex metu etiam ab alio incuſſo 473.58.
Declara,vt nu.61. 62.
Amplia etiam in tenente rem titulo oneroſo, nu.59. & quare,nu.60.
Actor & reus eodem debent iure cenſeri, & ad paria iudicari; vt quod vni licet, alteri licere debeat. 274.48.
Actor ſequitur forum rei. pag. 100. nu. 7.
Declara vt nu.8.10.& pag.273. nu. 41.
Actus perfectus, & conſummatus non deſinit, nec irritatur, licet deuenerit ad caſum, à quo non potuiſſet habere principium.297.2.
Actus agentium non operantur præter intentionem.21.18.
Actus limitatus parit effectum limitatum. 250.1.
Actuum humanorum duæ ſunt radices, & perfectiones, ſcilicet vis,& voluntas.85. 27.
Actus contentioſæ iuriſdictionis, qui dicantur. 396. 29.
Actus contentioſæ iuriſdictionis contra rationem feriarum Dei eſſe dicuntur, & quare. 397.33. 35.
Actus extraiudiciales, & qui iudicialem ſtrepitum non requirunt, omni tempore expediri poſſunt. 394.19. 26.
Actus geſtus à Iudice non informato nihil validitatis conſequi poteſt.125. 20.
Actus iudiciales, qui proprie ſunt tales, dumtaxat prohibentur in ferijs Dei. 396.26.

Actus iudiciales, qui proprie dicantur. 396.30.

Actus omnes iudiciales feriarum tempore fieri nequeunt, & nulli ſunt. 392. 13.

Actus etiam iudiciales, qui non ſpectant ad contentioſam iuriſdictionem, non prohibentur in ferijs Dei: 396. 27. 31. 36.44.

Adam cur ſolus ab initio creatus à Deo. 283. 21.

Adam nomen quid ſignificet. 283.22.

Agens, & patiens diſtincti inuicem eſſe debent. 102. 8.

Agens ante implementum ſibi incumbens repellitur. 561. 9.

Agnitio bon. poſſ. litis ordinandæ, & querela inofficioſi non poſſunt ſimul cumulari in eodem libello. 379. 12.
Declara, vt nu. 31.

Agnitio bonorum poſſeſſionis eodem libello fieri poteſt cum bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione. 378. 4.
Declara, vt num. 14. 30.

Agnitio bonorum poſſeſſionis litis ordinandæ cauſa dicitur eſſe præparatoria ad querelam inofficioſi teſtamenti pro liberis emancipatis exhæredatis. 379.9.

Agnitio bonorum poſſ litis ordinandæ, cur ſic dicta: & qualiter fiat. 379 nu 11.12.13.

Alienatio rei dotalis, pactum de non ſuccedendo, & ſimiles contractus de re, ſeu cauſa priuata, qua ratione prohibiti ſunt a lege. 180. 120.

Alienatio fundi dotalis quo caſu non ſit nulla, ſed ſuſtineatur 360. 58.

Alienatio rei dotalis licet inualida ſit quoad vxorem, valet in præiudicium mariti, & hæredum 475 68.

Alienatio rei dotalis, & pactum de non ſuccedendo an pro nullis, & vetitis habeantur a lege ſtante iuramento, quod non, 178.115. cum multis numeris ſeq & 323 nu. 28.

Alienatio minoris ſine ſolemnitate cum iuramento valet de iure Can. 323 89.

Anima corpori cunctiſque rebus eſt præferenda 478.84.

Animus qualis fuerit iuramento probatur. 469. 33.
Limita vt ibi duobus modis.

Appellatio in abſolutione a iuramento, & ante abſolutionem conceſſam, & poſtea conſiderari poteſt, ſcilicet vel ab abſolutione concedenda, vel a conceſſa 438.1.

Appellatio ab abſolutione iuramenti ad effectu[m] recipiendi haud vtilis eſſet appellanti. 44[?] num. 23.24.

Appellatio etiam ab abſolutione iuramenti obtenta ad effectum agendi non valet, & non eſt admittenda. 444. 27.
Extende vt num. 28. & 440. nu 6.

Appellatio ab abſolutione a iuramento ſimplici, & totali emiſſa valet, & eſt admittenda. 438. 2.

Appellatio ab abſolutione a cenſuris Eccleſiaſticis non extinguit neque ſuſpendit 441.12.

Appellatio non admittitur, nec habet effectum, vt poſſit ſuſpendere, nec extinguere iudicatum vbi agitur de ligamine animæ. 441.11.

Appellatio ab abſolutione excommunicationis non admittitur, nec impedire poteſt eius effectum. 439.3.

Appellatio ab interloquutoria non conceditur ſi præiudicium, quod ex ea infertur, per definitiuam reparari poteſt: quod vtroque iure cauetur. 366. 82.

Appellatio qua ratione a diffinitiua ſit permiſſa, & ab interloquutoria prohibita. 440 7.

Appellatio friuola, & inualida non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, nec inducit attentata. 443. 25.

Appellari poteſt a reiectione exceptionis tacite facta per proceſſum ad vlteriora. 425. 53.

Appellatione non facta a reiectione exceptionis per proceſſum ad vlteriora, proceſſus remanet validus, & excipiens videtur illi, ac ſubinde refutationi ſuæ exceptionis acquieuiſſe. 425.54.
Limita, vt num 56.57 59.

An illa ſit neceſſaria ad reddendum nullum proceſſum: pag. 425. nu 55.

Appellari poteſt a reſeruatione exceptionis. 428.69.

Appellationi ad Papam interpoſitæ propter reuerentiam ſemper defertur: aliàs punitur non deferens. 213.255.

Appellari non licet a ſententia Principis ob reuerentiam. 213. 256.

Appellatio concernit ius præeminentiæ, & reuerentiæ ſuperiori debitum. 213. 254.

Approbans Iudicem Eccleſiaſticum ratione iuramenti in contractu adiecti, vt eius vigore agere valeat coram eo, videtur eumdem approbare, vt & conueniri poſſit coram eo. 270.29.

Argumentari licet a communiter accidentibus, ſeu ab eo quod fieri ſolet 511. 24.

Argumentum de loco ad tempus, & è conuerſo valet. 402. 51 & 169. nu. 14. 192.

Argumentum a minori ad maius affirmatiue procedit, & numquam fallit 90.53.

Argumentum ſeu locus de tamquam, ſeu reſpectiuis,

ctiuis, vnde & quomodo deducatur. 187. 12.
Auctoritas Superioris etiam ſecularis excepta, & ſalua intelligitur in iuramento: pag. 160. nu 19. Explica, vt num. 253. In qua materia procedat, vel non, num. 266. 267. 268. In quibus perſonis, num. 270. Amplia vt num. 272. Limita, vt num. 274. 275. 270. & pag. 112. num. 3. & 58. num. 41. 46.
Auctorizare quis nequit ſibi ipſi in facto proprio. 107. 1.
Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. declaratur, & extenditur. 199. num. 188. 190. & 303 num. 23. & 199. num. 5. & 180. num. 122. Qualiter ſe habeat ad ius antiquum. 200. nu. 193.
Derogari illi poteſt per ſtatutum. 167. num. 64.

B

Bannitus quinam iuſte occidi poſſit ex diſpoſitione ſtatuti, pag 528. col. 2.
Baptiſmus ſub conditione ſcilicet de præterito conferri poteſt. 253. 12.
Beatitudinem non poſſe conſiſtere in alio quam in ipſo Deo, ne dum iuxta rationem fidei Catholicæ, ſed etiam iuxta naturalem percipi poteſt. 208 140.
Benedictio elongabitur a quo illam non vult. 186. 142.
Beneficij vacaturi prouiſio ſeu promiſſio qua ratione dicatur illicita, & improbabilis. 554 51.
Beneficiorum plurium, quæ quis poſſidet mentio generica non ſufficit, vt impetratio a ſurreptione ſaluetur; ſed requiritur ſpecifica expreſſio eorundem. 224 nu. 13.
Beneficiorum collatio, & diſpoſitio quotuplicitet ſiant a Papa. 213. 260.
Beneficio l. Iuliæ, de non alienando fundo dotali, an renunciari poſſit ſicut Velleiani. 183. 135.
Beneficium Iuris nemini debet auferri. 366. 78.
Bona omnia communia ſunt de iure naturali. 55 l. 36.
Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas pendente conditione ſub qua hæres, qui eam habuit, inſtitutus eſt, non tribuit ius, ſed nudam tacti adminiſtrationem; ſed fit plenior, & tribuit ius exiſtente conditione. 251. 5.
Brachium ſeculare quid ſit, & ab Eccleſiaſtico quando implorari poſſit, & debeat. 291. 62.
Brachium ſeculare tenetur Iudex laicus præſtare Iudici Eccleſiaſtico incunctanter ad ſimplicem requiſitionem in caſibus mere Eccleſiaſticis. 292. 61.
Idem vbi Iudex Eccleſiaſticus iudicialiter proceſſit in quocunque caſu ad ſuum forum ſpectante. 292. 62. 63.

C

Calore iracundiæ quicquid fit, vel dicitur non prius habetur ratum, niſi perſeuerantia ſequuta declaret animi iudicium ſiue conſenſum aſſuiſſe 295. 26.
Canones & leges inuicem ſe coadiuuant, & ſupplent. 348. 38.
Canonicus non remanet ligatus iuramento præſtito ab eo vt Canonico, ſi deſinit eſſe Canonicus pag. 116. nu. 16.
Cap cum ſuper Abb. de offic. deleg. declaratur, 81. 20. 15.
Cap. de perſona; 11 q. 1. declaratur. 289. 51.
Cap. tuas: de viu. declaratur. 547. 5. 39.
Capitulum Epiſcopalis Sede vacante poteſt abſoluere a iuramento. pag. 75. 1.
Cap fin. de foro compe. lib. 6. tribuens iuriſdictionem Iudici Eccleſiaſtico ratione iuramenti peræque prouidet fauori iuramenti, eiuſque cui illud præſtitum eſt, vt obſeruetur, ſcilicet ſi licitum eſt, ac contra videlicet vt non obſeruetur vbi eſt illicitum. 274 47.
Cap. paſtoralis, de excep. declaratur. 42 l. 23.
Cap. 2. de pact. in 6. declaratur. 303. 23.
Cap. venerabilem: de elect. expenditur. 63. 3.
Cap. breui, de iureiur. declaratur 216. 291.
Cap. debitores; de iureiuran. declaratur. 3 14. 27. 30.
Cap. Cum dilectus: de his quæ vi met. ca. declaratur. 185. 94.
Cap. cum contingat: de iureiur. & cap. quamuis, de pact. in 6. dum ſuſtinent actum de iure nullum, & iuramentum illi adiectum, declarantur. 192. 163.
Cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. declaratur. 193. 164.
Cap. Clericus de iureiur. declaratur. 136. 27.
Captura perſonæ eſt meri Imperij. 282. 6.
Cauſa abſolutionis dandæ a iuramento qualis eſſe debeat, vt abſolutio recte dari valeat, 119. 15. 21.
Cauſa expreſſa in ſtatuto vel lege ad prohibendum actum iuratum probanda eſt a fundante ſe in ſtatuto. 534. 13.
Cauſa finalis abſolutionis præparatoriæ, quæ ſit. 133. nu. 2. 3.
Cauſa legitima neceſſaria eſt etiam, vbi abſolutio datur ad effectum agendi; & de ratione 123. nu. 4 5. 10.
Cauſa impulſiua dicitur quæ eſt de præterito, vel

vel inſtanti. 533. 11.

Cauſa impulſiua deſinente, non ceſſat diſpoſitio 533.12.

Cauſa in lege emanata contra ius diuinum, etiã in caſibus permiſſis non præſumitur, ſed certa eſſe debet. 533.14. Amplia, vt num.16.

Cauſa iuſta an ſit excuſandi debitorem à periurio, ſi non ſoluit ex eo quia creditor non ſoluit ſibi è contra tantundem, quod debet: remiſſiue. 563.6.

Cauſa naturalis, & originaria potentior eſt accidentali. 101. nu. 9.

Cauſa ſicut ſe habet ad effectum ſuum in productione, ita è contra deſtructio cauſæ ſe habet ad effectum ipſum in deſtructione. 253. 20.

Cauſa ſine probationibus non eſt relinquenda. 260. 10.

Cauſa ſeu reſpectus, ex quo quid ſit inſpicitur. 114. 13.

Cauſa vna eademque contrariorum non eſt, 482. 102. 103.

Cauſę alicuius cognitio vbi ad Eccleſiam transfertur, puta propter iuramentum, vel ſimile, dicitur ſibi competere iure ordinario diſcutienda ac definienda. 188.46.

Cauſæ cognitio adhibenda eſt etiam in his, quæ non detrahunt iuri partis, nec præiudicium irreparabile afferunt: & quanta eſſe debeat, 125. 21. 22.

Cauſæ cognitio, atque probationes in iudicio abſolutionis iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi quales quantæue eſſe debeant 124. 13. 22.

Cauſæ cognitio, & ſi regulariter cum citatione partis fieri debeat, ſit tamen quandoque etiam ſine illa. 126. 24.

Cauſę cognitio, vbi non requiritur citatio partis, fieri tamen debet ad informationem Iudicis. 126. 26.

Cauſæ cognitio in abſolutione præparatoria, ad quem finem, & effectum fieri habeat, & quid in ea inquiratur. 126. 27.

Cauſæ cognitio plena adhibenda eſt in abſolutione iuramenti ſimplici, & plena. 120. 22. Amplia vt nu. 23.

Cauſæ cognitio, quando neceſſario citationem partis requirat, & quando non. 126. 25.

Cauſæ legitimæ abſolutionis a iuramento, quæ ſint remiſſiue. pag. 61. 65.

Cauſæ ſummariæ requirentes plenas probationes, quæ dicantur, ſeu quando plenæ probationes fieri habeant in cauſis ſummarijs. 391. 8.

Cauſæ veritas apparere debet vbicunque ſine ea actus geri non poterat. 534. 15.

Cauſa ceſſante ceſſat effectus. 302. 16.

Cauſa ceſſante non ceſſat effectus iam conſummatus. 276. 57.

Cauſarum merita partium aſſertione panduntur 126. 23.

Certioratio beneficij Velleiani an neceſſario facienda ſit mulieri fideiubenti, & illi beneficio cum iuramento renuncianti, ad hoc vt iuramentum auferat ſibi illud beneficium. 508. 11.

Certioratio beneficiorum minoris ætatis an neceſſario ſit facienda minori antequam iuret ad hoc, vt iuramentum habeat ſibi auferre illa beneficia. 507. 6. 10.

Chriſtus ſe vt hominem verum Regem, & terreni Regni poſſeſſionem quibuſdam actibus oſtendit. 28. 35.

Chriſtus tranſtulit in Petrum, & in eius perſona in omnes Petri ſucceſſores vtramque, ſacerdotalem ſcilicet & Regiam poteſtatem. 286. 37.

Chriſtus etiam ſecundum carnem verus Rex, & legitimus terreni Regni ſucceſſor. 285. 34.

Circuitus ſunt euitandi. 254. 23. & Superflua ſunt reſecanda. 254. 24.

Citandus eſt is, qui comparendo actum impedire poteſt, alias ſecus. 306. 79.

Citatio ad eum finem ordinata eſt, videlicet vt euitetur alterius præiudicium. 369. 95.

Citatio an requiratur in bonorum poſſeſſione danda. 364. 72.

Citatio in abſolutione iuramenti non requiritur vbi ex citatione induceretur periurium in iurante. 370. 100.

Citatio non eſt neceſſaria quando Iudex aſſumit probationem ad ſuam tantum informationem. 364. 71.

Citatio non requiritur vbi datur abſolutio à iuramento, ex quo nemini acquiſita eſt actio vel ius aliquod. 369. 94.

Citatio omiſſa in abſolutione iuramenti an reddat eam nullam in caſibus, in quibus citatio fieri debebat. 374. 1. 8.

Citatio partis, ac plena cauſæ cognitio requiritur in abſolutione a iuramento vbicunque danda eſt ſimplex abſolutio, etiam quod principalis obligatio de ſe teneat. 363. 65.

Citatio partis an, & quando requiratur in relaxatione iuramenti, vbi petitur aduerſus obligationem Cameralem. 247. 12.

Citatio partis an, & quando fieri debeat in abſolutione iuramenti, quæ ad effectum agendi imploratur aduerſus obligationem ad for. Cam. 373. 112.

Citatio

Citatio partis neceſſaria eſt in abſolutione à iuramento vbi danda eſt abſolutio ſimplex, apta ſcilicet ex toto tollere obligationem. 355.1. Secus ſi eſt tantum præparatoria, nu.69.

Citatio Partis non eſt neceſſaria vbicunque agitur de modico præiudicio. 367.85.

Citatio partis poſt obtentam abſolutionem ad effectum agendi quando fieri debeat. 367.83.

Citatio partis omitti poteſt in abſolutione à iuramento, vbi ex ipſa citatione, & expectatione partis induceretur mora, quæ periculum periurij ſecum afferret. 373.107. Limita vt nu.108.

Citatio regulariter omitti poteſt vbicunque periculum eſt in mora per citationem, & expectationem. 373.109.

Citatio partis requiritur vbi abſolutio ſimul petitur a iuramento, & contractu coram Iudice Eccleſiaſtico. 362.52.63.

Citatio partis requiritur regulariter vbicumque danda eſt abſolutio a iuramento adiecto obligationi de ſe inualidæ. 361.64.

Citatio partis requiritur vbi abſolutio à iuramento petitur aduerſus eos contractus, qui nulli ſunt de ſe ipſo iure, & ſoli iuramento hæret totalis obligatio. 349.41. Declara, vt num.42.& ibi de ratione; num.43. Limita & reſtringe, vt num.44.45. Amplia & declara, vt nu.46.47.

Citatio partis requiritur in abſolutione iuramenti conceſſa a Papa, vel à ſacra pænitentiaria ad effectum agendi, vel excipiendi poſt periurium incurſum. 431.1.

Citationem partis quando Iudex Eccleſiaſticus adhibeat in relaxatione iuramenti. 368.90.

Clauſula generalis non ſufficit vbi requiritur ſpecialis. 22 .24.

Item non ſufficit ad tollendum actum certum, & determinatum. 227.25.

Clauſula iurantes, &c. in fine inſtrumenti poſita refertur ad omnia in inſtrumento contenta; perinde ac ſi in quolibet pacto, ſeu capite ſpecialiter iuratum eſſet. 235.50.

Clauſula motu proprio, &c. quos effectus operetur, & quid polleat; remiſſiue. 224.45.

Clauſula, non obſtantibus præmiſſis, & quibuſcunque in contrarium, &c. cum clauſula illa adiuncta: Quorum tenores pro expreſſis habentes ac ſi, &c. ſupplet pro ſpeciali expreſſione. 232.38.

Clauſula pro expreſſis habentes, &c. in conceſſione facta motu proprio ſupplet pro ſpecifica mentione exprimendorum, & excludit ſurreptionem. 233.40.

Clauſula quorum tenores pro expreſſis habeantur, ac ſi: & c. an ſuppleat pro ſpecifica, & neceſſaria expreſſione; & quatenus polleat; 226.21. vſque ad nu.46.

Clauſulæ ſiue confirmatoriæ, ſiue derogatoriæ prioris diſpoſitionis habentis ſpeciales clauſulas, quæ ſpecialem mentionem requirunt, quales eſſe debeant, vt ſufficiant pro ipſa ſpeciali mentione, in quacunque diſpoſitione. 232.36.

Clauſulæ generales quandoque poſſunt eſſe ſufficientes exprimere mentem Principis fuiſſe, vt conceſſio etiam in his, quæ ſpecialem expreſſionem requirunt locum habeat. 231.32.

Clauium Eccleſiaſticarum poteſtas non competit laico: ideo non competit laico exercitiũ fori pænitentialis. 49.2.

Clericus an & quando repetere poſſit beneficium prætextu metus, quo renunciaſſe allegat. 483.105.

Cognitio cauſæ plena quando in abſolutione à iuramento requiratur. 254.30.

Cognitio cauſæ eſt de ſubſtantia, & eſſe abſolutionis iuramenti: 254.27. Declara, vt nu. 29.

Cognitio cauſæ, & probationes ſaltem leues requiruntur in relaxatione iuramenti, ſeu in abſolutione ad effectum agendi, vel excipiendi. 80.2.

Cognitio cauſæ in abſolutione præparatoria, ad quid adhibeatur, quidue in ea diſpici debeat. 80.6.

Cognitio cauſæ in abſolutione iuramenti præparatoria de plano fit, ſcilicet ſine vocatione partis, & abſque iudiciario ſtrepitu. 394.22.

Cognitio cauſæ in ſententia dicitur eſſe de ſubſtantia. 254.28. Declara, vt nu.29.

Cognitio iuramenti an ſit obligatorium, vel non, etiam ad inferiores citra Papam pertinere poteſt. 578.13.

Cognitionem cauſæ non exigentia poſſunt in alieno territorio expediri. 402.50.

Cognitionem habuiſſe Princeps quando intelligatur in gratia ſeu conceſſione à ſe facta. 230.30. vſque ad num. 39.

Cognitione non præhabita nihil in præiudiciũ cuiuſquam ordinandum eſt. 125.18.

Comites illi, ſcilicet, veritas, iudicium, & iuſtitia cur iuramento præcipue tribuantur. pag. 25.8.

Commendat beneficia Papa ſolus. 213.261.

Compen-

Compenſatio an cenſeatur excluſa a iuramento, vt non valeat excuſare à periurio 563. nu. 1.9. Declara vt nu. 15. & 20. Amplia vt nu. 22. Limita vt nu. 23.

Compenſatio admittitur ad pœnam euitandam, licet alioqui non admitteretur 567. 25.

Compenſatio in iudicio mercantili admittitur non reluctante iuramento 567. 26.

Compenſatio pro ſolutione habetur. 563. 7. Limita niſi adſit iuramentum, num 8.

Compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem 565. 18.

Compenſatio ſupplet pro ſolutione, etiam quæ ſub conditione impoſita erat. 563. 4.

Compenſationis exceptio regulariter non admittitur in obligatione ad formam Cam. Ap. nec retardat eius executionem. 565. 13. Tempera vt ibi.

Compenſatio debiti non iurati ad iuratum non recipitur. 565. 14.

Compenſatio an, & quando ſit admittenda non obſtante iuramento, vel ab illo excludatur, & ſit opus præciſa ſolutione, datur Regula vt attendatur ad formam obligationis. 567. 27.

Compenſatio propter inopiam debitoris admittitur de ſtylo Rom. Cur. etiam in obligationibus Cameralibus. 28. 282.

Compenſatio crediti habentis cauſam poſt iuramentum præſtitum prius a debitore ſuper ſua obligatione fieri debet, nec excluditur a dicto iuramento. 567. 24.

Compenſatio & ſi excluditur a iuramento an ſit cauſa ſaltem ſufficiens obtinendi abſolutionem a iuramento, quod ſic. 568. 29. 30. 31. 32.

Compromiſſum atque eius obligatio non habent perfectionem ſuam ab initio, ſed dependent a futuro euentu, nempe a voluntate arbitrorum laudare debentium. 138. 39.

Compromiſſum an, & quando fieri poſſit in laicum vna cum clerico de re ſpirituali, ſiue Eccleſiaſtica. 86. 30.

Compromiſſum iuratum ſi vltra tempus in eo appoſitum prorogetur, iuramentum non habetur pro repetito, & prorogato, niſi expreſſe ſit dictum. pag. 137. nu. 33.

Compromiſſum ſi prorogetur vltra terminum in eo poſitum, cenſetur nouum compromiſſum: & de ratione. 138. 36. 38. 39.

Compromittens cum certo termino intelligitur catenus obligatus quatenus durat terminus. 138. 34.

Compromiſſum ſub quibuſcunque ampliſſimis verbis conceptum nihilominus impugnari poteſt propter enormem læſionem. 511. 28.

Compromiſſum etiam generaliter factum in arbitratorem non extenditur ad deciſa iam per rem iudicatam. 425. 33.

Compromiſſum in ſolum laicum fieri nequit de re ſpirituali, & Eccleſiaſtica. 86. 31. Limita, vt nu. 32.

Compulſio partis ad relaxandum iuramentum peti debet tanto tempore ante terminum, vt ea expediri valeat ante aduentum termini, ſiue antequam incurratur periurium. 95. 70.

Conceſſa alicui ex ſpeciali ratione non poteſt ipſe alteri participare, ſiue in alienum arbitrium conferre. 549. 27.

Conceſſio facta ob neceſſitatem aliquam, ceſſat ceſſante illa neceſſitate. 146. 76.

Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet. 476. 76.

Conditio debet ſeruari, & adimpleri in forma ſpecifica. 563. 3.

Conditio de ſe actui inhærens extitiſſe neceſſe eſt, aliter actus non habet effectum. 256. 32.

Conditiones, quæ tacitè inſunt, an, & quæ verificandæ ſint vt iuramentum valeat: remiſſiue 527. 9.

Conductor operis ſi de voluntate locatoris illud facit contra pactum initum, illud ſibi non obſtat, quominus mercedem habeat. 135. 23.

Confeſſio ex calore iracundiæ emanata non præiudicat niſi detur perſeuerantia. 495. 27.

Confeſſio iurantis de dolo, vel deceptione non adhibita præualeret ſtatuto dolum, & deceptionem præſumente. 535. 18.

Cautelam vt de confeſſio habeatur, vide num. 22.

Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ. 248. 15.

Confitenti de omnibus creditur in foro pœnitentiæ. 465. 16.

Coniugiū ab omni iure introductionem, & approbationem habet. 171. 76.

Conſenſus ex taciturnitate reſultans non nocet actibus poſtea geſtis. 423. 41. 46.

Conſenſus in iudicem, ſeu approbatio Iudicis non dicitur induci ex actu, qui fit ex neceſſitate. 271. 34.

Conſenſus paciſcentis ſuam hæreditatem an excludat votum captandæ mortis, & ſuſtineat pactum. 556. 54.

Conſentiens actui reiterato, & ſucceſſiue nouiterque grauanti, non cenſetur conſentire grauamini occulto ſed tantum intelligitur conſenſum quantum tacitum. 424. 48.

Conſi-

Digitized by Google

Conſilium legis à præcepto qualiter dignoſcatur: pag 531. col.1.
Conſuetudo particularis non poteſt derogare legi generali fundatæ in vtilitate publica: ſecus ſi in priuata. 186.143.
Conſuetudini feudorum vt ſit ſtandum actum, & intellectum eſſe cenſetur inter Dominum & Vaſallum. 522.6.
Contractus ab antea ſunt volũtatis, poſtea ſiunt neceſſitatis. 174.97.
Contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto neceſſarij. 344.29.
Contractus a minore initus de ſe, & ſine Curatore non eſt nullus de iure. 309.42.
Contractus de iure nullus & prohibitus iuramento validatur ex communi. 322.84.
Limita vt nu. 90.
Contractus de iure inualidus, quando dicatur à iuramento confirmari, ac validitatem recipere. 300.13.14.
Contractus de iure inualidus, & qui iuramento redditur validus etiam ex conſenſu partium vires aſſumere intelligitur. 298 8.
Vide nu. 22.
Contractus in caſu l. 2. C. de reſcin. vendi. & cap. cum dilecti, & cap. pen. de empt & vend. non eſt nullus, ſed valet, & venit reſcindendus. 308.38.
Contractus in Eccleſia fieri non debent, facti tamen tenent. 574.10.
Contractui iurato contrauenięns cadit à iure ſuo. 144.60.
Contractus metu factus non eſt ipſo iure nullus. 308.39.
Contractus obſeruantia tranſit ad hæredes cum qualitate, & efficacia ſibi impreſſa à iuramento. 306. 34. & 514.9.
Contractus quando dicatur inualidus, & à iuramento non poſſe validari. 300. 12.
Contrahens tamquam aduena, & ſtatim receſſurus, quatenus ibi forum ſortiri intelligatur. 103.17.
Contrahens nomine alieno, ſiue cum mandato, ſiue ſine mandato, quando obliget ſe ipſum tantum, vel Dominum tantum, vel vtrumque. 115.21.
Contrahere contra legis prohibitionem quando liceat, vel non. 188.153.
Contrarietas inter leges non eſt præſumenda, ſed euitanda, & qualiter debeat, & poſſit euitari. 180. 123. 124.
Contrariorum contraria eſt potentia. 258. 19.
Correctio legum non eſt præſumenda, ſed euitanda: & quomodo euitari valeat. 180.123.
Creditor adire poteſt Iudicem Eccleſiaſticum, vt cogat debitorem ad obſeruantiam iuratæ obligationis Moratoria non obſtante. 165. nu. 13.280.
Creditor exigens à debitore Inope inuito, vix a peccato imunis eſt. 218. 85.
Creditor vſurarum agere poteſt directe ad eas vigore iuramenti. 411. 15. & 345. 34.
Creditore inuito aliud pro alio ſolui nequit. 119.14.
Cumulatio actionum non admittitur quando actiones ſic ſe habent quod vna ex ordine debet aliam præcedere. 381.16.
Cumulatio iudiciorum ſeu actionum permittitur, & fieri poteſt vbi fit conditionaliter, etiã ſi alioqui ratione ordinis eſſet prohibita. 383. 28.29. 32.
Amplia vt num. 33.
Cumulatio proprie dici non poteſt vbi actiones proponuntur ſucceſſiuo ordine ſiue conditionaliter. 384.35.
Cumulatio quædam dicitur 10æqualis. Quædam ſubordinata: & ſingulæ, quæ ſint. 382. 23. 24.
Cumulationis cauſa finalis quæ ſit: remiſſiue. 384. 37.
Cumulationis diffinitio: remiſſiue. 384.36.
Cumulationum ſpecies quot reperiantur: remiſſiue. 382.22.
Curia Epiſcopalis Caietæ de ſtylo habet vt citatio partis fieri debeat cum petitur abſolutio ad effectum agendi, vel excipiendi. 367.86.

D

DAmnum quod quis culpa ſua ſentit ſibi imputet. 478.83.
Debitor durante moratoria in ſeculari foro conueniri non poteſt: ſed ſic in Eccleſiaſtico, 217. 279. 280.
Debitor ex iuramento conuentus an, qualiter, quomodo & quando excipere poſſit contra iuramentum. 409. 4. 5. 6. & pag. 408. num. 1. 3. 24. & pag. 411. 19 22.
Debitor licet termino non coarctetur, tamen ex interpellatione eſt conſtitutus in mora non poteſt excipere de turpitudine iuramenti, ne teneatur ad ſolutionem. 411.16.
Debitor non excuſatur a periurio ſi non ſoluit ex eo quia creditor non ſoluit ſibi tantundem ex alia cauſa. 560..
Decipientibus iura non fauent, ſed aduerſantur. 196.173.
Decipi quis no debet auctoritate legis. 196.174.

Decla-

Declaratoria Iudicis an fieri habeat ſuper nullitate geſtorum, ſeu proceſſus, vel ex ipſamet exceptionis reſeruatione eo ipſo inſurgat. 427. 68.
Definitio bona conſtare debet ex genere, & differentijs. 28. 5.
Definitio rei de qua agitur in quacunque tractatione præmittenda eſt. 28. 1.
Definitio quælibet in iure periculoſa eſt. 28. 2.
Definitionem ſecundum ea, quæ frequentius accidunt, ſuſtineri ſufficit. 28. 3.
Delatio appellationis interpoſitæ ab abſolutione ad effectum agendi an conualidet appellationem ipſam, vt ſuſpendere habeat effectum abſolutionis. 445. 32.
Delatio efficit validam appellationem, quæ iure ſuo non valeret. 445. 33.
Delegari poſſunt laico à Papa quæcunque cauſæ ciuiles, criminales, & ſpirituales. 89. 50.
Delegationis natura eſt, vt competat cuilibet delegatorum poteſtas, & iuriſdictio pro parte tantum non autem in ſolidum. 82. 15.
Delegatus adſtringitur ad ſeruandum formam ſibi in commiſſione præſcriptam, & ſi quid ex ea præterit, nulliter agit. 386. 8. 9.
Delegatio aufert creditori deleganti ius, & actionem ſibi prius aduerſus debitorem delegatum competentem. 521. 6.
Delegatus non ſubdelegat. 75. 5. Extende, vt nu. 6.
Delinquentes laici ratione Clerici Complicis trahuntur de iure ad forum Eccleſiaſticum, & declinare poſſunt tribunal Iudicis laici. 87. 37. Quid ſecundum practicam, nu. 38.
Denunciatio Euangelica intentari poteſt vigore obligationis naturalis. 14. 30.
Denunciatio non poteſt excludi, vel impediri etiam per iuramentum de non denunciando. 371. 101.
Deuolutio impeditur ob ſeparationem cauſarum, ſeu negociorum. 317. 65.
Deus quomodo intelligatur approbare, & recipere iuramentum in fauorem hominis facinoroſi. 343. 25.
Deus, vt inuiſibilis quo nam modo ex operibus cognoſcatur; remiſſiue 207. 232.
Dei maieſtas offenditur peræque ex tranſgreſſione iuramenti liciti, ac ex obſeruantia illiciti. 274. 50.
Decretum exiſtimatio, & opinio apud omnes homines etiam barbaros fuit ſemper. 207. 233.
Dictio, ſi vero, eſt aduerſatiua, & aduerſatur Iuri in eodem facto. 345. 31. Eſt etiam copulatiua, & repetitiua, nu. 32. 33.
Dies incerta adiecta promiſſioni non inducit moram, nec facit incurri periurium ſine interpellatione. 147. 79.
Dies interpellat pro homine. 411. 17.
Differre minus eſt, quam tollere. 160. 15.
Difficultas & neceſſitas recedi faciunt à regulis iuris. 219. 286.
Difficultas excuſat à periurio. 219. 287.
Difficultas non excuſat in obligatione dandi. 219. nu. 290. & 569. 34.
Dignius trahit ad ſe minus dignum, vt fiant eiuſdem naturæ. 87. 35. Declara, vt num. 39. 40.
Diſpenſare plus eſt, quam diſtinguere, vel declarare. 164. 43.
Diſpenſatio vulnus vocatur, quia ius dicitur vulnerare. 164. 44.
Diſpenſatio dicitur actio, quia agit in patiente, & poteſtatem ſupponit in diſpenſante. 164. 45.
Diſpenſatio competit ſolis ſuperioribus Eccleſiaſticis, & non alteri homini priuato. 32. 2.
Diſpenſatio conceſſa in voto non extenditur ad iuramentum. 72. 25.
Diſpenſatio dicitur actus iuriſdictionis, & præſupponit auctoritatem iuriſdictionis in diſpenſante. 32. 3.
Diſpenſatio, & abſolutio ſolis Epiſcopis, & Prælatis Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus competit, cæteris vero non. 72. 22.
Diſpenſatio in materia iuramenti, idem eſt, quod abſolutio, & ſunt ſynonyma. 32. 1.
Diſpenſatio in iuramento non poteſt fieri, niſi ab eo qui Dei Vices gerit in terra. 162. 33.
Diſpenſatio obtineri poteſt per Procuratorem; ſed cum Mandato ſpeciali. 329. 26. 30.
Diſpenſatio ſine cognitione, & ſcientia à Iudice non eſt facienda. 125. 19.
Diſponere de rebus ſuis in caſum, in quo ſit mortuus, an poſſit quis ſecundum naturalem rationem. 548. 24. 37.
Diſponere quis poteſt per viam acceſſionis, vbi non poſſet principaliter. 435. 17.
Diſpoſitio an ſit fauorabilis, vel odioſa attenditur ad quod principaliter eſt inducta. 191. 161.
Diſputare non licet de geſtis per Papam. 60. 51.
Diuerſorum & ſeparatorum nulla inuicem eſt illatio. 346. 36.
Diuiſio, vt bona ſit, & ſufficiens qualis aſſignari debeat. pag. 4. 4.
Doctorum multitudo non eſt attendenda. 194. 169.
Dolus, calliditas, & machinatio pro eodem haben-

habentur. 484. 214.
Dolus & fraus nemini patrocinari debent. 479. 88.
Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa qualiter differant. 488. 15.
Dolus ineſſe iuramento dupliciter intelligi poteſt, ſcilicet vel ex parte iurantis, vel eius cui iuratur. 486. 1.3.
Dolus non præſumitur regulariter. 487.12.
Dolus probandus eſt ab eo, qui illum allegat. 487.11.
Dolus qualiter, & ex quibus probari valeat. 488.13.
Dolus re ipſa ineſt ex læſione enormiſſima, ſcilicet vltra dimidiam. 508. 14.
Doli probatio multum reſidet in arbitrio Iudicis, & qualiter Iudex in ea ſe gerere debeat. 488.14.
Dolo inductus non intelligitur conſentire, nec ſibi præiudicat, 487. 7. 8.
Dolum adeſſe ex propoſito, & re ipſa paria ſunt. 511. 26.
Dominium dicitur eſſe de iure gentium, etiam quod ſit acquiſitum per modum inuentum à iure ciuili. 61.63.
Dominium non aufert Princeps etiam ſuo ſubdito ſine cauſa. 61.62.
Dominium, vbi quęſitum iam alicui eſt ex iuramento, Papa contra huiuſmodi iuramentum non abſoluit etiam de plenitudine poteſtatis, etiam ſuum ſubditum temporaliter ſine iuſta cauſa. 61. 61.
Dominus qui iurauit non expellere emphyteutam de domo poteſt illum expellere etiam abſque iuramenti abſolutione, ſi non ſoluit Canonem. 561.7.
Dominus temporalis an prohibere valeat ſubditos ſuos ne iuramentum apponant in contractibus. 276.59.
Dominus temporalis, quando impedire poſſit ſubditos ſuos ratione ſui præiudicij, ne in alienum Iudicem conſentiant. 275. 53.
Donandi facultas non intelligitur conceſſa in generali mandato. 89.47.
Donatio inter patrem, & filium in poteſtate cum iuramento valet. 323.87.
Donatio inter virum & vxorem cum iuramento valet. 323.86.
Donatio vltra 500. ſine infinuatione, ſi vallata eſt iuramento, valet de Iure Canonico. 322.85.
Donationis præſumptio, & interpretatio nunquam fieri debet vbicunque alia quæuis locum habere poteſt. 521.25.
Dubium, & ambiguitas circa iuramentum, ſiue circa abſolutionem dandam, quando eſſe dicatur. 66.12.
Duces Italiæ ex inueterata conſuetudine ea poſſunt de iure in ſuo dominio, quæ Imperator in toto orbe. 159. 12.

E

Eccleſiæ, ideſt fidelium ſuorum Regimen penes vnum Deus conſeruari voluit: & ſic fuit vſque ad tempora Samuelis. 283.20.23.
Eccleſia impedit ſe de peccato laici, nedum poſt, ſed etiam ante, vt illud euitetur. 316.61.
Eccleſia an, & quando remaneat obligata ex iuramento Prælati, & an egeat abſolutione. 115.23. & 518. 31.
Eccleſiaſtica iura Imperiali iudicio diſſolui non poſſunt. 289.53.
Emancipatis exhæredatis non competit querela inofficioſi de iure ciuili. 379.10.
Epiſcopus an in caſu dubio, abſolutionem dare valeat. 65. num. 11. & pag. 368.91.
Epiſcopus ſuo territorio præeſſe dicitur quoad omnia, & in omnibus, quæ iuriſdictionem ſuam concernunt. 283.16.
Epiſcopus ſtatuta condere poteſt. 282.12.
Epiſcopus punit laicos pro criminibus. 291.59.
Epiſcopus in tota ſua Diœceſi ſolus eſt Iudex ordinarius. 282.10.
Epiſcopus in ſua Diœceſi plenam poteſtatem habet inquirendi, iudicandi, & condemnandi. 282.11.
Epiſcopus habet de iure fundatam intentionem in tota ſua Diœceſi, quoad omnes etiam regulares. 73.27.
Epiſcopus per ſeipſum, ſcilicet per ſuam familiam exequi poteſt ſententiam ſuam in bonis laicorum, vel inuocare auxilium Brachij ſecularis. 289. 49.
Epiſcopus diſpenſat in omnibus votis regulariter, ijs ſolis exceptis, quę nominatim, ac ſpeciatim Papæ reſeruantur. 64.7.
Epiſcopus ſeu Iudex Eccleſiaſticus qualiter ſe gerere debeat, & qua cautela vti debeat in abſolutione à iuramento impendenda. 368. 92.
Epiſcoporum facultas in abſolutione à iuramento, quid differat à facultate Papæ. 60. 55.
Epiſcopi dicuntur eſſe, nedum ſubtus Ius diuinum, Sed & ſubtus ius Can. 118. 6. Ideo Epiſcopi ius Canonicũ tollere nequeunt. 118. 7.
Epiſcopus poteſt diſpenſare etiam in iuramentis concernentibus principaliter honorem Dei ob iuſtam cauſam. 60. 53.

Digitized by Google

Amplia, vt num. 14.
Epiſcopi non debent eſſe faciles in abſolutione danda à iuramento, ſi aliter prouidere poſſunt 368 88.
Epiſcopi facultas circa abſolutionem iuramenti extenditur, nedum ad iuramenta illicita, ſed etiam ad licita ex vtraque parte iuſta exiſtente cauſa. 62. 1. Amplia vt nu. 2.
Exbannitus qui propter exbannitionem, & confiſcationem non potuit ſoluere in termino, excuſatur à periurio. 147. 78.
Exceptio contra electum coram quo Iudice apponi debeat. 101. 12.
Exceptio dilatoria quando poſt litem conteſtatam apponi poſſit. 421. 20.
Exceptio excommunicationis coram Iudice laico opponi poteſt. 428. 71.
Exceptio excommunicationis, & ſi non obſtat probationibus, & proceſſui retro factis, obſtat tamen fiendis. 423. 42.
Exceptio excommunicationis non reddit irritum Iudicium retro factum. 422. 28.
Exceptio hoſtica quæ dicatur, & cui competat. 412. 23.
Exceptio intentionis vocatur ea, quæ opponitur contra electum ad impediendam eiuſdem confirmationem, vel conſecrationem. 101. 11.
Exceptio nulla opponi poteſt contra iuramentum coram Iudice laico ad hoc, vt excipiens contra illud audiatur. 164. 48.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non excluditur à iuramento, & de ratione. 175. 102. 106. 107. Limita, vt pag. 423. nu. 37.
Exceptio periurij an, & quando cenſeatur reiecta à Iudice procedendo ad vlteriora agentemque nihilominus admittendo. 424. 49.
Exceptio periurij dicitur exceptio litis finitæ. 417. 1.
Exceptio periurij coram Iudice laico opponi poteſt. 428. 70.
Exceptio periurij opponi poteſt in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, ac etiam in vim peremptoriæ ad merita cauſæ quandocunque. 418. 2. 17. 18. Declara, vt num. 3. 4.
Exceptio periurij, licet non obſtet probationibus retro factis, obſtat tamen fiendis. 423. 40. 44.
Exceptio periurij oppoſita ſi expreſſe reiecta ſit à Iudice parte non appellante, vel non contradicente, perinde habetur, ac ſi non fuiſſet oppoſita, & proceſſus, & probationes exinde ſequutæ tenent. 416. 60. Declara, vt num. 61.
Exceptionem periurij oppoſitam, ſi Iudex reſeruauerit in fine cauſæ procedendo ad vlteriora, proceſſus ex hoc non redditur nullus, ſed iuxta deducta, & verificata definiendum erit. 427. 65.
Exceptione periurij reſeruata, ac poſtmodum verificata, retro geſta nulla redduntur. 427. 66.
Exceptio periurij repellit agentem etiam in foro, ſeu Curia mercatorum. 419. 0.
Exceptio rei iudicatæ non oppoſita facit vt tenēat ſecunda ſententia contraria primæ, quæ tranſitum fecerat in iudicatum. 422. 30. 31. 32.
Exceptio Senatuſconſulti Macedoniani competens filiofam. aduerſus mutuum à ſe acceptum excluditur à iuramento, & efficaciter filiusfam. tenetur ex mutuo. 142. 8.
Exceptio Senatuſconſ. Velleiani competens mulieribus aduerſus fideiuſſionem à ſe præſtitam excluditur vigore iuramenti interpoſiti; ita, vt mulieres efficaciter ex fideiuſſione obligentur. 142. 9.
Exceptionem dolo facis: & c. opponere non poteſt debitor ex iuramento conuentus vbi tempus non ſuppetit ad eam exceptionem verificandam antequam incurrat periurium ex lapſu termini inſtantis. 410. 11. Amplia vt num. 14.
Exceptionem extra debitum tempus opponenti imputatur, 421. 21. Declara, vt nu. 23.
Exceptionem oppoſitam reſeruare poteſt Iudex determinandam in fine cauſæ; etiam ſi eſſet ex illis, quæ impediunt proceſſum; 427. 63. 64.
Exceptionem opponens contra iuramentum inſiſtens in ea, an ſit audiendus. 409. 7.
Exceptione oppoſita contra teſtes, Iudex ſi ad vlteriora procedat recipiendo teſtes, videtur exceptionem ipſam reieciſſe. 425. 52.
Exceptione tutius antequam conueniatur, qualiter ſibi conſulere valeat aduerſus actorem. 100. 5.
Exceptiones, quæ ab initio ante litis conteſt. opponi debuiſſent, & non fuerunt oppoſitæ quando opponi poſſint poſtea, traditur regula notabilis. 420. 19. 20.
Exceptiones, quæ non ex vitio & defectu ipſius met iuramenti eliciuntur, ſed ab extrinſeco, quandocunque opponi poſſunt. 18. & quæ ſint. 413. 25.
Exceptiones, quæ aduerſus obligationem Cameralem admittuntur, quandoque habent vim pedire proceſſum ad vlteriora, & exequutionem: Quandoque non, 246. 6. 7.

Exce-

Exceptiones aduerſus obligationem ad form. Cam. initam non admittuntur præter eas, quæ alias de ſe iuramento non obſtante opponi poſſunt: & quænam illæ ſint. 245. 3. & 246. 5.
Exceptiones à iure ſunt inuentæ ſicuti actiones. 240. 2.
Excommunicatio, & abſolutio non ſubijciuntur formæ ſubſtantiali. 386. 3.
Excommunicatio à Iudice Eccleſiaſtico comminata in ſua inhibitione Iudici laico an, & quando ab ipſo contemni poſſit. 311.49.
Excommunicatio ferri poteſt pro futuro peccato ſi eſt aliqua præſumptio de præſenti. 316.62.
Excommunicationis effectus quoad animam qui ſint. 441.13.
Excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurrunt Domini temporales impediendo Eccleſiaſticam iuriſdictionem. 465. 52.
Excommunicationis virtus, & effectus procedit ex auctoritate canonum: & eſt actus merè Eccleſiaſticus. 428.74.
Exequutionem facit Iudex Eccleſiaſticus in bonis laicorum ex cognitione, quam habuit inter eos: & quo iure. 288.45.
Expectantur in vanum ea quæ cum aduenerint nihil habent operari. 521. 3.
Expoliationis exceptio non excluditur à iuramento propter inopiam debitoris conuenti excipientis. 218.283.
Expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocuiſſent. 342.17.
Expreſſio facta per relationem ad inſtrumentũ, vel inſtrumenta non ſufficit pro ſpeciali expreſſione, nec ſaluat abſolutionem à ſurreptione. 225.16. Declara, vt nu. 19.

F

FActa multa tenent, quæ fieri prohibentur. pag. 575.8.
Factum contra ordinem legis nõ valet. 386.6.7.
Factum non dicitur, niſi duret factum. 302.17.
Quod fieri debet non quod ſit faciendum eſt. 127.33.
Factum potius, quã dictum attenditur. 468 29.
Facultatem libere de rebus ſuis diſponendi cuiquam auferri eſt contra rationem naturalem. 548. 23.
Facultas teſtandi, ſeu de rebus in morte diſponendi an ex gratia competat, vel mero iure. 549.26.57.
Fauori ob perſonæ imbecillitatem introducto, an poſſit renunciari: & quid ſi adſit iuramentum tam de iure ciuili, quam Canonico. pag. 531. col. 2.
Fauoris cauſa ceſſante, ceſſat fauor. 101. 19.
Federici de Senis auctoritas multum pollet, & plurimi fit apud Doctores in materia abſolutionis à iuramento. 368. 89.
Feriæ Dei, & hominum æquiparantur reſpectu Iudiciorum. 392. 14.
Feriæ Dei ob duos reſpectus principales introductæ ſunt. 397. 32.34.
Feriæ non obſeruantur in cognitione, quæ de plano fit. 394.23.
Feriarum tempore non cogitur quis ad Iudiciũ venire etiam in ferijs hominum. 392. 12.
Feriarum tempore etiam meſſis, & vindemiarum expediri nequeunt ea quæ ſpectant ad contentioſam iuriſdictionem. 392.11.31.
Feriarum tempore in Dei honorem inductarum quatuor de cauſis ſeu rationibus iudicia exerceri prohibentur. 395.24.32.33.
Fictio an admittatur, & excuſet ab obligatione in iuramento metu extorto: remiſſiuè. 466. 12.
Fictio in ſpiritualibus non attenditur, ſed veritas. 514.3.
Fideiuſſor ex pluribus ſemel obligatis qualiter prius, quam conueniatur, ſibi conſulere habeat aduerſus creditorem. 100. 4.
Fideiuſſores plures ſimpliciter ſe obligantes, quatenus teneantur, & eis ſubueniatur. 100.3.
Fidelitati alicui debitæ per iuramentum alteri præſtitum præiudicari non poteſt, etiam per iuramentum ſimiliter fidelitatis, vt ibi. 213. 257.
Fides frangenti fidem minime ſeruanda. 561.8.
Fidem ſi quis ſibi ſeruari ab altero poſtulat, eam illi ſeruare tenetur. 175.104.
Filia ſi renunciauit cum iuramento ſucceſſioni paternæ, nunquid iuramentum ſuum obſiſtat filijs ſuis ne ad ſucceſſionem aui ipſi agere poſſint: remiſſiuè. 518.29.
Filius vel hæres non efficitur periurus ex iuramento patris, vel alterius, 514. 4.25.
Finis legis bifariam ſe habere, ac conſiderari poteſt, videlicet ſecundum ordinem intentionis, & ſecundum ordinem exequutionis. 187. 144.
Finis legis, ſeu iuris ciuilis, qui ſit. 187. 148. 219. Et quatenus à Chriſtiano legiſlatore conditi, qui ſit. 209.242.
Finis nihil cuique eſſe poteſt, quod ab eo non eſt præcognitum. 205. 216.
Fines iurium, ſcilicet naturalis, Gentium, ciuilis, & canonici qualiter inuicem ſe habeant. 207. 235.
Finis iuris quatenus naturali tantum ratione

conditum eſt, non poteſt eſſe beatitudo æterna, quam Chriſtiani præſtolamur. 205. 215.
Fœminæ intercedere, ſeu fideiubere prohibentur ex Senatuſconſ. Vell. 184. 133. 139.
Limita, vt nu. 134. 136. 140.
Forma vbi eſt præſcripta, ad plenum eſt ſeruanda, & non ſufficit ſupplere per æquipollens. 387. 13.
Formæ defectus ſeu vitium inducit defectum in actu. 254. 26.
Forus contractus regulariter attenditur, adiriq; debet in diſtractu. 273. 43.
Forus contractus an neceſſario debeat eſſe forus diſtractus. 273. 42. 45.
Fori accumulatio vnde cauſetur. 520. 38.
Fori accumulatio in Iudice Eccleſiaſtico ratione iuramenti fit, nedum quoad cognitionem iuramenti; ſed etiam quoad cognitionem totius cauſæ. 267. 12. 22.
Fori cumulatio non habet locum in iudice laico. 266. 9.
Fori nuncupatio deſignat iudicium ordinarium. 267. 13.
Forum ſortitur quis ratione negotij geſti, etiā quoad diſſolutionem contractus. pag. 102. 14. 15.
Fraudibus eſt obuiandum. 479. 89.
Fructus non conſumpti cenſentur eſſe in cauſa pignoris ſicut pignus. 566. 19.
Fructus conſumpti non computantur in ſortem nec admittitur coram compenſatio, ſed præciſe ſolutio integræ ſortis eſt facienda quando tempore traditionis pignoris interpoſitum eſt iuramentum de ſoluendo. 565. 16. & Amplia; vt ibi, & nu. 21.
Fructus non conſumpti, ſeu extantes non computantur in ſorte, nec compenſatio illorum fit inuito creditore etiam ſi non adſit iuramentum, ſed poteſt illos reddere debitori. 565. 17.
Funiculus duplex difficilius rumpitur. 223. 8.

G

Gabella ſoluenda pro libellis, an ſit ſoluenda pro vno vel pluribus: remiſſiuè. 381. 20.
Generalitas quæ obſcuritatem parit facile principem fallere poteſt. 224. 12.
Genus reſtringitur per ſpeciem præcedentem. 225. 18.
Gerens negocia aliena an, & quatenus finito negocio teneatur obligatus iuramento, quo ſe obligauit 115. 19.
Gladij vtriuſque ſuprema poteſtas in Papa reperitur, licet non habeat exercitium temporalis gladij, actu ſemper, & generaliter in orbe. 287. 40.

H

Habilitas perſonæ prius conſtare debet, quam quæratur de actu ab ea perſona, vt tali expiicando. 358. 56.
Hæreditas iacens repreſentat perſonam defuncti, & Domina rerum cenſetur. 552. 40.
Hæres an, & quatenus teneatur ad obſeruantiam iuramenti defuncti. 307. 36.
Hæres ſeu ſucceſſor vniuerſalis an, quando, & quatenus teneatur ex iuramento defuncti reſpectu obſeruantiæ contractus, & obligationis temporalis 516. 21.
Hæres venire poteſt aduerſus iuratam obligationem defuncti agendo, vel excipiendo abſque iuramenti relaxatione ſine metu periurij. 515. 15. Amplia etiam in filio hærede, num. 27. Item amplia vt nu. 28. Et in quibus caſibus licite venire poſſit contra iuratam obligationem defuncti, vide n. 17. 19. 20. 24.
Hæres non indiget abſolutione ob iuramentum defuncti. 515. num. 12. Amplia etiam in filio hærede, num. 27. Amplia item vt nu. 28.
Hæres poteſt, nedum ſolutum repetere in caſu vbi defunctus obligatus erat ſolum ex iuramento, ſed poteſt etiam à principio contrauenire. 305. 27.
Hæres creditoris, qui recepit iuramentum pro ſe ſolo non pro hæredibus, non poteſt accuſare debitorem iurantem de periurio. 369. 98.
Homo priuatus, ſeu pars, qui iuramentum recepit, qualiter illud relaxet, ſeu remittat. 34. 4. 10. 12. 18.
Hominibus Imperium ampliari vtilius eſt, quā pecuniarum copijs. 171. 61.

I

Impedimentorum plurium, plures ſublationes eſſe debent. 222. 4. 6.
Impeditur quid facilius ad eſſe produci, quam quod productum tollatur. 132 9. & 440. 5.
Impeditus ex nullo impedimento, vel cauſa, non ſit periurus. 563. 5.
Imperator nihil poteſt ſtatuere in præiudicium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. 289. 52.
Imperator recepit à Papa immediate exercitiū gladij, ſeu poteſtatis temporalis; quia ab eo recepit Imperium ex Dei voluntate. 287. 42.
Impe-

Imperatores Romani antiquitus Pontifices vocabantur: & quare. 284. 26.
Imperium nedum mixtum, ſed merum quoque habet Epiſcopus. 283. 17.
Imperij adminiſtratio item quare Chriſtus apud Papam eſſe noluerit, ſed apud Imperatorem. 280. 38.
Imperij iura non abſtulit Chriſtus Vicario ſuo, ſed ſupremam poteſtatem etiam ſuper Imperatorem reſeruauit. 287. 39.
Impubes maior infante, pubertati proximus, & doli capax dicitur à decimo anno, & dimidio ſtatim expleto. 500. 13.
Impubes doli capax delicti reus eſſe poteſt. 498. 3.
Impubes doli capax, ſcilicet à decimo anno & dimidio expleto an ligetur iuramento, vt ei opus ſit abſolutione, nec ne: quod ſic. 498. 2. Amplia, vt nu. 7. Declara, vt nu. 15. 18.
Impubes doli capax, & pubes, quod attinet ad obligationem iuramentalem, eodem iure cenſentur. 499. 6.
Impubes doli capax contrahens cum iuramento etiam omiſſa ſolemnitate & curatoris auctoritate, obligatur efficaciter. 500. 10.
Impubes doli capax periurij reus eſſe poteſt. 498. 4.
Inconuenientia non ſunt multiplicanda, ſed vitanda. 157. 32.
Indiuiduorum numeratio atque notitia haberi non poteſt, quia
Indiuidua ſunt infinita. 179. 14. & 580. 15.
Inferior Principe ſupremo eſt ſubius ius & non poteſt contra ius diſponere. 158. 2.
Inferior ius ſuum nemini poteſt auferre, etiam ex cauſa. 158. 6.
Inferior, vel minor non poteſt tollere ius & legem Superioris. 158. nu. 3 & 162. 32. nec impedire aditum ad eum, 165. 50.
Inferiores Epiſcopis regulariter de iure non poſſunt abſoluere ab excommunicatione à iure, ſeu canone lata: niſi in caſibus à iure expreſſis. 72. 18.
Inferiores citra Papam nequeunt abſoluere ſe ipſos à iuramento, neque ſuam abſolutionem alteri committere. 109. 10.
Infamia euitanda. 580. 16.
Ingenuus non obligatur iuramento ad præſtationem operarum: & quare. 11. 18.
Inhibere poteſt Iudici laico Iudex Eccleſiaſticus prætextu exceptionis coram eo deductæ, & ad Eccleſiaſticum forum ſpectantis. 318. 68.
Inhibere poteſt Iudex Eccleſiaſticus Iudici laico, vbicunque ex officio Iudex ipſe Eccleſiaſticus inquirere vult ſuper prauitate, & malitia eiuſdem contractus. 321. 79.
Inhibere poteſt Iudex Eccleſiaſticus regulariter Iudici laico, & parti, & impedire ne vlterius procedant vbicunque vertitur periculum animæ, & imminet peccatum. 322. 80. 82. Amplia vt ibi.
Inhibitio an, & quando fieri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico Iudici laico, ne procedat ſuper contractu iurato ex cauſa abſolutionis à iuramento petitæ. 311. nu. 48. 53. 58. & 316. num. 60. 63. 64. & 319. nu. 70. 72. 73.
Inhibitio concedi non poteſt niſi ratione cauſæ coram eo, qui inhibere debet, introductæ. 315. 59.
Inhibitio fieri non poteſt, & eſt nullius effectus in ſeparatis cauſis, ſeu articulis. 317. 66. Limita vt nu. 67.
Inhibitio in dubio emanaſſe præſumitur ex officio, non ad partis inſtantiam. 321. 77.
Inhibitio, vbi alioqui de iure fieri poteſt, non requirit neceſſario cauſæ cognitionem, & partis citationem. 320. 74.
Inhibitionem facere poteſt Iudex inuita parte, & multo magis abſente. 321. 76.
Inhibitiones ex officio facere Iudices præſupponunt. 321. 75.
Iniuſtitiæ duæ ſunt ſpecies, ſcilicet facere malũ, & declinare à bono. 492. 15.
Inſinuatio donationis fieri poteſt in ferijs Dei. Et qualiter expediatur. 401. 48. 49.
Inſtantia vna ſufficit ad tollendum argumentũ. 88. 41.
Inſtitutio hæredis ex mera affectione, & liberalitate procedere debet, non metu pœnæ. 549. 28.
Inſtrumenta & contractus diebus feſtis confecti valent, ſed peccant Notarij, & contrahentes. 574. 13.
Intellectus noſter à iure informari debet. 10. 16.
Intellectus diuinatiuus reijcitur in iure. 10. 17.
Intereſſe pecuniarium non eſt iuſta cauſa contraueniendi iuramento, pag. 549. col. 1. etiam de iure ciuili ibi, col. 2.
Interpretatio pro validitate actus fieri debet. 321. 78.
Inuito alio ſi quid poſſum, multo magis poſſum illo abſente & non vocato. 360. 80.
Iracundiæ calore, quod fit lex pro rato non habet, &c. 197. 180.
Ira eſt vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans, & vnum ex ſeptem peccatis capitalibus. 197. 181. 182.
Ira producit ex ſe ſeptem alia vitia ſeu peccata: reuiſiliæ 197. 183.
Irritatio etiam non habentibus Epiſcopalem

iuriſdictionem competit. 72. 23.

Iudex ad quem vigore appellationis coram eo interpoſitæ ab abſolutione iuramenti ad effectum agendi non poſſet inhibere Iudici laico ne procedat ſuper contractu. 445.31. Secus in appell. ab abſolutione ſimplici 440.4.

Iudex cauſæ præparantis debet eſſe Iudex cauſæ præparatæ. 266.3.4. Declara, vt num. 18. & vide pag. 269. nu. 18.

Iudex procedendo antequam iactum ſit fundamentum ſuæ poteſtatis, nulliter agit. 375.4.

Iudex declarat ſententiam ſuam in multis caſibus. 84. 22.

Iudex plura poteſt ex officio, quam ad inſtantiam partis. 322. 81.

Iudex ex officio, & ſine alicuius requiſitione procedere poteſt, & inquirere in concernentibus periculum animæ. 322.83.

Iudex idem qui cognouit ſuper actione ad exhibendum, cognoſcere habet in iudicio directo & ordinario vendicationis, nec alius adeundus eſt. 268. 15.

Iudex loci contractus, quatenus procedere poſſit contra contrahentem abſentem. 103.16.

Iudex ordinarius iurantis an ſit competens in dando ei abſolutionem à iuramento, ſi recipiens eſt alterius fori. 99.1.20.

Iudex procedendo ad vlteriora perinde habetur, ac ſi ſuper exceptione non admittenda pronunciaſſet. 425. 50.51. Limita, vt num. 56.57 59.

Iudex ſi exceptione periurij oppoſita, ex abrupto ſine cauſæ cognitione, exceptione ipſa non attenta, ad vlteriora in continenti proceſſerit, parte opponente proceſſus, & probationes receptæ ſunt nullæ. 426. 58.

Iudex Domicilij interponere poteſt Decretum, & auctoritatem in ſuam in alienatione minoris etiam reſpectu rerum exiſtentium extra ſuum territorium. 291.58.

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de temporali cauſa laicorum ordinaria iuriſdictione, non ſolum vbi cauſa eſt incidens, ſeu præiudicialis, ſed etiam ſi veniat acceſſorie. 272. 39.

Amplia etiam ſi proprie non ſit cauſa incidens, vel connexa. 351.61.62.

Iudex Eccleſiaſticus eſt competens in obligationibus iuratis etiam inter laicos. 165.54.& 266.8.10. Amplia ſiue agatur pro obſeruantia ſiue pro diſſolutione contractus. 270. nu. 25.28.29.30.40. Et vnde prouenıat huiuſmodi eius iuriſdictio. 274.46. 55.

Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere de negotio inter laicos, vbi illud non poteſt definiri, niſi ex ſtatuto laicorum: & materia repugnat ne iudicare habeat ſecundum ſtatutum illud 271.33.60.

Iudicis Eccleſiaſtici partes ſunt curare, vt iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum. 274.51.

Iudex Eccleſiaſticus in quibus caſibus ſit Iudex ordinarius laicorum. 89. 42. & 270.27.31.

Iudex Eccleſiaſticus ex abſolutione præparatoria inter laicoſ impenſa acquirit iuriſdictionem etiam in cauſa principali. 266.1.

Iudices Eccleſiaſtici qualiter ſe gerant in abſolutione danda admonentur. 128.35. Quid vbi eam concedunt parte non citata. 367.87.

Iudex Eccleſiaſticus in cognitione iuramenti cumulatiorem poteſtatem habet quam Iudex ſecularis. 267. 11.

Iudex Eccleſiaſticus in cognitione, quam habuit inter laicos, exequi poteſt ſententiam ſuam in bonis eorundem: & quo iure eam faciat, 282.7. 45.

Iudex Eccleſiaſticus, qui cognoſcit de excommunicatione conſequitur cognitionem ſuper æſtimatione iniuriæ 266. 5. & de ratione, num. 6.

Iudices Eccleſiaſtici cum ſuis inhibitionibus cum cenſuris multum obuiant proceſſibus, & practicis iudicum ſecularium: & quando, 318. 69.

Iudex laicus cogere poteſt iurantem licite ad obſeruantiam iuramenti. 89.51. & 404. 1.2. Amplia vt num. 56. Limita, vt nu. 57. Et quod nam ius in hoc ſequi debeat, pag. 91.59. Et quo iure hoc ſibi competat. 91.58.

Iudex laicus compellere poteſt recipientem turpiter iuramentum ad illud relaxandum, ſicut poteſt cogere iurantem ad obſeruantiam iuramenti liciti. 404. 1. Declara vt num. 2. & ſupra. 93.63. declara vt ibi, nu. 64.65. & pag. 313.55 56.

Iudex laicus aditus pro obſeruantia iuramenti qualiter procedere quomodoue ſe gerere debeat in iudicando. 91. 60.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere, vel iudicare de cauſis, vel negocijs Eccleſiaſticis. 339. 13. & ſupr. 79.3.

Iudex laicus de cauſa ſeu actu ſpirituali, ſeu Eccleſiaſtico non cognoſcit non ſolum principaliter, ſed nec incidenter, nec per viam exceptionis, nec reconuentionis. 429.80.

Iudici laico non poteſt competere facultas dandi abſolutionem à iuramento, neduum plenariam; ſed nec etiam præparatoriam. 79.1.2. etiam aſſociatus cum Iudice Eccleſiaſtico, 82. 13.14. vide tamen pag. 80.7.8.

Iudex laicus ex delegatione ſibi facta à Papa abſolu-

Digitized by Google

abſolutionem à iuramento concedere poſſet. 89. 49.
Iudex laicus declarare poteſt ſuper ſimulatione, & inualiditate iuramenti, & habilitare iurantem ab illius obſeruantia. 98.85.
Iudex laicus an teneatur ſtatim acquieſcere pro ceſſui, ſiue ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, 97. 82. 84.
Iudex laicus in caſibus, in quibus iuramentum non eſt obligatorium, compellere poteſt partem ad remittendum obligationem, ſeu reſcindendum contractum, ac ad reddendum ſolutum. 578. 10. Declara, vt num. 11.
Iudex laicus non poteſt cognoſcere, vel declarare circa inualiditatem iuramenti, in qua ſe fundat, ſi res dubia eſt. 578.12.
Iudex laicus qualiter pronunciabit vbi petitur ab eo compulſio partis poſt periurium incurſum. 94.69.
Iudex laicus non eſt competens pro reſciſſione contractus iurati apparenter nulli, & ſolo iuramento ſuſtentati. 338.7.10.11. Amplia, vt nu. 14.
Iudex laicus remittens exceptionem ad Iudicē Eccleſiaſticum non poteſt partibus terminū præfigere, intra quem exceptio definiri habeat. 429.81. Nec ſtatuto aliquo id induci poteſt. 430.82.
Iudex laicus ſi vigore iuramenti proceſſerit ad executionem contractus de iure nulli non facta ſibi inhibitione à Iudice Eccleſiaſtico, tenet proceſſus. 313.54.
Iudex ſecularis cognoſcit de nullitate, ſiue de ſubreptione, vel obreptione abſolutionis obtentæ. 97.81. Declara, vt nu 83.
Iudex ſecularis declarare poteſt ſuper periurio inceſſo. 96.78. Limita, vt nu. 80.
Iudex ſecularis de exceptione periurij, & excōmunicationis coram eo oppoſita non poteſt cognoſcere, ſed debet eam remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum examinandam. 428. 72. Declara vt nu. 73.75 76.
Iudex ſecularis exequitur ſententiam ſuam in bonis clerici coram eo reconuenti 290.56.
Iudex ſecularis in caſibus, in quibus eſt Iudex ordinarius in cauſa clerici, exequitur ſententiam ſuam etiam clerico reſiſtente, nec incidit in excomm. 90 57.
Iudex ſecularis poteſt procedere ad executionem contractus lite pendente ſuper abſolutione iuramenti coram Iudice Eccleſiaſtico, 92. 61.
Iudicis ſecularis partes ſunt curare, vt iuramentum ſuum ſortiatur effectum. 93 62.
Iudicare de cauſa, & re ſpirituali eſt quid ſpirituale. 89. 43.
Iudicis eſt curare, vt pacta ſeruentur. 258. 4.
Iudicis partes ſunt illicita iuramenta relaxare. 375. 7.
Iudicis arbitrio præcipue relinquuntur cauſæ iuſti metus. 484. 117.
Iudicialis indago tunc fit cum interuenit vocatio partis, ac iurium vtriuſque partis diſcuſſio. 394.21.30.
Iudicium vnum, & idem poteſt dici plenarium, & ſummarium diuerſis reſpectibus. 391.4.
Iudiciorum ſiue proceſſuum intricatio, & perplexitas iuri exoſa eſt. 308.41.
Iudicij ſupremi libertas etiam per indirectum non poteſt conſtringi. 559.63.
Iuramentum abſque conſenſu non obligat. 487. 6. & dicitur eſſe ſine ſpiritu. 176. 108.
Iuramentum ad non cogitata non porrigitur. 40.15 & 487.9.& 539.9.
Iuramentum accumulat forum foro. 266.3. 22. & 356. 54. Etiam in materia feudali. 267. 14.
Iuramentum à malo eſſe, quomodo intelligitur, remiſſiue. 8. 6.
Iuramentum an accumulet forum quoad hæredem, ex iuramento defuncti. 519.37.
Iuramentum an, & quando impediat purgationem moræ. 145. 65.
Iuramentum an, qualiter, & quatenus tranſeat ad hæredem. 514.1.8 21.22.
Iuramentum defuncti quid operetur in hærede. 515. 14.
Iuramentum an extendatur ad ſucceſſores in dignitate, vel officio, vel vniuerſitate, ſiue actiue, ſiue paſſiue. 370. 99. & 518.30.
Iuramentum an ſuppleat pro certioratione: remiſſiue. pag.40 12.
Iuramentum an ſufficiat ad probandum animū ſe non obligandi propter metum. 469.32.
Iuramentum antiquiſſimum, & propterea nobiliſſimum. 201.197.
Iuramentum appoſitum ſuper compromiſſo facto cum termino habet in ſe tacitam conditionem, ſi infra illum terminum cauſa fuerit expedita, & vlterius non ligat. 138.25.
Iuramentum à viris ingenuis, & nobilibus antiquitus exigere nefas erat, 201. 200.
Iuramentum in vniuerſum duplex aſſertorium, & promiſſorium. 4.1.2.3 5.
Iuramentum aſſertorium falſum, ſemper eſt peccatum mortale. 22.23.
Iuramentum aſſertorium non eſt capax abſolutionis, & quare. 45.5. & 50.4.
Iuramentum aſſertorium ſe habet tam ad iuramenta iudicialia, quam ad extraiudicialia: & ſimili-

ſimiliter promiſſorium. 5.11.12.
Iuramenti aſſertorij obligatio qualis ſit, ſeu qualiter ſe habeat. 45.4. & 46.6. & 450.3.
Iuramentum cenſetur quædam ætatis venia, propter ſpiritualitatem à iure introducta. 39. 3.
Iuramentum commutare quis nequit propria auctoritate etiam in melius. 565.12.
Iuramentum dicitur commutari ſi non ſeruatur ſpecifice, ſed per æquipollens. 164.11.
Iuramentum confirmatorium ſpecies eſt promiſſorij. 5.9.
Iuramentum confirmatorium non diuiditur per ſpecies, ſed in indiuidua, quia eſt vltima ſpecies. 5.13.
Iuramentum conſtituit in mora ſine interpellatione, quando id verum ſit, & de quo iuramento intelligatur. 147.80.
Iuramentum contra bonos mores nullo iure eſt obligatorium. 12.26.& 550.34.& quod nam tale reputatur tam de iure Canonico, quam ciuili, pag. 530. col. 2.
Iuramentum contra leges præſtitum, ſeu ſuper actu à lege prohibito valet. 525.5. Declara, vt ibi. Amplia vt nu. 6.7. Limita vt nu.9.
Iuramentum contra legem non valere quodnam intelligendum ſit. pag. 531.col.1. & ſupra. 177. num. 113.117.150.162.
Iuramentum contra bonos mores introductione, & artificio iuris ciuilis valet, 547.18.32.
Iuramentum contractui inualido adiectum duplici modo obligationem inducit. 298.9.
Iuramentum contra publicam vtilitatem non valet etiam de iure Canonico. 172. 87. de ratione, 90.
Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica nam obligat præciſe ad actum. 539.8.& 563. 2. 10.
Iuramentum de futuro, id eſt promiſſoriũ, quando dicatur committere periculum peierandi, & reprobatur, & quando non. 174.96.
Iuramentum de hærede quem faciendo an ſit obligatorium. 549.30.31.cum ſeq.
Iuramentum de non reuocando teſtamentum an ſit contra bonos mores. 547.16.21.56.
Iuramentum de non faciendo opera pietatis, & perfectionis non obligat. 494. 23.
Iuramentum de non petendo abſolutionem à iuramento illicitum eſt, & turpe quoad recipientem illud. 372. 105.& 456.3.
Iuramentum de re, quæ impeditiua eſſe poteſt maioris boni, non eſt obligatorium, 50.19.
Iuramentum de re indifferenti cuius obſeruantia per accidens inducit peccatum mortale, vel veniale, non eſt obligatorium, & abſolutione non eget. 178.114. & 492.12.
Iuramentum de re licita ex genere ſuo obligat ſub reatu mortali niſi tenuitas materiæ alleuiet. 466. 19.
Iuramentum dicitur eſſe pars contractus cui adijcitur. 269.24.
Iuramentum doloſum ex parte recipientis non eſt obligatorium. 487.5. Intellige vt ibi, & num. 10.
Iuramentum eadem requirit, quæ votum ad eius validitatem. 495.29.
Iuramentum eſt actus religionis, & latriæ etiam ex opinione Ethnicorum. 202. 204. Item omni iure tam naturali, quam ciuili, quam diuino id verum eſt, ibidem.
Iuramentum eſt de iure diuino, & obligat Deo, 59. 47.
Iuramentum eſt res ſpiritualis. 161. 25.
Iuramentum eſt ſtricti iuris, & illud extendere odioſum eſt, 136. 26. Declara, vt nu.28.
Iuramentum etiam homini præſtitum non poteſt tolli, vel directo impediri ab ipſo homine priuato. 36.10.
Iuramentum etiam homini præſtito relaxare, ſeu diſpenſare poteſt Papa quandoque, ita quod non ipſe homo: & quando. 35.14.17. 21. 23.
Iuramentum prohibitum à lege Canonica & diuina, ſi de facto præſtetur, obligat iurantem ad obſeruantiam, ſi non continet peccatum, licet peccauerit iurando. 574.11.
Iuramentum excludit pœnitẽtiam a contractu, & facit illum irreuocabilem. 538.3.7.
Iuramentum excludit minorem à remedija ſibi iure ſpeciali competentibus, non ab his, quæ iure communi etiam maiori competunt. 506.3. Amplia, vt nu.4. Limita, vt nu.5.
Iuramentum ex iuſta cauſa tranſgredi quis poteſt. 175. 99.
Iuramentum ex ſua natura bonũ, quia eſt actus latriæ, & quare: & peccatum hæreſis eſt cõtrarium tenere. 7.4.5.& 504.26.
Iuramentum facit valere contractum, qui alias non valeret. 500.12.
Iuramentum fidelitatis dicitur cauſa inueſtituræ ſolemnis. 522. 3.
Iuramentum habet in ſe conditionem, niſi aliter præceperit ſuperior. 146.72.
Iuramentum habet tacitam conditionem, dummodo altera pars obſeruet promiſſa. 560.2.
Iuramentum habet vim renunciationis expreſſæ, & conſenſus geminati. 185.141.
Iuramentum obligat in tantum, vt actionem & exceptionem præſtæt de iure Canonico. 8. 8. 9.

Iura-

Iuramentum in compromiſſo adiectum de parendo, &c. intelligitur, vt ſtare debeat, vel alias ſoluat pœnam adiectam, nec cogitur iurans præciſe parere. 539.6.14.
Iuramentum infringere non eſt tutum alicui, etiam ex cauſa regulariter, ſed abſolutionem petere debet. 447. 1.
Iuramentum in peiorem exitum vergens non eſt obligatorium, nec eget abſolutione. Et quot modis ſic dicatur, & cur. 49 1.8.9.10.11. 13. & pag. 53.22.25.26.27. & pag. 55.29.30. 32. & pag. 23.27.
Iuramentum peiorem exitum dupliciter ſortiri poteſt. 54.28.
Iuramentum in præiudicium alterius præſtari non poteſt. 216.171.
Iuramentum in quibus caſibus obliget, ſiue etiã actum ſuſtineat, & in quibus non, remiſſiue. 578. 8.
Iuramentum intelligitur præſtitum Deo per reſpectum hominis, non homini per reſpectum Dei. 34.5.
Iuramentum licet peccatum contineat ex parte recipientis, tamen ſi ex parte iurantis ſeruari poteſt ſine peccato, obligatorium eſt, & eſt ſeruandum, & de ratione 95.74. & 478.85.
Iuramentum licet principaliter dicatur tendere in Deum; tamen intelligitur recipi à Deo ad commodum hominis, cuius fauore præſtatur. 34. 6.
Iuramentum litis deciſorium quare non retractetur, vt conſtare poſſit de periurio. 197.178.
Iuramentum magis ſtringit actum cui inhæret, ſed tamen iuxta illius vim & naturam. 470. 48.
Iuramentum metu extortum eſt obligatorium etiam iure ciuili inſpecto. 473.63.
Iuramentum metu præſtitum in actu à lege prohibito non eſt obligatorium. 474.66.
Iuramentum metu præſtitum obligatorium eſt etiam in foro conſcientiæ, & eget abſolutione. 464 9. Ampſia, vt nu. 10.
Iuramentum metu præſtitum vt ſit obligatoriũ, ſufficit vt affuerit intentio verè iurandi, & non eſt neceſſaria intentio actualis, & præciſa ſeſe obligandi. 465.15.
Iuramentum præſtitum per metum incuſſum coactione abſoluta, & præciſa non eſt obligatorium, & non eget abſolutione. 466.22.
Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum. 50.18. & 241. 5.
Iuramentum non eſt prohibitum: & qualiter intelligendæ ſint auctoritates, quæ illud prohibere videntur. 8.7.
Iuramentum non reſiſtit validitati actus geſti contra illud. 545. 6.
Iuramentum non extenditur, nec inducitur ex ſimplici conſenſu, ſed requiritur iuratio expreſſa. 140.45. Limita vt nu. 47.
Iuramentum non fingit, neque præſumi facit minorem eſſe ſagacem, vel prudentem. 42. 18.
Iuramentum non ſupplet pro conſenſu in actu requiſito. 470.46.
Iuramentum non validat actum, qui ob metum nullus eſt, ſed ipſum quoque inualidum eſt. 470.41. Declara, vt ſupra nu. 24. per totum, maxime in fi.
Iuramentum non ligat ad illicita. 273.92.
Iuramentum non obligat ad id quod non depēdet a poteſtate iurantis. 551. 35.
Iuramentum obligat Deo potius quam homini. 343. 24.
Iuramentum obſeruare ſoluendo congruentius eſt, quam abſolutionem à iuramento petere. 472. 54.
Iuramentum operatur effectum retentionis rei ſolutæ, quemadmodum operatur contractus. 306. 32.
Iuramentum pariformis virtutis ſemper fuiſſe apud ius ciuile, nedum reſpectu ſui, ſed etiã reſpectu habito ad ius Canonicum. pag. 200. 195.196.
Iuramentum perſonale dicitur, & quare. 524. 2. 13.
Iuramentum per Herculem ſubdio, non ſub tecto præſtari poterat antiquitus. 201. 199.
Iuramentum per quod impeditur matrimoniũ, dicitur contra bonos mores, & non eſt obligatorium. item dicitur eſſe contra publicam vtilitatem principaliter. 172.85.86.
Iuramentum præſtitum alicui perſonaliter, non extenditur ad ſucceſſores, nec acquiritur eis actionem. 369.97.
Iuramentum præſtitum per metum in ijs actibus, in quibus expreſſim à iure prohibetur metus, & voluntas libera requiritur, an, & quando ſit obligatorium, egeatq. abſolutione. 467. 24. Quid in foro pænitentiæ. num. 25.
Iuramentum pro eius reuerentia ſeruis antiquitus non deferebatur. 201. 202.
Iuramentum promiſſorium ad duo iurantem tenet vinculatum. 253. 17.
Iuramentum promiſſorium à iure Canonico accepit vim producendi obligationem efficacem ad agendum, & excipiendum: intellige quatuor concurrentibus: & quæ ſint. 15.1. 3. 4. 5. 6.
Iuramentum promiſſorium dicitur falſum ex defe-

defectu comitis veritatis. 22. 21.
Iuramentum promiſſorium duplici reſpectu veritatem continere debet. 22. 20.
Iuramentum promiſſorium eſt capax abſolutionis, & quare. 450. 7.
Iuramentum promiſſorium ex defectu iuſtitiæ ſui comitis fit inualidum: & iniquum nuncupatur. 24. 36. 37.
Iuramentum promiſſorium ex defectu iudicij dicitur temerarium, & redditur inualidum. 24. 33. 34.
Iuramentum promiſſorium, ideſt de futuro parit obligationem naturalem de iure ciuili ſecundum comm. 13. 29.
Iuramentum promiſſorium in iudiciali foro præſumitur præſtitum cum intentione adimplendi, nec creditur iuranti contrarium aſſerenti. 24. 32.
Iuramentum promiſſorium poteſt remitti ab homine priuato, cui præſtitum fuit. 34. 1.
Iuramentum promiſſorium quando obliget ad mortale: remiſſiue. 25. 39.
Iuramentum promiſſorium ſeu de futuro, an ſit modus inducendi obligationem de iure ciuili, ita vt actionem pariat. 8. 12. 32. & in fine quæſtionis.
Iuramentum promiſſorium, ſi non adimpletur, non ſemper inducit periuriũ, & mortale peccatum. 23. 24.
Iuramenti promiſſorij effectus eſt, vt excludat omnem contrauentionem etiam poſt obſeruatum contractum. 143. 55.
Iuramenti promiſſorij materia eſt de futuro, & proinde variari poteſt. 46. 9.
Iuramenti promiſſorii obligatio quæ, & qualis ſit, & qualiter ſe habeat in ipſo iuramento. 46. 7. 8. & 450. 6.
Iuramentum qualitercunque ſit præſtitum, ſeruandum eſt, dummodo alioqui ſit licitum. 573. 7.
Iuramentum qualiter diffiniatur. 7. 2.
Iuramentum quamuis dicatur habere vim clauſulæ derogatoriæ; tamen ipſum non tollitur per clauſulas derogatorias etiam ſpeciales, ſed debet nominatim exprimi. 226. 20. Limita, vt nu. 37.
Iuramentum quando dicatur eſſe dubium, an ſit ſeruandum, vel non: ſeu an licitum ſit, vel non. 57. 36.
Iuramentum quando nemini acquiſierit actionem, vel ius, vt ideo non ſit adhibenda citatio alicuius in eius abſolutione. 369. 96.
Iuramentum quoad animam quid operetur. 441. 14.
Iuramentum quoad eius exequutionem poteſt eſſe de foro laicali. 16. 11.
Iuramentum quo aſſeruit quis omnia in contractu geſta vera eſſe, tenet licet detegatur ſimulatio. 81. 11. & duplicem vim habet, ſcilicet aſſertorii, & promiſſorii. 450. 1.
Iuramentum, quod impeditiuum eſt alicuius boni ſupererogationis, non tenetur iurans ſeruare, immo peccauit iurando. 23. 26.
Iuramentum quod non alteret naturam actus, & iuxta eam reguletur, qualiter intelligatur. 539. 9. 11. 15. 17.
Iuramentum quod non firmet contractum nullum, ſed imprimat ſolum in perſona, magnus eſt effectus propter ſucceſſorem. 547. 26.
Iuramentum quod tendit in interitum ſalutis æternæ, ac item corporalis non eſt obligatorium, & quando ſit tale. 50. 15. 20. 21. 23. 24.
Iuramentum recipit interpretationem ſecundum ſubiectam materiam. 539. 5.
Iuramentum redditur inualidum ex eadem cauſa, ex qua inualidus eſt actus cui hæret. 470. 45.
Iuramentum remittit quilibet, cuius ius læditur principaliter. 112. 56.
Iuramentum repræſentat minorem maiorem & ſupplet omnem defectum Decreti, & alterius ſolemnitatis iuris poſitiui. 500. 11.
Iuramentum requirit tres comites ad validitatem, ſcilicet veritatem, iudicium, iuſtitiam, & ſine illis dicitur potius periurium: & quando & qualiter id intelligendum ſit: & qua ratione ex illorum defectu reddatur falſum. 18. 2. & pag. 10. 11. 12. 14. 15. 16. & 490. 1. & 502. 20.
Iuramentum ſanctum, & inuiolabile etiam apud antiquiſſimas nationes ſemper fuit. 8. 11. & 201. 198.
Iuramentum ſemel extinctum non reuiuiſcit. 1. 3. 25.
Iuramentum ſi à parte remittitur, & relaxatur, etiam à Deo relaxatur. 54. 7.
Iuramentum ſemper addit diſpoſitioni cui apponitur, & facit valere actum omni modo poſſibili, qui alias non valuiſſet. 540. 10. 16.
Iuramentum ſimulatum dicitur eſſe ſine ſpiritu ob defectum conſenſus. 98. 86. & eſt nullũ. 176. 108.
Iuramentum ſi vnum eſt, ſed relatum ad plura capita in inſtrumento contenta, an ſufficiat abſolutio petita ſimpliciter à iuramento non expreſſis nominatim illis capitibus. 235. 49.
Iuramentum ſuperiori præſtitum intelligitur in ſpectantibus ad officium, ſeu dignitatem. 114. 15.

Iura-

Iuramentum ſupplet defectum ætatis, quia facit minorem cenſeri maiorem. 19.2.
Iuramentum ſuſtinet actus nullos de iure ciuili, quia attenditur ius canonicum. 16. 7. Amplia, vt nu.8.9. Etiam ſi expreſſe reprobatum eſſet à iure ciuili, & non eſſet fine cau ſa relaxandum. 18.5.& 547.19.
Iuramentum temerarium quando obligatorium ſit. 557.58.
Iuramentum temerarium dicitur, cum vane, & nulla impellente neceſſitate præſtatur. 56. 31.
Iuramentum tendens ad excludendum opus de genere bonorum non eſt obligatorium. 492. 14. Declara, vt nu.15.
Iuramentum tendens ad excludendum opus ex charitatis lege, vel alioquin ex neceſſitate faciendum non eſt obligatorium, & non eget abſolutione. 492. 13.
Iuramentum tendens ad excludendum opus indifferens ex charitate pro Deo, vel proximo faciendum, non eſt obligatorium, & abſolutione non eget. 493. 17.
Iuramentum Teſtatoris de non reuocando teſtamentum, nemini ius acquirit. 545.3.
Iuramentum valet, etiam quod notoria ſit turpitudo ex parte recipientis. 313. 19. 20. 23. 40.
Iuramentum vano metu præſtitum indubie eſt obligatorium. 480.91.
Iuramentum vbi concernit tantum pietatem, & honorem Dei, nemo ſine cauſa, niſi ſolus Deus diſpenſat. 59. 44.
Iuramentum vbi confirmat contractum, impedit ſoluti repetitionem etiam quoad hæredem. 303.24.30. 31.33.35.
Iuramentum vt iuranti præiudicet, non eſt neceſſaria ſpecifica ſcientia eius, in quo ſibi iuramentum præiudicat: Sed ſufficit ipſum eſſe informatum ſuper quo actu iurat. pag. 40.16.
Iuramenti vis atque virtus variationem recipere nequierunt. 202. 205.
Iuramenti virtus, & efficacia ſaltem notificanda eſt minori, vt ſibi iuramentum præiudicare habeat. 41. 12.
Iuramenti finis eſt veritas. 20. 13.
Iuramenti obſeruantia eſt de iure naturali diuino, & in præcepto. 477. 81. & 118.4.
Iuramenti etymologia. 7.3.
Iuramenti cognitio ad Eccleſiæ examen, & iudiciū pertinet; non ad forū ſeculare, 138.8.9.
Iuramenti ad exequutionem, atque obſeruantiam quibus quotue modis agatur, remiſſiue. pag. 16.13.
Iuramenti ſine periurii cauſa an, quando, & quomodo diſtuti valeat coram Iudice laico. 428. 77.
Iuramenti vinculum debilius eſt vinculo voti. 52. 10. 14.
Iuramenti vinculo quem nobis obligatum eſſe vtile eſt. 179 11.& 363.67.
Iuramenti fauor peræque eſt vt obſeruetur ſi licitum, atque vt non obſeruetur ſi illicitum eſt. 174 49.
Iuramenti remiſſio poteſt fieri Domino abſenti, & ignoranti 127. 9.
Iuramenti expreſſio, ac reuocatio an fieri poſſit per clauſulas aliquas derogatorias, vel ſit neceſſaria ſpecialis mentio iuramenti: remiſſiue. 546.13.
Iuramenti taciturnitas inducit ſurreptionem in moratoriæ impetratione. 162.35.
Iuramenti iam præſtiti relatio, ſeu mentio, non ſupplet pro ipſo iuramento, nec facit cenſeri illud eſſe repetitum. 140. 44. Limita, vt nu. 47. 48.
Iuramento eadem ineſt conditio, quæ ineſt actui cui adijcitur. 470.44.
Iuramento ineſt conditio ſi res in eodem ſtatu permanſerit. 114. 14.
Iuramento ligatus non dicitur ex hoc in peccato eſſe. 441. 19.
Iuramento quod ſine peccato ſeruari poteſt, ſolum per viam abſolutionis contrauenire poteſt. 161. 29. 47.
Iuramenta, ac item vota perſonalia impuberum filiorum parentes irritare poſſunt. 105. 1.
Iuramenta extraiudicialia tam ſub aſſertorio, quam ſub promiſſorio iuramento continentur: & quæ illa ſint. 4.7.8.9.
Iuramenta filiorum, & vxorum qualiter dicantur relaxari à parentibus, vel maritis. 112. 7.
Iuramenta illicita qualia, & quanta ſint peccata: remiſſiue. 57. 33.
Iuramenta iudicialia tam ſub aſſertorio, quam ſub promiſſorio iuramento continentur: & quæ ea ſint 4 6 8.10.
Iuramenta multa tollit Papa pro libitu ſine alia cauſa. 112. 4.
Iuramenta, quibus præcluditur via veniendi contra obligationem, plura ſunt. 722. 1.
Iuramenta regulariter ſunt obſeruanda. 442. 16. Extende vt nu. 7.
Iuramenta, quæ non ſunt de materia à ſolo Papa diſpenſabili, ab Epiſcopo diſpenſari poſſunt. 52.12.
Iurandi forma, & actus dicitur eſſe de ſubſtantia. 140.46.

Digitized by Google

Iurare an, & pro qua re permiſſum ſit in diebus feſtis. 572.1.

Iurare per creaturas an licitum ſit, & an iuramentum ſic præſtitum valeat. 573. 6.9.

Iurare quid ſit: & quid iuramentum.7.1.

Iurare verbaliter quis cogi nequit. 485.5.

Iurans etiam per metum præſumitur habuiſſe animum iurandi verè, ſeu ſe obligandi. 465.11. & 470. 50.

Iurans illicite, & temere, licet non ligetur iuramento; debet tamen pænitentiam agere de illicita iuratione. 120. 20.

Iurans ſine intentione ſe obligandi, ſeu vere iurandi, contrauueniendo non peccat; quia iuramentum non obligat.466.21.26.

Iurans propter metum ficte, & ſine animo ſe obligandi, an, quantum, & qui peccet. 466. 20.

Iurans per metum ab alio quam à recipiente incuſſum, actione quod metus cauſa aduerſum illum pro intereſſe experiri poteſt.479.86.

Iurans per ſimulationem an audiatur allegans ſimulationem, etiam non petita abſolutione ab illo iuramento: remiſſiue.453.20.

Iurans qui contraxit & iuramento ſe obligauit extra ſuam Diœceſim, à quo Epiſcopo abſolutionem habere debeat. 101. 13. 18.

Iurans quid de ſe bonum, ſed tamen impeditiuum maioris boni, non fit periurus, nec peccat contrauueniendo ex cauſa illius maioris boni. 23. 28.

Iurans qui ſuperiorem non habet, ſi iuramentũ eſt diſpenſabile, ſe ipſum diſpenſare poteſt. 108. 7.

Iurans ſe adimpleturum in genere voluntatem alterius an ligetur, vel peccet ſic iurando: remiſſiue. 23.29.

Iurans ſe facturum homicidium, vel aliud illicitum non eſt periurus, non adimplendo, ſed peccauit iurando. 23.25.

Iurans ſi timet proteſtari de metu ſibi illato, & de ſua intentione, quid agendum. 468.31.

Iurans ſiue debitor non poteſt excipere contra creditorem de turpitudine iuramenti ex parte ipſius Creditoris, & euadere ex hoc obſeruantiam iuramenti. 95. 73.

Iurans ſi ſoluit poſt incurſum periurium ex lapſu termini, an habeat ius ad repetendum. 96. 75.

Iurans ſoluere vſuras, ſi ſoluit, non impeditur repetere ob iuramentum. 410. 10.

Iuriſdictio Iudicis non eſt ſuſpenſa ſimpliciter, tempore feriarum; ſed ſolum quoad ea quæ requirunt iudicialem ſtrepitum.394.20.

Iuriſdictio Iudicis Eccleſiaſtici eſt amplior, & pinguior iuriſdictione Iudicis ſecularis. 272.38.

Iuriſdictionem temporalem quandoque Eccleſiam in laicos exercere eſt iuri conſonum. 283.19. & 288. 44.

Iuriſdictionem Eccleſiaſticam turbantes in cognitione cauſæ temporalis inter laicos incidunt in Bullam Cœnæ Domini. 276. 58. & extende vt ibi.

Ius Canonicum à iure ciuili non recedit, niſi vbi reperitur peccatum. 208. 237.

Ius Canonicum circa obſeruantiam iuramenti non correxit ius ciuile, ſed plus illo quanta ſit vis & virtus iuramenti declarauit. 201. 203.

Ius Canonicum finem omnium iurium amplectitur perficitq. 208. 236.

Ius Canonicum, & etiam ciuile ob religionem iuramenti non curant de damno, & intereſſe temporali minorum, vel mulierum. 532.8.

Ius Canonicum nihil cum peccato conſtituit, etiam quoad forum contentioſum. pag. 529. col. 2.

Ius Canonicum tendit ad augendum vires iuramenti non minuendum. 503. 28.

Iuris Canonici finis, & ſcopus qui ſit.8.10.

Ius ciuile à Iuſtiniano Imperatore conditum, vt cenſendum. 209.243.244.

Ius ciuile in vniuerſum tam digeſtorum, quam Codicis, quam Auth. Iuſtiniani eſſe cenſendum eſt. 209. 245.

Ius ciuile circa obſeruantiam iuramenti non diſſentit à iure Diuino, & Canonico. 202. 207.

Ius ciuile, & Canonicum inuicem aduerſari nequeunt in his, quæ ad religionem ſpectant, quatenus eſt virtus moralis. 208. 238.

Ius ciuile, nihil quod religioni aduerſetur ſtatuere poteſt, etiam quatenus naturali tantum ratione ducitur, & mouetur, quatenus religio virtus moralis eſt.206.224.230.231.239. & pag.208.nu.239.

Ius ciuile non attenditur, ſed ius Canonicum in materia iuramenti. 16.10. & 524.1.

Ius ciuile nonnulla ſtatuit cum peccato, in quibus deuiat à iure Canonico, & quando, & in quibus, 204.214.220 221. Et in his etiam boni, & æqui rationem habet iuxta ſuum finem. 205. 222.

Ius commune difficilius tollitur, quam ius ſpeciale. 508.7.

Ius diuinum an, & quando à poteſtate ſeculari diſtingui, declarari, vel interpretari valeat, 164.42. & 170.69 70.

Ius diuinum ſibi ipſi derogans quando, & qualiter

liter id faciat. pag. 528. col. 2.
Ius ad vacatura beneficia Papa ſolus concedit. 211. 262.
Ius alicui acquiſitum ei non eſt auferendum. 276. 56.
Ius ex periurio quæſitum ex l ſi quis maior. C. de tranſact. cenſetur ſublatum per abſolutionem à iuramento, & periurio à Papa conceſſam, & quando. 431.2. Amplia vt pag. 432. 3. 8. 10.15.
Ius intactum ſeruare melius eſt, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. 125.17.
Ius publicum pactis, & iuramentis priuatorum remitti non poteſt. 177. 110.
Ius ſibi ipſi quis dicere poteſt deficiente ſuperiore. 108 8.
Ius ſuum nemini ſine facto ſuo auferri debet. 477. 80.
Ius vnum per alterum ſuppletur. 499.9.
Iuri quod ignorat, nemo renunciare præſumitur. 508. 8.
Iuſtitia an, & quomodo ineſſe dicatur iuramento aſſertorio. 19 10.
Iuſtitia proprius intimuſq. iuramenti promiſſorij Comes dicitur. 24.35.
Iuſſus ex ſe neceſſitatem importat. 181.126.

L

LAEſio enormis ſeu enormiſſima, quando dicatur 506.1.
Læſio enormiſſima doli præſumptionem inducit. 508. 13.
Læſio conſiderari non poteſt in iuramento quo ad ſe. 504. 25.
Læſio nimia & exceſſiua inducit præſumptionem iuſti metus. 484.115.Item inducit præſumptionem machinationis, doli, & coactionis, ibidem.
Læſio non cadit, nec conſideratur in ſpiritualibus. 39. 5.
Legatus D. Papæ an abſoluere poſſit à iuramento, quod fit · & plura de illius poteſtate. 67. 13.
Legitimationis filiorum effectus non tollitur, nec impeditur per ſuperuenientiam filiorum ex matrimonio poſtea contracto ſuſceptorũ & de ratione. 297. 4. & 322.18.
Lex adigere ff. de iurepatr. circa iuramentum declaratur. 121.74.
Lex an edita dicatur in fauorem iuris publici, vel priuati principaliter, vt ſciatur an ei renunciari poſſit, quid ſit attendendum: 177. nu. 11.& 187.nn. 145.146.
Lex ciuilis ſtatuere poteſt circa iuramentum, ne illud ad illicita trahatur. 12.24.
Lex ciuilis iuramenta tantum illicita reprobat. 179. 116.
Lex ciuilis tolli poteſt à Papa ratione peccati etiam reſpectu ſibi non temporaliter ſubditi, & in omni foro. 435.18.
Lex ciuilis, ſeu Princeps ſecularis quod habeat vim Apoſtolici, ideſt Papæ in remittendo iuramentum quando, & quomodo procedat. 167.62.72.248.269. & 211.250.251.
Lex ciuilis an,& quatenus de iuramento diſponere poſſit. 167.61. Et quando illud reiiciat, vel non. 195.171.cum ſeq. & maxime.188. & ſeq.
Leges ciuiles inutiliter in materia iuramenti allegantur. 15.12. Et ſecundum vnam opinionem non valent, & quomodo ſint intelligendæ, vt ſuſtineantur. 167.60.73.
Lex debet eſſe de dubitabili. 200.191.
Lex dicitur inuentio quædam, & donum Dei Item humanarum, & diuinarum rerum Regina. 203.210.
Lex Epiſcopale. C. de Epiſc. aud. declaratur. 288.48. 50.
Lex eſt ſanctio ſancta præcipiens honeſta, prohibens contraria. 204. 213.
L.ſi.ff. qui ſat. cog. quoad diſpoſitionem de iuramento declaratur. 175.98.& 540.13.
Lex ſi.C. de non nume. pec. circa iuramentum declaratur. pag.175.101. & 540.12.
Lex fin. C. qui & aduer. quos declaratur. 482. 100.
Lex fin.C.de pact. Declaratur. 555.55.
L. ſi. ff. ad muni, & de inco. quoad iuramenti remiſſ. Declaratur. 172. 88.
Lex fundata ſuper æquitate ciuili, ſeu quæ eſt de moribus ciuilibus conſeruandis, variabilis ac diſpenſabilis eſt. 177. 4.
Lex imperialis de rebus pertinentibus ad Eccleſiam, & ius canonicum non valet, etiam ſi non contradicit canonibus. 163. 38.
Leges etiam Imperiales Eccleſiæ præiudiciales inualidæ ſunt: remiſſiue. 289. 55.
Lex indiſtincte loquens indiſtincte intelligi debet. 400. 42.
Lex inuigilat, vt tollat impedimenta libertatis 12. 25.
L. iuriſgen. §. ſi paciſcar, ff. de pact. quoad remiſſionem iuramenti, declaratur. 173 91 127.
Legis Iuliæ beneficium, ſiue prohibitio an tollatur per conſenſum poſt biennium iteratum. 185. 137.
Lex miles. § ſexaginta: ff.de adult. declaratur. 399. 38. 41.

L. con

L. non dubium. C. de legibus quatenus pœnalis eſt declaratur. 188. 151. cum alijs numer. ſequent.

L. non dubium. C. de legibus, quoad annullationem iuramenti declaratur, & oſtenditur verus illius legis intellectus. 176. 109.

L. non dubium. C. de legi. peculiariter ius ciuile Iuſtiniani eſſe dicenda eſt. 210 247.

L. non dubium. C. de legi. peculiariter nihil iuri Diuino, & Canonico aduerſari cenſenda eſt. 210 246.

Lex non poteſt impedire obligationem quærendam Deo. 297. 6.

Lex ordinarii, C. de rei vendica. & l. minor 25. an. in fine princ. ff. de euict. declarantur. 269. 20.

Lex pœnalis quæ proprie dicatur, ſeu qualiter definiatur: remiſſiue. 189 154.

Lex propter iuramentum adiectum contractui à ſe prohibito cenſetur auferre ſuam prohibitionem ab ipſo, & nolle eam amplius redire: 297. 5. 7.

L. 1 C. de ferijs, declaratur, 400. 43.

L. 1. C. ſi aduer vendi. intellectus. 180. 121.

L. 1. §. inde quæritur: ff. de no. op. nun. declaratur. 181. 125.

Lex 1. § quæ onerandæ: ff. quarum rerum act. non det. declaratur. 482. 104.

Lex quæcunque ſuper æquitate ſaltem ciuili fundata eſt. 577. 3.

L. quæ ſub conditione: ff. de condi. inſti. circa remiſſionem iuramenti, declaratur. 174. 95.

Lex quare prohibere potuerit iuramentum adijciendum actui à lege verito cauſa tuendi iuris publici, non autem priuati 187. 147.

L. 2. C. ad leg. Iul. Maieſt. vbi periurium non imputatur, declaratur. 197. 179.

L. 2. C. de reb. cred. & iureiuran. dum periurij vindictam Deo relinquit, declaratur. 196. 175.

Lex ſemper loquitur. 297. 4.

Lex, ſeu poteſtas ſecularis an poſſit iuramenti virtutem impedire quantum ad actum à ſe prohibitum ne imprimat ſaltem in eo virtutem ſuam, quod non. 168. 65. 66. latius num. 67. remiſſiue infra.

L. ſi ex falſis. C. de tranſact. quod attinet ad remiſſionem iuramenti declaratur. 179. 118.

L. ſi quis inquilinos. §. ſi. ff. de leg. 1. quoad remiſſionem iuramenti, declaratur. 173. 94.

Lex ſi quis maior. C. de tranſact. quoad pœnam contrauenientis iuramento, locum habet non ſolum in tranſactione, ſed in omni contractu. 144. 61. Item locum habet tam in actore, quam in reo. 144. 62.

Item incurritur illius pœna ex eo ſolo, quod quis eſt in mora non ſeruando. 144. 63.

Item locum habet etiam de iure Canonico, & in terris Eccleſiæ. 144. 64.

Lex ſi quis maior. C. de tranſact. vt locum habeat eius pœna, requirit vt contrauentio fuerit ſine vlla coactione, vel metu. 145. 66.

Item in dubio facienda eſt interpretatio vt non ſit locus eius pœnali diſpoſitioni. 145. 67.

Lex ſi quis pro eo: ff. de fideiuſſor. expenditur, 9. 13.

Lex ſiue Canon apprime conuenire debet titulo, ſeu rubricæ, in qua collocatur. 348. 37.

L. ſi vnus, §. pacta quæ turpem: ff. de pact. declaratur. 182. 129.

Lex ſtipulatio hoc modo: ff. de verb. obli. declaratur. 548 22.

Lex vna per aliam declarationem recipit, ſeu prior ex poſteriore, ſeu è contra. 10. 15. & 179. 119.

Legis auxilium fruſtra implorat qui in legem committit. 94. 6. & 408. 2.

Legis permiſſio atque auctoritas iuſtam cauſam præbet abſolutionem à iuramento obtinendi. 559. 64.

Legis Procurator, qui pro euictione: ff. de Procur. intellectus. 115. 20.

Leges C. de ſacroſan. Eccl. & ſimiles non valent 163. 39.

Legis tranſgreſſor quando peccet mortaliter. 173. 93. 112. 130.

Legis naturæ repugnat, vt aliquid ſtatuat religioni contrarium. 207. 230.

Lege tota non perſpecta iudicare periculoſum eſt. 400. 40.

Legem in fauorem publici iuris, & vtilitatis conditam tranſgrediens mortaliter peccat. 177. 112 130.

Leges quæ contrariæ ſibi inuicem eſſe videntur quomodo concordari debeant. 181. 124.

Leges ſacratiſſimæ nuncupantur. 203. 209.

Leges ſeculares pœnam imponunt non obſeruanti iuramen. in cauſa priuata, & quam. 195. 172. 185.

Leges ſicuti Canones ex diuino fonte emanarunt, & de cælo per ora Principum promulgatæ fuerunt. 203. 208.

Legum auctoritate diuinæ, & humanæ res bene diſpoſitæ ſunt. 204. 212.

Libellus an in ferijs Dei offerri poſſit Iudici, 395. 25. 37. 52.

Libellus & petitio quando ſeu qualiter pro eodem ſumatur. 381. 18.

Libel-

Libellus idem eſſe vel diuerſus ſiue vnus, vel plures, vna & eadem petitio vel plures quando dicantur. 381. 19.
Libellus in quo peto me reſtitui ad tempus, & me reſtituto, ex nunc prout ex tunc peto me declarari dominum, & rem mihi reſtitui, procedit. 384.34.
Libellus offerri poteſt Iudici, non etiam parti in ferijs Dei, & quare. 399. 39.
Libellus qualiter ſit formandus vbi coram Iudice Eccleſiaſtico agitur pro obſeruantia contractus vigore iuramenti. 288. 47.
Libellus ſecundum duplicem acceptionem conſiderari poteſt. 381.17.
Libertatis gratia a iure quoque canonico conceſſa ſunt quædam, alioqui eo iure prohibita. 11. 23.
Liberari quis poteſt inuitus, multo magis abſens. 127.10.
Libertus iuramento obligatur ad præſtationem operarum: & quare. 12. 27.
Libertas res eſt inæſtimabilis. 12.10.
Libertatis fauore multa introducta ſunt à iure ciuili. 12.21.
Libertatis datio dicitur actus pius. 12.22.
Litis pendentia ſuper abſolutione à iuramento an habeat retardare proceſſum, ſiue exequutionem Iudicis laici ſuper contractu. 310. 47. 51.57.
Loqui quis cogi præciſe non poteſt: quod exemplis oſtenditur, & ratione. 485. 6. 8.

M

MAiores ex cauſa læſionis citra dimidiam non habent remedium reſtitutionis in integrum, etiam ſi non iurauerint in contractu. 512.30.
Malum facere videtur, qui non ſtudet ad bonū. 172. 84.
Mandati fines non ſunt prætereundi. 268. 16.
Mandatum ſpeciale requiritur in reſtitutione in integrum per Procuratorem obtinenda. 319. 29.
Mandatum ſpeciale requiritur in abſolutione à iuramento obtinenda per Procuratorem. Supplet tamen poſtea ratificatio abſoluti. 329. 27. 31.
Mandatum ſpeciale neceſſarium eſſet in abſolutione excommunicationis per Procuratorem obtinenda. 329. 28.
Maritus vxoris iuramentum recipere cenſetur in alienatione rei dotalis. 475.67.69.
Mariti irritare poſſunt iuramenta vxorum. 106, 2. Declara, vt nu. 3.
Matrimonium contractum contra iuramentum de non contrahendo cum alia valet. 545.9.
Matrimonium ex metu cadente in virum conſtantem nullum eſt ipſo iure. 470.42. An iuramento validetur, quod non, ibi num. 43.
Matrimonij cauſa an, & quando coram Iudice laico cognoſci poſſit. 429. 79.
Matrimonij vtilitas, quæ & quanta ſit. 172. 77.
Matrimonium impediens grauiter peccat, & quare. 171.78.
Matrimonia impediens Remp. lædit plus, quam ſi eius pecunias diriperet. 172.80.
Matrimonijs reſiſtens vniuerſo iuri contrarium eſt. 171. 75.
Mentio iuramentorum omnium in contractu adiectorum facienda eſt in impetratione abſolutionis à iuramento. 222. 2. Amplia, vt 223. 10. & 224. 14.
Metus antea in iuramento incuſſus non purgatur per actum voluntarium, & ex interuallo ſubſequutum. 471.52.
Metus non eſt contrarius conſenſui, vel voluntati, ſed libertati. 464.7.
Metus, cauſa ipſius durante, non purgatur ex iurata ratificatione, vel alio actu ſponte, & ex interuallo ſubſequuto. 471. 51.
Metus cauſa durante, parum refert an actus fiat in præſentia, vel abſentia illum inferentis. 484. 116.
Metus coactionis, & incuſſus idem. 463. 1.
Metus illatus in contractu præſumitur illatus in iuramento illi adiecto. 469. 37.
Metus iuſtus ex quibus incutiatur. 463. 4.
Metus iuſtus qualiter, & ex quibus probetur: remiſſiue. 464.5.
Metus iuſtus qui dicatur. 463. 3.
Metus an, & quando purgetur iuramento. 470. 47. 49. 51.
Metus cauſa quod fit non eſt ipſo iure nullum, ſed competit actio ad reſcindendum. 474. 64.
Metum paſſo ſubuenitur etiam contra eum, qui metum non intulit. 473. 57.
Metum quoque reuerentialem paſſo ſubuenitur. 481. 96. Intellige vt nu. 104. & 110.
Metus Reuerentialis, & præſumptus idem. 463. 2.
Metus Reuerentialis qui dicatur, ſeu quando, & ex quibus incutiatur. 481. 95.
Metus Reuerentialis an, & quando ſit iuſta cauſa obtinendi excuſationem, ſeu reſtitutionem: ac item à iuramento abſolutionem. 483. 108.109. 110.
Metus vanus qui, & qualis. 480.90.

Minori ex qua cauſa competat reſtitutio aduerſus contractum iuratum, iuxta terminos, auth. Sacram. pub.C.ſi adu. vendi. 239.7.
Minor ætas non eſt cauſa ſufficiens obtinendi abſolutionem à iuramento. 504. 23. Amplia vt nu.14.& num.29.
Minor in ſpiritualibus non auditur. 39. 6. & 504.27.
Minor ſeu maſculus ſeu foemina, in quoto ſuæ ætatis anno ligetur iuramento egeatque abſolutione,vel non. 498. r.
Minor obligatur obligatione legali, & ſtatutaria. 309. 44.
Minor petens ſe reſtitui propter appellationem omiſſam, quid probare habeat. 238.6.
Minor præſumitur ignorare ius. 508. 9.
Minoris alienatio etiam ſine ſolemnitate cum iuramento,& traditione transfert Dominium in acquirentem. 516 23.
Minores ex cauſa læſionis citra dimidiam, ſi non interceſſit iuramentum, habent beneficium reſtitutionis in integrum. 511. 31.
Miſtura perſonæ inhabilis cum habili vitiat actum. 82.16.
Modicum an ſit curandum. 365.74.75.
Monopolia ſi contineant ſtatuta etiam iurata, non ligant ſtatuentes. 178. 115.
Mora ex ſola interpellatione quando committatur, ſeu quando interpellatione opus ſit ad inducendam moram. 411. 18.
Moratoria aperit viam periurio. 161.27.
Moratoria minuit creditum, ſeu ius creditoris quoad tempus. 158.3. 58.
Moratoria præiudicat iuramento eneruando eius virtutem. 162.34.
Moratoria ſine fideiuſſione de ſoluendo in ſine illius dari non debet.166.55.
Moratoriam inferior principe concedere nequit etiam ſi non adeſt in debito iuramentũ. 158. 1.
Moratoriam petens videtur conſiteri,& approbare debitum, & ſententiam contra ſe latam. 166. 56.
Moratoriæ odioſæ, & reſtringendæ. 166. 59.
Moratorias concedit Papa tam clericis,quam laicis in debitis iuratis. 159. 9. Amplia vt nu. 10.
Moratorias in debitis iuratis an concedant de iure Imperator, & alij Domini iura Imperialia habentes. 159.13. Quod non, à num. 24. & ſeq. & num. 252. 265. 277. Limita, vt num.281.tempera limit. vt num. 289.
Moratoriarum conceſſio in debitis iuramento vallatis diminutionem iuriſdictioni dominorum ſecularium afferre poteſt, & qualiter 217. 278.
Moribus bonis quid obulare quando dicatur ſeu de iure canonico ſeu ciuili. pag.530. col.2.
Mors iurantis idem operatur, quoad hęredem, quod operata eſſet abſolutio à iuramento in ipſo iurante. 305. 28. & 515.16.18.
Mors omnia ſoluit. 549. 25.
Motu proprio intelligitur facta abſolutio, ſiue quæuis alia conceſſio, etiam quod præceſſerit petitio Partis, ſi Princeps afferat ſe motu proprio eam feciſſe. 233. 41.
Motu proprio ſe proceſſiſſe ſi afferat Princeps, non admittitur probatio in contrarium. 233. 42.
Motus proprius Principis extinguit ſurreptionem. 234.43. Amplia, vt nu.44.

N

NAturæ præceptum eſt, quodcunque volumus vt faciant nobis homines,eadem illis nos faciamus; & è contra. 175.105.
Nomina debent eſſe conſona rebus. 211. 149.
Non entis nullæ ſunt partes, vel qualitates. 21. 19. & 570 5.
Non eſſe, & non apparere quod eſt, paria ſunt. 124.12.
Notorium non indiget abſolutione. 542. 16.
Nullitas actus à lege inducta quando ſit pœniſ dicenda: Et quando non. 189.155.156.159.
Nullitas contractus ſeu prohibitio legis non eſt ſufficiens cauſa obtinendi abſolutionem à iuramento. 536.25.
Nullum ſi quod eſt rumpi non poteſt, 339. 11. & 570.6.

O

OBediri cui magis debeat ex duobus vel pluribus ſuperioribus eodem tempore iubentibus. 216.273.
Obligans ſe quis quocunque modo, large contrahere cenſetur. 499. 8.
Obligare nemo poteſt alium in ſpiritualibus ſine expreſſo conſenſu ipſius. 514. 5.
Obligari diuerſimode quis poteſt ex iuramento, 242.11.
Obligatio ad formam Cam. vnde priuilegium paratæ exequutionis ſortiatur. 248. 16.
Obligatio dandi propter difficultatem non minuitur.569.34.
Obligatio etiam primaria ex promiſſione metu facta acquiritur parti. 405.5.
Obligatio ex iuramento de vſuris ſoluendis directe,

recte, & principaliter acquiritur parti, ſeu ſaltem ſecundario. 405. 9. 11.

Obligatio ex promiſſione vſurarum nulla acquiritur parti. 405. 7. 10.

Obligatio ex toto tolli per abſolutionem à iuramento quando dicatur. 336. 2. 3.

Obligatio in iudicio contracta habet exequutionem paratam ex calore iudicij, vt iudicialis confeſſio. 248. 14.

Obligatio iuramentalis vtilis eſt Parti ob multos effectus. 363.68.

Obligatio naturalis ex iuramento inducta efficax eſſet ad agendum etiam de iure ciuili vbi iuramentum naturali obligationi adiectum eſſet. 14.31.

Obligatio nulla oritur inter teſtatorem, & hæredem inſtitutum, quæ habeat confirmari iuramento teſtatoris. 545.2.

Obligatio primaria ex iuramento acquiritur Deo. 34.3. & 162.31.

Obligatio principalis ſi corruit, acceſſoria quoque corruit. 9.14.

Obligatio prorogata remanet eadem, & idem iuris cenſendum eſt de ea. 138.37.40.

Obligatio, quæ Deo acquiritur ex iuramento homini præſtito, intelligitur habere in ſe conditionem, ſi parti placuerit. 34.9.

Obligatio ſpiritualis non tranſmittitur in hæredes. 514.6.

Obligationibus pluribus aliquem ſibi obligatũ eſſe vtile cuique eſt. 129.12.

Obligatus ad ſummam ſoluendam in pluribus terminis ex lapſu vnius termini non conſtituitur in mora. 412.22.

Obligatus ex quacunque obligatione non tenetur, & excuſatur propter iuſtam cauſam, ſeu impedimentum. 175. 100.

Obſeruantia iuramenti eſt mixti fori: & ideo eſt in optione actoris vtrum coram Iudice laico, vel Eccleſiaſtico eam petere velit. 90. 55.

Pro obſeruantia iuramenti eiuſque validitate in dubio tenendum eſt. 574.12.

Odio alterius grauari nemo debet. 476.75.

Officium competens Epiſcopo in tota Diœceſi competere poteſt Prælato inferiori intra illam commoranti pro parte eiuſdem Diœceſis. 73.31.

Opinio illa eligenda eſt, ex qua periculum animæ vitatur. 557.57.

Opinio vnius Doctoris exigui, & deterioris melior eſſe poteſt opinione multorum, & maiorum. 194. 170.

Oppoſitum operatur in oppoſito idem, quod propoſitum in propoſito. 253.22.

P

PActa ſeruari debent. 344.28.

Pacta à lege reprobata, & pro illicitis habita quænam dicantur. 182. 128. & ſeq.

Pactum de ſuccedendo, ſeu de hærede quem faciendo non valet. 545. 4.

An firmetur iuramento, quod non, num. 31.44. & pag. 577.5.

An & qualiter dicatur eſſe contra bonos mores. pag. 545. num. 20.23 24. 27.32.36. verius, nu. 45 46.52. & pag. 553.48.

Pactum de ſuccedendo inducit votum captandæ mortis; & ideo odioſum, & improbabile iure ciuili, & Canonico, 553. 46.48.

Pactum de ſuccedendo qua ratione reddatur turpe, & illicitum. 554.50.

Pactum de ſuccedendo an per ſtatutum permitti, & ſuſtineri valeat, quod non. 556.55.

Pactum legis commiſſoriæ de iure ciuili reprobatur, ſed iuramento ſuſtinetur de iure Canonico: & opus eſt abſolutione ad contraueniendum. 577.7.

Papa abſoluere poteſt ſe ipſum à ſuo iuramento ex cauſa. 108.4. Amplia, vt nu.9.

Papa Dei Vices gerit in terra. 51.2.

Papa in terris ſibi immediate non ſubditis, non poteſt tollere ius ciuile in foro ſeculari non continens peccatum: ſed ſolum quoad forum ſuum Eccleſiaſticum. 434.11.

Papa iudicare poteſt in cauſa propria. 108.5.

Papa liberam, & plenariam diſpoſitionem habet in beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcunque. 213 258.

Papa maior eſt omnibus Eccleſiarum Prælatis, etiam ſimul iunctis. 51. 1.

Papa non ſubditis ſibi temporaliter tollere non poteſt ius quæſitum etiam per ius Canonicũ, etiam cum cauſa. 434. 13.

Papa non vtitur plenitudine poteſtatis contra non ſubditum. 61. 60.

Papa non poteſt abſque cauſa remittere obligationem Deo quæſitam. 59.45.

Papa non poteſt abſoluere ſine rationabili cauſa à iuramento ſuper rebus non ſpectantibus ad ipſum. 59. 49.

Papa non poteſt impedire obligationem quærendam Deo. 59.48.

Papa non poteſt commutare in melius iuramentum inuito eo cuius intereſt. 129. 13.

Papa non diſpenſat ſine cauſa in iuramento concernente principaliter commodum hominis: & quæ ſit iuſta cauſa. 60. nu. 56.57. & de ratione, nu 58.

Amplia, vt nu. 59. cum cauſa ſic. 158.8.
Papa obligatur iuramento. 107. 3.
papa poteſtatis plenitudine, ſeu poteſtate abſoluta non vtitur ſine cauſa 52.7.
papa præſumitur abſoluere ex iuſta cauſa quoad Eccleſiam militantem. 59.50.
papa quomodo committat alteri vt ipſum à iuramento abſoluat. 108. 6.
papa ratione iuramenti tollere poteſt contractus laicorum tollendo iuramentum. 434.16.
papa retinet habitu iuriſdictionem temporalem in toto orbe. & an, & quando illam actu exerceat. 287.41.43. remiſſiuè.
papa ſecundum abſolutam, & ſupremam poteſtatem dicitur omnis poſſe. 52.3.
papa ſolus abſolutionem dare poteſt à iuramento de re ſibi ſubiecta, ſiue ſuper iuribus ad eũ ſpectantibus interpoſito. 58.39.
Et in talibus pro libitu eam concedere poteſt etiam nulla exiſtente cauſa. 58. 40.
papa, hominis præiudicio ceſſante, in omni iuramento diſpenſat ex rationabili cauſa. 52. 9.
Papa ſolus diſpenſat iuramenta, quæ ſunt de materia votorum ab ipſo ſolo Papa diſpenſabilium. 52.11.
Papa tollere poteſt ex cauſa ius ſubditis quæſitum. 434. 12.
Papæ non poteſt dici cur ſic facis, nec quicquam ſibi opponi poteſt. 52.4.
Parentes irritare poſſunt iuramenta etiam realia filiorum ſuorum etiam puberum. 106.2.
Intellige, & declara, vt nu. 3.
Parentes filiorum matrimonia impedientes puniuntur de iure ciuili, & qualiter. 172.82.
Parentes filijs, & filiabus conditionem nubendi, ſeu vxorem ducendi quærere tenentur de iure ciuili. 172.83.
Paria ſunt agere contra formam, vel citra, ſeu præter. 387.14.
Parte inaudita nihil definiri debet in eius præiudicium. 363.6.
Pauli de Caſtro opinio de vnica abſolutione defenditur. 457. 9.
Paupertas excuſat à periurio. 219.288.
Peccatum eo dicitur grauius quo longius protenditur. 94.68. & 133.nu.10.& 441.10.
Peccatum etiam minimum nemo committere debet, vt alius euitet maius. 314.26.
Peccatorum abſolutio, ſicuti confeſſio, requirunt neceſſario præſentiam pænitentis, 326. 5 7.16.21.
Periurare non poteſt, qui non iurauit. 514. 7.
Periurium abolетur pœnitentia. 134. 18.
Declara, vt num. 19.
Periurium dicitur pœna legalis: & conſequenter non committitur ante diem. 95. 72.
Periurium euitatur ob id, quod in iuramento ſubintelligebatur ex conſueto more iurantium. 23.30.
Periurium euitatur ob auctoritatem ſuperioris relaxationem impendentis. 24.31.
Periurium ex auctoritate Principis ſecularis euitari nequit. 163 36.
Periurium ex iuramento metu præſtito an, & quando pro peccato mortali, vel veniali ſit puniendum. 465.12.14.18.
Periurium non imputatur, ſed excuſatur ex eiſdem illis cauſis, ex quibus impeditur contrahi mora. 147.77.
Periuriũ incurſum ex neceſſitate, vel difficultate non imputatur. 146.74. Intellige, vt n. 75.
Periurium incurſum ſine dolo, & malitia non imputatur. 146.73. Intellige, vt nu. 75.
Periurium licet repellat debitorem à petitione abſolutionis, non tamen repellit eum ab indebite ſoluti repetitione. 145. 69.
Periurium in iuramento litis deciſorio non præſumitur, nec de eo quæritur, & quare. 197. 177.
Periurium mortale ſemper incurritur ex iuramento promiſſorio emiſſo ſine intentione adimplendi, qualiſcunque & quantacunque ſit res iurata. 22.21.
Periurus puniri poteſt à Iudice laico tam iure ciuili, quam Canonico. 90.51.& 96.79.
Limita, vt nu. 80.
Periurium quando impediat abſolutionem à iuramento, traditur notabilis regula. 144. 59.
Periurus quando repellatur ab agendo, & quando non. 144.56.58.
Periurium quando ſit mortale, vel non: remiſſiuè. 25. 40.
Periurium toties committitur, quoties venitur contra iuramentum. 133.8.
Periuriũ apud Gẽtiles valde timebat. 206. 2. 8.
Periurij exceptio impedit proceſſum ad vlteriora. 418.7.
Periurij exceptio remitti poteſt: & non oppoſita cenſetur remiſſa. 423.39 & ſup. 141. 52.
Periurij exceptione, ac replicatione repelli quis poteſt quandocunque à proſequutione Iudicij. 418. 5.6.18.
Periurij pœnas, & qualiter contra periurium ſit procedendum, tam à Iudice Eccleſiaſtico, quam ſeculari, vide remiſſ. 435.20.
Periurio via non eſt aperienda. 124. 11. & 161. 28. & 479 87.
Periurus admittitur, & non repellitur parte non opponente. 423.38.

Periurus an repellatur ab agendo. 96. 76. 77. & 419. 9. 11. 12.
Periurus excipiendo auditur, & non repellitur. 134. nu. 15. Declara vt nu. 16.
Periurus in iuramento litis deciſorio quare non puniatur. 192. 176. cum duobus ſeq.
Periurus in iuramento promiſſorio punitur à lege, & qualiter. 195.172.185.
Periurus poſt poenitentiam peractam habetur perinde ac ſi non fuiſſet periurus. 134. 12.
Periurus an audiatur volens docere de ſimulatione: & quid ſi habuit abſolutionem ab eo iuramento. 420. 13. 14.
Et quid ſi fuit admiſſus, & eius probationes fuerint receptæ? nu. 15.
Perſij Ethnici Poetæ ſententia de vero vltimo fine, 208 241.
Perſonæ Electi in Regem, & ad Imperium promouendi examinatio pertinet ad ius, & auctoritatem Papæ. 61. 6.
Perſonam hæredis, & defuncti vnam, & eandem cenſeri quando & in quibus verum ſit. 514. 10.
Perſuaſio magna loco compulſionis, & coactionis habetur. 484. 113.
Item non eſt ſine ſuſpicione calliditatis, & doli: ibidem.
Petere quis non poteſt ante terminum. 412. 21.
Petitio abſolutionis à iuramento, & eius quod principaliter intenditur, an ſimul cumulari poſſint. 251. 2.
Petitio reſciſſionis contractus includitur in petitione reſtitutionis rei. 378. 5.
Petitiones plures plurium abſolutionum eſſe debent. 222. 2. Intellige, vt nu. 47.
Philoſophus quidam propter mortem ſuæ matris loqui amplius noluit. 485. 7.
Pluribus non eſt vtendum, vbi pauciora ſufficiunt. 254 85.
Plus ſi cui licet, etiam quod minus eſt licet. 90. 54.
Poena legis ſi quis maior: C. de tranſact. habet locum in hærede. 514. 11.
Poena mitiganda eſt vbi ex præſumptione ferenda eſt ſententia. 465. 13.
Poena quando, & quibus contra legis prohibitionem contrahentibus imponatur. 188. 152.
Poenitentia ex natura contractus competens, non eſt cauſa ſufficiens obtinendi abſolutionem à iuramento. 541. 18.
Poenitentia in quibus contractibus permiſſa ſit, & locum habeat. 536. 1.
Poſſeſſionem dare non poſſunt non habentes territorium. 281. 2.
Poſſeſſionem in realem immittere Imperij magis eſt, quam iuriſdictionis. 281. 3.
Poſſeſſionem in realem ſeu corporalem mittere poteſt Epiſcopus. 283. 18.
Poteſtas omnis etiam Principis ſecularis à Deo eſt, & qui ei reſiſtit, Deo reſiſtit. 160. 35.
Poteſtas Regia & ſacerdotalis penes vnum extitit ab Adamo vſque ad Samuelem. 28. 24. 25.
Poteſtas ſuprema, etiam ſuper Reges, remanſit penes ſummum Sacerdotem poſt diuiſionem Sacerdotalis Regiæq. poteſtatis. 284. 28.
Poteſtatis plenitudini nihil reſiſtit. 52. 9.
Practica eſt vera legum interpres. 327. 14.
Practica hodierna abſolutionis dandæ à iuramento deploratur, reprehenditurque, & quare. 127. 31.
Practica quædam execrabilior, quæ Brixiæ, & Veronæ quondam obſeruabatur. 127. 34.
Præceptum diuinum non eſt diſpenſabile. 45. 1.
Præceptum diuinum de iuramento obſeruando qualiter intelligendum. 46. 10.
Præceptum Iudicis excuſat ab incurſu periurii. 145. 70.
Præiudicium Domini temporalis ad effectum impediendi cognitionem Iudicis Eccleſiaſtici inter laicos non eſt conſiderabile. 275. 52. 54.
Præiudicium reparabile non eſt conſiderabile. 366. 81.
Præiudicij ſecundarij non habetur ratio in quibuſdam abſolutionibus à ſacra Pœnitentiaria conceſſis. 432. 5.
Prelatus an amiſſa, ſeu depoſita Prælatura adhuc remaneat ligatus iuramento, quo ſe in Prælatura obligauerat. 114. 17. 18.
Prælatus ſeu beneficiarius quatenus obligetur iuramento præſtito intuitu Eccleleſiæ. 519. 33.
Prælatis Epiſcopis inferioribus non competit de iure facultas abſoluendi à iuramento. 70. 1.
Item neque diſpenſandi in votis, num. 2.
Fallit in habentibus iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, nu. 4.
Præſentia ſola patris, mariti, vel ſimilis non facit præſumi metum. 481. 99. 100.
Præſumptio iuris, & de iure quando admittat probationem in contrarium 535. 19.
Præſumptio modica ſufficit ad elidendam præſumptionem ſpontaneæ ſolutionis. 478. 55.
Precarium ad certum tempus conſtitutum ſi eo tempore nondum elapſo prorogetur non inducitur nouum Precarium, ſed remanet idem 137. 31.
Preces importunæ, & nimia perſuaſio & ſolicitatio

tatio eius, cui debetur reuerentia, induunt iuſtum metum. 483.112.

Preces potentis, & ſæui hominis inducunt iuſtum metum. 483.111.

Princeps poteſt velle quod exprimenda habeantur pro expreſſis, & fingere expreſſum eſſe, quod non eſt expreſſum. 228. 27. & 229. 28.

Princeps ſæcularis circa ſpiritualia nihil poteſt. 161. 26.

Princeps ſæcularis dicitur Dei miniſter. 160. 17.

Princeps ſecularis diſpenſare non poteſt in iuramento, nec à periurij incurſu excuſare. 161.30.36.

Princeps ſecularis Eccleſiaſticam formam ſequi decet, non Eccleſiæ ſequendam formam præfigere. 289.54.

Princeps ſæcularis etiam ſupremus contra ius Canonicum diſpenſare nequit. 163.37.

Princeps ſecularis, ideſt Imperator, ius diuinũ diſtinguere, & interpretari poteſt, 160.16. Intellige, vt num.42.46. Et vide pag.527.& ſeq. & pag.529.

Princeps ſecularis quando ſtatuere poteſt circa iuramentum. 161.24.68.69.70.
An circa præſtandum, ne præſtetur. pag. 528.col.1.

Princeps ſecularis, ſeu lex ciuilis de iuramento, & quacunque re ſpirituali directe ſtatuere nullo modo poteſt. 169. 68.

Princeps ſecularis ſupremus, ideſt Imperator, & Domini iura imperialia habentes, moratorias regulariter concedere poſſunt. 159. 11.
Etiam ſine cauſa. 161. 23.

Princeps ſecularis ſupremus actionem, & exceptionem cuique competentem, nedum diſferre, ſed auferre poteſt. 160. 20.

Princeps ſecularis ſupremus habet plenam poteſtatem ſupra ius ciuile. 160.21.

Princeps ſæcularis ſupremus ius alicui quæſitum tollere poteſt ex cauſa. 160.22.

Princeps ſeu Imperator, ſeu Papa an, & quando tollant Ius, ſeu Dominium alicui: remiſſiue. 434. 14.

Principis erga ſubditos munus, & officium. 218. 284.

Principis aſſertioni non eſſet ſtandum circa cauſam, ex qua ſtatuit contra ius diuinum, vel naturale. 534. 17.

Priuatio præſupponit habitum. 339.12.& 570. 4. & eiuſdem naturæ eſt. pag.64.4. & 253. 21.

Priuilegium datum ob certam cauſam, illa ceſſante, & illud ceſſat. 303.20. & 132.4.

Priuilegium regulatur ſecundum eius cauſam, ſeu tacitam, ſeu expreſſam. 303. 21.

Priuilegij vigor, & effectus, qui ad completionem peruenit, non deſinit, licet deſinat cauſa priuilegij. 297. 3.

Probationes factæ ab eo, qui agendo venit contra ſuum iuramentum ſine abſolutione, vel cum abſolutione nulla, an, & quando teneant, ſiue pars opponat & de periurio excipiat, ſiue non. 421. 26. 27. 40. & pag. 423. 43.

Probationes factæ à minore ſuper reſtitutione petita propter omiſſam appellationem non faciunt fidem ſuper principali. 259. 3.

Probationes rei ſuper ſuis exceptionibus an irritentur ex periurio poſtea detecto, & probato: quod non. 418.8.

Probationes factæ ſuper incidenti, ſeu ſuper præparatorio; an & quando fidem faciant ſuper principali. Item generaliter quando acta, & probationes vnius iudicij fidem faciant in alio. 258.1. & 262.19. & extende, vt ibi, remiſſiue.

Probationes factæ in iudicio ſummario an, & quatenus faciant fidem in iudicio plenario. 262.19.

Probationes factæ ſuper relaxatione habenda à iuramento non faciunt fidem in ſecundo iudicio ſuper contractu: ſed reiterandæ ſunt probationes. 258. 2.

Probationes non ſunt faciendæ prius quam cauſa fuerit inchoata. 262. 17.

Probationes plenæ etiam in cauſis ſummarijs fiunt. 391. 6.

Probandi onus metus cauſam iuſtam affuiſſe incumbit alleganti. 483.106.

Procurator an, & quatenus obliget Dominum ex iuramento pro eo præſtito. 519.35.36.

Procurator Generalis non poteſt renunciare exceptionibus Domino competentibus. 89. 48.

Procurator habens generale mandatum ad lites, &c. non poteſt virtute illius remittere exceptionem quæſitam Domino ex iuramento partis. 89 45.

Procurator reuocari poteſt non obſtante iuramento de non reuocando. 545.8.

Prodigus contrahens, & iurans, an egeat abſolutione à iuramento. 504.30.

Promiſſio ob turpem cauſam eſt ipſo iure nulla. 464. 8.

Promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, impia eſt. 198. 184.

Promittens ſoluere intra certum terminum ad duo obligatus intelligitur, 136. 29.

Prorogari facile poteſt a laicis iuriſdictio iudicis

cis Eccleſiaſtici: & quando. 270. 26. & 271. 32. 33.

Prorogatio an, & quando, ſeu quoad quæ intelligatur mutaſſe obligationem; & quando, ſeu quoad quæ non. 139. 41.

Prorogatio cenſetur facta cum eiſdem modis, & qualitatibus. 135. 25. 37. 40.

Prorogatio non tollit iuramentum, nec mutat naturam obligationis iuratæ. 135. 22. 43. Amplia vt num. 49. Et qualiter pro hoc concepta eſſe debeat prorogatio. 139. 42.

Prorogatio fieri poteſt etiam de iuriſdictione habitu tantum competente. 272. 37.

Prorogatio iuriſdictionis inducitur, nedum ex conſenſu expreſſo, ſed etiam ex tacito. 272. 36.

Prorogatio non dicitur vbi eſt mutata forma, ſed renouatio. 135. 24.

Prorogatio termini excuſat à periurio, etiam ſi fiat in vltimo momento termini. 147. 81. Secus poſt lapſum ipſius quoque termini prorogati. 135. 21. 43.

Proteſtatio de metu illato non eſt neceſſaria pro reſciſſione actus meticuloſi. 469. 36. Tamen vtilis eſt ſi fiat, ſup. num. 35. An & quando ſufficiat ad probandum non affuiſſe animum ſe obligandi, ſeu vere iurandi. 468. 27. 30. 34.

Proteſtatio eliditur per contrarium actum. 408. 28. Declara, vt nu. 30.

Proximus alicui ætati, vbi agitur de obligando, intelligitur ſi diſtat per ſex menſes, non antea. 501. 16. Amplia ſiue in criminalibus ſiue in ciuilibus, nu. 17.

Proximum diligere ſicut nos ipſos ex Dei præcepto tenemur. 494. 20.

Proximo in neceſſitate qualiter, & in qua ſubuenire teneamur. 494. 21. 22.

Puberes contrahendo, ciuiliter & naturaliter obligantur. 309. 43.

Puberes iuramentum inuiolabiliter ſeruare tenentur. 503. 22.

Pueritia incipit ſtatim à ſeptimo anno tranſacto. 501. 14.

Pupillus quicquid videt, & audit ignorat. 503. 21. Item diſcretione caret. ibidem.

Q

QVerela inofficioſi teſtamenti, & petitio hæreditatis ſimul eodem libello proponi poſſunt. 378. 2.

Quod fieri debet, non quod fit, faciendum eſt. 127. 33.

R

RAtificatio in abſolutione à iuramento ſupplerer defectum mandati ſpecialis. 329. 31.

Ratificatio locum habet etiam in his, quæ mandatum ſpeciale requirunt. 330. 32.

Ratificatio partium non ſufficit ad reconualidandum actus nullos ratione feriarum. 392. 15.

Ratio naturalis non attingit ſupernaturalia. 217. 205.

Ratio naturalis ſiue æquitas indiſpenſabilis atque incommutabilis eſt. 576. 2.

Reconueniens dicitur agere. 248. 18.

Reconuentio aduerſus obligationem Cameralem admittitur; & quid polleat. 248. 17.

Rector ſcholarium non poteſt committere capturam eorum de ſe, ſed debet recurrere ad ſuperiorem. 281. 5.

Rector ſcholarium non poteſt in poſſeſſionem realem immittere exequendo ſententiam ſuã. 281. 4.

Recuſare Iudicem in cauſa principali non poteſt, qui illum approbauit in cauſa præparatoria. 269. 19.

Reductio ad arbitrium boni viri ab arbitrio lato à laico vna cum clerico peti debet coram Iudice Eccleſiaſtico illius Clerici arbitri, etiã quod compromittentes ſint laici. 87. 36.

Regula Cancell. de iure quæſito non toll. quando locum habeat. 432. 4. 6. 7.

Regula non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. 273. 44.

Regula ſiue exceptio dolo facit, &c. quando locum habeat, & quando non. 410. 12. 13.

Regula vtile per inutile non vitiatur, quando procedat, vel non. 86. 33.

Regularis Prælatus non poteſt abſoluere ſuos ſubditos regulares ab excommunicatione Canonis, niſi in caſu in iure expreſſo. 72. 17.

Regulares dicuntur magis eſſe ſubiecti ſuis ſuperioribus, quam Clerici ſeculares ſuis Prælatis. 71. 7.

Regulares fere omnes hodie per priuilegia exempti ſunt à iuriſdictione Epiſcoporum. 73. 28.

Regulares Prælati habent hodie iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 73. 29

Regulares Prælati habent iuriſdictionem in ſuos ſubditos regulares priuatiue ad Epiſcopos. 71. 14.

Regulares Prælati habent poteſtatem ſuper vota ſuorum religioſorum, vt ea poſſint irritare. 72. 20.

Regulares, ſeu Monachi dicuntur poſuiſſe Abbatem ſupra eorum caput Vice Dei, non Epiſcopum, 71.8.12.

Regulares tenentur magis obedire ſuo ſuperiori regulari, quam Epiſcopo. 71. 13.

Regularibus à quo danda ſit abſolutio à iuramento promiſſorio. 71.6.15.30.

Reiectio intelligitur expreſſe facta per verbum non admitto. 427.62.

Relatum & in eo contenta cenſentur eſſe in referente. 225.17.

Relaxatio iuramenti fieri poteſt quandoque ab homine priuato, & non à ſuperiore, etiam à Papa. 35.11.16. Cætera in ver. Remiſſio.

Religio erga Deum natura animis hominum inſita eſt, & ſubinde immutabilis. 202.206.

Religio eſt virtus non theologica, ſed moralis, & quod eius obiectum, 206.227.

Religio quid ſit, & quæ eius operatio, & effectus, & in quibus conſiſtat, 206.228.229.

Religio, & quæ ad illam ſpectane an naturali ratione cognoſci, & conſeruari poſſint. 206. 225.

Religio potiſſimum neceſſaria eſt in republica pro communis boni conſeruatione, & ad beate in ea viuendum, 188.149.234.

Remedia plura vbi à iure prodita reperiuntur, æque principaliter competere cenſentur, nec vnum eſſe ſubſidiarium ad aliud. 405.8.

Remiſſio iuramenti facta a parte poſt incurſum periurium nihil releuat quantum ad excuſandum ab illo. 141.51.

Remiſſio iuramenti facta à parte tollit tam obligationem qua iurans, ei tenebatur, quam eam qua tenebatur Deo, & quare. 34. 8. & 278.64.

Remiſſio iuramenti quando fieri nequeat ab eo cui præſtitum eſt, & in cuius etiam commodum præſtitum eſt. 36.19.21.24.

Remiſſio iuramenti à parte facta non eſt abſolutio iuramenti, ſed donatio debiti. 35.12.

Remiſſio ſeu relaxatio iuramenti à parte dupliciter fit. 34.2.

Remiſſio, ſeu relaxatio iuramenti fieri poteſt ab eo qui recepit illud, nedum expreſſe, ſed etiam tacite, & qualiter. 35.13.

Remiſſio partis releuaret iurantem à periurio, etiamſi fieret in vltimo momento termini. 95. 71.

Remiſſionem iuramenti nemo ſibi facere poteſt, etiam, quod illud ad ſui ipſius commodum tantum præſtitiſſet. 37. 25.

Remittere exceptionem eſt ſpecies donationis. 89. 46.

Renunciare quiſque poteſt his, quæ pro ſe introducta ſunt. 183.131. Amplia, vt nu. 132.

Renunciatio tacita in vna inſtantia non præiudicat quoad aliam. 424. 47.

Res vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri. 482.101.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam. 12. 28.

Rei incumbere melius eſt, quam actioni. 166. 57.

Res propter nuptias donatæ prohibitæ ſunt alienari ſicut Dos. 185. 138.

Reſcriptum contra ius publicum non valet, nec eſt admittendum. 214.264.

Reſcriptum intelligitur iuxta ſupplicationem. 458.12.

Reſcriptum Papæ derogatorium alicuius diſpoſitionis iuratæ nihil operatur ſi in eo non eſt facta mentio iuramenti. 58.42.

Reſcripta delegatoria ſunt ſtrictiſſimi iuris, & ideo non trahuntur extra perſonas, & res nominatas. 268. 17.

Reſeruata non transferuntur mandata iuriſdictione. 74.2.

Reſeruatio exceptionis per Iudicem interloquentem facta operatur vt illa verificata factum habeatur pro non facto. 427. 67.

Reipub. intereſt liberis ciuitatem repleri. 172. 79.

Reſtitutio in integrum ad tantundem propter pretium ſolutum minori, & ab eo male conſumptum, quando eidem minori ſit danda. 43. 21.

Reſtitutio in integrum cenſetur eſſe petita in conſequentiam ad petitionem factam de re. 359. 6.

Reſtitutio in integrum nemini datur aduerſus proprium iuramentum, ſed ſic aduerſus alteri delatum, 38.2. & 39.8.

Reſtitutio aduerſus contractum iuratum, qua ordine, & practica ſit petenda. 39.7.

Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ non obſtante iuramento. 44.22.

Reſtitutio in integrum, & actio reſciſſoria ſimul eodem libello peti poſſunt. 379.7. Declara, vt nu. 39.

Reſtituere in integrum inferior non poteſt contra auctoritatem ſuperioris. 65.9.

Reſtitutio in integrum non eſt concedenda, niſi liquido conſtet de cauſa. 238.5.

Reſtitutio in integrum per viam exceptionis peti poteſt. 412.26.

Reſtitutio in integrum impeditur à iuramento ne per illam reſcindi habeat contractus, non quoad læſionem, quam ſenſit minor ex eo contractu. 43. 19.

Reſti-

Reſtitutio in integrum vbi nulla eſt læſio non conceditur. 39.4.
Reſtitutio in integrum tripliciter competit minori aduerſus contractum. 43. 20.
Reſtitutionia in integrum remedio non poteſt Princeps cuiquam contra iuramentum ſubuenire. 164.47.
Reſtitutio aduerſus contractum peti non poteſt niſi habita prius abſolutione à iuramento. 40. 9. Amplia vt nu. 10.11.
Retentio an cenſeatur excluſa per iuramentum, ſicuti compenſatio: remiſſiue. 568. 28.
Reuerentia ſola ſeu præſentia patris, mariti, Epiſcopi, & ſimilis non inducit iuſtam cauſam metus, etiam quoad contractus cum eiſdem ipſis initis. 483. 107.
Reuerentia ſola patris, mariti, vel ſuperioris inducit metum reuerentialem tantum, non autem iuſtum. 481. 98. Limita, vt num. 104. 110. 112.
Reus in exceptione ſua dicitur actor. 100.6.
Rei conditio non debet eſſe deterior quam Actoris. 240. 2.
Reus ſuper exceptione ſua conuenire poteſt actorem, ſeu creditorem principalis cauſæ coram Iudice ipſius Rei. 99. 2.
Reo competere poteſt tam abſolutio ad effectũ agendi, quam ad effectum excipiendi. 242. 10.12.
Rex vel Epiſcopus, ſi deponantur à Papa regno, vel Epiſcopatu, ſubditi eo ipſo abſoluti ſunt à iuramento obedientiæ. 113. 10.

S

SAcerdotalis, & Regia poteſtas conſolidatæ atque vnitæ fuerunt in Chriſto, in quo ſcilicet Monarchica earum vnio facta fuit in terra. 284. 29.33.
Sacerdotium Chriſti quale. 284.32.
Sacerdotium, & Regnum à Samuelis temporibus inuicem diſgregata fuerunt. 284. 27.
Sacerdotium vetus vile, & ignobile euaſit. 284. 30.
Sacerdotij translatio in Chriſtum facta. 284. 31.
Scientia in actu requiſita non inducitur ex ſolo iuramento actui adiecto. 40. 13.
Scientia reuelata neceſſaria fuit homini ad aſſequendum vitam æternam. 205. 118.
Secularis iuriſdictio ſeu poteſtas minor eſt Eccleſiaſtica. 165.49.
Seculares Domini tenentur obſeruari facere iuramentum, non impedire eius obſeruantiam. 163. 40.
Secularis poteſtas non poteſt infringere, quod ortum habet à iuriſdictione Eccleſiaſtica. 165. 51.
Senatuſconſulti Velleiani beneficium, ſiue prohibitio tollitur per conſenſum poſt biennium iteratum, ſicut per renunciationem expreſſam antea. 185.136.
Sententia inter alios lata, vel etiam inter eoſdem, vbi de alio agebatur, non præiudicat. 260. 9.
Sententia lata contra primam ſententiam, quæ tranſierat in rem iudicatam, non valet etiam in diuerſa inſtantia. 422. 29. Limita vt nu. 30.31.32.
Sententia lata in cauſa vnius ex pluribus hæredibus ſiue pro, ſiue contra non obſtat quominus cohæres agere valeat, vel contra eum agatur. 259.5.
Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam reuocari poteſt, & debet, ſi de eius iniquitate cõſtat per confeſſionem partis pro qua lata fuit. 535.20. Declara, vt nu. 21.
Sermonem conceptum tenere difficile eſt. 194. 166.
Simoniam purgare ſolus Papa poteſt. 213.259.
Simulatio non reddit ſemper nullum iuramentum actui ſimulato adiectum. 81.10.
Simulatio quando dicatur clara eſſe in contractu, & reddere nullum iuramentum: remiſſiue. 81. 9.
Simulationem contractus defuncti allegare poteſt libere hæres non obſtante iuramento defuncti, quo iurauit vera eſſe, &c. 516.20.
Simulationem ſuam quis allegare, & opponere poteſt. 451. 12.
Socini diſtinctio, ac differentia circa iuramentum reprobatur. 199.189.194.
Solemnitas extrinſeca, ſeu quod extrinſecus actui prouenit, non præſumitur. 40. 14.
Soluens poſt præſtitum iuramentum præſumitur ſoluere potius cauſa euitandi periurium, quam confirmandi actum, ſeu promiſſionem iuratam. 471. 53.
Solutum ex contractu de iure inualido, ſed perſona ſolum erat iuramento obligata poteſt repeti. 304.26.
Secus vbi iuramentũ etiã contractum validauit. 303.24.30.33.35. Amplia vt nu. 31.
Soluti repetitio an, & quando iuramento impediatur. 304. 26.
Spoliationis exceptio quando opponi nequeat. 575. 2.
Statuere in materia iuramenti ad Eccleſiam pertinet. 15.2.
Statutum an poſſit tollere clauſulas requiſitas, & ne-

& neceſſarias pro reuocatione prioris voluntatis : remiſſiue. 546. 14.
Statutum de compromiſſo fiendo non habet locum vbi competit exceptio rei iudicatæ. 423. 35. Limita vt num. 36.
Statutum laicorum non valet excuſare à periurio. 141. 50.
Statutum laicorum circa vſuram non valet. 535. 23. 24.
Statuto laicorum quid, & quatenus in his, quæ ſunt iuris diuini diſponi poſſit. pag. 527. col. 2.
Quid circa iuramentum an impediri poſſit ne præſtetur : quod non, ibi, & pag. ſeq. & vide 532. 9. 10. 13.
Statutum poteſt præſumere dolum in actu geſto, & hoc reſpectu reſiſtere iuramento. 170. 71.
Statutum, ſeu lex municipalis, nedum Imperialis & generalis, poteſt diſponere circa vires iuramenti ſibi à iure ciuili tributas. 167. 63.
Statuto diſponente, vt deſiſtens ab accuſatione ſoluat tot communi, quando cenſeri debeat vnus vel plures libelli accuſatorij: remiſſiue. 282. 21.
Statuta Epiſcopi afficiunt liganteque omnes de ſua Diœceſi tam Eccleſiaſticos quam laicos. 282. 14.
Statuta Epiſcopi ſunt perpetua etiam poſt eius obitum. 282. 13.
Statuta iurata ſi reuocantur, conſequitur abſolutio ab illo iuramento per indirectum. 243. 11.
Stylus Curiarum derogare poteſt citationi, vt illa non fiat etiam vbi alioqui de iure fieri debuiſſet. 367. 84.
Subdelegatus non poteſt ſubdelegare, nec ei dari poteſt huiuſmodi facultas ſubdelegandi. 75. 8.
Subditi remanent ſoluti à iuramento ſuperiori præſtito, illo deſinente eſſe ſuperiore. 116. 27.
Submiſſio intelligitur facta à partibus voluntarie ad forum Eccleſiaſticum ex iuramento in contractu appoſito. 269. 21. 23.
Submiſſio inducit conſenſum in Iudicem, & illius iuriſdictionis prorogationem. 272. 35.
Subreptio quando inducatur, habeatque vitiare reſcriptum. 223. 9.
Subreptio in abſolutione eam vitiat, & quare. 223. 7.
Surreptio vt euitetur, nedum exprimendum eſt quid eſſe factum, ſed etiam qualiter, ſeu quomodo ſit factum. 224. 12.
Succeſſor ſingularis an, quando, & quatenus teneatur ex iuramento ſui auctoris quo ad obligationem temporalem contractus. 516. 22.
Summaria probatio ſufficit in iudicio præparatorio alterius iudicij. 127. 30.
Superioris auctoritas defendit à periurio. 146. 71.
Suſpecti Iudicis exceptio extinguitur per conſenſum ſemel in Iudicem præſtitum. 421. 24.
Suſpenſionis, & etiam interdicti abſolutio abſenti impendi poteſt. 329. 25.
Symbolum in habentibus facilior eſt tranſitus. 165. 41.

T

TAcens in iudicio pro conſentiente habetur. 421. 22. Declara vt nu. 25. 45. 46.
Taciturnitas iuramenti alterius, & multo magis proprij inducit ſurreptionem. 58. 43.
Temeritas, & temerarium iuramentum quotupliciter accipiantur. 490. 2. 3. 4. 5. 6.
Tempus prorogatum aſſumit omnes qualitates, & conditiones, quæ inerant in primo. 137. 32.
Tempus prorogatum non cenſetur eſſe nouum tempus, ſed idem quod primum. 137. 30.
Tempore habili, vel inhabili quid fieri paria ſunt ſi effectus, &c. pag. 528. col. 1. & 552. nu. 38. Limita vt nu. 42.
Teſtamentum per mortem teſtatoris confirmatur, & habet effectum: & qualiter. 552. 43.
Terminus in compromiſſo appoſitus dicitur reſpicere finem obligationis compromittentium, & qualiter. 438. 38.
Terminus ſolutioni adiectus ſi adueniat pendente Iudicio abſolutionis deſiſtendum eſt, cogendusq. eſt debitor ſoluere. 92. 61. & 132. 5.
Territorium Epiſcopi dicitur tota eius Diœceſis. 282. 9.
Territorium habet Epiſcopus, & in eo ordinariam exercet iuriſdictionem etiam inter laicos, etiam Principem. 282. 8. 15.
Territorio in alieno ſe ingerere non licet. 281. 1.
Tertius comparens pro ſuo intereſſe, & ſe admitti petens quid probare habeat. 251. 6.
Teſtamentum poſterius non obſtante iuramento prioris de illo non reuocando an, & quando valeat, non obtenta abſolutione, 544. nu. 1. & 546. nu. 1. & nu. 56.
Teſtamentum primum habens clauſulas derogatorias ſpeciales ad poſteriorem voluntatem,

tem, quando per ſecundum teſtamentū cenſeatur reuocatum. 239. 29.
Teſtamenti factionem non habet de iure ciuili, qui nihil in bonis habet actu, & habitu. 552. 39.
Teſtator reuocans prius teſtamentum iuratum ſine abſolutione an fiat periurus, quod ſic. 546.15.17.56. Limita vt pag.557.nu.59.
Teſtatorem pœnituiſſe prioris teſtamenti, illudque per ſecundum reuocare voluiſſe, quomodo & ex quibus ſit dignoſcendum: remiſſiuè. 546. 12.
Teſtis iurare non debet in diebus feſtis: & an iuramentum valeat quoad ſe, ſi iurauit. 572. 2.
Teſtes iidem ſuper eiſdem capitulis inter diuerſas perſonas an produci poſſint. 259. 6.
Quid inter eaſdem perſonas, ibi, nu.7.8.
Teſtes inducti ſuper abſolutione iuramenti, an produci poſſint ſuper eiſdem capitulis pro obtinendo in obligatione principali. 259.4. Et ad quid denuo in principali cauſa ſuper eiſdem capitulis inducantur: & quid deponere habeant. 261.11.13. Quid ſi dixerint contrarium eius quod primo dixerunt, num. 12. 14.
Teſtium prima depoſitio contraria ſecundæ an quidquam valeat, & quid in alio Iudicio. 261. 15.16.18.
Teſtium receptio dicitur actus iudicialis: & an valeat facta in ferijs Dei. 572.4.
Teſtium receptio intelligitur fieri in actu delationis iuramenti. 572. 3.
Titulus nil nouan. app. pen. non habet locum in appellatione friuola, vel à iure prohibita. 445. 29.30.
Tranſactio non habet locum ſuper ſententia liquida. 423.34. Limita vt nu.36.
Turpitudinem ſuam allegans, an, & quando audiendus ſit. 451.9.10.11.13.14.17.
Tutelæ, & Curæ datio cauſæ cognitionem, & Iudicem ſedentem requirit. 401. 47.
Tutelæ, & Curæ earumque adminiſtrationes decerni poſſunt in ferijs Dei. 401.45.
Tutelæ, & Curæ datio mixti eſt Imperij. 401. 46.
Tutor, vel Curator an, & quatenus ſeu ipſi obligentur, ſeu obligent minores ex ſuo iuramento. 519. 34.
Tutor verus ſi auctorizat pupillo cum falſo Tutore, actus nihilominus valet. 82. 18.
Tutores plures habent ſinguli auctoritatem in ſolidum. 83. 19.
Tutores vel Curatores depoſita adminiſtratione cenſentur liberati à iuramento, quo ſe vti tutores, & curatores obligarunt, 135.24.

V

Vaſallus & ſi renunciauit Inueſtituræ, tenetur adhuc tamen iuramento fidelitatis. 522. 4. Declara vt nu. 5.
Vaſallus cui à Domino ablatum eſt feudum, ſine abſolutione à iuramento negare illi poteſt ſeruitium ad quod iuramento ſe obligauit. 560. 6.
Velle & nolle non durant poſt mortem. 552. 41.
Vendens rem per metum cum iuramento ſi periurium incurrerit contrauenicndo, an abſolutionem obtinere poſſit, vt denuo contraueniat. 141. 54.
Venditio tenet & valet, licet facta ſit contra iuramentum de non vendendo. 545.7.
Venia ætatis obtenta aufert minori beneficium reſtitutionis in integrum. 329. 23.
Venia ætatis per ſeipſum quis obtinere poteſt non per Procuratorem: & de ratione. 326. 6. 22.
Veniæ petitio non niſi cauſa cognita concedi tur. 126. 28.
Verba illa Chriſti: Regnum meum non eſt de hoc mundo, declarantur. 285.36.
Verba in potiori ſignificatu intelliguntur. 189. 158.
Veritas Doctores primarios quandoque latere poteſt, & infimo eſſe comperta. 194. 168.
Vicarius Generalis Epiſcopi ex generali iuriſdictione ſibi demandata non conſequitur facultatem abſoluendi à iuramento. 74.1.
Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt alteri delegare facultatem abſoluendi à iuramento ſibi ſpecialiter conceſſa m, niſi ſibi fuerit delegata cum poteſtate ſubdelegindi. 75.3.
Vicario Generali Epiſcopi ſecundum communem practicam conceditur facultas ſubdelegandi reſeruata illi conceſſa. 75.7.
Vicarius Generalis eſt Iudex delegatus in abſolutione iuramenti. 75.4.
Vindicare poteſt mulier à quocunque rem dotalem alienatam. 475. 70.
Virtus Theologica, quæ dicatur. 206.226.
Vis abſoluta quę ſit, & qualiter fiat. 485.2.
Vis abſoluta, quæ & maior dicitur, excludit conſenſum. 485. 4.
Vis conditionalis quæ ſit, & qualiter fiat. 485. 1.
Vocabulum, quod duplici modo intelligi poteſt etiam proprie, tamen ſecundum magis proprium ſenſum, & ſignificationem accipitur. 189. 157.

Volun-

Voluntas, & poteſtas requiruntur coniunctim ad validitatem actus. 85. 26.
Voluntas in dubio præſumitur non repugnare poteſtati. 85.28.
Voluntas pro ratione ſufficit in Principe. 52. 6.
Voluntas principis, quæ & qualis ſufficiat ad excludendam ſurreptionem. 232.33.34.
Voluntas teſtatoris ex coniecturis elicitur. 232. 35.
Voluntatis libertatem quominus ſit ambulatoria nemo ſibi ipſi prohibere poteſt. 545.5.
Votum captandæ mortis reprobatur à iure Canonico. 553.49.
Votum emiſſum de non petendo diſpenſationem ab alio voto non valet. 372.106.
Votum vt ſit obligatorium & validum, quæ requirantur. 495. 28
Voti obligatio maior fortiorque eſt, quam iuramenti. 65.8.26.
Vota omnia præter tria à ſolo Papa diſpenſabilia Epiſcopi diſpenſare poſſunt. 50.13.
Vtilitatis publicæ cura ad principem præcipuo iure ſpectat. 213.263.
Vtilitati publicæ pactis, & iuramentis priuatorum derogari non poteſt. 172.89.110.
Vſura quare de iure ciuili permiſſa ſit. 206. 223.
Vſurarum cauſa, ſeu exceptio coram Iudice ſeculari incidens quando coram illo diſcuti, & terminari poſſit. 429. 78.
Vſurarum prohibitio, & turpitudo eſt ex parte dantis, non recipientis. 343. 22.
Vſurarum promiſſio quando obliget promittentem. 343. 21.
Vxor conſtante matrimonio non habet actionem pro repetitione dotis. 521.5.

FINIS.

Errata ſic corrige.

Pag. 10. col. 1. lin. 45. ſed ræſtaturum: lege, ſe præſtaturum] 10.2.19. iuſiurandi: iuriſiurandi] 29.1 6. & 7. iuxta, iuſta] 53.1.28. hoc, ſecundum: dele virgulam med. am] 70.2.31 poſſunt eas: dele eas] 84 2.16. ſolutio: ſolutionem] 114. 2.2. re indi. adde in 6.] 221.2.44 iurauit: iurauit] 229.1.18. intelligere, iuxta: dele virgulam] 374. in tit quæſt. 17. debeat. debebat] 374.2. lin. pen. vocata Abb vocata, tenet Abb] 412.2.26. æſſionis, læſionis] 455 2 25. petendo: petenda] 469.1.34. alios: aliis] 500.2.30. I. adde, t] 557.1.35. rationem: rationem] 563.1.38 ſint : ſit]

Digitized by Google

Regeſtum.

a ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh.

Omnes ſunt folia præter a, & Hhhh, quod eſt folium cum dimidio.

R O M AE,
Ex Typographia Aloiſij Zannetti, 1606.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google